ORIENTIS GRAECI

INSCRIPTIONES SELECTAE.

SUPPLEMENTUM SYLLOGES INSCRIPTIONUM GRAECARUM

EDIDIT

WILHELMUS DITTENBERGER.

VOLUMEN PRIUS.

LIPSIAE
APUD S. HIRZEL
MDCCCCIII.

PRAEFATIO.

Cum Sylloges Inscriptionum Graecarum alteram editionem adornarem, haud paucos titulos, partim et ambitu et argumenti gravitate insignes, quos in priorem receperam, secludendos existimavi, quia habebant quidem etiam aliquam cum rebus nationis Graecae necessitudinem, sed praecipua tamen eorum utilitas in regnorum quae ex illo Alexandri Magni orbis terrarum imperio nata erant casibus et vicissitudinibus illustrandis posita erat. Quae res ut summi momenti est, ita ab illius tamen collectionis consilio aliena erat. Apparebat igitur, illa monumenta epigraphica argumenti similitudine arctius conexa esse cum talibus, quae ne in primam quidem editionem recepissem, quia tota in illorum regnorum rebus versarentur neque ulla ex parte Graeciam antiquam attingerent. Sed quod fore suspicabar, cum illos titulos exulare iuberem, ut tamen nonnulli qui altera editione uterentur eis aegre carerent, id re vera usu venisse ex censuris illius editionis intellexi. Quae res non poterat non confirmare consilium, quod iam in praefatione significaveram, parandi collectionem titulorum Graecorum, quorum maximum momentum esset in cognoscendis rebus regnorum orientalium successorum Alexandri earumque provinciarum imperii Romani, quae ex illis natae essent. De utilitate eiusmodi sylloges homines doctos vix dubitaturos sperabam, cum quia hodie multo clarius quam olim perspicitur quanti momenti sint et litterae et instituta et res gestae illius aetatis, cuius indolem et rationes primus J. G. Droysen felici Hellenismi appellatione significavit, tum quia propter memoriae litterariae mancam ac miseram condicionem testimoniorum epigraphicorum hic ni fallor maior utilitas est quam in ulla alia

litterarum antiquarum provincia. Quare non supervacaneam operam mihi videor in hoc delectu condendo collocasse.

At ne illud quidem me fugit, difficultates non uno nomine in hoc conamine maiores esse quam in antiquiore sylloge fuerint. Etenim necessario mihi hic passim res attingendae erant, quarum plena et accurata cognitione me carere sentiebam. Neque enim ea litterarum orientalium cognitio in me est, qua ad res illarum terrarum aetatumque ab omni parte recte intellegendas sine dubio opus est. Sed cum reputarem, eos qui hac quidem ex parte multo aptiores eiusmodi operi videri deberent, plerosque rursus aliis nominibus ad tractanda monumenta epigraphica Graeca minus paratos esse neque sperari licere quemquam ex eis tali conatui se accincturum esse, non verebar levitatis crimen, si paullulum in alienam provinciam progressus diligenter et prudenter aliorum inventa in usum meum converterem et errorum, quos plane vitari non potuisse probe mihi conscius eram, a lectoribus veniam peterem. Sponte patet, haec quae in universum de difficultatibus operis dixerim, praecipue in titulis Aegyptiis valere; sed tamen non caeco mearum rerum studio abripi me existimo, si ad hos quoque restituendos et interpretandos hic illic aliquid utile de meo attulisse mihi videar.

Terminis haec collectio circumscribitur temporum quidem Alexandri Magni et Iustiniani Augusti regnis, locorum vero eis Asiae et Africae partibus, per quas inde ab Alexandri aetate reges civitates magistratus omnesque cultioris ingenii homines Graeco sermone uti solebant. Atque hoc quidem volumen regna continet, alterum, quod propediem prelo subici posse spero, provincias Romanas; sed ex earum ingenti inscriptionum multitudine modicum monumentorum gravissimorum numerum elegi, ita ut alterum volumen, quod etiam indices continebit, tamen vix ad huius quod nunc editur ambitum extensum iri probabile sit.

Quae de titulorum huius voluminis aetate, supplementis, interpretatione post singulas plagulas expressas accesserunt adnotanda vel emendanda, ex quibus haud exigua pars papyris Tebtuni inventis debetur, statim huic volumini subiungenda statui;

quae ne neglegant rogatos velim quicumque hoc libro usuri sunt. At quae per hoc proximum biennium accesserunt inscriptiones tanti momenti, ut eis collectionem meam carere nolim, appendici alterius voluminis reservare malui. Nam cum sperandum sit, etiam dum illud prelum exerceat alia monumenta epigraphica accessura esse, haec omnia uno loco, non duobus invenire lectori commodius erit.

Scribebam Halis Saxonum
pridie calendas Octobres a. MDCCCCIII.

W. DITTENBERGER.

Conspectus eorum quae hoc volumine continentur.

I.

Regna Alexandri, Antigoni, Demetrii, Lysimachi.

1 In altera ex antis templi Minervae quod fuit Prienae, fracta in particulas sex, quae nunc asservantur in museo Britannico. Unam ex eis (v. 11—16) edd. Lebas-Waddington Inscr. III, 188, omnia E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 207 n. 123. ed. 2 p. 292 n. 155. Greek inscriptions in the British Museum III, 1 p. 8 n. CCCC. Cf. quae de titulo disputavit Th. Lenschau de rebus Prienensium, Leipziger Studien XII p. 196 sqq.

Βασιλέως Ἀ[λεξάνδ]ρου[1].

Τῶν ἐν Ναυλόχωι[2] [κατοικούν]|των ὅσοι μέν[3] εἰσι [Πριηνεῖ]ς, α[ὐτ]ο|[νό]μους ε[ἶναι καὶ ἐλευθ]έρους, ‖ ἔχ[οντ]ας [τὰ γήπεδα κ]αὶ τὰς οἰκί|ας τὰς ἐν [π]όλει[4] πά[σα]ς καὶ τὴγ | χώραν, ο[ἱ

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν. Supplementa omnia Hicksii sunt praeter ea quae nominatim aliis tribuuntur. 1 Prienenses anno 334 a. Chr. sua sponte in dicionem Alexandri venisse videntur, quare hoc decreto eis et tributum remisit (v. 13 sqq.) et alia honorifica concessit. Benevolentiam regis erga civitatem et fidem civium erga regem etiam templi dedicatio Syll.[2] 158 testatur. 2 Cf. Plin. Nat. hist. V, 113: *inde mons Latmus, oppida Heraclea montis eius cognominis, Carice, Myuus quod primo condidisse Iones narrantur Athenis profecti, Naulochum, Priene.* Ipsum nomen indicat portum (ἐπίνειον) Prienensium fuisse, situm ut Waddington perspexit ad ostium Maeandri. Eius heros eponymus Naulochus commemoratur in epigrammate Prienensi, C. I. G. 2907. Ross Arch. Aufs. II p. 548. Lebas-Waddington Inscr. III, 186. G. Kaibel Epigr. Gr. 774, 2: Ναόλοχον εἶδεν ὄναρ Θεσμοφόρους τε ἁγνὰς ποτνίας ἐμ φάρεσι λεοχοῖς. In eiusmodi loco multos cum cives Prienenses tum peregrinos domicilium habuisse consentaneum est. Hicks. 3 Huic μὲν respondere δὲ quod suppletum est v. 7 vidit Wachsmuthius apud Lenschavium, cum in Hicksii restitutione (v. 5) illud nihil habuisset quo referretur. 4 Prienae, non Naulochi. Nam hoc quidem, etsi a Plinio (not. 2) inter *oppida* recensetur, civitatem sui iuris non fuisse hic ipse titulus docet. Etenim omnium qui Naulochi domicilium habent (τῶν κατοικούντων ἐν Ναυλόχῳ) duo modo sunt genera, civium

δὲ] Πριηνέ[ων πάροικοι[5] | -------] αἷς ἂν δέω[νται ἀτελεῖς.] | τὸ δὲ -- καὶ Μυρσ[--- καὶ -------- ‖ κ]αὶ π[ᾶσαν τὴν πέριξ][6] χώρα[ν | γ]ινώσκω ἐμὴν εἶναι[7], τοὺς δὲ κα|τοικοῦντας ἐν ταῖς κώμαις ταύ|ταις φέρειν τοὺς φόρους[8]. τῆς | δὲ συντάξεως[9] ἀφίημι τὴμ Πριη‖νέωμ πόλιν, καὶ τὴμ φρου[ρὰ]ν[10] ἐ|φ' ἧ[ι . . . . . . εἰ]σάγει[ν--- | -------] διὰ ---|----ομμιαπο τὰς δίκας --|---------νει ὑμᾶς ‖ --------------- δικαστήριον | --- ------- δημα---|----------- ὑμᾶς -----

Prienensium et eorum qui Prienae inquilini sunt. Ipsius Naulochi cives igitur nulli fuerunt, ut appareat Naulochum ἐν τῇ Πριηνίδι situm fuisse ut Piraeea vel Phalerum ἐν τῇ Ἀττικῇ. Cavetur igitur hic, ne cuiquam Prienensium fraudi sit quod Naulochi habitet. Scilicet cum portus in Alexandri potestatem venisset, rex iura antiqua Prienensium hoc rescripto confirmanda existimavit. 5 Supplevit Lenschau. οἱ δὲ Πριηνε[ῖς] Hicks. At manifesto inter se opponi ὅσοι μὲν v. 3 et οἱ δὲ v. 7, ut nullo modo utrobique de eisdem Prienensibus dici possit, perspexit Wachsmuth. Quid vero proximis versibus de his inquilinis praeceptum fuerit, non assequor. Etenim quod Hicks scripserat οἰκούντων | ἐν κώμαις] αἷς ἂν δέω[νται ἀτελεῖς], id Lenschavius quidem etiam cum sua ipsius sententia conciliari posse iudicavit, sed de hac quidem re ni plane fallor erravit. Nam primum accedentibus octo litteris (πάροικοι) illi supplemento spatium necessarium non relinquitur, deinde vero quid hoc sibi vult 'qui inquilini Prienensium Naulochi habitant, eis liceat habitare in quo volent pago?' In oppido Naulocho solis Prienensibus, in pagis agri eius etiam inquilinis domicilium habere licere sibi persuasit L. At pagi agri Naulochi nulli sunt, quia Naulochum non civitas est quae agrum pagosque habeat, sed ipsum in agro Prienensi situm est (not. 4). De pagis territorii Prienensis vero hic non dici sponte patet. 6 Supplevi. 7 Haec igitur est βασιλικὴ χώρα, quae ab agro civitatis, in quo etiam Naulochum est, discernitur ut n. 221, 41. 68. 8 Omnes, etiam Prienenses, quia haec non sunt intra fines eorum. 9 Videmus eandem vocem, qua Athenienses in foedere anni 378/7 usi sunt ad evitandam φόρος vocabuli invidiam, etiam Alexandrum pensionibus quas a sociis civitatibus exigebat imposuisse. 10 Commate ante hanc vocem distinxi ut appareret non praesidium una cum civitate tributo levari, qua ex re Lenschavius nonnulla de eius praesidii natura colligere posse sibi visus est, sed aliud quid de eo scriptum fuisse, quod propter fracturam lapidis quale fuerit ignoramus.

---

2 Magna stela marmoris fusci fracta in duas partes, ex quibus superior versuum 1—15 medias, inferior eademque maior versuum 7—49 sinistras partes continet; nusquam nisi a sinistra exstat margo. Mytilenis in museo gymnasii. Fragmentum maius edd. Dodwell Classical Tour III (1819) p. 519. Richter Wallfahrten im

Morgenl. 1822 p. 518 n. 37. Didot Voyages p. 370 sq. Ex Prokeschii schedis Boeckh C. I. G. 2166. Apographi Kiepertiani lectiones apposuit idem C. I. G. Vol. II Add. p. 1022. Fragmentum minus ed. A. Conze Reisen auf der Insel Lesbos tab. VIII, 2. Coniunxit F. Blass Hermae XIII p. 384 sq. Totum titulum, adhibito maioris fragmenti ectypo Newtoniano, ed. E. L. Hicks Manual of Gr. hist. inscr. p. 225 n. 131. ed. 2 p. 310 n. 164. (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschr. I p. 84 n. 214. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 265 n. 428). Ectypis Newtoni denuo collatis, adhibita maioris partis collatione Lollingiana (Mitth. des arch. Inst. in Athen XI p. 272) O. Hoffmann die gr. Dialekte II p. 55 n. 83. Ex lapide et ectypis Newtonianis W. R. Paton Inscr. ins. mar. Aeg. II p. 4 n. 6 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 271 n. 356). Cf. quae exposuerunt F. Blass Götting. gel. Anz. 1882 p. 792 sq. W. Hünerwadel Forschungen zur Geschichte des Königs Lysimachos p. 111.

[-------- καὶ οἰ β]ασ[ίληες προστίθ]ησ[θον[1] τῶι κατεληλύθον|τι ὡς τέχναν τεχνα]μέ[νω τ]ῶ ἐ[ν τᾶι] πόλι πρόσθε [ἔοντος[2]. αἰ δέ κέ τις | τῶν κατεληλυθόν]των μὴ ἐμμένη ἐν ταῖς διαλυσί[ε]σσι ταύ[ταισι, | μὴ ------------]εζέσθω[3] πὰρ τᾶς πόλιος κτή-

Litterae Ionicae volgares praeter ΘΟΩ minore mensura exaratas, dispositae στοιχηδόν. 1 Totius tituli argumentum versatur in controversiis inter cives qui in urbe remanserunt et exules restitutos (οἰ ἐν τᾷ πόλι πρόσθε ἔοντες — οἰ κατεληλύθοντες) componendis ex decreto regio (ἐν τα]ῖς διαλυσίεσσι ταὶς ὀ βασίλευς ἐπέκριννε v. 28). Quod quin ad Alexandri Magni rescriptum illud nobilissimum Olympiis anno 324 a. Chr. a Nicanore recitatum de civitatium Graecarum exulibus revocandis (cf. n. 8[16]) spectaret iure meritoque nemo ex editoribus dubitavit. 2 Apparet hunc esse finem praecepti alicuius quod accurate responderit illi quod legimus v. 2—11, nisi quod hoc quidem ad pactionem dolo malo violatam ab exule restituto, illud prius vero ad idem delictum ab uno ex eis qui in urbe remanserant commissum spectabat. 3 ⅃ΞΕΣΘΩ Paton, qui tamen minusculis litteris -ε]ζέσθω expressit, sicut priores quoque ζῆτα, non ξῖ legerunt, ut typothetae errore Ξ pro Ι positum esse probabile sit. Utique primae litterae relliquiis a Patone enotatis refutantur supplementa Caueri [οὗτος μὴ μεταλα]ζέσθω et Hoffmanni [μηδέ ποτε ἐπιλα]ζέσθω; verbum Aeolicum ceteroquin plane ignotum fuisse probabiliter statuit Paton, et cum de ἕζεσθαι aut aliquo ex compositis cogitandum non sit, nescio an forte etiam apud Aeolenses aliquando -έζω pro -ίζω in usu fuerit, ut apud Thessalos cum illis arctissima necessitudine coniunctos fuisse item uno modo titulo Mitth. des Arch. Inst. in Athen XIV p. 59 n. 10 comprobatur, qui bis (v. 10. 14) habet participium ἀπελευθερεσθέςpro ἀπελευθερισθείς (ἀπελευθερωθείς), septiens ἀπελευθερεσθένσα.

ματος μήδενος μ[ήδε στ‖ειχέτω ἐπὶ μή]δεν τῶμ παρεχώρησαν αὔτωι οἰ ἐν τᾶι πόλι πρό[σθε | ἔοντες, ἄλλα σ]τείχοντον[4] ἐπὶ ταῦτα τὰ κτήματα οἰ παρχωρήσα[ντ|ες αὔτωι[5] ἐκ τῶν] ἐν τᾶι πόλι πρόσθε ἐόντων, καὶ οἰ στρόταγοι εἰς | [αὖθις ἀποφέρο]ντον[6] ἐπὶ τὸν ἐν τᾶι πόλι πρόσθε ἔοντα τὰ κτημάτα | [ὡς μὴ συναλλαγ]μένω[7] τῶ κατεληλύθοντος· καὶ οἰ βασίληες προστί‖[θησθον τῶι ἐν τ]ᾶι πόλι πρόσθε ἔοντι ὡς τέχναν τεχναμένω τῶ κα|[τεληλύθοντος.] μηδ' αἴ κέ τις δίκαν γράφηται περὶ τ[ο]ύτων, μὴ εἰσά|[γοντον οἰ περί]δρομοι καὶ οἰ δικάσκοποι μήδε [ἄλλ]α ἄρχα μηδεΐα. | [ἐπιμέλεσθαι[8] δὲ] τοὶς στροτάγοις καὶ τοὶς β[ασίλ]ηας καὶ τοὶς πε|[ριδρόμοις καὶ τ]οὶς δικασκόποις καὶ ταὶς [ἄλλα]ις ἄρχαις αἴ κε ‖ [μὴ γίνηται ἄπαν]τα[9] ὡς ἐν τῶι ψ[αφίσματι γέγραπτ]αι, κατάγρεντον[10] | [δὲ τὸν ἀθέτεντά τι τῶν ἐν τῶι ψαφίσματι γεγρα]μμένων, ὤς κε μήδ|[εν διάφορον εἴη τοῖς κατεληλυθόντεσσι π]ρὸς τοὶς ἐν τᾶι πόλι | [πρόσθε ἔοντας, ἀλλὰ διάγοιεν οἰ διαλε]λύμενοι πάντες[11] πρὸς ἀλ|[λάλοις ἀνυπόπτως καὶ ἀνεπιβουλεύ]τως[12] καὶ ἐμμένοιεν ἐν τᾶι ἀ‖[ποκρίσι τᾶι τῶ βασίληος καὶ ἐν τᾶ]ι διαλύσι τᾶι ἐν τούτωι τῶι ψα|[φίσματι. διαλλάκταις[13] δ' ἔλεσθ]αι τὸν δᾶμον ἄνδρας εἴκοσι,

4 Correpta vocalis etiam v. 8. 15. 23. 33 est, producta in plurali nusquam, quare recte editores ubicumque terminatio intercidit, illam restituerunt.

5 Supplevit Paton; πρότερον Bechtel, quod spatio lacunae non convenit.

6 Supplevit Bechtel. μετενίκα]ντον Cauer, quod displicet quoniam praeterea ubique praesentis imperativi leguntur, quia haec omnia in universum praecipiuntur de quolibet tempore et homine.

7 Sic Paton. [ταῦτα ὡς τεχνα]μένω Bechtel Cauer Hoffmann; supplemento abstinuerunt Hicks et Michel. Patonis supplementum recepi, quia in illo altero desideraveris τέχναν collato v. 10.

8 Supplevit Cauer, quem sequuntur Hoffmann et Michel, integrum reliquerunt Hicks Bechtel Paton.

9 Supplevi. [μὴ φυλάσσηται πάν]τα Cauer Michel, quod duabus litteris excedit lacunae spatium. Intactum reliquerunt locum Bechtel Hicks Paton.

10 Aeolice pro καθαιρούντων. Hinc cernitur fere eandem vim hanc vocem apud Aeolenses habuisse, quae apud eosdem et finitimos Ionas in simili verbo καταλαμβάνειν fuisset (cf. n. 8[9]).

11 Vs. 16—18 ita exhibeo, ut Paton eos restituit, sed vix opus est monere hic singula verba praestari non posse. Priorum editorum supplementa, quae sententia quidem non multum discrepant a Patonianis, exscribere non opus est.

12 Supplevit Paton. πρὸς ἀλ[λάλοις οἰκήσειαν (δὲ Be. Ca.) τὰν πόλιν ἀτρέσ]τως Hicks Bechtel Cauer. πρὸς ἀλ[λάλοις τά τε κτήματα ἔχοιεν ἀφθονή]τως Hoffmann Michel. At neque ἀτρέστως neque ἀφθονήτως sermoni eiusmodi actorum publicorum convenire mihi videntur.

13 Supplevi. Cum de ψα[φίσματι et de ἔλεσθ]αι inter omnes conveniat, plerique editores post illud substantivum desiderant participium, et deinde demum a καὶ

δέκα | [μὲν ἐκ τῶν κατελθόντων, δέκα] δὲ ἐκ τῶν ἐν τᾶι πόλι πρόσθε ἐόντων. | [οὗτοι δὲ πρῶτον μὲν[14] φυλάσσ]οντον καὶ ἐπιμέλεσθον ὡς μήδεν ἔσ‖[σεται διάφορον τοῖς κατε]λθόντεσσι καὶ τοῖς ἐν τᾶι πόλι πρόσ‖[θε ἐόντεσσι. πράξοισι δὲ][15] καὶ περὶ τῶν ἀμφισβατημένων κτημάτων | [ὡς οἵ τε κατέλθοντες[16] κ]αὶ πρὸς τοὶς ἐν ταῖ πόλι ἔοντας καὶ πρὸς | [ἀλλάλοις[17] μάλιστα μ]ὲ[ν][18] διαλυθήσονται, αἰ δὲ μή, ἔσσονται ὡς δικ|[αιότατοι[19],

---

ἔλεσθ]αι novum enuntiatum incipiunt. At Caueri Micheliique γραφείσαι propter tempus minus placet, Hoffmanni τεθεμέναι propter verbum. Desideratur γεγραμμέναι, sed huic repugnat spatium lacunae. Bechtel ὡμολογημέναι, ἔλεσ]θαι, ut hic incipiat apodosis, id quod supplementum priorum versuum minus probabile postulat. Quare cum Patone post ψαφίσματι periodum finiri statuo et initio proximi enuntiati, quod ille intactum reliquit, nomen repono quod et horum hominum officium recte indicet et simili vi usurpetur in titulo Attico Syll.[2] 511, 31. 34. Cf. etiam huius collectionis n. 43, 2. 14 Retinui Patonis supplementum, incertum sane. Etiam quod Cauer et Michel scripserunt ἐς δύναμιν, itemque quod Hicks et Bechtel habent σπουδαίως sententiae et usui accommodata sunt; minus placet Hoffmanni ὡς μάλιστα. 15 Supplevit Bechtel assentiente Cauero. κρίννοντες Hicks; at hic nondum de iudicio vel arbitrio dici demonstrant v. 26 μάλιστα μ]ὲ[ν] διαλυθήσονται. — καὶ τὰ ἄλλα] καὶ Hoffmann et Michel, qui hoc ad priora trahunt, per se non inepte, sed quae deinde sequuntur sic multo minus commode restituuntur quam probato Bechtelii supplemento. Subiectum verbi πράξοισι vigintiviros esse, non exules, vix est quod moneam. Paton sibi persuasit a verbis καὶ περὶ τῶν ἀμφισβατημένων κτημάτων novam plane partem decreti incipere; nam antea quidem de exulibus restitutis et antiquis civibus qui in patria remansissent dici, hic vero de tertio genere eorum qui etiamtum in exilio versarentur. Quod probare nequeo praesertim quia transitus ad aliud plane hominum genus profecto non potuit verbis καὶ περὶ τῶν ἀμφισβατημένων κτημάτων fieri, sed longe aliter indicandus erat. 16 Supplevi. Huic τε respondet καὶ initio versus 28. Nam usque ad illum locum exules reduces subiecti locum tenent, proxima vero non possunt non de utraque civitatis parte coniunctim intellegi. πρός τε κατέλθοντας κ]αὶ Cauer articulo praeter sermonis leges omisso, πρὸς τοὶς κατέλθοντας κ]αὶ Bechtel, quod ambitum lacunae excedit, [ταῦτα δὲ πράσσοντον κ]αὶ Hoffmann Michel. 17 Supplevit Paton. Facile fieri potuisse ut de fundo aliquo etiam inter duos exules controversia oreretur, concedes si reputaveris tum una omnes qui per longinquum temporis spatium variis de causis solum vertere coacti essent regis iussu restitutos esse. 18 Perbene supplevit Hicks, quem sequuntur Bechtel Cauer Paton. 19 Supplevi. ὡς δίκ|[ασται Hicks, quod probarunt Bechtel, Cauer, Hoffmann, Michel. Sed cum μάλιστα μὲν —, αἰ δὲ μὴ inter se accurate respondeant neque in alterutro enuntiato subiectum definite enuntietur, non licet ἔσσονται ad vigintiviros referri, sed manifesto hoc ut διαλυθήσονται ad eos inter quos controversiae de agris sunt spectat.

καὶ ἐν τα]ῖς διαλυσίεσσι ταὶς ὁ βασίλευς ἐπέκριννε | [καὶ[20] ἐν τᾶι συναλλάγ]αι ἐμμενέοισι πάντες καὶ οἰκήσοισι τὰμ πό||[λιν καὶ τὰγ χώραν ὁ]μονόεντες πρὸς ἀλλάλοις, καὶ περὶ χρημάτων | [μετὰ τὸ παραδέδεχ]θαι ταὶς διαλύσις[21] ὡς πλεῖστα καὶ περὶ ὄρκω | [τόγ κε ἀπομόσσωισι[22] οἶ] πολῖται, περὶ τούτων πάντων, ὄσσα κε ὁμο|[λογέωισι[23] πρὸς ἀλλάλο]ις, οἰ ἀγρέθεντες ἄνδρες φέροντον ἐπὶ τ|[ὸν δᾶμον. ὁ δὲ δᾶμος ἀκο]ύσαις, ἆι[24] κε ἄγηται συμφέρην βολλευέτω[25]. || [αἰ δέ κε ὁ δᾶμος ἄγηται τὰ] ὁμολογήμενα πρὸς ἀλλάλοις συμφέρον|[τα, ψαφίσασθαι καὶ[26] τοῖς κα]τελθόντεσσι ἐπὶ Σμιθίνα προτάνιος | [ὄσσα κε τοῖς λοίποισι[27] ψαφ]ίσθη[28]. αἰ δὲ κέ τι ἐνδεύη τῶ ψαφίσματος, |

Quare Paton δικ|[αζόμενοι] scripsit, qua in lectione et ὡς offensioni est, quia re vera illi litigant, et circumlocutio omnino insolita. Maxime quidem id agendum est vigintiviris ut cives de agris litigantes in gratiam reducant; quod nisi effici poterit, proximum est ut ne vi et armis, sed iusta et legitima ratione, i. e. in iudicio ius suum persequi nitantur. Qui non ignorat quantae turbae saepe in Graecia ab exulibus restitutis excitatae sint, hoc praeceptum non mirabitur. 20 Cf. not. 16. 21 Cum ΘΑΙΤΑΙΣ in lapide esse nunc constet, Patonis supplementa recipienda erant spretis priorum conatibus, qui nominativum singularis ἀ διάλυσις agnoscere sibi videbantur. 22 Supplevit Paton, ex parte secutus Blassium, qui ὄρκω|[ν, ὄττινας ἀπομόσοισι οἶ] πολῖται proposuerat. Hicks non curans spatii rationes scripsit ὄρκω|[ν τοῖς (debebat certe aut τοὶς aut τοῖσι) ὁρκισθήσονται οἰ] πολῖται, Cauer ὄρκω|[ν, ὄττινάς κε συμφέρην ἄγ]ωνται, quod et a sermone (debebat enim ἀγέωνται esse) et a sententia (neque enim in iureiurando recte de utilitate quaeritur) habet quod displiceat, et Patonis apographo refutatur. 23 Supplevi. ὁμολογήσωισι Bechtel Cauer Michel, sed id una littera spatium lacunae excedit. ὁμολογήμενα (praesens, non perfectum) Paton. At participii usus subaudito verbo substantivo displicet. 24 Sic (i. e. ᾗι) scribere malui quam cum omnibus editoribus αἴ κε (ἐάν). Nam utrumque quidem recte dicitur, et '*si* populus utilia iudicabit ea de quibus inter illos convenit, *ea decreto suo confirmabit*' et '*ut* populus utile iudicabit, *ita decernet*', sed eam vim quae in priore sententia desideratur, in verbo βολλεύω inesse nego. Quare enuntiatum condicionale ita modo tolerandum esset, si post βολλευέτω aliquid sequeretur quod inde penderet; quae est opinio Bechteli qui supplet | [πότερον δόκη κυρώθην τὰ] ὁμολογήμενα. At si populus iam utilia iudicaverit quae convenerunt, quid amplius deliberandum est utrum ea confirmanda sint necne? Quare quin voce βολλευέτω enuntiatum terminetur non dubito. 25 Cf. not. 24. 26 Supplevi. 27 Supplevi secutus verissimam F. Blassii apud Bechtelium observationem, hic distingui eos qui Smithina prytane redierint a reliquis exulibus et constitui, ut his quoque eadem iura concedantur atque illis. Ni fallor Smithinas ipsius anni quo haec decreta sunt magistratus fuit. Iam cum in priore

[περὶ τούτω ἀ κρίσις ἔστω ἐπ]ὶ τᾶι βόλλαι. κυρώθεντος δὲ τῶ ψαφίσ|[ματος ὑπὸ τῶ δάμω σύμπαντα][29] τὸν δᾶμον ἐν τᾶι εἰκ[ό]⟨ι⟩σται[30] τῶ μῆννος ‖ [μετὰ τὰν θυσίαν[31] εὔξασθαι τ]οῖς θέοισι ἐπὶ σωτηρίαι καὶ εὐδαι|[μονίαι τῶν πολίταν πάντων][32] γένεσθαι τὰν διάλυσιν τοῖς κατελ|[θόντεσσι καὶ τοῖς πρόσθε] ἐν τᾶι πόλι ἐόντεσσι, τοὶ[ς δ]ὲ ἴρηας τ|[ε καὶ ἰροποίοις πάντας[33] καὶ] ταὶς ἰρείαις δείγην[34] τ[οὶ]ς ναύοις καὶ | [αὔτοις πρὸς τὰ

---

parte decreti de eis modo verba fiant, qui iam redierunt (κατέλθοντες, κατεληλύθοντες) hic cavetur ut etiam eis qui huius legis commodis permoti antiquam patriam repetituri sunt, beneficiis legis frui liceat, dummodo ante anni exitum redierint. 28 Sic, non ἐψαφ]ίσθη, scribendum fuit, quia etiam de reliquis exulibus hic denuo ut singillatim populus decernat statuitur; cf. v. 34 ὁ δὲ δᾶμος — βολλευέτω. 29 Haec vox in Patonis supplemento ceteroqui satis certo dubia videtur. [ὑπὸ τᾶς βόλλας, πάντα] τὸν δᾶμον Hoffmann Michel. [πὰρ τῶι δάμῶι, αὔτικα] τὸν δᾶμον Bechtel. Ex quibus illud non satisfacit, quia κυροῦν ψήφισμα populi est, non senatus, hoc quia plebiscita fiunt ὑπὸ τοῦ δήμου aut ἐν τῷ δήμῳ, neque vero παρὰ τῷ δήμῳ. Item Caueri τῶ ψαφίσματος τούτω τᾷ ἐκκλησίαι] τὸν δᾶμον a sermonis usu abhorret. 30 ΕΙΚ ϽΙΣΤΑΙ lapis ex Patonis testimonio, ut utique Blassii et Bechtelii emendatio ἐκκλησίαι abicienda sit et vicesimum mensis diem indicari constet. Neque tamen cum Patone et Michelio εἰκοίσται retinuerim, nam hoc ΟΙ nullam habet probabilem explicationem neque ei ulla intercedit similitudo cum reliquis exemplis diphthongorum αι ει οι ab Aeolensibus praeter morem reliquarum dialectorum usurpatarum. Adde quod Aeolicum εἴκοστος testatum habemus (Cf. O. Hoffmann Gr. Dial. II p. 590). Quare praestat Ι ad errorem lapicidae referre. 31 Supplevit Paton. Sacrificium statum fuit illo mensis die, per cuius occasionem vota fieri ob concordiam civium restitutam iubentur. Priorum supplementa enumerare longum est; non recte [θύσασθαι καὶ (ἐπ)εύξασθαι] restituere conantur Hoffmann et Michel; nam notum est medium verbi θύειν non usurpari nisi de certo quodam sacrificiorum genere, quod hic quidem in censum non venit. 32 Supplementum Patonis recepi; per se aeque bene se habet quod Bechtelius scripsit εὐδαι|[μονίαι καὶ τύχαι τᾶς πόλιος γ]ένεσθαι, sed una littera spatium lacunae excedit. 33 Supplevit Bechtel, quem sequitur Cauer. τ|[ῶν θέων πάντων καὶ] Hicks neglectis ut alibi spatii rationibus. τ|[οὶς τῶν θέων τῶν πάντων καὶ] Hoffmann, Michel. Sed οἱ θεοὶ οἱ πάντες ab usu abhorret. τ|[οὶς δαμοσίοις ἅπαντας(?) καὶ] Paton. 34 Cum Boeckhius ταὶς ἐν legisset, H. L. Ahrens de dialectis I p. 112 not. 8 ex antiquiorum apographorum lectionibus corruptis (ΟΕΙΓΗΙ, ΟΕΙΓΕΝ, ΘΕΙΓΝΙ) restituit infinitivum δείγην, de sententia provocans ad Hom. Z, 89 οἴξασα κληῖδι θύρας ἱεροῖο δόμοιο. Trisyllaba forma defenditur exemplis Homericis ὤϊξε Z, 298 et alibi. ὤϊξαν ψ, 370. ω, 501. ὠΐγνυντο B, 809. Θ, 58, diphthongus ει non ad inferioris aetatis pravam consuetudinem, cuius nulladum hic occurrunt vestigia, sed ad dialecti proprietatem referenda videtur. Iam cum ΟΕΙΓΗΝ in lapide esse constet,

ἔδεα προσέλ]θην[35]. τὰ δὲ ἶρα, τὰ ὁ δᾶμος [ε]ὔξατο ὅτε ἐξ‖[έπεμψε[36] τοῖς ἀγγέλοις πρὸς] τὸν βασίλη̣α, ἀπυδόμεναι τοῖς βασί|[λη̣ος γενεθλίοισι κατ' ἐνίαυ]τον. παρέμμεναι δὲ τᾶι θυσίαι καὶ [το|ὶς εἴκοσι ἄνδρας[37] καὶ τοὶς ἀ]γγέλοις τοὶς πρὸς τὸν βασίλη̣α πέ[μφ|θεντας[38] τοὶς ἀπὺ τῶν πρόσθε ἐ]ν τᾶι πόλι ἐόντων καὶ τοὶς ἀ[πὺ τῶν | κατελθόντων. τὸ δὲ ψάφισμα τ]οῦτο ἀναγράψαντας τοὶς τ[αμίαις | -------------]

de Caueri lectione θείγην (i. e. θειοῦν sulphure purgare), non uno nomine improbabili illa quidem, non est quod fusius disputetur. 35 Supplevi non sine haesitatione, duo praecepta hic haberi ratus, primum ut populo delubra aperiant sacerdotes, deinde ut ipsi ad simulacra deorum accedant cum precibus et votis. Quod si quis non satis distincte nudo verbo προσέλθην enuntiari iudicet, monuerim vocabulorum πρόσοδος, προστροπή usu in sacris pervulgato eam reprehensionem refelli. Tamen etiam aliud latere posse me non fugit. κ|[αὶ παῖσαν τὰμ πόλιν προσέλ]θην Hoffmann Michel. κ|[αὶ πάντας πρὸς εὔχαν συνέλ]θην Bechtel, quod mihi ambiguitatis crimine carere non videtur, siquidem proclive est πάντας ad sacerdotes referri, qui tamen manifesto non una coibant sed in suo quisque fano manebant. π|[ρὶν δᾶμον πρὸς εὔχαν συνέλ]θην Cauer, qua in lectione male habet articulus ante δᾶμον omissus. 36 Patonis supplementum necessario recepi, quia eius testimonio ΕΞ in lapide esse constat, qua re antiquiorum conatus redarguuntur. 37 Supplevit Hoffmann (nisi quod τοὶς ἄνδρας εἴκοσι habet prava verborum collocatione, quam emendavit Paton) [τοὶς ὑπὸ τῶ δάμω ἀγρέθεντας ἀγ]γέλοις Bechtel Cauer Michel. καὶ [το|ῖς ἵροις καὶ τᾶι εὔχαι τοὶς ἀγ]γέλοις Hicks. 38 Sic Hoffmann et Paton. πε[μφθησομένοις Hicks, Bechtel, Cauer, Michel.

3 Bargyliae in gymnasio. Ed. Lebas-Waddington Inscr. III, 490.

Θεὸν | Ἀλέξανδρον[1] | ἡ πόλις | ἀνενεώσατο[2].

Litterae ΘΣΠΕ. 1 Sacra Alexandri regis ut alibi sic etiam Bargyliae iam ipso superstite instituta esse consentaneum est, etsi hunc quidem titulum aliquot saeculis illo recentiorem esse (not. 2) litteratura indicio est. 2 Fieri potest, ut simulacrum modo propter vetustatem instauratum hic intellegatur, sed probabilius est ipsa sacra magis magisque in desuetudinem venisse, sed aliquando resuscitata et per hanc occasionem etiam statuam refectam esse. Quod cum utique secundo aut tertio p. Chr. n. saeculo factum litterarum formae indicent, perquam probabilis est Waddingtoni coniectura ad Severi Alexandri (222—235 p. Chr.) principatum hoc referentis, nisi quod eodem iure etiam de M. Antonini (Caracallae) imperio (212—217 p. Chr.) cogitare licet, quippe quem constet eximia veneratione illum magnum regem prosecutum esse (Cassius Dio LXXVII, 9, 1 οὗτος οὖν ὁ φιλαλε-

ξανδρότατος Ἀντωνῖνος. P. von Rohden ap. Pauly-Wissowa Realencyklopaedie II 2 p. 2453. Alterum testimonium de cultu Alexandri tum temporis renovato Wadd. attulit ex titulo Erythraeo Lebas Inscr. III, 57. Τ(ίτον) Φλ(άουιον) Αὐρή(λιον) Ἀλέξανδρον — τὸν μιμαντοβάτην καὶ ἱερέα θεοῦ Ἀλεξάνδρου, quem nominum gentilium cumulatio primae parti tertii p. Chr. n. saeculi vindicat. Quod vero de communi omnium Ionum Alexandreo Wadd. cogitat, errare videtur. Nam ex Strabonis descriptione apparet, illud non in Erythraeorum, sed Teiorum agro fuisse. Cf. Strab. XIV, 1, 31 p. 644 Cas.: τὸ μὲν γὰρ νότιον τοῦ ἰσθμοῦ πλευρὸν ἔχουσι Τήιοι, τοὺς Χαλκιδέας, τὸ δὲ πρόσβορρον Κλαζομένιοι, καθ' ὃ συνάπτουσι τῇ Ἐρυθραίᾳ. (Teiorum igitur territorium in illo isthmo non attingebat Erythraeos) — ὑπέρκειται δὲ τῶν Χαλκιδέων ἄλσος καθιερωμένον Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου, καὶ ἀγὼν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ Ἰώνων Ἀλεξάνδρεια καταγγέλλεται συντελούμενος ἐνταῦθα. Paullo post ἀπὸ τοῦ Ἀλεξανδρείου καὶ τῶν Χαλκιδέων dicitur, ut appareat haec loca proxime vicina fuisse; itaque non potest alter in Teiorum finibus situs fuisse, alter in agro Erythraeo qui illos ne attingebat quidem. Quare non communia Ionum, sed propria civitatis Erythraeorum sacra Alexandri regis intellegenda sunt, de quibus testimonium habes Syll.[2] 600, 111.

---

4 Stela marmoris caerulei supra mutila, a duobus lateribus inscripta, Nesi (*Moschonisi*) in ecclesia S. Trinitatis. Edd. Ἰόνιος Ἀνθολογία I p. 134 (Boeckh C. I. G. II Add. p. 103 n. 2166 *c*). Earinos Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγ. σχολῆς II p. 127 (I. G. Droysen Gesch. des Hellenismus II[2] p. 375. E. L. Hicks Manual of Gr. hist. inscr. p. 235 n. 138. ed. 2 p. 294 n. 157. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschr. I p. 111 n. 304. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. p. 267 n. 429. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 279 n. 363. O. Hoffmann die gr. Dialekte II p. 92 n. 129). W. R. Paton Inscr. Gr. mar. Aeg. II p. 132 n. 645. Cf. quae disputavit H. Swoboda Die griechischen Volksbeschlüsse p. 120.

a

[------κα]ὶ Ἀλέξανδρο[ς | --------------------- χ]ώρας τᾶι πόλι[1] καὶ | [-----------, ὄτα δὲ] Ἀλέξανδρος διάλ‖[λα]ξεν τὸμ μετ' ἀνθρώ]πων[2] βίον, Φίλιππος δὲ [ὁ ‖ Φιλίππω καὶ]

Litterae volgares Ionicae praeter Ξ et ΘΟΩ minore modulo exaratas, dispositae στοιχηδόν, nisi quod nonnunquam binae singularum loca tenent. 1 Etsi restitui nequit hoc enuntiatum, tamen de beneficiis quibus Thersippus iam superstite Alexandro Magno patriam civitatem affecisset hic verba facta esse apparet. 2 Supplevi. ἐξ ἀνθρώ]πων Droysen, παρ' ἀνθρώπων editores plerique. Non nego, utrumque si traditum esset ferri posse, sed multo simplicius tamen illud videtur quod posui.

Ἀλέξανδρος ὁ Ἀλεξάνδρω τ[ά|μ βασιλεί]αν παρέλαβον[3], Θέρσιππος, ἔων | [τοῖς βασ]ιλήεσσι φίλος καὶ τοῖς στροτ[ά|γοισι] καὶ τοῖς ἄλλοισι Μακεδόνεσσι[4], μ[ε|γάλ]ων ἀγάθων αἴτιος γέγονε τᾶι πόλι. Ἀ[ν‖τιπ]άτρω γὰρ ἐπιτάξαντος χρήματα εἰς | τὸμ πόλεμον[5] εἰσφέρην, πάντων τῶν ἄλλων | εἰσφερόντων Θέρσιππος παργενόμενος | πρὸς τοὶς βασίλης καὶ Ἀντίπατρον ἐκο[ύ]‖φισσε τὰμ πόλιν. ἔπραξε δὲ καὶ πρὸς Κλε[ῖ‖τ]ον[6] περὶ τᾶς εἰς Κύπρον στρατείας[7] καὶ ἐ‖[κ] μεγάλας δαπάνας εἰς μῖκρον συνάγαγε. |

---

3 Anno 323 a. Chr. n. 4 Cum hinc appareat, Thersippum patria relicta ad regem Macedoniae se contulisse eique haud exigua officia praestitisse, admodum verisimilis est Droyseni coniectura, eundem esse legatum Alexandri post victoriam Issensem ad Dareum missum apud Arrianum II, 14, 4: πρὸς ταῦτα ἀντιγράφει Ἀλέξανδρος καὶ ξυμπέμπει τοῖς παρὰ Δαρείου ἐλθοῦσι Θέρσιππον, παραγγείλας τὴν ἐπιστολὴν δοῦναι Δαρείῳ, αὐτὸν δὲ μὴ διαλέγεσθαι ὑπὲρ μηδενός. 5 Cum I. G. Droysen Gesch. des Hellenismus II, 1 p. 116 hic de bello anno 321 a. Chr. ab Antipatro contra Eumenem fidelem Perdiccae asseclam gesto dici statuisset, Th. Lenschau De rebus Prienensium, Leipziger Studien XII p. 190 n. 3 monuit, tum Philippum Philippi f. et Alexandrum Alexandri f. etiam in tutela Perdiccae fuisse, cum hic manifesto iam Antipater regni administrator regumque tutor sit, ut appareat post Perdiccae necem demum et divisionem imperii Triparadisi factam (Diodor. XVIII, 39, 1. 3. 5 sqq.) i. e. post auctumnum anni 321 a. Chr. haec gesta esse. 6 Clitus Macedo, probe distinguendus ille quidem a Dropidae filio quem Alexander interemit, anno 327 a. Chr. in India primo uni ex phalangibus praefuit (Arrian. IV, 22, 7. V, 12, 2), postea equitum praefectura functus est (Arrian. V, 22, 6. VI, 6, 4). Anno 324 a. Chr. in eorum numero erat, quibus rex veteranos in patriam reducendos mandavit (Iustin. XII, 12, 8). Defuncto rege per belli Lamiaci tempora navibus Macedonum praefuit et Euetiona Atheniensem proelio navali fugavit (Diodor. XVIII, 15, 8. 9. Syll.[2] 187[9]). Anno 321 a. Chr. Perdiccae auspiciis classi in mari Aegaeo praefuit (Iustin. XIII, 6, 16), sed brevi ad Antipatrum transiit, cuius a partibus hic eum stare videmus. Tum Lydiae satrapia ei mandata est (Diodor. XVIII, 39, 6), sed cum anno 319 a. Chr. Antigonus ea regione potiri conaretur, Clitus cessit (Diodor. XVIII, 52, 5) et rursus classis Macedonicae imperium suscepit. At post varias fortunae vicissitudines anno 318 a. Chr. ad Byzantium ab Antigono fusus et in fuga a Lysimachi militibus occisus est (Diodor. XVIII, 72, 4 sqq. Polyaen. Strat. IV, 6, 8). 7 Expeditionem Cypriam anno 321 a. Chr. vindicare conatur Droysen Gesch. des Hellenismus II, 1 p. 135 not. 2. Sed eis de causis quae expositae sunt not. 5 Th. Lenschau eam proximo potius anno 320 a. Chr., eodem fere tempore cum eo bello quod Antigonus Antipatri iussu contra Attalum Alcetam Eumenem Perdiccae socios gessit susceptam statuit. Utique anno 318/7 posterior esse non posse propter ea quae de Cliti rebus (not. 6) tradita sint. Utrum ad hanc expeditionem, ut Droysenus vult, referendus sit tituli Attici locus (Syll.[2] 213, 6) necne in medio relinquendum videtur.

[ἐγένετ]ο[8] δὲ καὶ περὶ τὰν σιτόδειαν ἄνη[ρ | ἄγαθος][8] καὶ πὰρ τῶν σαδράπαν[9] εἰσαγώγα[ν | σίτω[10] κα]τεσκεύασσε. ἔδωκε δὲ καὶ τᾶι πόλι ‖ [χρήματ]α εἰς σωτηρίαν καὶ τόκοις ἐλάσ[σο|νας[11] ἄιτ]ησε τῶγ κατεστακόντων[12], ἐβαθόη[13] | [δὲ χρη]μάτεσσι καὶ

8 Supplevit F. Blass Mus. Rhen. XXXVI p. 609 not. 1. 9 Praeter usitatum σατράπης etiam alias apud Graecas usitatas fuisse vocis formas ex parte ad Persicam *khšatrapâvan* propius accedentes notum est (Syll.[2] 95, 2. 18. 33 ἐξαιθραπεύοντος. 573, 3 ἐξσατραπεύοντος. Lebas-Waddington Inscr. III, 388, 2 [ἐ]ξατράπης. Theopompus apud Photium Bibl. cod. 177 p. 120 a 24 Bk. Αὐτοφραδάτην τὸν Λυδίας ἐξατράπην. At media pro tenui vel aspirata quod sciam nusquam alibi legitur in hac quidem voce. Sed alia exempla haud pauca praesto sunt quae sensim hanc mutationem irrepsisse probent in linguam Persicam aliasque dialectos Iranicas. Sic antiquior forma Ἀρτάπανος vel Ἀρταπάνης quarto a. Chr. saeculo occurrit apud Ctesiam et Aristotelem, sed iam Herodotus IV, 83. 143. VII, 10 sqq. 46 sqq. 66. 75. 82. VIII, 26 Ἀρτάβανος habet, quae scriptura deinde Parthorum aetate, quorum quinque reges hoc nomen gesserunt, una usitata fuit; Persae recentiores vero etiam priore media mutata *Ardawân* pronuntiabant. Cf. F. Cauer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopedie II 1 p. 1291. Regio Ἀτροπατηνή ab Atropate satrape denominata apud Persas *Âdhârbadhgân* vel *Âdhârbaigân* (Graece Ἀδαρβιγάν apud Procopium et Theophylactum) appellatur; cf. Th. Nöldeke apud Bezzenberger Beitr. IV p. 50 not. 2. Regum duorum Sasanidarum nomen Καβάτης, quod in litterarum a Cavate II Shêrôe ad Heraclium imperatorem anno 628 p. Chr. datarum exemplo Graeco Chronico Paschali inserto per tenuem scribitur, alibi iam post annum 500 constanter apud Syros Graecosque mediam habere (Καβάδης, Κουάδης, Κωάδης) monuit Nöldeke ibid. p. 33. Praeterea cf. quae infra n. 391[7] de Ὀρόντης et Ἀροάνδης, n. 432[3.6] de scripturis *Ardaschîr* et *Pabak*, n. 434[3] de *Šabûr* (Σαβώρης sim.) annotantur. In universum quidem illa vicissitudo consonarum hoc titulo multo recentior est; sed in nonnullis vocibus iam saeculo a. Chr. n. quinto fluctuari coepisse demonstrant quae supra de nomine quod est Ἀρτάβανος adnotavi. 10 Supplevit Paton, cum ante eum omnes [συγκα]τεσκεύασσε scripsissent. Sed illud cum sententiae accommodatius est, tum spatio accurate convenire ex Patonis apographo apparet. 11 Supplevit Paton lacunae ambitu accurate observato, ut appareat eos qui breviorem formam reponere conarentur (ἐλάσσους Earinos Droysen Cauer, ἐλάσσως Bechtel, ἐλάσσοις Hoffmann Michel) erravisse. 12 Cf. Demosth. XXXIV, 39 ὅτε δ' ὁ σῖτος ἐπετιμήθη τὸ πρότερον καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς, πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. Usitatum pretium, i. e. non quod quoque tempore obtinet, sed quod plerumque numeratur cum neque praeter solitum vile neque carum est frumentum, indicari apparet; item hic usitatum faenus intellegitur. 13 Hoc quod in levi priorum exemplorum corruptela agnoverat Kirchhoff apud Cauerum, in lapide integrum exstare testatur Paton. A βοαθόος descendit βοαθοέω, quod integrum servavit dialectus Dorica (I. G.

τοῖς πολίταισι εἰς [σι|τωνίαν]. καὶ Πολυπέρχοντος[14] εἰς τὰν Ἀσί[αν | στάλε]ντος[15] διώικησε φίλον αὖτον τᾶι πό||[λι ὑπά]ρχην. παρεσκεύασσε δὲ καὶ Ἀρραβαῖ|[ον[16] καὶ] τοὶς ἄλλοις τοὶς ἐπί τινων τετα||[γμένο]ις ὑπὸ τῶν βασιλήων φίλοις τᾶι πό|[λι, κα]ὶ τἆλλα πράσσει μετ᾽ εὐνοίας πρὸς | [τὸν δ]ᾶμον πάντα· δέδοσθαι αὔτω ἀτέλει[αν || πάντω]ν τὸμ πάντα χρόνον καὶ αὔτω καὶ [ἐκ|γόν]οισι. στᾶσαι δὲ αὔτω καὶ εἴκονα χαλ[κί|αν][17]. δέδοσθαι δὲ καὶ σίτησιν ἐμ προτανη[ΐ|ω, κ]αὶ ὄτα κε ἀ πόλις ἰροπόηται, μέρις δ[ι|δό]σθω Θερσίππω καὶ τῶν ἐκγόνων ἄϊ τῶ γ[ε||ραι]τάτω[18].

Sept. I, 188, 16. 189, 25 cum Addendis p. 743 βοαθοήσαντι, βοαθοήσαντας), duabus prioris vocalibus contractis in βαθοέω vel rectius βαθόημι convertit Aeolis, quod praeter hunc titulum etiam n. 8, 27. 76 (βαθόεντι) legitur. Contra Ias et Atthis cum ex βοηθόος factum esset βοηθός, inde βοηθέω derivarunt. 14 Hanc veram esse nominis scripturam tituli (praeter hunc cf. n. 5, 39. C. I. Att. II, 723, 7) et papyri (Notices et extraits des manuscrits XVIII, 2, 1865 p. 144 n. 5 col. 30, 5 Πολυπέρχωντος. p. 218 n. 15 col. I, 3. 4 Πολυπέρχοντος τοῦ Ἀμμωνίου τῶν κατοίκων ἱππέων) demonstrant; atque eorum testimonium confirmatur scriptorum Latinorum usu, quorum codices ut in aspiratione neglegenda aut adhibenda (*Polyperchon Polypercon*) variant, ita summa constantia littera σ carent (Cornel. Nepos Phocion 3, 1. 2. 3. Curtius IV, 13, 7. 28. V, 5, 20. VIII, 5, 2. 22. 6, 1. 11, 1. Iustin. XII, 10, 1. 12, 8. XIII, 6, 9. 8, 5. 7. XIV, 5, 1. XV, 1, 1. Pomp. Trog. prol. 14, 7. 15, 4. Orosius III, 23, 22. 30. 33). Graecorum scriptorum exemplaria typis exscripta pleraque quidem invasit lectio Πολυσπέρχων, neque negari licet hanc corruptelam perfrequentem esse in libris manuscriptis, at vera forma in eis neutiquam inaudita est. Immo haud paucis locis definite enotatur ab editoribus (cf. Plut. Phocion. 31. 32. 33. Dion. 58. Diodor. XVII, 57, 2. XVIII, 47, 4), neque dubium est quin etiam multo plura eius exempla proditura sint memoria codicum accuratius quam adhuc factum est pervestigata. Cf. B. Niese Gesch. der griech. und maked. Staaten I p. 234 not. 1. 15 Supplevit Paton. ἔλθο]ντος Earinos Cauer Michel Hoffmann, πέμψα]ντος Droysen. 16 Eundem hominem, qui apud Diodorum XVIII, 3, 5. 26, 1. 28, 2. 36, 6 39, 1. 6. 51, 1. 7. 52, 3. 4. 5. 72, 2 et Iustinum constanter sane Arrhidaeus vocaretur, hic designari coniecit Droysen Gesch. des Hellenismus II, 1 p. 13 not. 2, monens verae formae, quam titulus praeberet, vestigium exstare apud Polyaenum VII, 30 in scriptura codicum Ἀριβαῖος, Ἀρριβαῖος. At A. Wilhelm Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII 1897 p. 196 librorum manuscriptorum lectionem Ἀριδαῖος vindicavit testimonio fragmenti marmoris Parii nuper eruti, v. 14 καὶ ἀπὸ τῆς ἐγ Κυζίκωι πολιουρκίας, ἣν ἐπολιούρκησεν Ἀριδαῖος. In titulo igitur alius homo ceteroqui plane ignotus intellegendus est. 17 Supplevit Bechtel, quem secuti sunt Cauer et Michel. χ[ρυσίαν] Hoffmann, sed Patonis apographo illud comprobatum est. 18 Supplevit Bechtel, quem iure sequuntur Cauer Hoffmann Paton. Nam τὠγγυτάτω (Droysen) non uno nomine intolerabile est, τῶ (π)[ρεσβυ]τάτω vero, quod sollemne est, cum pro-

κάλησθαι δὲ καὶ εἰς προεδρίαν. | [στε]φανώτω δὲ αὖτον ὁ χοροστάτας ἄϊ ὁ ἐν[έ|ων[19] ἐ]ν τῶ ἄγωνι[20] καὶ ὀγκαρυσσέτω ἀνδραγ[α|θί]ας ἔνεκα καὶ εὐνοίας τᾶς πρὸς τὸν δᾶ||[μον,] ἵνα γινώσκωισι[21] πάντες ὅτι ὁ δᾶμος ὁ || [Να]σιώταν[22] τοὶς ἀγάθοις ἄνδρας [κ]αὶ εὐε[ρ|γέ]ταις τί[μαι] καὶ σώθεντος αὔτω ἐστεφα||[να]φόρησεν ἀμέραις τρῖς καὶ εὐαγγέλια | καὶ σωτήρια ἔ[θ]υσε καὶ παν[άγυρ]ιν συνά|γαγε δαμοτέλην[23] καὶ νῦν τίμαι δικάως. ἀ||ναγράψαι δὲ τοὶς ταμίαις τοὶς μετ' Ἡρα|κλείτω τὸ [ψ]άφισμα εἰς στάλαν λιθίναν | τῶ ἐκ Θέρμας[24] λίθω καὶ στᾶσαι ὄππα κε Θε[ρ]|σίππω συνα[ρ]έσκη μέχρι Πορνοπίας[25]. ἐξέ[σ]|τω δὲ Θερσί[π]πω καὶ ἄλλα ὄππα κε θέλη τῶ[ν] || ἴρων στᾶσα[ι] τὸ

---

pterea scribi non licet, quia postremam versus 34 litteram Γ esse plane constat, tum propter spatii rationes. 19 Cave hoc coniungas cum ἐν τῶ ἄγωνι, quod potius a στεφανώτω pendet; ad ἐνέων vero mente supplendum est ἐν τᾶ ἄρχα, ut haud infrequenter in titulis legitur ἀεὶ ὁ ἔναρχος. 20 Dionysiorum. 21 Coniunctivum ΓΡΗΞΟΙΣΙΝ in titulo Chio (F. Bechtel Inscr. des ion. Dialekts p. 106 n. 174, 16) confert Cauer. 22 Inter Lesbum et continentem insulae sitae erant quae volgo Ἑκατόννησοι vocabantur. Maximam ex eis, ubi hic lapis inventus est, Strabo quidem XIII, 2, 5. 6 p. 618. 19 Cas. Πορδοσελήνην nomen habuisse, sed nonnullos ut melius sonaret Ποροσελήνην dicere maluisse refert. Sed haec videntur inferioris aetatis fuisse, cum titulus doceat antiquitus insulam cum oppidulo in ea sito simpliciter Νᾶσον, cives Νασιώτας appellari solitos. Cf. C. I. Att. I, 357: [Ἀ]λκίβιος ἀνέθηκεν κιθαρωιδὸς Νησιώτης. Nam insulanum hic dici appellative a solemni originis indicandae more abhorret. 23 De hoc Aeolici sermonis metaplasmo Cf. Ahrens Dial. I p. 113. Meister Dial. I p. 144. O. Hoffmann Dial. II p. 548. 24 Locus insulae Lesbi prope Mytilenas septentrionem versus insignis aquis calidis, ad quas singulari studio a Lesbiis colebantur Ἀπόλλων Θέρμιος (Inscr. ins. mar. Aeg. II, 104, 2) et Ἄρτεμις Θερμία (II 67, 14. 101, 2. 103, 3. 105, 1), quibus feriae magnificae habebantur (Θερμιάκα πανάγυρις Inscr. ins. mar. Aeg. II, 242, 7. 245, 7. 247, 8. 248, 10. 249, 7. 250, 10. 251, 6. 253, 6). De lapicidinis eo potissimum loco insulae sitis nihil quod sciam alibi traditum est, sed in universum lapidem Lesbium magni aestimatum esse docet Syll.[2] 583, 9 et Philostrati locus quem ibi attuli not. 4. 25 Cf. Strabo XIII, 1, 64 p. 613 Cas. παρ' Αἰολεῦσι δὲ τοῖς ἐν Ἀσίᾳ μείς τις καλεῖται Πορνοπίων, οὕτω τοὺς πάρνοπας καλούντων Βοιωτῶν, καὶ θυσία συντελεῖται Πορνοπίωνι (immo Πορνοπίωι) Ἀπόλλωνι. Ab huius dei sacris locus quidam insulae Nasi nomen traxerat. Sed μέχρι obscurum, nisi forte in vocis πλάν vim transiit, quia hac exceptione quasi terminus quidam statuitur, ultra quem procedere non liceat. Cf. nostrum '*bis auf*' eadem vi usurpatum. Certe καὶ ἄλλα v. 49 non opponitur huic potissimum loci definitioni, sed cum de exemplari publice erigendo dictum sit, adiungitur Thersippo etiam alibi privatim decretum inscribere licere.

ψάφισμα, καἴ κέ τι θέλη [πρ]‖οσγράφην ἔμμεναι αὔτω τῶγ κεν εὐεργέ|τη τὰμ πόλιν.

b

. . . πα . . . . . . | . . . ισι τοὶ[ς ἐ]‖ξε]τάσταις [ἐπ|ιμέ]λεσθα[ι· πα|ρέχ]ην δὲ α[ὔτω | τὰ] ἰρήϊα [καὶ ο|ἶν]ον καὶ τ[ἆλλ‖α] τὰ περὶ τ[ὰν θ|υ]σί[αν,] ἵνα . . . | . . . . | . . . . | . . . . οι . . ‖ . . . . . ωεσι . . | . . . . κα . . γ[. . | . . κ]αὶ ἐν τὰ βό|[λ]λα. *vac.* | Π[ερὶ ‖ ὦ]ν Ἔρ(γ)ων[26] Π[λει|στ]άρχειο[ς[27] εἶ|πε, δ]ᾶμος ἔ[γνω | . . .]ατριο[28] [. . . | ἐ]γ κυ[ρ]ία ἐκ[λ‖ησί]α[29]· ταὶς δω[ρ|έαι]ς παίσαι[ς | τα]ὶς δεδομέ[ν|α]ις Θερσίππ[ω | ὐ]πὸ τῶ δάμω κα‖[ὶ] ἐκγόνοισι δ|[ιαμ]ένην εἰς τ|[ὸν π]άντα χρόν|[ον,] καθ[ά]περ ὀ δ|[ᾶμ]ο[ς] ἔδωκε, κα‖[ὶ μὴ ἔ]μμεναι [π|ὰρ τ]αῦτα[30] μήτε | [ἄ]ρχοντι προθ|[έ]μεναι μήτε ῥ|[ή]τορι εἶπαι μ‖[ή]τε ἐπιμηνί[ω | ἐ]σένικαι[31]· αἰ δ|[έ] κέ τις ἢ ῥήτω|[ρ] εἴπη ἢ ἄρχων | [ἐσ]αγάγη [ἢ ‖ ἐπ]ιμήνιος ἐσ|[εν]ίκη, ἄκυρά τ|[ε] ἔστω καὶ ὀφε|[λ]λέτω ἔκαστο|[ς] στάτηρας τρ‖[ια]κοσίοις ἴρ|[οι]ς τῶ Ἀσκλαπ|[ίω] καὶ ἐπάρατ|[ος] ἔστω καὶ ἄτι|[μος] καὶ γένος ‖ [ε]ἰς τὸν πάντα | [χρ]όνον καὶ ἐν|[εχ]έστω[32] τῶ νόμ|[ω π]ερὶ τῶ καλλ|[ύο]ντος[33]

---

26 ΕΡΕΩΝ lapis. Emendavi. (Κ)ρέων Paton, sed apparet Ε facilius pro Γ per errorem legi potuisse quam pro Κ. 27 Supplevi. 28 ΛΛΑΤΡΙΟ lapis. Fuit cum mensis nomen hoc esse putarem et [Δ](αμ)ατρί(ω) reponere conarer. Sed ita vocabulum μηνὸς per compendium scriptum fuisse statuendum esset, quod nescio an in hoc titulo non liceat. 29 Scriptura in titulis variarum regionum perfrequens, ut non sit cur de lapsu lapicidae cogitemus, praesertim cum etiam titulus Eresius n. 8, 26. 126 eam habent. Cf. praeterea Syll.² 226, 57. 67. 85. 130. 324, 29. 426, 13. 502, 11. 549, 1. 30 Supplevit F. Blass Mus. Rhen. XXXVI p. 609 not. 1. 31 Tria rogationum genera hic distingui prout aut a magistratu aut ab epimenio aut a privato homine ad populum ferrentur, sibi persuasit Swoboda. At mihi res longe aliter se habere videtur. Nempe in unaquaque rogatione suae cuiusque ex his tribus hominibus partes erant; qua de re imprimis Attici moris similitudo dubitari vix sinit, ex quo εἰπεῖν et ἐπιψηφίσαι vetantur. Illud hominis privati (ῥήτορος) est, hoc Athenis epistatae prytanum, postea proëdrorum, cui apud Nasiotas respondet epimenius. Quod hic tertius accedit ἄρχων, id indicio est nihil invitis magistratibus ad comitia ferri licuisse, ut hoc quidem nomine Nasiotarum respublica similior fuerit Romanae quam Atticae. 32 ΕΝ | . . ΕΣΤΩ in lapide esse Patonis testimonio constat, quod nisi lapicidam errasse statuas aliter suppleri non potest ac fecit A. Führer über den lesb. Dialekt Progr. gymn. Arnsberg. 1881 p. 11. Sed Τ pro Θ fortasse non tam ad sermonis proprietatem quam ad lapicidae socordiam

τὸν δᾶ‖[μον]. τὸ δὲ ψάφι‖[σμ]α τοῦτο ἀνά‖[γρ]αψαι τοὶς [ἐ|ξ]ετάσταις εἰ‖[ς] ταὶς στάλλα‖[ις] ταὶς ὑπὲρ τ|[ῶν δ]ωρήταν[34], κα‖[ὶ τὸ] ἀνάλωμα- | ---------

referendum est. Certe non est cur contra spatii rationes cum Hoffmanno ἔν[τος] ἔστω aut cum Cauero ἔν[οχος] ἔστω reponamus. 33 I. e. καταλύοντος. Supplevit Bechtel. 34 De eis qui dona dederunt civitati.

---

5 Tabula marmorea effossa in parietinis antiqui Scepsiorum oppidi (*Kurschunlu-tepe*) et delata in vicum vicinum *Kurschunlu*. Ed. I. A. R. Munro Journal of Hell. stud. XIX (1899) p. 330 A. Cf. quae disputaverunt B. Haussoullier Revue de philol. XXIV (1900) p. 262 sq. I. P. Mahaffy Classical Review XIV (1900) p. 54. W. Dittenberger Hermae XXXVI p. 450. W. Hünerwadel Forschungen zur Gesch. des Königs Lysimachos p. 129. U. Koehler Sitzungsberichte der Ak. zu Berlin 1901 n. XLIII p. 1057.

[---------, | πολλὴν δὲ σπουδὴν] ἐποιού[μ]εθα [περὶ τῆς τῶν | Ἑλλήνων ἐλ]ευθερίας[1]: ἄλλα τε οὐ μικ[ρ]ὰ δι[ὰ | τοῦτο συνχ]ωροῦντες καὶ χρήματα πρὸς δια‖[πομπὰς[2] κα]ὶ ὑπὲρ τούτων

Litterae Ionicae volgares praeter ΞΣ, dispositae στοιχηδόν, nisi quod aliquot locis ι cum alio elemento unum locum tenet. Distinctionem puncti duplicis, quae frequenter quidem sed neutiquam constanter usurpatur, ubicumque in lapide est retinui. 1 Cum primarium epistulae ab Antigono ad Scepsios datae argumentum sine controversia ad pacem anno 311/0 a. Chr. inter Antigonum Cassandrum Lysimachum Ptolemaeum factam (not. 8) spectet, sequitur ut initio (v. 1—8) priores Antigoni conatus libertatem civitatum Graecarum tutandi commemorati fuerint. Atque inde a v. 6 quidem de Antigoni et Cassandri ad Hellespontum conventu (not. 5) dici manifestum est. Priora vero Munro intellegit de legatione ab Antigono ad Cassandrum missa priusquam ipsi convenirent; nam eiusmodi congressum principum non prius fieri quam de summa certe rerum per alios agitatum sit rerum naturae accommodatum esse. At ea opinio mihi quidem non probatur cum propter particulam ἕως v. 4 usurpatam (not. 4) tum propter ea quae initio eiusdem versus de legatis scripta sunt (not. 3). Immo per eadem tempora, quibus Antigonus et Cassander ad Hellespontum convenerunt, legatio horum duorum principum cum tertio nescio quo egisse videtur. 2 Supplevit Munro, monens etiam δια|[λύσεις] et δια|[δόσεις] spatio lacunae accommodata esse. Ex quibus hoc quidem minus placet quia merae munificentiae est neque impensas in certum aliquod negotium factas significat, illud vero aeque aptum esse ac διαπομπάς non nego. Editor conferre iubet Thuc. VI, 41, 4 τῶν πρὸς τὰς πόλεις διαπομπῶν. — καὶ χρήματα προσδια[ι|ροῦντες

συναπεστείλαμε[ν ‖ μετὰ Δημά]ρχου[3] Αἰσχύλον. ἕως δε συνωμολογ||[εῖτό τι[4] τ]ούτοις, τὴν ἔντευξιν ἐπὶ τοῦ Ἑλλη[σ|πόντου] ἐπ[ο]ιούμεθα[5] : καὶ εἰ μὴ κωλυταί τι||[νες ἐγέ]νοντο[6], τότε ἂν συνετελέσθη ταῦτα. | [νῦν δὲ] γενομένων λόγων Κασσάνδρωι καὶ Πτο‖[λεμαί]ωι ὑπὲρ [δ]ιαλύσεων : καὶ πρὸς ἡμᾶς πα||[ραγέ]νομένων : Πρεπελάου[7] καὶ Ἀριστοδήμου[8] | [ὑπὲ]ρ τούτων : καίπερ

κα]ὶ Koehler, quod verbum num vim habeat huius loci sententiae accommodatam vehementer dubito. 3 Supplevit Munro monens in titulo Samio apud Ch. Michel Recueil p. 284 n. 367 (Syll.² 183), 3 sqq. esse Demarchum Taronis f. Lycium qui apud Philam Antigoni nurum commoratus Samios magnis beneficiis affecisset. At quod M. hic de duobus Antigoni legatis dici opinatur, manifesto fallitur. Etenim quis unquam, ut hoc significaret, dixit συναπεστείλαμεν μετὰ Δημάρχου Αἰσχύλον, neque vero simpliciter ἀπεστείλαμεν Δήμαρχον καὶ Αἰσχύλον (cf. infra v. 11. 47. 48). Immo Demarchus ab alio nescio quo ad tertium nescio quem missus erat, sed prius mandatu illius Antigonum adierat petens ut is suum legatum una cum ipso eodem mitteret, cui desiderio Antigonus morem gessit. At ut haec certissima sunt, sic quis Demarchum miserit non magis constat quam quo illi duumviri ierint. A Cassandro ad civitates quasdam Graecas Demarchum legatum esse conieceris, sed pro certo eam coniecturam venditare nolim. Eandem interpretationem protulit Koehler, nisi quod confidenter ad Cassandrum refert. 4 Supplevi, non ignorans incertum esse. συνωμολογ[εῖτο, ἐν τ]ούτοις Munro, qui interpunctione indicat se ἐν τούτοις de tempore (*interea*) intellegere, qua vi sane singularis ἐν τούτῳ usitatior est. Neque illud συνωμολογεῖτο sine subiecto positum placet. Utique apparet, inter legatorum actiones et principum conventum aliam rationem intercedere ac Munro (not. 1) sibi persuaserit. Nam in ea non ἕως — συνωμολογεῖτο, sed necessimo ἐπειδὴ — συνωμολογήθη dicendum fuit. 5 Anno 313/2 a. Chr. Cf. Diodor. XIX, 75, 6: τῷ δὲ Κασσάνδρῳ συνελθὼν εἰς λόγους ὑπὲρ εἰρήνης περὶ τὸν Ἑλλήσποντον (Ἀντίγονος) ἀπῆλθεν ἄπρακτος, οὐ δυναμένων αὐτῶν οὐδαμῶς συμφωνῆσαι. Nam quin hic potissimum conventus in titulo indicetur cum alia dubitari non sinunt tum loci significatio. Munro. 6 Alios homines ac Cassandrum significari ipsa verba docent. De Ptolemaeo et Polyperconte praecipue cogitat M. At iure Koehlerus negavit, Ptolemaeum omnino illis quae anno 313 a. Chr. n. agitata essent inter Antigonum et Cassandrum se interposuisse. Immo nonnullos ex Cassandri familiaribus innui, quorum opera effectum esset ne inter illum et Antigonum conveniret. 7 Tum temporis Cassandrum Prepelao in variis negotiis cum civilibus tum militaribus usum esse praeter hunc titulum etiam scriptores testantur. Cf. Diodor. XIX, 64, 3: ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Κάσσανδρος ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν (Ἀλέξανδρον τὸν Πολυπέρχοντος) Πρεπέλαον, ἀξιῶν Ἀντιγόνου μὲν ἀποστῆναι, συμμαχεῖν δ' αὐτῷ γνησίως. Haec gesta sunt archonte Athenis Praxibulo a. 315/4 a. Chr. XIX, 68, 5: Ἄσανδρος δὲ καὶ Πρεπέλαος ἀφηγοῦντο μὲν τῆς ὑπὸ Κασσάνδρου (archonte Nicodoro, a. 314/3 a. Chr.) πεμφθείσης δυνάμεως εἰς τὴν Καρίαν. XX, 102, 1: Δημήτριος εἶχε

ὁρῶντές τινα : ὧν ἠξί|[ου] Κάσσανδρος ἐργωδέστερα ὄντα : ἐπεὶ τὰ | [π]ερὶ τοὺς Ἕλληνας συνωμολογεῖτο: ἀναγ||[κ]αῖον ᾠιμεθα εἶναι παριδεῖν : ἵνα τοῦ[9] τὰ ὅ|λα συντελεσθῆναι τὴν ταχίστην[10] : ἐπεὶ πρὸ | πολλοῦ γ' ἂν ἐποιησάμεθα ἅπαντα διοικῆσα[ι] | τοῖς Ἕλλησιν καθὰ προειλόμεθα [:] διὰ τὸ δὲ | μακρότερον τοῦτο γίνεσθαι: ἐν δὲ τῶι χρο||νίζειν ἐνίοτε πολλὰ καὶ παράλογα συμβαί|νειν : φιλοτιμεῖσθαι δὲ ἐφ' ἡμῶν τὰ πρὸς το[ὺς] | Ἕλληνας συντελεσθῆναι ᾠιμεθα δεῖν μηδὲ | μικρὰ κινδυνεῦσαι τὰ ὅλα μὴ διοικηθῆναι. | ὅσην δὲ σπουδὴν πεποήμεθα περὶ ταῦτα, φανε||ρὸν οἶμαι ἔσεσθαι καὶ ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις | ἅπασιν ἐξ αὐτῶν τῶν διοικημένων[11] : ὄντων δ' [ἡ]||μῖν τῶν πρὸς Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον συν|τετελεσμένων : πρὸς (ἃ)[12] Πρεπέλαον ἔπεμψαν

πρόθεσιν πρὸς μὲν τοὺς περὶ Κάσσανδρον διαπολεμεῖν, τοὺς δ' Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, καὶ πρῶτον τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα διοικεῖν, ἅμα μὲν νομίζων δόξαν οἴσειν αὑτῷ μεγάλην τὴν τῶν Ἑλλήνων αὐτονομίαν, ἅμα δὲ καὶ τοὺς περὶ Πρεπέλαον ἡγεμόνας τοῦ Κασσάνδρου πρότερον συντρῖψαι καὶ τότε προάγειν ἐπ' αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν ἢ ἐπ' αὐτὸν πορεύοιτο τὸν Κάσσανδρον. 103, 1: ὁ δὲ Δημήτριος διοικήσας τὰ περὶ τοὺς Σικυωνίους ἀνέζευξε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Κόρινθον, ἣν ἐφρούρει Πρεπέλαος Κασσάνδρου στρατηγός. § 4: καὶ Πρεπέλαος μὲν αἰσχρῶς ἐκ τῆς Κορίνθου πρὸς Κάσσανδρον ἀπεχώρησε. Haec spectant ad annum Leostrati archontis, 303/2 a. Chr. Paullo post apud Lysimachum eum videmus militantem anno 302/1 a. Chr. et res in Aeolide et Ionia ex parte quidem prospere gerentem (cf. n. 9[2]. Syll.[2] 186, 4 cum not. 4. Diodor. XX, 107, 4). Sed iam antea, cum etiamtum apud Cassandrum versaretur, Lysimachum illius socium fidei et sollertiae eius multum tribuisse ex communi utriusque legatione a Prepelao gesta (infra v. 28) colligitur. 8 Homo ceteroqui ignotus, sed utique distinguendus, ut monuit Koehler, ab eo quem infra habes v. 47. De eis quae inde ab hoc loco narrantur cf. Diodor. XIX, 105, 1: ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Σιμωνίδου (anno 311/0 a. Chr.) — οἱ περὶ Κάσσανδρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον διαλύσεις ἐποιήσαντο πρὸς Ἀντίγονον καὶ συνθήκας ἔγραψαν. ἐν δὲ ταύταις ἦν Κάσσανδρον μὲν εἶναι στρατηγὸν τῆς Εὐρώπης, μέχρι ἂν Ἀλέξανδρος ὁ ἐκ Ῥωξάνης εἰς ἡλικίαν ἔλθῃ, καὶ Λυσίμαχον μὲν τῆς Θρᾴκης κυριεύειν, Πτολεμαῖον δὲ τῆς Αἰγύπτου καὶ τῶν συνοριζουσῶν ταύτῃ πόλεων κατά τε τὴν Λιβύην καὶ τὴν Ἀραβίαν, Ἀντίγονον δὲ ἀφηγεῖσθαι τῆς Ἀσίας πάσης, τοὺς δ' Ἕλληνας αὐτονόμους εἶναι. De condicionibus pacis, praeter libertatem civitatium Graecarum, in hac epistula nihil legitur, reliqua Diodori narratio ea partim confirmatur, partim suppletur. Munro. 9 Singulari structura hic ἵνα ad exemplum adverbii ἕνεκα cum genetivo infinitivi coniungitur. Errorem lapicidae subesse non putaverim. 10 Hic et in proximis Antigonum se excusare quod non omnia impetraverit a reliquiis principibus quae se perfecturum promisisset Graecis, hos ipsos vero de ea re consolari apparet; sed ad quasnam condiciones pacis hoc spectet obscurum est. 11 Cf. n. 8[3]. 426[5]. 12 Supplevi. De eodem

αὐ|τοκράτορα : ἀπέστειλεν Πτολεμαῖος πρὸς ἡ||μᾶς πρέσβεις, ἀξιῶν καὶ τὰ πρὸς αὐτὸν διαλυ|θῆναι καὶ εἰς τὴν αὐτὴν ὁμολογίαν γραφῆναι· | [ἡ]με(ῖ)ς[13] δὲ οὐ μικρὸν μὲν ἑ[ω]ρῶμεν τὸ μεταδιδό||[ναι φιλ]οτιμίας ὑ[π]ὲρ ἧς πράγματα οὐκ ὀλίγα | ἐσχ[ήκαμεν κ]α[ὶ] χρήματα πολλὰ ἀνηλώκαμε[ν,] || καὶ τα[ῦτ]α τῶν πρὸς Κά[σ]σανδρον καὶ Λυσί[μα]|χον ἡμῖν διωικημένων : καὶ εὐχερεσ[τέρας] | οὔσης τῆς λοιπῆ[ς π]ραγματείας : οὐ μὴν ἀλλὰ | διὰ τὸ ὑπολαμβάνειν καὶ τῶν πρὸς τοῦτον | συντελεσθέ[ν]των : τὰ πρὸς Πολυπέρχοντα[14] || θᾶσσον ἂν διοικηθῆναι, μηθενὸς αὐτῶι συν|ορκοῦντος[15] : καὶ διὰ τὴν οἰκειότητα τὴν ὑπάρ|χουσαν ἡμῖν πρὸς αὐτόν : ἅμα δὲ καὶ ὑμᾶς ὁ|ρῶντες κα[ὶ] τοὺς ἄλλους συμμάχους ἐνοχλου|μένους ὑπό τε τῆς στρατείας καὶ τῶν δαπανη||μάτων : ὤιμεθα καλῶς ἔχειν συνχωρῆσαι καὶ | τὰ[ς δ]ιαλ[ύσ]εις ποήσασθαι καὶ πρὸς τοῦτον[16]. | σ[υνο]μολογησόμενον δὲ ἀπεστείλαμεν Ἀρισ|τό[δ]ημον καὶ Αἰσχύλον καὶ Ἡγησίαν : οὗτοί | τε δὴ παρεγένοντο λαβόντες τὰ πιστὰ καὶ οἱ || παρὰ Πτολεμαίου οἱ περὶ Ἀριστόβουλον[17] ἦλ|θον ληψόμενοι παρ' ἡμῶν : ἴστε οὖν συντετε|λεσμένας τὰς διαλύσεις καὶ τὴν εἰρήνην γε|γενημένην : γεγράφαμεν δὲ ἐν τῆι ὁμολογίαι | ὀμόσαι τοὺς Ἕλληνας πάντας συνδιαφυλάσ||σειν ἀλλήλοις τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν αὐτ[ο|ν]ομίαν, ὑπολαμβάνοντες ἐφ' ἡμῶν μὲν ὅσα ἀν|[θ]ρωπίνωι λογισμῶι δια-

---

supplemento etiam Mahaffy cogitaverat, sed is maluit restituere πρὸς Πρεπέλαον, (ὃν) ἔπεμψαν αὐτοκράτορα. Concedendum est, sic etiam facilius originem erroris explicari; sed male habere mihi videntur πρὸς Κάσσανδρον καὶ Λυσίμαχον et πρὸς Πρεπέλαον sic ἐκ παραλλήλου posita in eodem enuntiato, cum tamen ratio quae huic et illis cum eo negotio intercedit, diversa sit. Si id voluisset Antigonus, διὰ Πρεπελάου potius scripturum fuisse putaverim. πρὸς [ὃ] Koehler. 13 . ΜΕΗΣΔΕ lapis; emendavit Munro. 14 De nominis scriptura cf. n. 4[14]. 15 Quid sententia postulet apparet, nempe Polyperconta facilius in gratiam cum reliquis reduci posse, si nemo iam ab eius partibus stet. Iam cum ΟΡΚΟΥΝΤΟΣ in lapide agnoverit Munro, nolui hoc mutare. Etenim cum omnia foedera iureiurando sancire mos fuerit, verbum συνορκεῖν legitime a σύνορκος derivatum pro συμμαχεῖν aliquando usurpari potuisse non est quod praefracte negetur. Adde quod nulla praesto est probabilis emendatio. Nam συνοικεῖν a sententia omnino alienum, συνδικεῖν vero a re iudiciali ad aliud plane genus translatum vix minus durum videbitur quam συνορκεῖν. 16 Ptolemaeum, non Polyperconta intellegi vix est quod moneam. 17 Cogitaveris de Aristobulo Cassandrensi Alexandri Magni rerum gestarum scriptore, de quo cf. E. Schwartz ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 911. Sed tam frequens est nomen et tam manca de illius rebus memoria ut nihil certi pronuntiare liceat.

φυλάσσεσθαι ἂν τα[ῦ|τ]α : εἰς δὲ τὸν λοιπὸν χρόνον ἐνόρκων γενο|μένων τῶν τε Ἑλλήνων πάντων καὶ τῶν ἐν τοῖς ‖ [π]ράγμασιν ὄντων μᾶλλον ἂν καὶ ἀσφαλέστε|[ρ]ον διαμένειν τοῖς Ἕλλησιν τὴν ἐλευθερίαν. | [κ]αὶ τὸ συνδιαφυλάξειν δὲ προσομνύναι ἃ ἡ|[μ]εῖς ὡμολογήκαμεν πρὸς ἀλλήλους : οὐκ ἄδο|ξον οὐδὲ ἀσύμφορον τοῖς Ἕλλησιν ἑωρῶμεν ‖ ὄν : καλῶς δή μοι δοκεῖ ἔχειν ὀμόσαι ὑμᾶς | τὸν ὅρκον ὃν ἀφεστάλκαμεν[18]. πειρασόμεθα δὲ | καὶ εἰς τὸ λοιπόν, ὅτι ἂν ἔχωμεν τῶν συμφε|ρόντων καὶ ὑμῖν καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν πα|ρασκευάζειν : ὑπὲρ δὴ τούτων καὶ γράψαι μοι ‖ ἐδόκει καὶ ἀποστεῖλαι Ἄκιον τὸν διαλεξόμε|νον : φέρει δὲ ὑμῖν καὶ τῆς ὁμολογίας ἧς πε|ποήμεθα καὶ τοῦ ὅρκου ἀντίγραφα : ἔρρωσθε.

18 Cf. n. 6[4].

---

6 Tabula marmorea omnibus nominibus plane gemina illius n. 5, cum qua una inventa est inter rudera antiqui Scepsiorum oppidi. Ed. I. A. R. Munro Journal of Hell. stud. XIX (1899) p. 332 *B.*

[---------- ἀφέσταλκεν] | Ἄκιον[1] [:] ὃς [ὑπάρχει τῆι πόλει ἡμῶν εἰς τὸ | π]ᾶν[2] εὔνους καὶ [τὴν πρ]ο[θυμίαν ἀεὶ διαφυ]|λάσσων διατελεῖ, καὶ ἀ[ξιοῖ] αὐτῶι ἐμφα|[ν]ί(ζ)ειν[3] ὧν ἂν δέηται ἡ πόλις : ἀφέσταλκ[ε[4] ‖ δ]ὲ καὶ τὰς ὁμολογίας τὰς πρὸς Κασσαν|δρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Λυσίμαχον αὐ|τῶι γεγενημένας καὶ τῶν ὅρκων ἀντίγρα|φα : καὶ περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων εἰρήνης | καὶ αὐτονομίας τὰ πεπραγμένα : δεδό‖[χ]θαι τῶι δήμωι· ἐπειδὴ Ἀντίγονος τῆι τε | [π]όλει καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν μεγάλων | ἀγαθῶν αἴτιος γεγένηται : ἐπαινέσαι | μὲν Ἀντίγονον καὶ συνησθῆναι αὐτῶι | ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις : συνησθῆναι δὲ ‖ τὴν πόλιν καὶ τοῖς Ἕλλησιν ὅτι ἐλεύθε|[ρ]οι καὶ αὐτόνομοι ὄντες ἐν εἰρήνηι | [εἰς] τὸ λοιπὸν διάξουσιν : ὅπως δ' ἂν Ἀντί|γονος τιμηθῆι κατα-

Litteratura eadem ac n. 5. Hic quoque in universum quidem litterae στοιχηδόν adornatae, sed is ordo multo frequentius neglegitur quam illic. 1 Cf. n. 5, 70. 2 Supplevi. ὃς [πρότερόν τε ἦν τῆι πόλει περὶ | π]ᾶν εὔνους Munro. Sed huic πρότερον τε non satis accurate respondet alterum enuntiati membrum. 3 ΙΞΕΙΝ lapis, emendavit et supplevit Munro. 4 Cf. n. 5, 66. 214, 11. 220, 5. 265, 11. 319, 6. Syll.^{2} 190, 14. 250, 5. 259, 5. 263, 2. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 119.

ξίως τῶμ πεπραγμέ|νων : καὶ ὁ δῆμος φαίνηται χάριν ἀποδι‖δοὺς ὧν προείληφεν ἀγαθῶν[5] : ἀφορίσαι | αὐτῶι τέμενος καὶ βωμὸν ποῆσαι καὶ ἄγαλμα | στῆσαι ὡς κάλλιστον : τὴν δὲ θυσίαν κα[ὶ] | τὸν ἀγῶνα καὶ τὴν στεφανηφορίαν[6] καὶ | τὴν λοιπὴν παν[ήγ]υριν γίνεσθαι αὐτῶι ‖ καθ' ἕκαστον ἔτ[ος, κα]θάπερ καὶ πρότερο[ν] | συνετελεῖτο. [στεφα]νῶσαι δὲ αὐτὸν χρυ|σῶι στεφάνωι [ἀπὸ στατήρ]ων χρυσῶν ἑκα|τόν : στεφανῶσ[αι] δὲ καὶ [Δημ]ήτριον[7] καὶ Φί|λιππον[8], ἑκάτερον χρυσοῖ[ς πεν]τήκοντα· ‖ ἀναγγεῖλαι δὲ τοὺς στεφάν[ους τῶ]ι ἀγῶ[νι] | ἐν τῆι πανηγύρει : θῦσαι δὲ καὶ [εὐ]αγγέ|λια τὴν πόλιν ἐπὶ τοῖς ὑπ' Ἀντιγόν[ου] | ἀφεσταλμένοι[ς :] στεφανηφορῆσαι δ[ὲ] | καὶ τοὺς πολίτα[ς] πάντας : τὸ δὲ ἀνάλω‖μα δοῦναι τὸ εἰ[ς τ]αῦτα τὸν ταμίαν. | πέμψαι δὲ καὶ αὐ[τ]ῶι ξένια : τὰς δὲ ὁμολο|γίας καὶ τὰς ἐπ[ι]στολὰς τὰς παρ'

---

5 Quod tot tantisque honoribus Scepsii extollunt Antigonum id non mera adulatione et simulatione, sed ex parte quidem sincero gaudio factum videtur, quia persuasum habebant illa de libertate civitatum Graecarum pactione sibi securitatem praestari, ne quando patriae urbis autonomia sublata alio migrare cogerentur, ut tum haud raro fiebat (cf. Syll.[2] 177). Quae spes tamen eos fefellit. Nam ipse Antigonus cum Antigoneam Troadis conderet, illos quoque novo oppido attribuit; at Lysimachus cum urbem Alexandriae nomine imposito instauraret, Scepsiis patriam reddidit. Cf. Strabo XIII, 1, 52 p. 607 Cas.: εἶτ' εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν συνεπόλισε τοὺς Σκηψίους Ἀντίγονος, εἶτ' ἀπέλυσε Λυσίμαχος καὶ ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. Munro. 6 Cf. v. 33. 34. Ceterum Koehler Sitzungsber. der Ak. zu Berlin 1901 n. XLIII p. 1067 recte monet, hoc decreto divinos honores tribui Antigono pro heroicis (θυσία, ἀγών, στεφανηφορία, πανήγυρις) quibus eum iam ante affecissent; cuius mutationis in cultu successorum Alexandri etiam alia exempla occurrere, qua de re provocat ad E. Kornemanni disputationem (Beitr. zur alten Geschichte I p. 51 sqq.). 7 Demetrius Poliorcetes Antigoni filius natu maior. 8 Philippus Antigoni filius natu minor (Plutarch. Demetr. 1) avi paterni (Arrian. I, 29, 3) nomen gerens, quem Diodorus XX, 19, 5 archonte Athenis Hieromnemone (a. 310/9 a. Chr. n.), annuo fere spatio post huius tituli tempus, a patre cum exercitu contra Phoenicem ducem militum Polemaei (cf. Syll.[2] 184[2]), qui ad Cassandrum defecerat, in regionem Hellespontiacam missum narrat. Mortuus est ante patrem et fratrem maiorem Coroebo archonte (anno 306/5 a. Chr.). Nam quod apud Diodorum XX, 73, 1 traditur ἐπὶ δὲ τούτων Ἀντίγονος ὁ βασιλεύς, τελευτήσαντος αὐτῷ τοῦ νεωτέρου τῶν υἱῶν Φοίνικος, τοῦτον μὲν βασιλικῶς ἔθαψε, id non recte se habere, sed Φοίνικος pro Φιλίππου sive scriptoris sive librariorum errore scriptum esse perspexit Droysen Gesch. des Hellenismus II 2 p. 145 not. 1. Qui quod ex comparativo νεωτέρῳ itemque ex Plutarchi narratione Demetr. 2 collegit, duos modo Antigono filios fuisse, Demetrium et Philippum, id hoc plebisciti Scepsii loco insigniter confirmatur.

Ἀντιγό|νου : καὶ τοὺς ὅ[ρ]κους οὓς ἀπέστειλεν | ἀναγράψαι εἰς [σ]τήλην καθάπερ Ἀντίγο||νος ἐφέστειλε[ν[9], κ]αὶ θεῖναι εἰς τὸ ἱερὸν | τῆς Ἀθηνᾶς[10] : ἐπ[ιμελη]θῆναι δὲ τὸν γραμ|ματέα : δοῦναι [δὲ] καὶ εἰς ταῦτα τὸ ἀνάλω|μα τὸν ταμίαν : [ὀμόσα]ι δὲ τοὺς πολίτας | πάντας τὸν ὅρ[κον τὸν ἀφεσ]ταλμένον κα||θάπερ Ἀντί[γονος ἐφέστειλεν :] τοὺς δὲ | ἡιρημέ[νους -------------- ------------] | νους -------------------------------- | υ----------

9 Cave hanc aspirationem confuderis cum ea quae in perfecto *ἀφέσταλκα*, *ἀφέσταλμαι* occurrit. Eam enim legitimam esse et frequentia usus et ratio originis docet, siquidem spiritus illic ex σ natus est non minus quam in ἵστημι, ἕστηκα. Quod contra in augmentum syllabicum aoristi aspiratio ex illis perfecti formis non transfertur nisi perraro et mero errore, veluto ὑφέστη habes Syll.[2] 414, 6. Eadem ratione ex praesenti ἐφοράω, καθοράω aspiratio permanavit in aoristum. Cf. Oxyrhynchus papyri I p. 100 n. XLIV, 12. p. 109 n. LI, 7. p. 111 n. LIII, 7. 9. Berl. gr. Urk. II p. 312 n. 647, 6, ubi legitur ἐφ(ε)ῖδον, ἐφιδεῖν, ἐφιδόντα. 10 In arce Scepsiorum Minervae templum fuit iam quarto a. Chr. n. saeculo ineunte; cf. Xenophon. Hellen. III, 1, 21: ὁ δὲ Δερκυλίδας θύσας τῇ Ἀθηνᾷ ἐν τῇ τῶν Σκηψίων ἀκροπόλει τοὺς μὲν τοῦ Μειδίου φρουροὺς ἐξήγαγε, παραδοὺς δὲ τοῖς πολίταις τὴν πόλιν καὶ παρακελευσάμενος ὥσπερ Ἑλληνας καὶ ἐλευθέρους χρὴ οὕτω πολιτεύειν ἐξελθὼν ἡγεῖτο ἐπὶ τὴν Γέργιθα. Munro.

---

7 Marmor fractum infra et a dextra, inventum inter rudera Cumarum Aeolidis. Edd. S. Reinach Revue archéol. Troisième sér. VI (1885) p. 95. R. Meister Berl. philol. Wochenschr. 1886 p. 483 (Reinach Rev. arch. Tr. sér. VIII 1886 p. 91. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 379 n. 510). Ectypi chartacei a Reinachio transmissi ope emendavit et supplevit A. Wilhelm Jahreshefte des österr. arch. Instituts III (1900) p. 53 n. XV. Cf. quae adnotavit idem Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX (1897) p. 58 et W. Hünerwadel Forschungen zur Gesch. des Königs Lysimachos p. 113.

Ἔδοξε τῷ δάμῳ· ἐπείδη τὸ δικαστήριον παργενόμε[νον] | ἐγ Μαγνησίας κατὰ τὸ διάγραμμα τὸ Ἀντιγόνω | ἐπὶ ταὶς δίκαις ταὶς ἰδίαις ἐγδεδίκακε παίσαι[ς] | αὐ(θ)ιτελέας[1] ἀνερ[ιθ]εύτως[2] [ἀνεπιτιμάτ]ως[3], ἐπαινέ[σαι | ---------------]

Litterae volgares praeter ΞΣ. 1 ΑΥΟΙΤΕΛΕΑΣ in lapide est, at αὐοιτελής, quod Meistero placuit, nihili vocabulum esse recte iudicavit

Wilhelm et lenissima mutatione restituit vocem, quae etsi ne ipsa quidem alibi legitur, tamen et simillimo αὐθιγενής defenditur et notionem huic loco aptissimam habet. Omnes enim lites Cumis diiudicatas, nullam alio avocatam esse indicat. Cf. Syll.[2] 727. 2 ΑΝΕΡ.ϹΕΥΤΩΣ distincte in ectypo agnovit Wilhelm ideoque vocem restituit quae iudicium non corruptum significat, quam eandem sine dubio recte supplevit in titulo Pergameno Alterth. von Pergamon VII, 2 p. 185 n. 253, 8 et alia huius vocabuli exempla attulit Bechtel Inschr. d. ion. Dial. n. 174 *b*, 24. Lebas-Waddington Inscr. III, 407, 5. 408, 7. C. I. G. 2671, 45. Syll.[2] 177, 45. Praeterea cf. Syll.[2] 462, 26: οὐδὲ δίκαν ἐπαξέω ξενικὰν τῶν πολιτᾶν οὐδενὶ ἐριθεοτάν. 3 Supplevi sententias iudicum indicari ratus quae nulli reprehensioni obnoxiae sint. Sed id certum non esse probe scio.

---

8 Lapides duo quadrati eiusdem figurae, marmoris fusci. Alter *A* et in fronte (*a*) et in latere dextro (*c*) et in tergo (*d*) inscriptus est, alterius (*B*) unum dextrum latus (*b*) scripturam habet. Illum Eresi in ecclesia Beatae Virginis στὰ Χλιαρά vidit Newton, in ecclesia S. Irenes Conze, hunc ad ecclesiam Christi H. Kiepert. Nunc uterque in schola Graeca oppidi asservatur. — *b* edd. Boeckh C. I. G. II Add. p. 1023 n. 2166 *b*. A. Conze Reisen auf der Insel Lesbos p. 29, *acd* idem tab. XII. Totum monumentum primus composuit H. Sauppe Gött. gel. Anz. 1863 p. 359. Commentariolum de duabus inscriptionibus Lesbiacis, Gottingae 1870 (A. Kirchhoff ap. Droysen Gesch. des Hellenismus II 2 p. 363 sqq. F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschriften I p. 103 n. 281. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 270 n. 430). E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 208 n. 125 ex ectypis duobus a Newtono confectis. Ex eisdem O. Hoffmann die gr. Dialekte II p. 76 n. 119. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 275 n. 358.) Ex ipso lapide, inspectis etiam ectypis Newtonianis, W. R. Paton Inscr. ins. mar. Aeg. II p. 111 n. 526, qui tam accuratum et plenum proposuit tituli exemplum, ut priorum discrepantes lectiones enotare magna ex parte supervacaneum sit. Cf. quae de titulo exposuerunt I. G. Droysen Gesch. des Hellenismus I, 1 p. 198. 202. 272. W. Wald Additamenta ad dialectum et Lesbiorum et Thessalorum cognoscendam, Berolini 1870 p. 4 sqq. F. Bechtel ap. Bezzenberger Beitr. V p. 138 sqq. W. Hünerwadel Forschungen zur Geschichte des Königs Lysimachos p. 111 not. 3.

Litterae Ionicae volgares praeter Ξ et ΘΟΩ minore modulo exaratas, adornatae στοιχηδὸν sed ita ut ordines non ubique accurate serventur. Apparet

a

I [--------- πολ]ιορκήθε[ντας[1], | τάν τε[2] ἀ]κ[ρ]όπολιν [ἀ]νοικο-

---

septem in hoc lapide coniuncta esse documenta, scripta illa quidem diversis temporibus, sed omnia ad causam tyrannorum Eresiorum spectantia. I v. 1—32 Decretum de Agonippo qui tyrannus fuerat iudicando et ipsum iudicium. II v. 33—41 Decretum de priorum tyrannorum filiis nepotibusque. III v. 42—74 Decretum de Eurysilao qui tyrannus fuerat iudicando, cui sine dubio sub finem, ubi mutilum est, ipsum iudicium subscriptum fuit ut illi alteri I v. 30—32. IV v. 75—94 Formula iurisiurandi iudicum; haec sine dubio ad Eurysilai aut fortasse ad huius simul et Agonippi iudicium spectabat, sed tamen separatim scripta fuisse videtur, ut non finem decreti n. III hic agnoscere liceat, quia sic desideraretur ipsum de Eurysilao iudicium, quod tamen non minus huic lapidi incidendum fuisse quam illud de Agonippo sponte patet. V v. 95—102 Rescriptum Philippi Arrhidaei regis. VI v. 103—120 Epistula Antigoni regis. VII v. 121—156 Decretum Eresiorum de omnibus priorum tyrannorum posteris non restituendis in integrum, sed lege quae eis perpetuum exilium irrogabat conservanda. De harum litterarum aetatibus cf. not. 1. 16. 26. 34. 35. 1 De urbe anno 333 a. Chr. a Memnone Rhodio Persarum duce obsessa summa cum probabilitate haec interpretatur Kirchhoff, ideoque in priore parte deleta de eis quae anno 334 proelii ad Granicum commissi tempore Eresi gesta essent expositum fuisse conicit. Fortasse tum Eurysilaum tyrannum fuisse, quo post Alexandri victoriam pulso brevi post Persarum opibus adiutum Agonippum rerum potitum esse. At ille etiam decretum III ad Agonippum referebat. Quod quoniam illic Eurysilai potius iudicium haberi demonstratum est (not. 26), accuratissima criminum quae illic v. 43—56 et hic v. 7—13 enumerantur consensio dubitari non sinit, quin Agonippus et Eurysilaus non deinceps, sed una reipublicae gubernacula tenuerint; quod eo minus improbabile erit, si eos fratres fuisse statuemus, ut Hermona Heraeum Apollodorum priores tyrannos (not. 18). Expulsi videntur fere 333 a. Chr., cuius rei mentionem facit Dem. XVII, 7: ἀλλὰ γὰρ εἴποιεν ἂν οἱ τυραννίζοντες οὗτοι, ὅτι πρὶν τὰς συνθήκας γενέσθαι ἐτυράννουν Μεσσηνίων οἱ Φιλιάδου παῖδες· διὸ καὶ κατάγειν τὸν Ἀλέξανδρον αὐτούς. ἀλλὰ καταγέλαστος ὁ λόγος, τοὺς μὲν ἐκ Λέσβου τυράννους, οἷον ἐξ Ἀντίσσης καὶ Ἐρέσου, ἐκβαλεῖν ὡς ἀδικήματος ὄντος, οὐ πολιτεύματος, τοὺς πρὸ τῶν ὁμολογιῶν τυραννήσαντας, ἐν δὲ Μεσσήνῃ μηδὲν οἴεσθαι διαφέρειν, τῆς αὐτῆς δυσχερείας ὑπαρχούσης. Quo loco quod Alexander ipse expulisse dicitur tyrannos, nihil offensionis habet, siquidem de utroque homine ille iudicium civibus permisit (v. 59. 126), id quod eum etiam alibi fecisse refert Arrianus III, 2, 7: Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς τυράννους μὲν τοὺς ἐκ τῶν πόλεων ἐς τὰς πόλεις πέμπει, χρήσασθαι ὅπως ἐθέλοιεν. Nam quod decretum I ab Eresiis non iussu ac permissu regis, sed sua sponte factum statuit K., id cohaeret cum opinione de iterato Agonippi iudicio (not. 26). Ceterum quinam potissimum casus participii aoristi passivi hic scriptus fuerit, in medio relinquendum est. 2 Priorum supplementa quia lectionibus minus rectis nituntur praetermitto. Paton vero cum scriberet πολ]ιορκήθε[ντας | ἰς

[δ]όμ[η]σε[3] καὶ τοὶ[ς πο|λίτα]ις δισμυρίοις στάτηρας εἰσέπραξε [καὶ | τοὶ]ς Ἔλλανας ἐλαΐζετ[ο] καὶ τοὶς βώμοις ἀ[νέ‖σ]καψε τῶ Δίος τῶ [Φ]ιλιππί[ω], καὶ πόλεμον ἐξε[νι|κ]άμενος[4] πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ τοὶς Ἔλλανας | τοὶς μὲν πολίταις παρελόμενος τὰ ὅπλα ἐξε|κλάϊσε ἐκ τᾶς πόλιος [πα]νδάμι, ταὶς δὲ γύνα[ι]|κας καὶ ταὶς θυγάτερας συλλάβων καὶ ἔρξα[ις] ‖ ἐν τᾶ ἀκροπόλι τρισχιλίοις καὶ διακοσίο[ις] | στάτηρας εἰσέπραξε, τὰν δὲ πόλιν καὶ τὰ ἶρ[α] | διαρπάσαις[5] μετὰ τῶν [λα]ΐσταν ἐνέπρησε κα[ὶ] | σ[υ]γκατέκαυσε σώματα [τῶν] πολίταν, καὶ τὸ τ[ε]|λεύταιον ἀφικόμενος πρὸς Ἀλέξανδρον κατ[ε]‖ψεύδετο καὶ διέβαλλε τοὶς πολίταις· κρῖνα[ι | μ]ὲν αὖτον κρύπται ψάφιγγι[6] ὀμόσσαντας περ[ὶ | θ]ανάτω· αἰ δέ κε καταψαφίσθη θάνατος, ἀντιτ[ι]|μασαμ[έ]νω Ἀγωνίππω[7] δευτέραν διαφόραν[8] | ποήσασθαι, τίνα τρό[πο]ν

τὰν ἀ]κ[ρ]όπολιν [ἀ]νοικο[δ]όμησε, verbo ἀνοικοδομεῖν vim plane inauditam tribuisse videtur. Nam quid est ἀνοικοδομεῖν τινα εἰς τὴν ἀκρόπολιν? Quare praetuli supplementum quo participium illud ad protasin deletam refertur, apodosis vero de arce restituta intellegitur; quae quam per occasionem deleta fuerit ignoramus, sed proclivis est coniectura id factum esse cum priores tyranni imperio exuerentur. 3 Cf. διοικημένων in titulo tempore suppari n. 5, 26. Alia augmenti temporalis in hac diphthongo neglecti exempla praebent E. Schweizer Grammatik der pergamen. Inschr. p. 172 et K. Meisterhans Grammatik der attischen Inschr. ed. 3 cur. E. Schwyzer p. 172 not. 1433. 4 Sic, non ἐξενεικάμενος, scriptum fuisse spatii rationes docent. Quam scripturam neque in Aeolensium dialecto (cf. n. 4, 91 ἐσένικαι. 95 ἐσ[εν]ίκη) neque in aliis, veluti Boeotica (Syll.[2] 120, 24 ἔνιξαν) et Ionica (Syll.[2] 877, 23 ἐξενιχθεῖ) inauditam esse observavit F. Blass Mus. Rh. XXXVI p. 609. 5 Hoc in lapide esse nunc constat cum Conzius inter ΞΑΙΣ et ΣΑΙΣ dubius haeserit. 6 ΨΑΦΙΣΕΙ Hicksius Newtoni ectypis examinatis certum esse pronuntiavit. Sed in eisdem ΦΑΦΙΓΓΙ potius agnoscit Hoffmann, idque confirmat Paton. Vocem igitur Aeolicam ψᾶφιγξ pro ψᾶφος hic habemus plane geminam illam quidam illius λᾶιγξ pro λᾶς quam legimus apud Homerum ε, 433: πρὸς κοτυληδονόφιν πυκιναὶ λάϊγγες ἔχονται. ζ, 95: λάϊγγας ποτὶ χέρσον ἀποπλύνεσκε θάλασσα et Apollonium Rhodium I, 402 λάϊγγας ἁλὸς σχεδὸν ὀχλίζοντες νήεον ἐνθάδε βωμόν. IV, 1677 βαρείας ὀχλίζων λάϊγγας. Ut hanc vocem apud Homerum vim deminutivam habuisse, quam tamen Apollonius non iam perspexisset, recte statuitur, sic idem de illa suspiceris quia consentaneum est exiguos fuisse lapides quibus in suffragiis ferendis uterentur. 7 Non de poena capitali in universum, sed de genere modo mortis reo permissam fuisse ἀντιτίμησιν ordo verborum indicat. 8 Verbi διαφέρειν usus de suffragio ferendo notus est. Cf. Herodot. IV, 138: ἦσαν δὲ οὗτοι οἱ διαφέροντές τε τὴν ψῆφον καὶ ἐόντες λόγου (?) πρὸς βασιλέος. Thuc. IV, 74, 3: ἀναγκάσαντες τὸν δῆμον ψῆφον φανερὰν διενεγκεῖν. Nomen sic usurpatum alibi me legere non memini.

δεύει αὖτον ἀποθά‖νην· αἰ δέ κε καλλάφθε[ν]τος[9] Ἀγωνίππω τᾶ δίκα | κατάγη τίς τινα τῶν Ἀγωνίππω ἢ εἴπη ἢ πρόθη[10] | περὶ καθόδω ἢ τῶν κτημάτων ἀποδόσιος, κατά|ρατον ἔμμεναι καὶ αὖτον καὶ γένος τὸ κήνω, | [κ]αὶ τᾶλλα ἔ[ν]οχος ἔστω τῶ νόμω ὡς τὰν στάλλαν ‖ ἀνελόντ[α] τὰν περὶ τῶν τυράννων καὶ τῶν ἐκγ[ό|ν]ων[11]. ποήσασθαι δὲ καὶ ἐπάραν ἐν τᾶ ἐκλησία[12] α[ὔ|τικ]α τῶ μὲν δικάζοντι καὶ βαθόεντι[13] τᾶ πόλε[ι] | καὶ τᾶ δικαία εὖ ἔμμεναι, τοῖς δὲ παρὰ τὸ δίκα[ι|ο]ν τὰν ψᾶφον φερόντεσσι τὰ ἐναντία τούτων. ‖ ἐδικάσθη· ὀκτακόσιοι ὀγδοήκοντα τρεῖς[14]· ἀπ[ὸ] | ταύταν ἀπέλυσαν ἔπτα, αἰ δὲ ἄλλαι κατεδίκασ|σαν.

II [Ἔ]γνω δᾶμ[ο]ς[15]· περὶ ὧν οἱ πρέσβεες ἀπαγγέλλοισ[ι | ο]ἰ πρὸς Ἀλέξανδρον ἀποστάλεντες καὶ Ἀλέ‖ξανδρος τὰν διαγράφαν ἀπέπεμψε[16], ἀφικομέ|νων πρὸς αὖτον τῶν πρότερον τυράννων[17]

---

9 I. e. si condemnatus erit. Haec vocabuli καταλαμβάνειν vis ab Atheniensium sermone iudiciali aliena est sed Ionibus et ut hic videmus finitimis eorum Aeolensibus familiaris Cf. Syll.^{2} 523, 58. 546, 22. Antiph. II β, 9. 10. δ, 4. III γ, 7. 11. δ, 9. IV β, 8. γ, 2. δ, 7. 9. F. Blass Att. Beredsamkeit I^{2} p. 152 Anm. 6. W. Dittenberger Hermae XXXII p. 34. 10 Cf. n. 4^{31}. 11 Antiquiorem legem de tyrannorum eorumque subolis poenis, quae fortasse integro etiamtum hoc lapide primum locum supra n. I tenebat, et hic et infra v. 148 innui apparet. Sane νόμος et στάλλα hic inter se distingui videntur; sed sine dubio tabula legem habebat, cuius pars extrema eis qui hanc tabulam deleret aut ea quae ibi scripta essent abrogaret gravissimas poenas minaretur. 12 Cf. n. 4^{29}. 13 Cf. n. 4^{13}. 14 Sc. ψᾶφοι. Alias eiusmodi suffragiorum enumerationes vide Syll.^{2} 314, 66. 438, 21. 493, 14. 512, 83. 732, 44 et apud A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX p. 79. 15 Eadem formula in duobus aliis decretis Aeolicis redit, Nasiotarum n. 4, 71 et Mytilenaeorum ap. O. Hoffmann Gr. Dialekte II p. 62 n. 85, 1. Cum constet .ΓΝΩΔΑΜ·Σ in lapide esse, de Waldii supplemento [Ἀ]γνόδαμ[ο]ς ab Hicksio Kirchhoffioque comprobato, quod etiam aliis nominibus displicet, non iam est cur fusius disputetur. 16 Alexandrum Kirchhoffius statuit aditum esse a priorum tyrannorum posteris fretis decreto illius quo exules omnium civitatum Graecarum in integrum restituebantur (Diodor. XVII, 109, 1. XVIII, 8, 4. Curtius X, 2, 4. Iustin. XIII, 5, 2). Quod cum per ferias Olympiadis centesimae quartae, i. e. aestate anni 324 a. Chr. a Nicanore Olympiae pronuntiatum sit, proximo temporis spatio populum Eresiorum haec quae tenemus scivisse. At fieri potuisse, ut iam ante illud tempus Heroidas et Agesimenes regem adirent, nemo sanus negabit. Ac re vera hoc decretum anni 333 potius quam 324 a. Chr. n. esse cum propter locum quem in lapide tenet probabile est, tum propter conexionem quae inter Alexandri litteras de Agonippi et Eurysilai et de priorum

ἀπογ[ό]||νων Ἡρωΐδα τε τῶ Τερτικωνείω τῶ Ἡραείω κα[ὶ Ἀ]||γησιμένεος τῶ Ἑρμησιδείω[18], καὶ ἐπαγγελλα[μέ|ν]ων πρὸς Ἀλέξανδρον ὄτι ἔτοιμοί ἐστι[19] δίκ[αν || ὐ]ποσκέθην[20] [π]ερὶ τῶν

---

tyrannorum causis infra v. 127—140 intercedit. Qui locus commodissime sic intellegitur ut in eodem regis rescripto utrumque fuisse statuatur; certe duas epistulas novem annorum spatio inter se distantes illic significari vix credibile est. Perperam utique τὰν διαγράφαν τῶ βασίλεος Ἀλεξάνδρω in hoc titulo de illis ipsis litteris regiis quas Nicanor recitasset intellexit Droysen Gesch. des Hellenismus I, 2 p. 276 not. 2; quae opinio cum huius loci tenore pugnat; nam hic manifesto rescriptum ad ipsos Eresios datum innuitur, quod illorum legati a rege rettulerint. 17 Qui ante Agonippi et Eurysilai dominationem aliquantisper rerum potiti erant. Donec Eresus foederi Attico intererat, populare imperium ibi fuisse consentanem est. Sed cum bello sociali (357—355 a. Chr.) defecisset, tyrannni ibi exstiterunt, de quibus hic dicitur. Quibus postea expulsis et libertate restituta, non magno ante Alexandri in Asiam transitum intervallo altera dominatio Agonippi et Eurysilai, quibus nullam cum illis necessitudinem intercessisse manifestum est, constituta est. Kirchhoff. 18 Ex v. 135 apparet tres fuisse fratres Apollodorum, Hermona, Heraeum, qui illo priore tempore aut deinceps aut, id quod multo probabilius est, una imperarent. Ex eis Hermo et Heraeus quo tempore Alexander epistulam ad Eresios dedit etiamtum superstites erant, Apollodorus obierat relictis liberis. At illos, quippe qui fere triginta annis ante rerum potiti essent, tum senes exacta aetate fuisse vel inde perspicitur, quod utriusque nepos avi nomine populum Eresiorum adiit. Etenim Heroidam Heraei ex filio nepotem fuisse definite dicitur, Agesimenes quin item Hermonis nepos fuerit eo minus dubium est, quia illius pater item nomen a Mercurii dei appellatione deductum gessit. Cur ex Apollodori filiis nemo Eresum se contulerit latet. Nam quod Kirchhoffius coniecit eos nondum adulta aetate fuisse, id pro temporum et parentelae ratione admodum improbabile est. Quis enim eodem tempore duorum fratrum nepotes iam puberes, tertii filios etiamtum infantes fuisse credet? 19 ΕΣΤΙ in lapide esse plane constat; retinuerunt Hoffmann et Paton, emendare conati sunt reliqui. Ac si omnino error lapicidae statuendus esset, nullus dubitarem ἐσ(σ)ι scribere, cum quia hoc Aeolicum esse ex Syll.² 501, 1 scimus, tum quia sic una modo littera mutanda est, cum emendatio ε(ἰσ)ί, quae plerisque editoribus placuit, duplicem errorem statuae cogat, ἐ(ν)τί vero cum dialecti legibus pugnet. Sed quod O. Hoffmann die gr. Dialekte II p. 569 § 354 coniecit, Aeolenses aliquando hanc quae origine ad singularem pertinet formam usu sermonis in pluralem numerum transtulisse, id mihi neutiquam incredibile videtur, et utique in re tam obscura praestat tradita servare. 20 Aeolice pro ὑποσχεθῆναι. Attici sane sic activo ὑποσχεῖν utuntur, sed quantopere in hoc genere dialecti varient notum est (cf. Hermae XXXII p. 33 sq.). Tenuis κ pro aspirata χ non ad neglegentiam lapicidae redire videtur, sed dissimilatione nata propter proximae syllabae aspiratam; cf. Ἀγκιθείδης, Ἀμπιθάλης Syll.² 588 29.

ἐγκαλημένων ἐν τῶ δά[μω· | ἀγάθα τύχα, δ]ε[δό]χθ[αι] τῶ δάμω[21], ἐπείδη ----- | -----

b

III [----- | παρ]ήλετο[22] τὰ ὅπλ[α καὶ | ἐξ]εκλάϊσε ἐκ τᾶς [πό|λι]ος πανδάμι, ταὶ[ς ‖ δὲ] γύναικας καὶ τ[αὶς | θ]υγάτερας συλλάβ[ων | ἦ]ρξε εἰς τὰν ἀκρόπ[ο|λ]ιν καὶ εἰσέπραξε | δισχιλίοις καὶ τρι[α]‖-κοσίοις στάτηρα(ς)[23], τά[ν] | δὲ πόλιν καὶ τὰ ἶρα [δι|α]ρπάσαις μετὰ τῶν | [λ]αΐσταν ἐνέπρησ[ε | κ]αὶ συγκατέκαυσε ‖ σώματα τῶν πολί[τ]α[ν· | κ]ρίνναι μὲν αὔτον | [κ]ρύπται ψάφιγγι[24] [κα|τ]ὰ τὰν διαγράφαν τ[ῶ | β]ασίλεος Ἀλεξάνδ[ρω[25] ‖ κ]αὶ τοὶς νόμοις· [αἰ δέ | κ]ε καταψαφίσθηι [κα|τ᾽] αὔτω θάνατος, ἀ[ντι|τι]μασαμένω Εὐρ[υσι|λά]ω[26] τὰν δευτέραν [κρί‖σ]ιν ποήσασθαι διὰ | [χ]ειροτονίας, τίνα | [τ]ρόπον δεύει αὔτον [ἀ|π]οθάνηνν. λάβεσθαι δ[ὲ | κ]αὶ συναγόροις τά[ν] ‖ πόλιν δέκα, οἴτινε[ς[27] | ὀ]μόσσαντες Ἀπόλ[λω|ν]α Λύκειον ὄ[π]α[28] σ[υνα|γ]ορήσοισι [τᾶ πόλι ὄπ|πω]ς κε δύνα[νται ----- ‖ -----------]

---

21 Quid decreverint Eresii, etsi reliqua pars huius populisciti intercidit, tamen propter titulum VII (v. 121 sqq.) dubium esse nequit. Nempe noluerunt precibus Heroidae et Agesimenis morem gerere, sed antiqua lege de tyrannis eorumque posteris standum iudicaverunt. 22 Cf. v. 7—13. Bis diversis temporibus plane eadem a duobus hominibus patrata esse omnino incredibile est, unde sequitur ut Agonippus et Eurysilaus una rerum potiti sint. 23 Consona finalis neglegentia lapicidae omissa. 24 Cf. not. 6 Hoc quoque loco de lectione nunc plane constat. 25 Cf. not. 16. Hic quoque litterae ab Alexandro de tyrannorum iudiciis ad Eresios datae intellegendae sunt, non illud universale de exulibus restituendis decretum, de quo Droysenus cogitavit. 26 EYPı..|.\Ω distincte in lapide agnovit Paton, qua re opinio Droyseni, Kirchhoffli aliorumque, hic Agonippi nomen reponendum, et I quidem ad priorem eius litem quam Eresii sua sponte ei intenderint, III vero ad alteram Alexandri iussu institutam pertinere, refutatur. Immo duos tyrannos propter scelera quae in communi dominatione una commisissent tamen separatim in ius vocatos esse, ut rei natura ferebat, hic videmus, neque dubium est quin III ut I anni 333 a. Chr. sit. 27 ὄ(τ)τινες emendavit Bechtel, sed OI in lapide esse certum est neque hic titulus vestigiis volgaris sermonis caret. Cf. κρῖναι v. 15. 128, cum v. 56 κρίνναι et v. 131 ἔκριν[ν]ε sit. 28 O.A<...|.OPHΣOIΣI lapis ex Patonis testimonio, quo priorum supplendi conamina ad unum omnia refelluntur. Supplevi, sumens adverbium ὄππαι (ὄπηι) apud Aeolenses in finalem vim abiisse ut ὄπως apud Atticos. Nam praestare visum est futurum συναγορήσοισι ad iusiurandi referre, quam οἴτινες — συναγορήσοισι coniungere. Iota omissum legitimum est, simplex consona sane a dialecto aliena, sed vide quam inconstanter hic titulus in geminatione modo significanda modo

c

IV [-------- τῶ μὲν δικ]αίω [ὑπ|άρχο]ντι καὶ βαθόεν|[τι τᾶ] πόλει καὶ τοῖς | [νόμο]ισι τὰ δίκαια εὖ | [ἔμμε]ναι καὶ αὔτοισι[29] || [καὶ] ἐκγόνοισι, τῶ δὲ | [πα]ρὰ τοὶς νόμοις κα[ὶ] | τὰ δίκαια δικαζόν|τεσσι τὰ ἐναντία. ὄ|μνυν δὲ τοὶς πολίτ[αις] || τοὶς δικάζοντας· | [ʽΝ]αὶ δικάσσω τὰν [δίκαν | ὄ]σσα μὲν ἐν τοῖς [νό|μ]οισι ἔνι, κὰτ τοὶ[ς νό|μο]ις, τὰ δὲ ἄλλα ἐ(κ) [φιλο||π]ονίας[30] ὠς ἄριστα κ[αὶ | δ]ικαίτατα[31], καὶ τιμά|[σ]ω, αἴ κε κατάγνω, ὄρθω[ς] | καὶ δι(καί)ως[32]. οὔτω ποήσω | ναὶ μὰ Δία καὶ Ἄλιον[33]. ||

V Φιλίππω[34] |

Αἰ μὲν κατὰ τῶν φυγά|δων κρίσεις αἰ κριθε[ῖ]|σαι ὐπὸ Ἀλε-ξάνδρου | κύριαι ἔστωσαν, καὶ || [ὦ]ν κατέγνω φυγὴν φε[υ|γ]έ-τωσαμ μέν, ἀγώγιμο[ι] | δὲ μὴ ἔστωσαν. |

VI Πρότανις Μελίδωρος |

Βασιλεὺς Ἀντίγονος[35] || Ἐρεσίων τῆι βουλῆι | καὶ τῶι δήμωι χαίρειν· | παρεγένοντο πρὸς ἡ|μᾶς οἱ παρ᾽ ὑμῶν πρέ[σ]|βεις καὶ διελέγοντ[ο,] || φάμενοι τὸν δῆμον | κομισάμενον τὴν παρ᾽ [ἡ]|μῶν ἐπιστολήν, ἣν ἐγρ[ά]|ψαμεν ὑπὲρ τῶν Ἀγωνίπ|[π]ου υἱῶν[36], ψήφισμά τε π[ο|ή]σ]ασθαι, ὃ ἀνέγνωσα[ν | ἡμῖ]ν καὶ αὐτοὺς ἀπε | ------ ασσε -- |

d

[------------- δ]ῆμο[ν][37] ἢ κα[ὶ -------------]αι [ἐ]πὶ τῆ[ι

---

neglegenda versetur; v. 12. 51 διαρπάσαις. 16. 71 ὀμόσσαντα. 31 κατεδίκασσαν. 86 δικάσσω. Cf. etiam not. 27. Paton ὄ[μ]α i. e. ὀμῆι, quod languidum et supervacaneum mihi videtur. 29 Et hic et infra v. 80. 83 numeri mutatio ad meram lapicidae socordiam referenda videtur. 30 EN .... |. ƆΝΙΑΣ lapis. 31 Fieri potest ut O errore omissum sit. Sed ne illud quidem probabilitate caret, ad exemplum duplicis superlativi παλαιότατος et παλαίτατος ex δικαιότατος in illius aetatis et loci sermone factum esse δικαίτατος. 32 ΔΙΩΣ lapis manifesto errore. 33 Cf. n. 229[32]. Syll.[2] 461[1]. 837[3]. 34 Philippus IV Arrhidaeus (323—317 a. Chr. n.). Ipsum decreti argumentum, quo prioris regis iussum confirmatur, suadet ut id non multo post regni initium factum statuamus. 35 Regio nomine hic usus et a. 306—301 a. Chr. n. 36 Ipse Agonippus fere triginta annis ante supplicio affectus erat. Namque eum et Eurysilaum cum dominatio eorum everteretur a civibus comprehensos praesentes causam dixisse apparet ex v. 18 ἀντιτιμασαμένω Ἀγωνίππω. v. 62 ἀντιτιμασαμένω Εὐρυσιλάω. Filii Agonippi, qui tum videntur etiam impuberes fuisse, postea Antigonum regem precibus adierunt ut restituerentur, quos ille ut quondam Alexander fecerat ad Eresios reiecit.

------]|οιε . . . . . . ναι ---------ν Ἀλεξάν[δρωι ἐν]‖τυγ[χ]ά-ν[οντες ---------]. ἔρρωσ[θε][38]. |

VII [Ἔ]γν[ω δᾶμος[39]· περὶ ὧν ἀ βό]λ[λα] προεβόλλε[υσε, ἢ ἔδο|ξ]ε ἢ [μ]ετέδ[οξε τᾶ βόλλα, καὶ οἰ] ἄνδ[ρ]ες οἰ χ[ειροτο|ν]ή[θεν]τε[ς πάν]τα [τὰ γράφεντα] κατὰ τῶν τυρ[άν]|νων [κα]ὶ τ[ῶν ἐ]μ πό[λει οἰκη]θέντων[40] καὶ τῶν ἐκγ[ό‖νω]ν [τῶν τούτων παρέχ]ονται[41] καὶ ταὶς γράφαι[ς | ε]ἰσ[κομίζοισ]ι εἰς τὰν ἐκλησίαν[42]. ἐπείδη καὶ π[ρό|τε]ρον ὀ βασίλευς Ἀλέξανδρος διαγράφαν[43] ἀποσ‖[τέ]λλαις π[ροσέτ]αξε [Ἐρ]εσίοις κρῖναι ὐπέρ τ[ε | Ἀγ]ωνίππω καὶ Εὐ[ρυσ]ιλ[ά]ω, τί δεῖ πά[θ]ην αὔτοις, [ὀ ‖ δὲ δᾶμος ἀκο]ύ[σ]αις τὰ[ν] διαγράφαν δικαστήριο[ν | καθί](σ)σα[ι]ς[44] κ[ατὰ] τοὶς νόμοις ὂ ἔκριν[ν]ε Ἀγώνι[π|π]ομ μὲν καὶ Εὐρυσίλ[αο]ν τε[θ]νάκην, τοὶς δὲ ἀπο[γό|νοις] αὔτων ἐνόχοις [ἔμμε]ναι τῶ νόμω τῶ ἐν τᾶ | [στ]άλλα[45], τὰ [δ]ὲ ὐπάρχον[τα π]έπρασθαι αὔτων κατὰ ‖ [τ]ὸν νόμον. ἐπιστέλλ[αντος] δὲ Ἀλεξάνδρω καὶ ὐ|πὲρ τῶν Ἀπολλ[ο-δ]ωρε[ίων] παί(δων καὶ)[46] τῶν κασιγνήτων [αὔ|τ]ω Ἕρμωνος καὶ

---

38 Ex hac voce F. Blass apud Bechtelium recte collegit, hic haberi finem eiusdem Antigoni epistulae, cuius initium in latere lapidis proximo legeretur infimo loco (VI). 39 De hac formula cf. not. 15. Hoc decreto responderi ad Antigoni epistulam (VI) manifestum est. 40 Hoc redit infra v. 147. 154. Quid sibi velit paullo obscurius est. Etenim cum cives patria extorres factos esse ab Agonippo et Eurysilao referatur v. 8. 43, proclive est de eorum sectatoribus aut mercennariis quibus ipsi in urbe deserta domicilia parassent haec interpretari. At obstant quae de urbe a tyrannis combusta v. 12. 54 leguntur. Quare nescio an ἐμ πόλει, praesertim cum articulo careat, Attico more de arce intellegendum sit, quam illi eversam restituerunt (v. 2) et in quam mulieres et puellas captivas coniecerant (10. 47). Ibi suae securitatis causa asseclis suis habitationes praebuisse videntur. 41 Proximum igitur quod Antigoni litteris acceptis facerent Eresii id fuit, ut homines eligerent qui superiora huius causae acta conquirerent et in comitiis proponerent; haec eadem sine dubio fuerunt quae supra in hoc ipso lapide (I—V) incisa sunt. 42 Cf. not. 11. 43 Cf. not. 16. 44 Supplevi. ΕΣΑ.Σ lapis. Inde Sauppius effecit [καλ]έσα[ι]ς, neque simplex sibila secundum ea quae not. 28 disputavi quicquam offensionis habet in hoc quidem lapide. At obstant spatii rationes, quare Waldius, quem posteriores ad unum omnes sequuntur, [καλέ](σ)σαις reposuit. At si iam Ε errore pro Σ incisum aut exscriptum statuimus, nullam amplius video causam cur verbum inusitatius praeferamus ei quod in hac re sollenne est. Aspiratam posui quia hic titulus neutiquam constanter psilosi Aeolica utitur. Cf. v. 22 καθόδω. Decretum de hoc iudicio constituendo habes supra I. III. 45 I. e. antiquae legi quae est de tyrannorum poenis. Cf. not. 11. 46 ΙΓΑΙΤΩΝ lapis. Priores editores (κ)αὶ pro ΓΑΙ emendasse contenti fuerunt. At neque ex

Ἡραίω[47] τῶν πρότερον τυραννη|σάντων τᾶς πόλιος καὶ τῶν ἀπογόνων αὔτων γ[νῶ]‖ναι τὸν δᾶμον πότερο[ν δόκ]ει καταπορεύεσθ[αι] ‖ αὔτοις ἢ μή, [ὁ] δὲ δᾶμος ἀκούσαις τᾶς διαγράφα[ς] | δικαστήριόν τε αὔτοισι συνάγαγε κατὰ τὸν [νό|μο]ν καὶ τὰν διαγράφαν τῶ βασίλεος Ἀλεξάνδρ[ω[48], | ὃ ἔ]γνω λό[γ]ων ῥηθέντων παρ' ἀμφοτέρων τόν τε ν[ό|μο]ν τὸν κατὰ τῶν τυράννων κύριον ἔμμεναι κα[ὶ ‖ φ]εύγην αὔτοις κὰτ [τὰ]μ π[όλιν]· δέδοχθαι τῶ δάμ[ω[49], | κ]ύριομ μὲν ἔμμεναι κατὰ [τῶν] τυράννων καὶ τῶ[ν | ἐ]μ πόλι οἰκηθέντων καὶ τῶν ἀπογόνων τῶν το[ύ|τ]ων τόν τε νόμον τὸμ περὶ [τ]ῶν τυράννων γεγρά[μ|μ]ενον ἐν τᾶ στάλλα τᾶ [παλαί]α καὶ ταὶς διαγρά‖[φ]αις τῶν βασιλέων ταὶς κατὰ τούτων καὶ τὰ ψα|[φ]ίσματα τὰ πρότερον γράφεντα ὑπὸ τῶν προγό|[ν]ων καὶ ταὶς ψαφοφο[ρ]ίαις ταὶς κατὰ τῶν τυράννων. [αἰ | δ]έ κέ τις παρὰ ταῦτα ἀλίσκηται τῶν τυράννω[ν ἢ] | τῶν ἐμ πόλι οἰκηθέντων[50] ἢ τῶν ἀπογόνων τῶν [τού]‖των τις ἐπιβαίνων ἐπὶ τὰν γᾶν τὰν Ἐρεσίων . . | . ω, τὸν δᾶ[μον] βουλεύσασθαι καὶ -----------

legitimo illo adiectivi usu (Ἡρωΐδας Τερτικώνειος) statim sequitur etiam substantive simpliciter οἱ Ἀπολλοδώρειοι dici licere pro οἱ Ἀπολλοδώρου παῖδες, neque probabile est Γ pro Κ incisum esse. Quare recepi Patonis supplementum, quod facillimam habet erroris explicationem. 47 Cf. not. 18. 48 Hoc est argumentum decreti II, scriptum quondam post v. 41 δεδόχθαι τῶ δάμω, ἐπείδη----. 49 Hinc iam incipit populiscitum annorum 306—301 a. Chr., cui ansam dedit Antigoni epistula de Agonippi filiis, concinens illud quidem cum omnibus quae ante in hac similibusque causis a populo Eresiorum facta erant. 50 Cf. not. 40.

---

9 Lapis quondam collocatus in Artemisio Ephesiorum, postea translatus in theatrum et inaedificatus in proscaenio; nunc est in museo Britannico. Edd. Wood Ephesus, Inscr. from the Temple n. 25. E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 256 n. 150. Greek inscr. in the British Museum III, 2 p. 96 n. CCCCLII. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 365 n. 491). Cf. quae adnotavit W. Hünerwadel Forschungen zur Gesch. des Königs Lysimachos p. 45 not. 1.

Litterae Ionicae volgares, nisi quod paene omnes hastas curvas pro rectis habent, non dispositae στοιχηδόν.

Ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι· Μητρᾶ[ς] εἶπεν· ἐπειδὴ Ἀρχέστρατος Νίκωνος Μακεδών[1], οἰκεῖος ὢν τοῦ βασιλέως Δ[ημητρίου -- ------------------------------------ καὶ γενόμενος] | ἐγ Κλαζομεναῖς στρατηγός[2], πιστόν τε αὑτὸμ παρέσχηται εἰς τὰ τοῦ βασιλέως πράγματα[3] καὶ τῆι πόλει τὰ πλοῖα τὰ σιτ[αγωγὰ διέσωσε, δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, ἐπαινέσαι αὐτὸν ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας ἣν ἔχει πρὸς τὸν βασιλέα] | καὶ τὸν δῆμον τὸν Ἐφεσίων[4], καὶ στεφανῶσαι χρυσέωι στεφάνωι καὶ ἀναγγεῖλαι τοῖς Διονυσίοις ἐν τῶι θεάτρωι· τῆς [δὲ ἀναγγελίας τοῦ στεφάνου ἐπιμελεῖσθαι τὸν ἀγωνοθέτην. δοῦναι δὲ αὐτῶι καὶ πολιτείαν ἐφ' ἴσηι καὶ ὁμοίαι. ἐπικληρῶσαι δὲ] | καὶ εἰς φυλὴγ καὶ χιλιαστύν. εἶναι δὲ αὐτῶι καὶ προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσι καὶ ἀτέλειαν ὧν ἂν εἰσάγηται ἢ ἐξάγητ[αι εἰς τὸν ἴδιον οἶκον[5] καὶ ἐν πολέμωι καὶ ἐν εἰρήνηι καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν. ἀναγράψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα] || τοὺς νεωποί(α)ς[6] εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀρτέμιδος ὅπου καὶ αἱ λοιπαὶ πολιτεῖαι ἀναγεγραμμέναι εἰσί, ὅπως ἅπαντ[ες εἰδῶσιν ὅτι ὁ δῆμος τιμᾶι τοὺς εὐεργετοῦντας αὐτὸν δωρεαῖς ταῖς προσηκούσαις. ἔλαχε φυλὴν ------, χιλιαστὺν ---------]

---

1 Homo ceteroquin ignotus. 2 Anno 302 a. Chr. Prepelaus Lysimachi exercitus dux ad Aeolidis et Ioniae oppida Demetrio eripienda missus Ephesum quidem obsidione cepit, ex reliquis vero cum Teon et Colophona ad partes Lysimachi traduxisset, Erythris et Clazomenis potiri non potuit, quia mari auxilia illuc mittebantur; cf. Diodor. XX, 107, 5: μετὰ δὲ ταῦτα Τηΐους μὲν καὶ Κολοφωνίους προσηγάγετο, Ἐρυθραίοις δὲ καὶ Κλαζομενίοις ἐλθούσης κατὰ θάλατταν βοηθείας τὰς μὲν πόλεις ἑλεῖν οὐκ ἠδυνήθη, τὴν δὲ χώραν αὐτῶν πορθήσας ἀνέζευξεν ἐπὶ Σάρδεις. Tum praesidio Demetrii quo Clazomenae defendebantur Archestratum praefuisse perspexit Hicks. 3 Fides Archestrati propterea tantopere praedicatur, quia per idem tempus duo alii duces ab Antigono ad Lysimachum defecerunt, Docimus et Phoenix. Cf. Diodor. l. l. 4 Haec tum demum decreta esse, cum Ephesus rursus in Demetrii potestatem venisset, manifestum est; id vero etiamtum anno 302/1 a. Chr. usu venisse docet Diodorus XX, 111, 3: ὁ Δημήτριος — κατέπλευσεν εἰς Ἔφεσον. ἐκβιβάσας δὲ τὴν δύναμιν καὶ στρατοπεδεύσας πλησίον τῶν τειχῶν ἠνάγκασε τὴν πόλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν ἀποκατασταῆναι τάξιν, καὶ τὴν μὲν ὑπὸ Πρεπελάου τοῦ Λυσιμάχου στρατηγοῦ παρεισαχθεῖσαν φρουρὰν ἀφῆκεν ὑπόσπονδον, ἰδίαν δὲ φυλακὴν εἰς τὴν ἄκραν καταστήσας παρῆλθεν εἰς Ἑλλήσποντον. 5 Cf. n. 10, 13. 215, 5. Syll.[2] n. 480, 4 cum not. 3. 6 ΝΕΩΠΟΙΛΣ.

10 Lapis muri Artemisii Ephesiorum, ex templo antiquitus delatus in theatrum, ubi inventus est inaedificatus in proscaenio; nunc Londinii in museo. Edd. Wood Ephesus, append. Inscr. from the Temple n. 7 (E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 258 n. 151. F. Bechtel Inschr. des ion. Dialektes p. 91 n. 147). E. L. Hicks Greek inscr. in the British museum III, 2 p. 96 n. CCCCLIII (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 366 n. 492). Cf. quae adnotavit W. Hünerwadel Forschungen zur Geschichte des Königs Lysimachos p. 54.

Ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι· Φιλαίνετος Φιλόφρονος εἶπεν· ἐπειδὴ | Νικαγόρας Ἀριστάρχου Ῥόδιος, ἀποσταλεὶς παρὰ τῶμ βασιλεών Δημητρίου | καὶ Σελεύκου[1] πρός τε τὸν δῆμον τὸν Ἐφεσίων καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας, | κατασταθεὶς εἰς τὸν δῆμον περί τε τῆς [ο]ἰκειότητος τῆς γεγενημένης ‖ αὐτοῖς διελέχθη καὶ περὶ τῆς εὐν[οία]ς ἣν ἔχοντες διατελοῦσιν εἰς | τοὺς Ἕλληνας καὶ τὴμ φιλίαν τὴμ πρότερον ὑπάρχουσαν αὐτῶι | πρὸς τὴμ πόλιν ἀνενεώσα[το, δ]εδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, | [ἐπ]αινέσαι τε Νικαγόραν ἐπὶ [τῆ]ι εὐνοίαι ἣν ἔχων διατελεῖ πρὸς τοὺς | [βα]σιλεῖς καὶ τὸν δῆμον, καὶ στεφανῶσαι αὐτὸγ χρυσέωι στεφάνωι ‖ [καὶ ἀ]ναγγεῖλαι τοῖς [Ἐφε]σείος[2] ἐν τῶι

Litterae volgares Ionicae, nisi quod fere omnes lineae quae rectae esse solent, leniter incurvatae sunt; Ω minore modulo exarata, ⊙ et O non item. Scriptura non στοιχηδόν adornata. 1 Seleucus anno 299 cum Demetrio foedus fecit eiusque filiam Stratonicen (n. 14, 3) in matrimonium duxit (Plutarch. Demetrius 31. 32). Ephesios cum anno 302 a. Chr. a Demetrio Lysimachi dominatione liberati essent (cf. n. 9[4]), triennio post etiamtum in illius fide fuisse hic titulus docet. Ex altera parte ne recentior quidem anno 299 a. Chr. esse videtur inscriptio, quoniam constat concordiam inter socerum et generum per brevissimum modo temporis spatium mansisse (cf. Plut. Demetr. 33). Maxime probabile est ex illo conventu quem Rhossi habebant reges Nicagoram Ephesum ab eis missum esse. 2 Alibi (n. 9, 3. Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 99 n. CCCCLVII, 4) Dionysiis potius publice renuntiantur honores a populo Ephesiorum decreti. Sed ipsae Ephesеorum feriae in titulis agonisticis haud raro commemorantur, praemisso aut subiuncto adiectivo τὰ μεγάλα (Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 233 n. DCV, 3. 10, ubi additur Ἐφεσήϊδι φιζ΄. p. 237 n. DCXI, 1. p. 240 n. DCXVI, 6. Non ab omni parte certa sunt supplementa p. 201 n. DLXV, 1. 2. p. 237 n. DCX, 2). Quod olim Guhlius Ephesiacorum p. 116 coniecerat, easdem ferias Ἀρτεμίσια et Ἐφέσια appellatas esse, id Hicks p. 79 refutavit titulo agonistico DCV allato, ubi iuxta Ἐφέσεια (v. 3. 10) recensentur Ἀρτεμείσια (v. 15) et Κοινὰ Ἀσίας ἐν Ἐφέσῳ, ut appareat haec tria sacra diversa inter se esse.

θεάτρωι. δοῦναι δὲ καὶ πολιτείαν | [ἐφ' ἴσηι] καὶ ὁμοίηι, καθάπερ καὶ τοῖς λοιποῖς εὐεργέταις. ὑπάρχειν δὲ αὐτῶι | [προεδρί]αν ἐν τοῖς ἀγῶσιν καὶ εἴσπλουν καὶ ἔκπλουν καὶ ἐμ πολέμωι | [καὶ ἐν εἰρήνη]ι καὶ ἀτέλειαν ὧν ἂν εἰσάγηι ἢ ἐξάγηι ⟨ἢ⟩ εἰς τὸν ἴδιον οἶκον[3] | [καὶ ἔφοδον εἰς τὴ]μ βουλὴγ καὶ τὸν δῆμομ πρώτωι μετὰ τὰ ἱερά· ταῦτα δὲ εἶναι ‖ [καὶ τοῖς ἐκγόνοις. ἀνα]γράψαι δὲ τά[ς] δεδομένας αὐτῶι δωρεὰς τοὺς νεωποίας | [ὅπου καὶ τὰς ἄλλας ἀναγράφουσιν.] ἐπικληρῶ[σ]αι δὲ αὐτὸγ καὶ εἰς φυλὴγ καὶ εἰς | [χιλιαστὺν τοὺς ἐσσῆνας[4], ὅπ]ως ἅπαντες εἰδῶσιν ὅτι ὁ δῆμος ὁ Ἐφεσίων | [τιμᾶι τοὺς εὐεργετοῦντας αὐτὸν κ]αὶ εἰς τὰ αὑτοῦ πράγματα προθύμους ὄντας | [δωρεαῖς ταῖς προσηκού]σαις. ἀποστεῖλαι δὲ καὶ ξένια αὐτῶι τὸν ‖ [οἰκονόμον[5]. ἔλαχε] φυλὴν Ἐφεσεύς[6], χιλιαστὺν Λεβέδιος.

3 Cf. n. 9[5]. 4 De hoc Ephesiorum magistratu cf. Syll.^{2} 175, 6. 548, 8 cum notis. 5 Supplevit Hicks ex populiscito de honoribus Demetrii regis Gr. inscr. in the Brit. Mus. III, 2 p. 91 n. CCCCXLVIII (Syll.^{2} 175, 7. 11). 6 Eadem tribus est Syll.^{2} 186, 10. 470, 5 et in aliis titulis quos enumerat Hicks p. 69. 7 Lebediorum chiliastyn partem tribus Ephesensium fuisse praeter hunc titulum etiam alius testatur Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 2 p. 210 n. DLXXIX *b*, 11. 12: Διονύσ[ιος φυ(λὴν) | Ἐ]φεσεύς, χι(λιαστὺν) Λ[εβέδιος].

---

11 Lapides complures fracti, qui olim efficiebant partes antae alterius templi Minervae Poliadis apud Prienenses. Nunc praeter duo fragmenta (v. 6—15 et 27—31) sunt in museo Britannico. Illa duo ex apographis a C. T. Newtono Prienae confectis, reliqua ex ipso lapide ed. E. L. Hicks Greek inscr. in the British Museum III, 1 p. 9 n. CCCCI.

Βασιλεῖ [Λυσιμάχωι].

Ἔδοξε τῶι δήμωι· γνώμ[η στρατηγῶν· ἐπειδὴ ὁ βασι]|λεὺς Λυσίμαχος ἔν τε το[ῖς πρότερον χρόνοις ἀεὶ] | ἐπιμέλειαν διετέλ[ει] ποιού[μενος τοῦ δήμου τοῦ Πριη]‖νέων, καὶ νῦν[1]

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. 1 Quo tempore haec acta sint, accuratius definiri vix licet, nisi quod sponte patet post regium nomen a Lysimacho assumptum (306 a. Chr.) et ante mortem eius (281 a. Chr.) et hoc Prienensium populiscitum et epistulam qua rex ad id respondit (n. 12) scripta esse. Anno 287/6 a. Chr. tribuit Hicks, quia tum potissimum pleraeque Asiae occidentalis civitates Graecae in fide Lysimachi fuerint, neque ea sententia probabilitate caret. Plane certa tamen non est,

ἀποσ[τεί]λας δύναμ[ιν ἐπὶ[2] τοὺς Μάγνη|τας[3]] καὶ τοὺς ἄλλους Πεδιεῖς[4] κατὰ γῆ[ν διέσωσε | τὴν] πόλιν, δεδόχθαι τῶι δήμωι, ἑλέσθαι πρεσβ[ευτὰς | ἐκ πά]ντων τῶμ πολιτῶν ἄνδρας δέκα, οἵτινες ἀφικόμ|[ενοι] πρὸς αὐτὸν τό τε ψήφισμα ἀποδώσουσι καὶ συνησ‖[θ]ήσονται τῶι βασιλεῖ ὅτι αὐτός τε ἔρρωται καὶ ἡ δύνα|μις καὶ τὰ λοιπὰ πράσσει κατὰ γνώμην, καὶ ἐμφανιοῦσι | [τὴν εὔ]νοιαν ἣν ἔχων διατελεῖ ὁ δῆμος πρὸς τὸν βασιλέα | [Λυσ]ίμαχον καὶ στεφαν(ώ)σουσιν[5] αὐτὸν στεφά[ν]ωι [χρυσῶι | ποιησάμενοι] ἀπὸ χρυσῶν χιλίων[6]. στήσει δὲ [ὁ] δῆμο[ς ‖ τοῦ βασιλέως] ἄγαλμα χαλκοῦν [ἐν τῆι ἀγορᾶι, καὶ π]αραστή|σει ἐγ δε[ξ]ιᾶς αὐ[τῶι -------------------------------] | πλησίον [---------------------------------- ἱδρύσασθ]|αι δὲ καὶ βωμὸν αὐ[τοῦ. θύειν δὲ καὶ πάντας[7] καθ' ἕκασ]|τον ἐνιαυτὸν τοὺς [ἱρεῖς ταὶ τὰς ἱρείας τὰς κατὰ[8]] ‖ τὴμ πόλιν καὶ στεφα-[ν]ηφορεῖν το[ὺ]ς πολίτας ἅπαν[τας] | καὶ πομπὴν πέμπε[ιν το]ύς τε ἱρεῖς καὶ τὰς συναρχ[ίας[9]] | καὶ τοὺς πολίτας πά[ντας τοῖς

---

quia etiam antea, ac maxime quidem proximis temporibus ante proelium ad Ipsum commissum et post id (302—300 a. Chr.) permagnas fuisse in illis orae Asianae regionibus Lysimachi opes constat; de Priene vero singillatim nihil traditum habemus. 2 Sic scribere malui quam πρὸς cum Hicksio, quia verba motum significantia, si de hostili aggressione dicitur, plerumque illam praepositionem asciscunt. 3 Cf. n. 12, 14 sqq. Magnesiae ad Maeandrum cives intellegi, vicinos Prienensium, observat H., qui idem in medio relinquendum existimat utrum ei sua sponte Prienensibus bellum intulerint, an hae incursiones et rapinae cum discidio inter Lysimachum et Seleucum tum ipsum nascente cohaereant. 4 I. e. incolae campi inter Mycalen et Latmum montes fere sex miliariorum Anglicorum latitudine patentis, qui ab Herodoto I. 161, Thucydide III, 19, 2, Strabone XII, 8, 15 p. 577 Cas. τὸ Μαιάνδρου πεδίον appellatur. In alio decreto Prienensium Gr. inscr. in the Brit. mus. III 1 p. 24 n. CCCCX, 8—11 manifesto accuratiora de his incursionibus scripta erant: --- κατακευάζειν, Πεδιεῦσ[ιν -------- ἐ]δώκαμεν, Πεδιεῖς δὲ | ----------, καὶ πολλοὺς μὲν Πριηνέων | [ἀπέκτειναν, πολλὴν δὲ τῆς χώρ]ας διήρπασαν. Hicks. 5 στεφανήσουσιν ex Newtoni apographo Hicks, quod emendavi. Nam multo probabilius est, in incidendo aut in exscribendo erratum, quam hoc uno loco in verbo cuius innumera exstant exempla flexionem inauditam usurpatam esse. 6 Permagnum quidem esse pretium, sed nequaquam incredibile, siquidem in titulo honorario Augusti Mytilenaeo (C. I. G. Voll. II add. p. 1025 n. 2167 *d*, 27 πεμφθῆναι δὲ καὶ στέφανον ἀπὸ χρυσῶν δισχιλίων) vel duplex summa compareret, monuit Hicks. 7 Supplevi. Hic et in proximis versibus me non unumquodque verbum praestare velle vix est quod dicam. Sed sententiae summam et enuntiatorum structuram tamen me assecutum esse confido. 8 Supplevi. 9 Cf.

γενεθλίοις[10] βασιλέως] | Λυσιμάχου, συνεῖν[αι δὲ καὶ --------
-------------- δοῦ]|ναι δὲ τὸν ἐπὶ τῆς δ[ι]ο[ικήσεως εἰς τὰ
θύματα τοῖς[11]] ‖ ἱεροποιοῖς τ[ῶ]μ φυλ[ῶν[12] ἀργύριον ὅσον καὶ[13]
τοῖς Π]ανα|θηναίοις[14] δίδοται ----------------------- ηνα |
[-------------------------------- πά]ντων τῶν πολιτῶν |
------------------------------ ἱερεῖα κατ' ἐνιαυτ[ὸν | ----
-----------------------] συντελῆι τὴν θυσίαν ‖ ----------
-------------------- ἐν τῆι χώραι[15] κατα | [-------------
---------------- βωμὸν ἱδρύσα]σθαι καὶ θύειμ βα|[σιλ------
-------------------------------------] τὸν | [-------
---------------------------- μ]έρος εξε|--------------
----αν με[τ]ὰ ‖ [------------------------------ βα]σιλέα
πο|----------------------------------τε μ[έρ]η | -------

Syll.[2] 183, 19 cum not. 4. 297, 1 cum not. 1. 468, 30. G. Gilbert Gr. Staatsalterthümer II p. 322 not. 1. 10 Supplevi. 11 Supplevi. 12 Supplevi et emendavi. ΤΟΜΦΥΛ lapis, τὸμ φύλ[αρχον] Hicks. At unum fuisse phylarchum propter ipsum huius magistratus nomen incredibile est, et subiectum verbi δοῦναι manifesto est τὸν ἐπὶ τῆς διοικήσεως. Quod contra suum quamque tribum hieropoeum habuisse optime quadrat in huius muneris naturam, qualem alibi, ut Athenis (Syll.[2] 496[13]) fuisse cognitum habemus. 13 Supplevi. 14 Minervae sacra apud Prienenses primaria fuisse docent scriptorum (Pausan. VII, 5, 5. Vitruv. I, 1, 12. VII, 1, 2) et titulorum (Gr. inscr. in the Brit. museum III 1 p. 36 n. CCCCXIX, 27. p. 41 n. CCCCXXI, 34) testimonia. Exstat templi titulus dedicatorius Alexandri Magni nomine incisus (Syll.[2] 158) et relliquiae simulacri a Pausania commemorati. Nummi Prienensium Ἀθηνᾶς Νικηφόρου nomen inscriptum habent, in templi dedicatione eadem Πολιάς appellatur. 15 Idem fere quod supra de ara in oppido statuenda et caerimoniis quibusdam peragendis praeceptum erat, hic de agri locis quibusdam fuisse videtur, sed de restituendis verbis desperandum est.

12 Lapides mutili, qui olim ad alteram ex antis templi Minervae Poliadis Prienensis pertinebant. Nunc Londinii asservantur in museo Britannico praeter unum fragmentum (v. 21—28). Hoc ex Murrayi apographo Prienae confecto, reliqua ex ipso lapide ed. E. L. Hicks Greek inscr. in the Brit. mus. III, 1 p. 11 n. CCCCII. Cf. quae adnotaverunt Th. Lenschau de rebus Prienensium, Leipziger Studien XII p. 182 not. 4. p. 201. W. Hünerwadel Forschungen zur Geschichte des Königs Lysimachos p. 94. 127.

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν.

[Βασιλεὺς Λυσίμαχος Πριηνέων τῆι βουλῆι | καὶ] τῶι δήμωι χαίρει[ν· οἱ παρ' ὑμῶν πεμφθέντες[1] | πρ]εσβευταὶ Ἀντισθένη[ς καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ | ἀφι]κ[όμενοι[2] τ]ό τε ψήφισμα[3] [ἀπέδοσαν] ‖ ἡμῖν κ[αὶ αὐτ]οὶ συνησθέντες ἐ[πὶ τῶι] | ἐρρῶσθαι ἡμᾶς τε καὶ τοὺς φίλ[ους καὶ τὰς] | δυνάμεις καὶ τ[ὰ] πράγματα κατὰ [πᾶσαν τὴν] | χώραν διελέγησαν παραπλησίως τοῖς ἐν τῶι | [ψηφί]σματι γεγραμμένοις[4], ἐμφανίζοντες περί ‖ [τε τῆ]ς εὐνοία[ς] ἧς ἔχει ὁ δ[ῆ]μος εἰς ἡμᾶς καὶ ὅτι | ἐπιστειλά[ντ]ω[ν ἡ]μῶν πειθαρχεῖν Σω[σθένους[5] τοῦ] | στρατηγοῦ[6] [ὑπ]ήκουσεν προθύμως καὶ ο[ὐδαμῶς] | ἀφίσταται τῶν ἡμῖν χρησίμων, καίπ[ερ τεμνο]|μένης[7] τῆς [χ]ώρας ὑπό τε Μαγνήτω[ν[8] αὐτῶν ‖ κ]αὶ τῶν

---

1 Supplevi. πρὸς ἡμᾶς Hicks. At id a participio ἀφικόμενοι quidem pendere nequit propter verborum collocationem, ad οἱ — πρεσβευταί relatum supervacaneum est et alienum a sermonis usu. 2 Malim hoc arcte coniungere cum μετ' αὐτοῦ ut sit 'Antisthenes et qui cum eo venerant', etsi etiam ad sequentia referri potest sic, 'cum venissent, plebiscitum nobis reddiderunt'. 3 Quod habes supra n. 11. De tempore quo haec acta sunt cf. ibi not. 1. 4 Cf. n. 11, 10 sqq. 5 Supplevit Hicks dubitanter. Ac sane sponderi non potest hoc potissimum nomen fuisse, sed utique ingeniosa est coniectura neque improbabilis, eundem Sosthenem, qui paucis annis post fortitudine et consilio suo Macedoniam a Gallorum funestis incursionibus liberasset (Diodor. XXII, 4. Euseb. Chron. I p. 236, 24 ed. Schoene, all. a Droyseno Gesch. des Hell. II, 2 p. 347 not. 2, qui diversam Iustini XXIV, 6, 2 memoriam iure sprevit), ita ut eum tum iam rei militaris peritissimum fuisse appareat, Lysimachi auspiciis Ioniae praefuisse. 6 Cum ex titulo honorario Hippostrati Milesii (Syll.[2] n. 189) sciamus, Lysimachum foedus illud tredecim civitatum Ionicarum, quod Alexandri et Antigoni temporibus fuerat, non sustulisse quidem, sed tamen praetore ex ipsius familiaribus et ducibus illis praefecto (v. 3 sqq. φίλος ὢν τοῦ βασιλέω[ς Λυσι]μάχου καὶ στρατηγὸς ἐπὶ τῶμ πόλε[ων] τῶν Ἰάδων κατασταθείς) in suam dicionem redegisse, perquam probabiliter Lenschau hunc quoque Sosthenem sive quo alio nomine fuit eadem praetura functum esse coniecit. Ceterum genetivus a verbo πειθαρχεῖν pendens ex Ionica dialecto (ut alia veluti ἱρεῖς n. 11, 21) resedisse videtur. Certe iam in Darei Hystaspis f. epistula ad Gadatam Syll.[2] 2, 5 sqq. legitur, cuius etsi non servatum est nisi exemplum inferiore aetate Attico sermone conceptum, tamen in eo antiquioris Ionici vestigia restant certissima. Inter quae quin hoc quoque habendum sit, non est dubium cum quia ab Atheniensium usu omnino alienum est, tum quia simillima structura πείθεσθαί τινος etiam apud scriptores Ionicos non semel occurrit. Inferiore quidem aetate etiam in Aegypto reperitur. Cf. Oxyrhynchos papyri II p. 237 n. CCLXV, 13 ὅσα δεῖ πειθαρχεῖν γαμετὴν γυναῖκα ἀνδρός. 7 Aut hoc aut quod Hicks scripsit πορθουμένης in lapide fuit. 8 Cf. n. 11[3].

στ[ρατιω]τῶν[9] τῶν συνεπιπορ[ευομένων. | βουλόμενοι[10] οὖν καὶ κοινῆι] πάντων καὶ ἰδία[ι | ἑκάστου ὑμῶν ἐπιμελεῖσθαι, λυσιτ]ελὲς δὲ ἡμῖν | [ἡγούμενοι ὑμᾶς ἡμῖν ὥσπε]ρ καὶ πρότερο[ν | φίλους εἶναι, συγχωροῦμεν[11], ὥ]σπερ ἠξίω[σαν ‖ οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταί[12], -------------|-------------] ἡμῖν[13] --------- -------|---------- τῆι τε θ[ε]ωρ[ίαι ---------------|---- -------] ὑμᾶς ποιουμ --------------|-------------- εὐχαρίστους [-------------‖------------- θυγ]ατρὸς καὶ υἱῶ[ν[14] ------------|-------- φιλανθρ]ώπων βασ[ιλ--------------| --------------]αμενα --------------------|------------- ---ημ---σ--------------

9 Apparet, qui hic praeter Magnetas commemorentur milites non posse eosdem esse ac qui n. 11, 6 in eadem sane causa cum illis coniungantur Pedienses. Nam campi proximi incolae non magis proprie στρατιῶται vocantur quam ipsi Magnetes. Immo mercennarii intellegendi sunt sive apud Seleucum militantes (cf. n. 11[3]) sive tum temporis otiosi, quos dum ab alio conducerentur exspectantes paratissimos fuisse ad quamlibet praedandi occasionem avide arripiendam consentaneum est. 10 Vs. 16—19, ubi Hicks non supplevit nisi perpauca vocabula, restituere conatus sum. 11 Ni plane fallor, hic rex se permittere indicat, ut Prienenses se illis eximiis honoribus afficiant, qui in decreto 11, 14 sqq. enumerantur. 12 Supplevit Hicks. 13 Fragmentum (*d*), quod versus 20—28 continet, eiusdem ac reliqua lapidis esse admodum probabile quidem est, sed neutiquam certum. Hicks. 14 Si haec omnino ad Lysimachi epistulam spectent (cf. not. 13), probabiliter θυγ]ατρὸς ad Arsinoën Lysimachi filiam referri observavit Hicks. At num idem recte υἱῶν ad filios ex Arsinoë Ptolemaei I filia procreatos, Ptolemaeum (Trog. Prolog. XXIV. Iustin. XXIV, 2, 10), Lysimachum, Philippum (Iustin. XXIV, 3, 5) rettulerit, propter incertam tituli aetatem (n. 11[1]) in medio relinquendum est. Nam licet etiam de prioris uxoris Amastridis filiis Agathocle et Alexandro cogitare.

13 Lapis ex insula Samo Oxonium delatus, ubi exstat in museo Ashmoleano. Ed. Chandler Marm. Ox. II, 25 (Boeckh C. I. G. 2254). Postquam H. Roehl, Schedae epigr. p. 7 iterum inspecto lapide Chandleri lectionem emendavit, E. L. Hicks totum titulum accurate cum lapide collatum exhibuit Manual of Greek hist. inscr. p. 259 n. 152 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 46 n. 36). Cf. quae adnotaverunt Th. Lenschau de rebus Prienensium, Leipziger Studien XII p. 126. 202 cum not. 1—3 et A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 208.

Βασιλεὺς Λυσίμαχος Σαμίων τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χ[αί]-ρει[ν[1]· | κατ]έστησαν ἐφ' ἡμᾶς οἵ τε πρέσβεις οἱ παρ' ὑμῶν

Litteras volgares praeter ΘΠΣ exhibent editores antiquiores, incertum qua fide. 1 Hac epistula Lysimachus cum Samiis communicat arbitrium suum de controversia antiquissima quae inter illos et Prienenses de terra in continenti sita agitata erat; quae terra hic quidem v. 12. 24. 28 ἡ Βατινῆτις χώρα, in Rhodiorum vero arbitrio (Greek inscr. in the British Museum III, 1 p. 12 n. CCCCIII, 102. 125) τὸ Βατίνητον vocatur, sed illic v. 45 τὰν Βατ[ινάτιδα] perquam probabiliter supplevit Hicks. Origo huius litis redire videtur ad bellum (τὸμ πόλεμον τὸμ Με[λιακόν] Gr. inscr. III, 1 p. 12 n. CCCCIII, 56) a Samiis et Prienensibus coniunctim contra Melienses (Μελιεῖς ibid. v. 47) horum vicinos gestum, quibus victis oppidum quidem deletum, ager vero (ἁ χώρα ἁ Μελιάς ibid. v. 55) inter victores divisus est. In ea divisione quondam illam agri partem, quae Batinetis vocabatur, utrique sibi potissimum cessisse contendebant. Quae divisio sive fabulosa est sive re vera aliquando facta, utique non post saeculum a. Chr. n. septimum usu venisse potest, quandoquidem eam bellis et contentionibus quae hic v. 14 sqq. tanguntur (de quorum temporibus v. not. 9. 17) certe antiquiorem esse tituli docent. Quas lites Biantis Prienensis legatione ad Samios diremtas esse luculentissime apparet ex v. 22—24; ac tum convenisse ut Prienenses tenerent terram litigiosam ipsorum quidem legati narrabant regi Lysimacho (not. 20); at in possessionem illa aetate venisse non videntur. Quod bellum a. 440 a. Chr. exortum est non inter Samios et Prienenses, sed inter Samios et Milesios de ipsius oppidi Prienes possessione (Thuc. I, 115, 2: ἕκτῳ δὲ ἔτει Σαμίοις καὶ Μιλησίοις πόλεμος ἐγένετο περὶ Πριήνης), quod nobilissimo illi Atheniensium contra Samios certamini ansam dedit, id perperam nonnulli homines docti ad hanc controversiam referunt. Nam tum quidem litem de agri finibus in censum venisse aut Samiorum clade quicquam mutatum esse in possessione terrae litigiosae neque memoriae proditum est neque ulla ex parte probabile. Num Alexander Magnus quicquam de ea re statuerit, in medio relinquendum est. Neque enim locus arbitrii Rhodiorum v. 146: [Ἀλεξά]νδρου διαβάντος εἰς τὰν Ἀσίαν ἐνέμον[το], quem affert Hicks, mihi sufficere videtur ad id probandum. Quod contra alterutram partem Antigonum regem (306—301 a. Chr.) adiisse recte ille collegit ex eiusdem tituli v. 141. 142: [ἐ]πὶ τᾶς Ἀντιγόνου βασιλείας ὅθεν καὶ α[---------- ἀμφισβατ]οῦντας τοῖς Πριανεῦσι διότι παρορίζον[ται]. Sed idem probabiliter statuit, tum non alterutris adiudicasse regem terram controversam, sed decrevisse ut in possessione manerent qui Alexandri in Asiam transitu eam tenuissent. Cf. simile arbitrium inter Messenios et Lacedaemonios Syll.[2] 314, 52. Sed utut hoc se habet, Lysimachi regno utique terram tenebant Samii; nam Prienenses priores (v. 3. 4) regem adierunt ut iuberet sibi reddi id quod iure ipsorum esset. Iam ille utrisque auditis sententiam dixit. Quae propter mutilam lapidis condicionem non exstat, ita ut dissentiatur utris rex terram de qua controversia esset adiudicaverit; etenim Waddington et Lenschau secundum Samios, Hicks vero secundum Prienenses iudicatum esse statuit.

καὶ οἱ παρὰ τῶν Πρ[ιη]|νέων ἀποσταλέντες ὑπὲρ τῆς χώρας ἧς ἐτύγχανον ἠμφ[ισ]|βητηκότες π[ρό]τερον ἐφ' ἡμῶν. εἰ μὲν οὖν προείδειμεν[2] ἡμεῖς τήν‖δε τὴν χώραν ὑμᾶς ἐ[κ τ]οσούτων ἐτῶν ἔχειν καὶ νέμε[σ]θ[αι, καθ'] | ὅλον οὐκ ἂν ἐπεσπασάμεθα τὴγ κρίσιν· νῦν δὲ ὑπελαμβάνομεν [ἐξ] | ὑπογύου τινὸς χρόνου παντελῶς γεγονέναι τὴν ἐπί[βασιν[3]· | ο]ὕτω γὰρ ἡμῖν ἐποιοῦντο τὴν μνείαν ἐν τοῖς πρότερον [λόγοις[4] οἱ] | τῶν Πριηνέων πρέσβεις. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ παρῆσαν οἵ τε παρ' ὑμῶ[ν πρέσβεις ‖ κ]αὶ

Huius sententiam olim (Syll.[2] 315[4]) probavi. Sed nunc aliter sentio. Nam honores Lysimacho a Prienensibus decreti (n. 11) hic in censum non veniunt cum quia manifesto non ad hoc arbitrium sed ad alia regis de civitate merita spectant, tum quia non constat, utrum ille titulus hoc prior sit an posterior. Nam in universum de his quoque litteris eadem valent quae de populisciti illius tempore disputata sunt n. 11[1], sed uter antiquior sit ex his titulis latet. Cur nunc Lysimachum secundum Samios dedisse existimem, primaria causa est, quam protulit Lenschau, quod aliter vix intellegeretur, cur rex initio (v. 4) fateatur si prius scivisset ex quam longinquo tempore Samii in possessione fuisset, se omnino de hac re arbitrium non suscepturum fuisse. Nam si haec causa sufficere ei videbatur ut omnino rem controversam esse negaret neque precibus Prienensium morem gereret, nonne eadem sufficiebat ut, cum iam arbitrium ad eum delatum esset, secundum Samios iudicaret? Accedit aliud; nempe non videtur ad casum redire, quod Prienae quidem duo arbitria Rhodiorum (Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 1 n. CCCCIII) et senatus Romani (ibid. CCCCV. Syll.[2] 315) lapidi incisa inventa sunt, quae secundum Prienenses data sunt, neque vero ullum vestigium vel huius Lysimachi epistulae vel decreti Cn. Manlii Volsonis quo terra litigiosa Samiis reddita est, Sami vero hic lapis comparuit? An statuemus in tabulariis quidem utrobique omnes huius controversiae litteras diligenter conservatas esse, sed lapidibus insculptas utramque civitatem eas modo publice proposuisse, quas ipsius potissimum interesset omnibus notas esse? Ceterum Lysimachi decreto magna ex parte quidem finis impositus est longinquae liti. Nam quae postea facta sunt arbitria non ad totam Batinetida spectabant, sed ad castellum in ea situm cum agris circumiacentibus (cf. not. 6. 20). 2 Pro προῄδειμεν, confusione diphthongorum per illa tempora Athenis (K. Meisterhans Gramm. der att. Inschr.[3] p. 36 sqq.) quidem frequentissima, alibi rariore quidem, sed tamen neutiquam inaudita. Cf. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 60. 3 Supplevi; ἐπί[κτησιν] Boeckh et Hicks. Sed in hac quidem voce praepositio locum non habet, ut praeterea ubique (v. 12. 17. 26. 28) simplex κτῆσις scriptum fuisse apparet. At ἐπιβαίνειν sollenne est de eo qui in possessionem fundi alicuius venit. 4 Primo uni Prienenses legationem ad regem miserunt quae illam terram repeteret; quae hi legati apud regem verba fecerunt, ea hic οἱ πρότεροι λόγοι sunt. Tum ille utrorumque legatos ad se evocavit qui causam orarent. Ea quae Prienenses tum protulerunt, referuntur v. 11 sqq.

οἱ παρὰ τῶν Πριηνέων, ἀναγκαῖον ἦν διακοῦσαι ἃ [λέγεται] π[αρ' ἑ|κατέ]ρων. οἱ μὲν οὖν Πριηνεῖς τὴν μὲν ἐξ ἀρχῆς γεγενημένην α[ὐ]τ[οῖς | κτῆσι]ν τῆς Βατινήτιδος[5] χώρας ἐπεδείκνυον ἔκ τε τῶν ἱστοριῶν[6] κ[αὶ ἐκ | τῶν ἄλ]λων μαρτυριῶν καὶ δικαιωμάτων [με]τὰ τῶν ἑξετῶν [σπονδῶν[7]. | ὕστερ]ον[8] δὲ συνωμολόγουν Λυγδάμεως[9] ἐπελθόντος ἐπὶ [τὴν χώ||ραν μετὰ

5 Cf. not. 1. 6 Samios quoque ad scriptores rerum gestarum provocasse, id quod hic non legimus quia in mediis eorum argumentis fractura lapidis desinit titulus, ex arbitrio Rhodiorum discimus; cf. Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 1 p. 12 n. CCCCIII, 101: οἱ δὲ Σάμιο[ι τά τε] τῶν ἱστ[ο]ρι[ο]γράφω[ν] μαρτύρια ὑφαγ[ήσαντο], καθὰ καὶ ἐπὶ τᾶς κρίσιος τᾶς ὑπὲρ τοῦ Βατινήτου, ἀπὸ τούτων π[ειρώ]μενοι [δεικνύειν διότι] τὸ Κάριον καὶ ἁ περὶ αὐτὸ χώρα αὐτοῖς ἐπι[κ]λαρωθείη. Qui potissimum fuerint, non constat, nam quae in illo titulo sunt nomina, manifesto ad illud recentius Rhodiorum arbitrium pertinent. At eosdem ex parte quidem iam antea a litigantibus testes citatos esse consentaneum est. Illic primum v. 104 Maeandrii Milesii historiae commemorantur, deinde v. 118 haec leguntur: ἁμὲς δὲ θεωροῦντες τοὺς γράψαντας τὸμ [πόλεμον τὸμ] Μελιακὸν καὶ τὰν διαίρεσιν τᾶς χώρας τοὺς μὲν ἄλλους πάντας φαμένους ἐκ τᾶς διαιρέσιος λ[αχ]ό[ντας Σαμίους] Φύγελα, καίπερ ὄντας τέσσερας μὲν Σαμίους Οὐλιάδην καὶ Ὀλύμπιχον καὶ Δοῦριν καὶ Εὐάγωνα, δύο δὲ Ἐφεσίους Κρεώφυλον καὶ Εὐάλκη, Χῖον δὲ Θεύπομπον, — μόνον δὲ ἐν ταῖς ἐπιγεγραμμέναις Μαιανδρίου τοῦ Μιλησίου ἱστορίαις κατακεχωρισμένον διότι ἔλαχον Σάμιοι Κάριον καὶ Δρυοῦσσαν, αἷς πολλοὶ τῶν συγγραφέων ἀντιγράφοντι φάμενοι ψ[ευδε]πιγράφους εἶμειν. Ex his nonnulli quidem post Lysimachi tempora demum scripsisse videntur, veluti Duris Samius (cf. F. Susemihl Gesch. der gr. Litt. in der Alexandrinerzeit I p. 588 n. 328), antiquiorum vero testimonia iam tum allata esse propterea probabile est, quia Carium et Dryussa, de quibus Rhodii decernebant, partes erant Batinetidis. Cf. Syll.[2] 315[4]. 7 Ex narratione de bellis sexto a. Chr. n. saeculo gestis (not. 9) scimus septimo anno post prius bellum denuo arma sumpta esse; apparet igitur illud finitum esse indutiis in sex annos factis, quarum formula hic inter alia δικαιώματα singillatim recenseri videtur propter insignem dignitatem quae ei in hac lite diiudicanda tribuitur. Sane illud 'in quibus etiam indutiae sexennes erant', praepositione σὺν potius quam μετὰ enuntiari exspectaveris (cf. Syll.[2] n. 64[6]). Sed haec alibi non tam accurate distingui solita esse quam Athenis constat. 8 Supplevit Wilhelm, cum hoc opponi videret illi τὴν μὲν ἐξ ἀρχῆς κτῆσιν v. 12; apparet adverbium referri ad infinitivos ἐγλιπεῖν — ἀποχωρῆσαι — ἀποδιδόναι, non ad verbum regens συνωμολόγουν. Haec interpretatio tam accommodata est ad persuadendum, ut neque Hicksii supplementum πρότερ]ον neque Michelii rationem, qui [με]τὰ τῶν ἑξετῶν [σπονδῶν] ad ea quae proxime sequuntur refert, refutare opus sit. 9 Rerum gestarum quae hic tanguntur apud Plutarchum Quaest. Graec. 20 p. 295 F sqq. narrationem habes hanc: Σάμιοι καὶ Πριηνεῖς πολεμοῦντες ἀλλήλοις τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἐβλάπτοντο καὶ ἔβλαπτον, μάχης δὲ μεγάλης γενομένης

δυ]νάμεως τούς τε λοιποὺς ἐγλιπεῖν τὴν χώραν αὐτ[ούς τε Σαμί|ους εἰς τὴν ν]ῆσον ἀποχωρῆσαι. τὸν δὲ Λύγδαμ[ιν κ]ατασχόντα [τὴν χώ|ραν τήνδε π]άλιν ἀποδιδόναι τὰς αὐτὰς κ[τ]ήσεις, τοὺς δὲ [Πριηνέας ἀπὸ | τούτου νέμεσθ]αι· Σαμίων δὲ οὐθένα παραγενέσθαι παρ[άπαν[10], | πλὴν εἴ τις ἐ]τύγχανεν

χιλίους Σαμίων οἱ Πριηνεῖς ἀπέκτειναν· ἑβδόμῳ δ' ὕστερον ἔτει (cf. not. 7) Μιλησίοις συμβαλόντες παρὰ τὴν καλουμένην Δρῦν τοὺς ἀρίστους ὁμοῦ τι καὶ πρώτους ἀπέβαλον τῶν πολιτῶν· ὅτε καὶ Βίας ὁ σοφὸς εἰς Σάμον ἐκ Πριήνης πρεσβεύσας εὐδοκίμησε. ταῖς δὲ Πριηνέων γυναιξὶν ὠμοῦ τοῦ πάθους τούτου καὶ τῆς συμφορᾶς ἐλεεινῆς γενομένης ἀρὰ κατέστη καὶ ὅρκος περὶ τῶν μεγίστων ʽὁ παρὰ τῇ Δρυΐ σκότος' διὰ τὸ παῖδας αὐτῶν καὶ πατέρας καὶ ἄνδρας ἐκεῖ φονευθῆναι. Quae accuratissime convenit cum huius tituli argumento itemque cum illo recentiore Rhodiorum arbitrio in quo funestae illius Prienensium cladis mentio fit, nisi quod inde discimus Samios Milesiorum socios et victoriae participes fuisse (Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 1 p. 12 n. CCCCIII, 105 [μετὰ δὲ τὰν παράτ]αξιν τὰν γενομέναν αὐτοῖς ποτὶ Πριανεῖς ἐπὶ Δρυΐ). At plane novum hic accedit testimonium de Lygdamidis cuiusdam per has contentiones partibus. Quem Boeckhius quidem et Hicksius Naxiorum tyrannum intellegunt, a quo cum Polycrates militibus adiutus sit cum rerum potiretur (Polyaen. I, 23, 2 μεταπεμψάμενος παρὰ Λυγδάμιδος τοῦ Ναξίων τυράννου στρατιώτας), probabile videri potest eundem se his Samiorum et Prienensium contentionibus interposuisse. At hanc sententiam Lenschau demonstravit et pugnare cum eis quae de Biantis aetate tradita essent (not. 17) et propterea incredibilem esse, quia anno 545 vel 544 Prienen a Mazare Persarum duce funditus deletam esse et omnes cives sub corona veniisse constaret (Herodot. I, 161) ut Polycratis aetate aut paullo post eum talia bella qualia a Plutarcho narrantur Prienenses gerere profecto non possent. Antiquiore vero aetate, quam Biantis nomen monstraret, alium fuisse Lygdamin, Cimmeriorum ducem, quem in illas regiones penetrasse constat testimoniis Strabonis I, 3, 21 p. 61 Cas.: Λύγδαμις δὲ τοὺς αὑτοῦ ἄγων μέχρι Λυδίας καὶ Ἰωνίας ἤλασε καὶ Σάρδεις εἷλεν, ἐν Κιλικίᾳ δὲ διεφθάρη et Hesychii s. v. Λύγδαμις· οὗτος ἔκαυσεν τὸν ναὸν τῆς Ἀρτέμιδος (sc. τῆς Ἐφεσίας). Quaestionem intricatissimam de temporibus incursionum Cimmericarum retractare huius loci non est; sufficiat notasse, homines harum rerum peritissimos, quos etiam Lenschau sequitur, res a Lygdamide in Ionia et Lydia gestas ad medium saeculum a. Chr. n. septimum referre (cf. E. Meyer Gesch. des Alterthums I p. 545. 548). Inde apparet, quae de bellis Samiorum et Prienensium, de sexennibus indutiis, de clade ad Dryn accepta, de Biantis legatione narrentur, non proximo post Lygdamin tempore gesta esse, sed fere dimidio saeculi interiecto. Nam ea propter Biantis aetatem (not. 17) non licere ultra annum 600 a. Chr. removere. L. 10 Supplevi; sane apud scriptores Atticos hoc non videtur sine articulo usurpari. παρ[ὰ τούτοις] Boeckh et Hicks, sed si omnino tali additamento, quod facile mente suppletur, opus esset, loci potissimum definitio desideraretur.

παρ' αὐτοῖς κατοικῶν[11]· τούτο[υς ‖ δὲ τὸ ἀπὸ τῆς γῆς γιγνόμ]ενον[12] προσενέγκασθαι[13] Πριηνεῦσιν. ὑποστ[ρα|φέντας[14] δε τοὺς ἐκπεσόντ]ας[15] Σαμίους παρελέσθαι τὴγ χώραν α[ὐ]τῶν[16]. | [πεμφθῆναι οὖν παρὰ] Πριηνέων Βίαντα[17] περὶ διαλύσεων τοῖς

11 Nemo Samius per illa tempora commoratus est in terra Batinetide, nisi si quis forte Prienae inquilinus habitabat. 12 Supplevi, dubitanter sane; sed id videtur significari, vectigalia ab illis qui in Batinetide arabant civibus Samiis qui Prienae inquilini essent pensa esse aerario Prienensium, ex quo appareret illos non dubitare quin Prienensis, non Samii agri esset illa terra. Cogitavi etiam de τὸν φόρον τὸν γιγνόμ]ενον aut τὸ τέλος τὸ γιγνόμ]ενον. Boeckhius suppleverat τούτ[ων δὲ ὕστερον διὰ τὸ κατὰ πόλ]ε[μ]ον προσενέγκασθαι Πριηνεῦσι, Hicksius τούτο[υ δὲ ἕνεκα ἀεὶ τὸν βουλόμ]ενον προσενέγκασθαι Πριηνεῦσιν. Sed utrumque supplementum praeter alias causas propter verbi notionem (not. 13) mihi displicet. 13 Intransitive hoc dictum opinantur Boeckh et Hicks. Et sane sic perfrequenter accedendi ad aliquem aut consuetudinem cum aliquo habendi vi usurpatur προσφέρεσθαι. At in hac significatione futurum quidem προσοίσομαι est, aoristus vero quantum scio semper προσηνέχθην, non προσηνεγκάμην. Quod contra aoristus medii transitivam ubique vim habet, cf. Aeschines I, 145 σῖτον προσενέγκασθαι. Et si hoc quidem loco aliquatenus discernitur medii vis ab activo, tamen et apud Platonem Respubl. VIII p. 563 D κἂν ὁτιοῦν δουλείας τις προσφέρηται plane idem valet ac si diceretur προσφέρηι, neque aliter iudicandum est de locis tituli Iliensis n. 221, 11: τὴν χώραν τὴν δεδομένην αὐτῷ — προσενέγκασθαι πρὸς τὴν ὑμετέραν πόλιν. 19: δεδώκαμεν Ἀριστοδικίδῃ τῷ Ἀσσίῳ γῆς ἐργασίμου πλέθρα προσενέγκασθαι πρὸς τὴν Ἰλιέων πόλιν ἢ Σκηψίων. 44: καὶ ἐᾶσαι αὐτῷ προσενέγκασθαι (sc. τὴν γῆν) πρὸς ἣν ἂμ βούληται πόλιν τῶν ἐν τῇ χώρᾳ τε καὶ συμμαχίᾳ. 56 (eadem fere verba). 70: ἐᾶσαι δὲ προσενέγκασθαι τὴν χώραν Ἀριστοδικίδην πρὸς ἣν ἂν βούληται πόλιν. Quo minus dubito hic προσενέγκασθαι de vectigalibus pendendis accipere, qua vi activum haud raro occurrit. Cf. Thuc. I, 138, 5 Μαγνησίαν —, ἣ προσέφερε πεντήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ. 14 Supplevi. ὑποστρέφεσθαι redeundi vi est apud Xenophontem Anab. VII, 4, 18: τῶν δὲ Θυνῶν ὑποστραφέντες τινὲς ἐν τῷ σκότει τοὺς παρατρέχοντας παρ' οἰκίαν καιομένην ἠκόντιζον εἰς τὸ φῶς ἐκ τοῦ σκότους. Possis etiam ὑποστ[ρέψαντας], nam etiam activum haud raro intransitivam vim habet. 15 Supplevi, de illis Samiis intellegens, qui per Lygdamidis expeditionem Batinetide relicta in insulam redire coacti erant (v. 15. 16). Πριηνεῦσιν [τοὺς Μιλησίους οὔσης στρατεί]ας, id quod et per se insolite dictum est et ab errore de aoristi προσενέγκασθαι vi (not. 13) pendet. ὑποστ[άντων δὲ τὰς μετέπειτα παθ]άς (immo πάθας) Hicks, in quo praecipue vocis πάθη a sermone actorum publicorum alienae usus displicet. 16 Prienenses potius quam illos inquilinos, de quibus sane proxime superioribus versibus dicitur, hic intellegi putaverim. 17 De hoc homine eximia sapientiae fama florente ac potissimum propter iudiciorum iustitiam et subtilitatem ab antiquis laudibus celebrato cf. O. Crusius ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 383 sqq. De quo etsi narratiunculae multae circumferuntur quarum

Σα[μίοις | , ἐλθόντα δὲ ἐκεῖσ]ε[18] διαλῦσαί τε τὰς πόλεις καὶ τοὺς οἰ[κοῦντας | ἐκεῖ. ὑπὲρ δὲ τῆς Βατ]ινήτιδος χώρας πρότερομ μὲν ὅ[ρκων γεν‖ομένων Πριηνέας ἀεί τε ἐμμ]ένειν ἐν τούτοις καὶ μέχρι τοῦ ἐσχάτου χρό[ν|ου[19] τὴν γῆν διατελεῖν ἔχοντ]ας, νῦν δὲ ἠξίουν ἡμᾶς κατὰ τὴ[ν περὶ τ]ῆς κ[τήσεως | συνθήκην[20] δοῦναι αὐτοῖς τ]ὴγ χώραν. οἱ δὲ παρ' ὑμῶν ἀποσταλέντες | [πρέσβεις τὴν κτῆσιν τὴ]ν [γε]γενημένην αὐτοῖς τῆς [Βατ]ινήτιδος | [χώρας ἔφασαν ἐκ προγόνων] παρειληφέναι. μετὰ δὲ τὴν Λυγδάμ[εως ‖ ἐσβολὴν ἐγλιπεῖν συνωμο]λόγουν, ὥσπερ καὶ οἱ λοιποί, καὶ αὐτο[ὶ | τὴν χώραν, ἀποχωρῆσαι δὲ εἰς] τὴν νῆσον· ὕστερον δὲ [ἔφασαν | εἰσαγαγεῖ]ν χιλίους [ἀποίκους[21] ---]

---

tempora nullo modo in unius hominis vitae spatium cogi possunt, tamen memoria fide dignissima eum ad Alyattis regis Lydorum aetatem (fere 600—560 a. Chr. n.) refert. Neque hic titulus cum ea pugnat, dummodo de Lygdamide Lenschavii sententia (cf. not. 9) probetur. 18 Supplevi. [ὑπὲρ τῆς χώρας ταύτης· τὸν δ]ὲ Boeckh et Hicks. 19 Apparet hinc quoque, in possessione quidem tum fuisse Samios, sed in eo cardinem litis verti, utrum ea possessio antiquissima sit, ut ipsi Samii, an novicia, ut Prienenses dicebant. Nam μέχρι τοῦ ἐσχάτου χρόνου nullo modo idem sibi velle potest ac μέχρι τοῦ νῦν χρόνου, sed Prienenses tempore proxime superiore possessione expulsos indicatur. 20 I. e. pacem a Biante conciliatam. Ea Prienenses quidem, ut hic videmus, terram litigiosam sibi concessam dicebant, Samii vero, ut ex Gr. inscr. in the Brit. mus. III 1 p. 12 n. CCCCIII, 105 sqq. apparet, contendebant μετὰ τὰν παράταξιν τὰν γενομέναν αὐτοῖς ποτὶ Πριανεῖς ἐπὶ Δρυΐ — ταύταν τὰν χώραν ἐν ταῖς συνθήκαις αὐτῶν γενέσθαι. Apparet igitur, ipsum foederis tenorem non iam fuisse, ut de hac quaestione ad scriptorum testimonium confugiendum esset. Quod hic de Batinetide dicitur, illic de Cario et Dryussa, nihil ad rem, quoniam has illius terrae partes fuisse constat (not. 6). 21 Supplementum Michelii recepi, quo utique sententia enuntiati probabiliter indicatur. Boeckh et Hicks hoc intactum reliquerunt.

---

14 Lapis nunc deperditus, olim Neapoli in domo comitis de Matalona. Ex pluribus exemplis manuscriptis post J. Gruterum Thes. 288, 4 et I. Franzium C. I. G. 5795 ed. G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et It. 727 (M. L. Strack die Dynastie der Ptolemaeer p. 224 n. 29). Cf. quae de titulo exposuit J. G. Droysen Zeitschr. f. Alterthumsw. 1843 n. 9 p. 65 sq. (Kleine Schriften I p. 326 sq.) et Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 266 not. 1.

Βασίλισσαν [1] Ἀρσινόην βασιλέως | Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης [2] | Στρατονίκη βασιλέως Δημητρίου [3].

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo apographis fides habenda est. 1 Regis nomen in regnis quae ex Alexandri imperio nata erant, nemo unquam gessit nisi qui aut solus aut cum alio imperaret; at reginae appellationem non modo eis mulieribus tributam esse, quae aut ipsae regnarent aut regum uxores essent, sed aliquando etiam filiabus regum, certe in Lagidarum gente, demonstrat titulus n. 56, 47 sqq.: τὴν ἐγ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης, θεῶν Εὐεργετῶν, γεγενημένην θυγατέρα καὶ ὀνομασθεῖσαν Βερενίκην, ἣ καὶ βασίλισσα εὐθέως ἀπεδείχθη. Quem honorem illi Ptolemaei III Euergetae filiae quae anno 238 a. Chr. infans obiit aut uni aut certe primae obtigisse neque enuntiatur in illo titulo neque ulla ratione probari potest. Immo si reputaverimus Arsinoën Ptolemaeo Lagi f. primam ex matrimonio cum Berenice quam unice diligebat (cf. Theocr. XVII, 34 sq. Plut. Pyrrh. 4: τὴν δὲ Βερενίκην ὁρῶν μέγιστον δυναμένην καὶ πρωτεύουσαν ἀρετῇ καὶ φρονήσει τῶν Πτολεμαίου γυναικῶν all. ab U. Wilckeno ap. Pauly-Wissowa Realencyklop. III 1 p. 283) natam esse, ei tum cum pater regium nomen ascivit aut paullo post etiamtum virgini reginae appellationem impositam esse neutiquam incredibile est, praesertim cum in titulo honorario sororis eius n. 35, 1 legamus βασίλισσαν Φιλωτέραν. Ceterum plane gemina huius discriminis, quod in vocum βασιλεύς et βασίλισσα usu observatur, illa est ratio quam Th. Mommsen Röm. Staatsrecht.[3] II, 2 p. 821 sqq., certe inde a Domitiani imperio, inter *Augusti* et *Augustae* nomina intercedere demonstravit. Iniuria igitur ex hoc vocabulo collegerunt homines docti, monumentum utique non ante annum 299 a. Chr. n., quo illa prius matrimonium cum Lysimacho rege iniisset, dedicatum esse. 2 Arsinoë II Ptolemaeo Lagi f. ex Berenice nata est aut anno 316 a. Chr. aut paullo post (Droysen Gesch. des Hellenismus II, 2 p. 236 not. 2. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 1282). Quo tempore haec statua ei posita esset, Droysenus magna sagacitate enucleare studuit; ac per matrimonii cum Lysimachi tempora (299—281 a. Chr.) id fieri potuisse negat, ita ut aut anno 280 a. Chr. aut post alterum matrimonium cum fratre germano Ptolemaeo Philadelpho initum (274 a. Chr., cf. n. 27[3]), id quod longe probabilius esset, statuam erectam esse appareret. Qua in re rationes quae per illa tempora inter harum reginarum maritos intercesserunt respexit, sed plane neglexit, quod in ipsius de aetate monumenti sententia permirum esse debebat, matrimonii nullam hic mentionem fieri. Quod ut in Arsinoë ita fortasse explicari potest, ut medio tempori inter Lysimachi necem et alteras reginae nuptias titulus vindicetur — quamquam ipsi Droyseno quidem hoc incredibile videtur — ita in Stratonice (not. 3) nullam habet probabilem explicationem. Quare nullus dubito, quin paullo ante annum 299 a. Chr., utraque adulta quidem sed nondum nupta, titulus dedicatus sit (cf. not. 1). 3 Stratonice Demetrii Poliorcetae ex Phila filia, anno ut quidem videtur (Droysen Gesch. des Hellenismus II, 2 p. 238 not. 1) 299 a. Chr. Seleuco nupsit (Plut. Demetr. 31); postea is eius matrimonio cessit filio Antiocho I

(Plut. Demetr. 38), id quod circiter anno 293 a. Chr. factum esse colligitur inde quod filium natu maximum ex hoc matrimonio susceptum Antiochum II Deum fere anno 292 a. Chr. natum scimus (Droysen Gesch. des Hellenismus II, 2 p. 293 not.). Iam Droysenus negavit, ex nomine βασίλισσα Arsinoae tributo, Stratonicae non item, ullo modo colligi licere, huius tituli tempore illam quidem iam nuptam fuisse, hanc vero etiamtum virginem, quandoquidem utriusque nuptiae priores in idem tempus incidissent. Recte hoc quidem ille; sed quaenam tandem illius discriminis causa esset, definire non est conatus, neque id facile fieri poterit, si utraque pridem in matrimonio versante hoc monumentum dedicatum statuemus. At si utraque virgo fuit, regium nomen honoris causa Arsinoae impositum (not. 1), cum Stratonice eo etiamtum careat, eo minus offensionis habet, quia omnino ignoramus num reliquorum regum in hac re eadem consuetudo fuerit ac Lagidarum. Quod vero maximi momenti est, quis tandem credet, si post annum 274 a. Chr. n., id quod Droyseno maxime probabile videtur, Stratonice Antiochi uxor Arsinoae Ptolemaei Philadelphi coniugi statuam ponendam curasset, eam patris quidem qui multis annis ante in Seleuci captivitate misere et turpiter perierat, nomen suo adiuncturam fuisse, maritum vero regem opulentissimum, cuius amor erga ipsam paene in proverbium abiit, silentio praetermissuram? Quod et ab ipsius mente alienissimum esse debebat, et cum solenni illius aetatis more pugnabat (cf. n. 15, 2. 20, 1). Ceterum G. Lumbroso, Recherches sur l'économie politique de l'Egypte p. 157 cum hunc titulum inter testimonia commercii Ptolemaeorum cum Graecis Italiae Siciliaeque incolis referat, manifesto monumentum antiquitus Neapoli erectum fuisse existimat. At id nullo modo credibile est, etsi unde potissimum in possessionem illius principis Neapolitani (cf. lemma) pervenerit ignoratur.

---

15 Samothracae in templo rotundo (Arsinoio) epistylium titulum habebat per sex lapides contiguos continuatam, sed ita ut primus a sinistra non haberet nisi duas litteras initiales versus primi, sextus ternas utriusque versus finales, reliqua vero scriptura quattuor mediorum lapidum latitudines totas expleret, non plane aequo litterarum numero. Anno 1842 H. Kiepert lapidem secundum et quintum invenit titulosque exscripsit, quos minusculis litteris ed. J. Franz Annali dell' inst. arch. Rom. 1842 p. 139. Ipsa Kieperti apographa imagine accurata expresserunt A. Conze A. Hauser G. Niemann Archaeologische Untersuchungen auf Samothrake p. 16. Postea secundus lapis periit, quinti imaginem proposuerunt iidem tab. LVIII fig. 1. Totum titulum, quem ad Arsinoën primus rettulit Deville Archives des Missions IV p. 262, restituerunt eidem p. 16 (inde Matz et von Duhn Bulletino dell' inst. arch. Rom. 1876 p. 110. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 136 cum not. 1) et

rectius Neue arch. Unters. auf Samothrake p. 111 ex invento Wilamowitzii, quod ille cum in societate archaeologica Berolinensi (Archaeolog. Zeitung XXXIII 1876 p. 174) brevi significasset, litteris ad Conzium datis accuratius exposuit.

[Βασ]ίλισσα (Ἀρ)[σινόη[1], βασιλέως Πτολεμ]αίου[2] θυγά[τηρ,] |
βασιλέω[ς Λυσιμάχου[3] γυνή, εὐχὴν[4] θ]εοῖς μεγάλ[οις].

Litterae volgares praeter Υ et ΟΘ reliquis minores; hastae hic illic leviter incurvatae. ΙΛΙΣΣΑΛΗ Kiepert, emend. Deville. Etiam in superstite lapide quinto initio versus prioris, ubi ΑΙοΥ esse Conzii testimonio constat, Kiep. ΛΙοΥ legit. 1 Cf. n. 142. 2 Ptolemaeus I Soter, Lagi f. (306—285 a. Chr. n.). 3 Hic Ptolemaei II Philadelphi (285—246 a. Chr.) nomen restituendum opinabantur editores, cum sumerent reginam quae post foedam filiorum caedem a Ptolemaeo Cerauno patratam Samothracen confugerat (Iustin. XXIV, 3, 9. Droysen Gesch. des Hellenismus II, 2 p. 340 not. 1), postea hoc magnifico templo exstructo Samothracibus gratiam rettulisse. At Wilamowitzius monuit, Lysimachi potius prioris Arsinoes mariti (299—281 a. Chr.) nomen reponendum esse, maxime quia post alteras Arsinoës nuptias pater pridem defunctus vix simpliciter verbis βασιλέως Πτολεμαίου significatus esset, sed utique aut Σωτῆρος aut θεοῦ Σωτῆρος additum. Haud exiguum igitur temporis spatium intercedere inter hoc delubrum ab Arsinoë dedicatum et alterum (n. 23) a Ptolemaeo Philadelpho, sine dubio post sororis germanae nuptias, exstructum. 4 Hoc loco hanc vocem supplent editores spatii rationibus coacti, atque eam etsi usitatior collocatio in fine totius tituli sit, nonnunquam etiam ante deorum nomen inveniri probant allatis titulis C. I. Att. III 153 Ὀνησίμη εὐχὴν Διὶ Ὑψίστῳ. C. I. G. 2290, 2—4 [Ἀ]πόλλωνι [χ]αριστήριον ἐπ[η]κ[ό]ωι. C. I. G. 5877, 1 Γ(άϊος) Σάλουιος Ἀττικιανὸς ἀρχίατρος πόλεως ἀνάθημα θεῷ Ἀσκληπιῷ. Rangabe Ant. Hell. 1205 δεκάταν Ἀπόλλωνι.

II.

Regnum Lagidarum.

16 Marmor album inventum Halicarnassi, illatum in museum Britannicum. Edd. B. Haussoullier Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 400. G. Hirschfeld Greek inscr. in the British museum IV, 1 p. 81 n. DCCCCVI (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemaeer p. 219 n. 1. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 852 n. 1198). Cf. quae adnotaverunt U. Wilcken Gött. gel. Anz. 1895 p. 140. J. Kaerst Mus. Rhen. LII p. 49.

Ἀγαθῆι τύχηι (τ)[ῆι [1]] | Πτολεμαίου τοῦ | Σωτῆρος [2] καὶ

Litterae volgares praeter Σ; θῆτα v. 1 ⊙ est, v. 3 Θ, Ω minore modulo exaratum. 1 In lapide ΤΥΧΗΙΙΙ exstare testatur Hicks. Tribus numinibus, Bonae Fortunae regis Ptolemaei, Sarapidi, Isidi commune delubrum dedicari statuunt editores. Quam interpretationem tueri conetur quispiam exemplo vasis in Cyrenaica inventi cum titulo Θεῶν Εὐεργετῶν, βασιλίσσης Βερενίκης (cf. n. 20 [1]), Ἀγαθῆς τύχης. (Strack Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX 1894 p. 223. Die Dynastie der Ptolemaeer p. 235 n. 48). At illic non regis, reginae, filiae Bonae Fortunae consecrari donum indicatur, ut editores sane cum post Βερενίκης non distinguerent, intellexisse videntur, sed hi tres genetivi ἐκ παραλλήλου ponuntur, ut non regis cuiuspiam Roma Fortuna, sed Ἀγαθὴ Τύχη in universum intellegenda sit. Alibi vero ubicumque regis numini aliquid dedicatur, non Bona Fortuna aut Genius regis nominatur, sed ipse rex (n. 24, 1. 62, 1. 63, 2. 82, 1 al.). Quare sine dubio hic frequentissima formula agnoscenda est, a qua Graeci boni ominis causa ordiri solent, ut Romani ab illo suo 'Quod bonum felix faustumque sit'. Nam in ea formula persaepe genetivum nominibus ἀγαθῇ τύχῃ adiungi, ut ἀγαθῇ τύχῃ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων aut τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, in volgus notum est. Quae formula vi non multum differt ab illa in Lagidarum titulis frequentissima ὑπὲρ βασιλέως (n. 18, 2. 21, 2. 28, 1. 29, 1. 64, 1. 65, 1. 83, 1. 84, 1. 85, 1. 86, 1. 87, 1. 88, 1. 89, 1. 91, 1. 92, 1. 94, 1. 95, 1. 96, 1. 97, 1 al.). Nam utraque indicatur dedicationem pro salute et incolumnitate regis fieri. Sane illa multo rarior est in titulis Ptolemaeorum, sed neutiquam plane inaudita. Cf. n. 17, 7 cum not. 1. 3. Sacellum igitur duobus modo deis, Sarapidi et Isidi, consecratum est ut n. 21, 3. 2 Quando hoc cognomen acceperit Ptolemaeus Lagi f. dissentitur. Ac quod Stephanus Byz. habet Ὀξυδράκαι, ἔθνος Ἰνδικόν, ἀφ' ὧν σώσας Ἀλέξανδρον Πτολεμαῖος σωτὴρ ἐκλήθη· οἱ δὲ ψεῦδος τὸ περὶ τῶν Ὀξυδρακῶν, id re vera fictum esse inde apparet, quod ab illa periculosissima cum Mallis, non Oxydracis, pugna Ptolemaeum omnino afuisse testimonio ipsius (Arrian. VI, 11, 8: καὶ αὐτὸς Πτολεμαῖος ἀναγέγραφεν οὐδὲ παραγενέσθαι τούτῳ τῷ ἔργῳ· ἀλλὰ στρατιᾶς γὰρ αὐτὸς ἡγούμενος ἄλλας μάχεσθαι μάχας καὶ πρὸς ἄλλους βαρβάρους) plane constat. Neque probabiliores sunt recentiorum coniecturae, qui originem appellationis ad proximos post Alexandri obitum annos referunt. At ex altera parte non primos Rhodios obsidione liberatos illius ope anno 304 a. Chr. eum Servatorem appellasse nunc ex titulo Syll.[2] 202, 27 sq.: τοῖς νησιώταις, τετιμηκόσιμ πρώ[τοις τ]ὸν σωτῆρα Πτολεμαῖον ἰσοθέοις τιμαῖ[ς] apparet, ut bene observat W. Hünerwadel Forschungen zur Geschichte des Königs Lysimachos p. 125 not. 1. Nam haec ad Antigoni dominationem per mare Aegaeum a Ptolemaeo fractam (308 a. Chr.) spectare iam primus editor Delamarre perspexit. Illo igitur anno prior non est titulus, sed anno 306 a. Chr. non recentior. Nam quod Ptolemaeus hic regio nomine caret, nullam habere potest aliam causam nisi quod id tum temporis nondum gessit. Intra annorum 308—306 a. Chr. spatium Halicarnassum aliquando in fide Ptolemaei fuisse traditum quidem non est, sed contrarium non magis. Nam quod J. G. Droysen id

5 θεοῦ[3] | Σαράπι[4], Ἴσι[5] Ἀρσινόη[6] ‖ τὸ ἱερὸν ἱδρύσατο | Χαιρήμονος ν(εωποιοῦντος)[7].

oppidum sub finem anni 309 a. Chr. a Ptolemaeo frustra obsessum dicit (Gesch. des Hellenismus II, 2 p. 84 not. 2), id ipsius coniectura modo nititur. Etenim Plutarchus Demetr. 7, qui unus rei a Diodoro silentio transmissae mentionem facit, eam anno 312 a. Chr. n. accidisse narrat. 3 In Aegypto Ptolemaeum Sotera non ante annum 261/0 a. Chr. deum vocatum esse constat (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 128), at Graecos eum iam multo prius divinis hominibus affecisse tituli docent; in decreto insulanorum iam ἰσόθεοι τιμαί propter res gestas anni 308 a. Chr. a communi insulanorum ei tributi commemorantur (cf. not. 2). 4 Cf. Tac. hist. IV, 83, qui de origine sacrorum Sarapidis notam fabulam narrat, ac temporis quidem notas has habet: *Ptolomaeo regi, qui Macedonum primus Aegypti opes firmavit, cum Alexandriae recens conditae moenia templaque et religiones adderet.* Hic sine dubio plus tribuendum est urbis recens conditae mentioni, quam regio nomini, ita ut paullo post quam Aegypto potitus sit (323 a. Chr) haec sacra Alexandriae instituisse videatur. Nihil igitur obstat quominus iam 308—306 a. Chr. Halicarnassi sacellum Sarapidis et Isidis aedificatum existimemus. V. etiam Plut. de Iside et Osiride 28 p. 361 F. Athenodorus ap. Clementem Alex. Protrept. p. 14 Sylb. (C. Müller Fr. hist. Gr. III p. 487 fr. 4). J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 71 sqq. 5 In titulo Halicarnassio Bull. de corr. Hell. XIV p. 111 n. 12, 1 sacerdotem Isidis commemorari monet Hirschfeld. 6 Arsinoën Ptolemaei Soteris ex Berenice filiam, Philadelphi fratris germani uxorem intellegunt editores, ac quia regio nomine careat intra annorum 281, quo prior eius maritus Lysimachus necatus est, et 274, quo frater eam in matrimonium duxit, spatium titulum dedicatum statuunt Hirschfeld et Kaerst. At primum quidem per illos annos neutiquam caruisse existimanda est regio nomine, quod ei a patre iam antequam Lysimacho nuberet datum erat (n. 14[1]). Deinde vero titulum post annum 283 a. Chr. omnino scriptum esse non posse praeter rationes not. 1 expositas etiam ideo certissimum est, quia pro bona fortuna hominis defuncti profecto nihil unquam dedicatum est. Quodsi per annos 308—306 haec incisa sunt, non est cur Arsinoën regio nomine carere miremur, siquidem ne pater quidem id iam tum habuit. Sed fortasse improbabile existimes puellae novem vel decem annorum nomine talem consecrationem factam esse, sine idonea causa si quid video. Certe de matre Ptolemaei, cui sane item Arsinoë nomen fuit (Eusebius Chron. I 161, 1 ed. Schoene. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 1281 n. 24) cogitare noluerim etsi fieri potuisse ut ea tum, viginti quattuor ante filii obitum annis, etiam superstes esset nemo facile negaverit. 7 Huius magistratus Halicarnassensium etiam in aliis titulis mentio fit. Cf. Syll.[2] 10, 7. 11, 6. 601, 1.

17 Titulus rupi incisus in insula Cypro prope *Larnakam Lapethu.* Edd. W. H. Waddington ap. Lebas inscr. III, 2778.

de Vogüé Journal asiatique 1867 p. 120. G. Lumbroso Atti della r. acad. di Torino IV (1869) p. 715. (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 220 n. 6).

Ἀθηνᾶι | Σωτείρᾳ Νίκῃ | καὶ βασιλέως[1] | Πτολεμαίου[2] || Πραξίδημος Σέσμαος | τὸν βω[μὸ]ν ἀνέθ[η]κεν | ἀγα[θ]ῆι τύχηι[3].

Litterae volgares praeter ʘ et O minore modulo exaratas. 1 Dativi et genetivi coniunctio mira, neque omnino casus secundus huc quadrat; nam ab ἀνέθηκεν pendere omnino nequit, si ad βωμόν referretur certe haec vox articulo carere debebat; ac iam ut uterque casus per se recte habeat, tamen per καὶ coniungi non possunt. Vix monendum opinor ne quis genetivum ab ἀγαθῆι τύχηι suspendat et monumentum una Minervae et bonae fortunae regis Ptotemaei dedicari statuat (n. 16[1]). Nam luce clarius est hoc propter verborum ordinem non licere. Quare nescio an iam hic exemplum, perantiquum sane, eius confusionis agnoscendum sit, quae principatus Romani tempore magis magisque gliscebat dum tertius casus plane in desuetudinem venit. Cf. Olympia V p. 150 ad n. 64. p. 178 ad n. 89. p. 543 ad n. 450. Inscr. Gr. Sept. I, 1713. 2 Tituli n. 17. 18. 21 ab editoribus Ptolemaeo Lagi f. vindicantur cum quia simpliciter βασιλεὺς Πτολεμαῖος appellatur neque paternae originis significatione neque ullo vocabulo honorifico adiuncto, tum etiam propter litteraturam. At utrumque argumentum probabilitatem quidem quandam habet, sed ut plane certum sit multum abest.

---

18 Stela marmoris albi inventa anno 1876 Menuthi (*Abukir*). Edd. E. Miller Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 146 n. 7. Néroutsos Bey Revue archéol. Troisième sér. X (1887) p. 215 n. 47. L'ancienne Alexandrie p. 126 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 219 n. 5).

Ἀρτέμιδι Σωτείραι[1] | ὑπὲρ βασιλέως | Πτολεμαίου[2] | Ἐπικράτης || Ἀθηναῖος.

Litteras volgares praeter ΘΠ exhibet Miller, cum Ner. pro Σ quidem Σ habeat, pro illis vice versa antiquiores formas ΘΠ. Hic definite testatur, litteraturam eam esse quae proximo post Alexandrum Magnum tempore in usu fuerit, quare de litterarum θῆτα et πῖ formis ei plus fidei habendum puto. 1 Zephyrium promunturium prope vicum hodiernum *Abukir* eis qui ab oriente Alexandriam versus navigarent imprimis periculosum fuisse ideoque Dianae Sospitis delubrum habuisse, postea vero ibi Ἀφροδίτης Ἀρσινόης fanum constitutum esse (cf. Posidippi epigrammata apud Athenaeum VII 318 *d* et in papyro nuper invento F. Blass Mus. Rhen. XXXV p. 90. Th. Preger

Inscriptiones Graecae metricae ex scriptoribus praeter Anthologiam collectae p. 96 n. 114) adnotat Nér. 2 Cf. n. 17[2]. Quod Néroutsos propter regium nomen anno 306 antiquius esse negat monumentum, id manifesto recte se habet; sed quod idem propter honoris vocabula θεὸς Σωτήρ, quae illi anno 304 a. Chr. n. indita sint, hic omissa utique ante hunc annum dedicatum statuit, id iure reiecit Strack. Etenim in ipsa Aegypto Ptolemaei Lagi f. superstitis nomini θεός nunquam, Σωτήρ rarissime adiungitur (cf. n. 16[3]. 19[1]).

---

19 Basis statuae, in museo suburbii *Gizeh*. Ex apographo ab A. Wiedemanno accepto ed. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I (1890) p. 200 n. 1.

Βασιλέα Πτολεμαῖον Σωτῆρα [1] Διόδοτος Ἀχαιοῦ.

Infra hunc titulum eadem sermone Aegyptiaco, scriptura demotica quam dicunt exarata. 1 Ptolemaeus I (306—285 a. Chr.). Nam qui praeterea hoc cognomine usus est Ptolemaeus X propter brevitatem et simplicitatem tituli hic in censum non venit. Cf. eius inscriptiones honorarias n. 167, 1. 2. 169, 1. 2. 170, 2—5. 171, 1. 2. 172, 3. 4. 173, 2. 3. Illi vero hoc nomen a Graecis civitatibus quidem iam prius quam regem se appellari voluit impositum est. Cf. n. 16[2]. At in Aegypto plerumque de defuncto demum usurpatur (cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 128). Sed Graecos illic degentes iam antea nonnunquam popularium suorum morem secutos esse hic titulus docet. Nam is utique superstite rege exaratus est.

---

20 Lapis effossus inter rudera Citii et illatus in domum consulis Britannici in oppido *Larnaka*. Edd. Sestini Viaggio da Constantinopoli a Bassora II p. 144. Jos. von Hammer Topogr. Ansichten auf einer Reise in die Levante p. 176 n. 42 (Boeckh C. I. G. 2614. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 219 n. 3). Cf. quae disputaverunt J. G. Droysen Kl. Schriften II p. 398 not. 5 et U. Wilcken ibid. Addenda p. 439.

[Β]ερενίκην [1] τὴν βασιλέως Πτολεμαίο[υ [2] | γ]υναῖκα Ποσείδιππος

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo apographis fides habenda est. 1 Tres fuisse Berenicas regum Aegypti coniuges monet Droysen, Ptolemaei I Soteris, Ptolemaei III Euergetae, Ptolemaei XI Alexandri I; ex quibus tertiam hic designari videri. At Boeckh et Wilcken propter Boïsci nomen maxime probabile existimant, ad Ptolemaei I Lagi f. coniugem (n. 14[1]) monumentum spectare. 2 Sestinius v. 1. 2. 3 fin. maiores lacunas indicat, Hammer non item, cui maior videtur fides habenda.

φρούραρχο[ς] | ⟨καὶ⟩[3] κατὰ Κίτιον καὶ Βοΐσκος[4] καὶ οἱ κυνηγέ(ται)[5].

3 Lapicidae errore ΚΑΙ pro ΚΑΤ incisum existimo, deinde rectiorem lectionem statim adiunctam illa prava non deleta. Nam etiamsi Sestinio credendum esset v. 2 fin. aliquid excidisse, tamen quid id esse posset, non intellegerem. Nam φρουράρχου munere eundem hominem pluribus loci fungi natura rei vetat. 4 Callicrates Boïsci f. Samius magna apud Ptolemaeum Philadelphum eiusque uxorem Arsinoën gratia florebat (cf. n. 26, 3. 27, 3. 29, 3 cum notis. Syll.[2] 223[2]). Pater iam Ptolemaei Lagi f. regno haud ignobilem inter ministros locum tenuisse videtur. 5 ΚΑΙΟΙΚΥΝ·ΗΓΕΜΩΝ Hammer ΚΑΙΟΙΚΥΝΑΙ...... Sestini. κυνηγ[οί] Boeckh, sed mihi κυνηγέται propius abesse visum est a traditis. Nam etsi ΜΩΝ ab Hammero coniectura suppletum videtur, tamen vix in eam incidisset nisi ΗΓΕ in lapide dispexisset. καὶ οἱ (σ)υνηγεμ(ό)νες, quod Viscontus apud Hammerum supplevit, iure sprevisse videtur Boeckhius quia de littera Κ consentiunt apographa. Venatoribus regiis praeerat ἀρχικύνηγος, de quo vide n. 99[2].

---

21 Alexandriae. Ex extypo chartaceo, quod illic asservatur in museo, ed. G. Botti Notice des monuments exposés au musée gréco-romain d'Alexandrie 125 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 219 n. 4.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] | καὶ τῶν τέκνων[2] | Σαράπιδι, Ἴσιδι | Νικάνωρ καὶ Νίκανδρος ‖ Νίκωνος Πολυδεύκειοι[3].

1 Cf. n. 17[2]. 2 Si modo titulus Ptolemaei I est, mireris liberos commemorari, uxorem non item. Nam Berenicen, quam unice diligebat (n. 14[1]), per totum regni tempus (306—285 a. Chr.), in quod utique huius tituli origo incidit, in matrimonio habuit. 3 Demum oppidi Alexandriae designari statuunt editores, neque dubito quin verum viderint. Fuit sane etiam in nomo Arsinoïtico vicus Πολυδεύκεια (Fayûm towns and their papyri p. 146 n. XXXIV, 3 κώμης Πολυδευκείας. Cf. etiam ibid. p. 218 n. LXXXVI, 9. p. 259 n. CVIII, 11. 12. p. 314 n. CCCXLIII. CCCXLIV. Flinders Petrie papyri II p. 92 n. XXVIII col. 7, 26. Berl. gr. Urk. I p. 8 n. 84 *verso*, 6). Sed ad eum referendam esse hanc appellationem non est probabile, quia titulus Alexandriae repertus est. Atque illic quoque fuisse Πολυδευκείων demum eo minus a veri specie abhorret, quia nominibus tribuum et demorum in civitatibus Alexandria et Ptolemaide institutorum magna similitudo intercedit cum vicis nomi Arsinoïtici; veluti Πτολεμαΐς tribus fuit et Alexandriae (Callimachus Epigr. 12, 3 ex Anth. Pal. VII, 520) et Ptolemaide Thebaidis (n. 49, 15), vicum eiusdem nominis habent papyri Berolinenses multis locis et Amherst papyr. II p. 130 n. CII, 5. Gr. papyr. in the Brit. mus. I p. 9 n. XX, 14. Καρανεύς demoticum legitur in decreto Ptolemaeensium n. 48, 7, Καρανὶς κώμη est

Amherst papyri II p. 130 n. CII, 5. p. 144 n. CXVI, 4. Flinders Petri papyri II p. 96 n. XXVIII col. 11, 7 et perfrequenter in papyris Berolinensibus. Idem in Φιλωτέρειος demoticum (n. 48, 5) et Φιλωτερίς vicum (n. 35[2]) cadit neque alia videtur demotici Δαναεύς causa esse, quod n. 48 ad demum Ptolemaeensium, Flinders Petri papyri I p. 67 n. XXIV 2, 1 ad vicum pagi Arsinoïtae refertur. Eandem rationem etiam inter Πολυδευκείους demum Alexandriae ceteroqui sane ignotum et Πολυδεύκειαν pagum intercedere eo certius existimo, quia demoticon huius plane geminum Καστόρειος in papyro inedito haberi testatur U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 433 not. 3. De demis Alexandrinorum raro apud scriptores mentio fit, cf. tamen Steph. Byz. Λητωεύς· δῆμος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ὡς Τρύφων ἐν τῷ περὶ παρωνύμων, ὅτι παρὰ τὸ Λητῷος κτητικὸν σχηματίζεται. Theophilus ad Autolycum II p. 94 Σάτυρος, ἱστορῶν τοὺς δήμους Ἀλεξανδρέων (C. Müller Fragm. hist. Gr. III p. 164 fr. 21). Quod contra in titulis et papyris haud pauca demotica comparuerunt. Cf. G. Lumbroso L'Egitto dei Greci e dei Romani ed. 2 p. 74 not. 3. U. Wilcken Gött. gel. Anz. 1895 p. 136 sqq. Gr. Ostraka l. l. Φιλομητόρειος habes infra n. 169, 3. De Ptolemaidis civitatis demis cf. n. 48[2].

---

22 Tabula marmorea, fracta a sinistra, Cyrenis inaedificata cum templum Apollinis reficeretur. Edd. Smith and Porcher, Discoveries at Cyrene n. 16 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 237 n. 163. F. Blass ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III, 2 p. 205 n. 4850).

[Βασιλέα Πτ]ολ[εμ]αῖον, Σωτήρων | [υἱόν[1], Ἀρ]ίστων Λυσιφάνευς[2] | ἀνέθηκε.

Litterae volgares praeter Σ. 1 Supplevi. Nam etsi nemo ex editoribus quisnam potissimum ex Ptolemaeis designaretur definire conatus est, tamen genetivus Σωτήρων dubitari nullo modo sinit, quin Philadelphi titulum teneamus. Quod vocabulum in eius parentibus significandis sic nude sine θεῶν usurpatum habes item in dedicatione Samothracia n. 23, 1. Sane illic accedunt nomina propria quae hic omitti singulare quidem est, sed propter spatii rationes certissimum. Neque defuerunt tempora per Ptolemaei Philadelphi regnum, per quae Cyrenis illius monumentum honorarium erigi potuisse credibile esset. Quidni enim id tum factum esse statuamus, cum Ptolemaeus Philadelphus cum fratre Maga pacem fecisset, cuius filia etiamtum infans Berenice per hanc occasionem Ptolemaeo illius filio qui postea regnavit desponsa est. Cf. Iustin. XXVI, 3, 2 *per idem tempus rex Cyrenarum Magas decedit, qui ante infirmitatem Beronicen, unicam filiam, ad finienda cum Ptolomeo fratre certamina filio eius desponderat.* Tum Ptolemaei Philadelphi statuam Cyrenis dedicatam esse eo minus videbitur improbabile, quoniam de Arsinoë eius uxore idem usu venisse luculentissime testatur titulus n. 33. Quando illa pax inter Ptolemaeum et Magam facta sit, ignoratur. Sed sunt quae suadeant ut intra annorum 265—260 a. Chr. spatium inter fratres convenisse statuamus (J. G. Droysen Gesch. des Hellenismus

III 1 p. 275 not. 1. B. Niese Gesch. der gr. und makedon. Staaten II p. 142). Ceterum quem olim (Olympia V p. 438 n. 314) propter genetivos in -ω cadentes item Cyrenaicum existimavi titulum regis Ptolemaei nescio cuius, de eo nunc minus confidenter iudico. Potest enim etiam Lesbius esse (cf. n. 78). 2 Cyrenaeus sine dubio. Cf. n. 24[2].

---

23 Templum Doricum Samothracae erutum, quod a conditoris nomine Ptolemaium vocari solet, et ab orientali et ab occidentali parte in epistylio titulum dedicatorium habebat per quinos epistylii lapides ita divisum, ut primus versus per omnes percurreret, alter tertium lapidem, qui medius erat, totum occuparet. Sic praeter initium et finem versus prioris ubique duodenae litterae unius lapidis latitudinem explebant. Ex occidentali epistylio duo primi lapides a sinistra cum duodeviginti litteris aetatem tulerunt, ex orientali omnia exstant praeter lapidem primum, ita ut ex utriusque relliquiis totus titulus sine ullius litterae iactura componatur. Minusculis titulum exhibent A. Conze A. Hauser O. Benndorf Neue archäol. Untersuchungen auf Samothrake p. 11, accurate delineatas utriusque epistylii imagines proposuerunt eidem tab. XXXV fig. 1. 2 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 221 n. 13).

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] Πτολεμαίου καὶ Βερενίκης Σωτήρων[2] | θεοῖς μεγάλοις.

Litterae volgares praeter Π. 1 Ptolemaeus II Philadelphus (285—247 a. Chr. n.). Hoc templum non videtur dedicasse ante nuptias sororis germanae Arsinoës (274 a. Chr. n., cf. n. 27[3]), qua cum deorum Samothracum sacris arctissima intercedebat necessitudo (cf. n. 15[3]). Neque mirandum est, quod non uxor, quae ante ibidem aliud templum exstruxerat, hoc una cum marito dedicavit. Immo ea ipsa re indicatur, regem hac dedicatione coniugi dilectissimae gratificari voluisse. 2 Cf. n. 22[1].

---

24 Horologium solarium effossum anno 1873 Heracleae ad Latmum, delatum Parisios in museum (*Louvre*). Edd. M. G. Rayet Ann. de chim. et de phys. Sér. V T. VI Sept. 1875 p. 52sq. 60sq. (C. Curtius Bursians Jahresber. IV 1874/5 p. 294. E. Loewy Inschr. gr. Bildh. p. 298 ad n. 450) B. Haussoullier Revue de philolog. XXIII 1899 p. 275 (XXIV p. 323. Études sur l'hist. de Milet p. 67).

Litterae volgares praeter Θ et Ξ.

Βασιλεῖ Πτολεμαίωι [1] Ἀπολλ[ώ]νιος Ἀπολλοδότου [2].
Θεμισταγόρας Μενίσκου Ἀλεξανδρεὺς [3] ἐποίει.

1 Ptolemaeum II Philadelphum (285—247 a. Chr.) designari R. et H. inde colligunt, quod eius aetate aliquantisper in fide Ptolemaeorum fuisse Miletum luculentissime apparet ex Philoterae titulo n. 35. Deinde Timarchum Aetolum tyrannum rerum potitum esse, a quo Antiochus II urbem liberasset et in fidem suam recepisset, qua re Dei cognomen meruisset, scriptorum testimoniis constat. Atqui Heracleotas per eandem fere aetatem ac finitimos eorum Milesios a partibus Ptolemaeorum stetisse probabile est, ita ut fere intra annorum 277—262 a. Chr. spatium hanc dedicationem factam probabile sit. Hauss. 2 Propter ethnicum non additum hunc civem Heracleotam existimandum esse adnotat Hauss. 3 Cave hunc sculptorem esse putaveris. Nam artificiosa ornamenta nulla sunt, ut appareat eum potius intellegendum esse, qui ipsum horologium fecerit. Plane idem de horologio marmoreo Attico statuendum est, quod nunc in museo Britannico asservatur. Id enim item nulla sculptoris arte ornatum est et tamen titulum habet Φαῖδρος Ζωΐλου Παιανιεὺς ἐποίει C. I. A. III 427. Loewy.

---

25 Marmor Delium, Smyrnam ad Sherardum Britannorum consulem translatum. Ed. Chishull Ant. As. p. 201 (inde Boeckh C. I. G. 2273. Syll.[1] 153. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 222 n. 15. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 870 n. 1294).

Βασιλέα Πτολεμαῖον [1] | Πτολεμαίου Σωτῆρος | οἱ νησιῶται [2] ἀνέθηκαν.

Litterae volgares praeter ΘΠΣ, si modo apographo fides habenda est. 1 Ptolemaeus II Philadelphus (285—247 a. Chr.). 2 De communi insulanorum quod inde ab anno 308 fuit et certe usque ad medium saeculum a. Chr. n. tertium ita in potestate regum Aegypti mansit, ut vel princeps eorum (νησίαρχος) non ipsorum suffragiis eligeretur, sed regis nutu eis imponeretur, cf. n. 40, 2. 7. 9. 67, 4. 6. 10. Syll.[2] 202, 1 sqq. 209, 6. 223,1. 224,2. 471, 2. 3. 588, 71 cum adnotationibus.

---

26. 27 Fragmenta plinthorum duarum marmoris Parii, quae pertinebant ad columnas striatas quibus statuae impositae erant, Olympiae. 27 edidi Arch. Zeitung XXXVI (1878) p. 174 n. 193 ex apographo Weilii. Tituli 26 fragmenta ex exemplis A. Furtwängleri et C. Purgoldii et cum eorum adnotationibus edita sunt ibid. XXXVII (1879) p. 143. 211 (Utramque inscriptionem repetivi Syll.[1] 152). Imaginem titulorum a Purgoldo delineatam habes Olympia V p. 431

n. 306. 307 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 222 n. 17. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 830 n. 1089).

(26)

Βασιλέα Π[τολεμαῖον βασιλέως] | Πτολεμ[αίου καὶ βασ]ιλί[σσης Βερενίκης[1]] | Καλλικ[ρ]άτης [Βοΐσκ]ου Σά[μιος][2] | Διὶ [Ὀλυμ-π]ίωι.

(27)

Βασ[ί]λισσαν Ἀ[ρσινόην βα]σιλέως | Πτολεμαίου [καὶ βασιλίσση]ς Βερενίκης[3] | Καλλικράτη[ς Βοΐσκου] Σάμιος | Διὶ Ὀ[λυμπίωι].

Litterae volgares praeter Υ; Ο minore quidem modulo quam reliquae exarata, sed non multo. Σ brachia modo magis modo minus divergentia habet, sed nusquam tamen plane parallela. Hastarum fines plerumque aliquantum dilatati. 1 Ptolemaeus II Philadelphus (285—247 a. Chr.). Monumenta utique post annum 274 a. Chr. n. facta sunt. Cf. not. 3. 2 Duo epigrammata (Athen. VII p. 318 *d*. Mus. Rhen. XXXV p. 90) Callicratem nauarchum Arsinoae sorori et coniugi Ptolemaei Philadelphi templum Zephyrii dedicasse demonstrant. Quem eundem esse hominem, etsi hic magistratus vocabulum non additur, apparet ex titulo Syll.[2] 223: Οἱ νησιῶται τὸν ναύαρχον Καλλικράτην Βοΐσκου Σάμιον ἀνέθηκαν. Nescio an tum cum hi tituli inciderentur, nondum praefectus classis fuerit. Nam epigrammata illa certe hoc monumento, quod Arsinoë etiamtum superstite positum est, recentiora sunt. Scimus enim illius templi exstructionem Philadelphi morte interpellatam esse (cf. Wilamowitz Antigonos von Karystos p. 338). Quod quoniam Callicratem usque ad Ptolemaei Euergetae regnum magna auctoritate floruisse constat, admodum dubium mihi videtur, num idem homo sit, quem Ptolemaeus Lagi f. anno 310 a. Chr. in insulam Cyprum misit (Diodor. XX, 21, 1. Wilamowitz Antigonos p. 88). 3 Sororem regis priusquam illi nuberet sic coniunctam cum eo monumentis plane paribus inter se et perquam conspicuis ornatam esse omnino incredibile est. Quod matrimonii nulla fit mentio, id cave pugnare existimes cum eis quae n. 14[3] disputata sunt. Nam ipsa statuarum coniunctio sufficiebat ad id indicandum. De nuptiarum tempore cum olim gravissimae dissensiones inter homines doctos obtinuissent, stela hieroglyphis inscripta quae inter rudera oppidi Pithom eruta est, anno duodecimo regni (274/3 a. Chr. n.) Philadelphum iam sororem germanam in matrimonio habuisse docuit. Aut eodem igitur anno aut uno ex proxime superioribus eam uxorem duxisse existimandus est. Cf. U. Koehler Sitzungsber. der Kgl. Akademie zu Berlin 1895 XLI p. 971. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 1283. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 99 not. 5. Decessit vere anni 270 a. Chr. n., id quod ex stelae Mendesiae fragmento cognitum est, cuius photographicam imaginem J. P. Mahaffy Niesio misit. Cf. Niese Gesch. d. gr. u. maked. Staates II p. 233 not. 5.

28 Tabula exigua marmoris candidi. Anno 1896 erat apud mercatorem rerum antiquarum cui nomen Ali in oppido *Gizeh*. Ed. P. Jouguet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 398 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 200 n. 2).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | τοῦ Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης | Ἀρσινόης[1] Μόσχος ὁ ἱερεὺς | τὸν ναὸν καὶ τὸ τέμενος || Ἀγδίστει[2] ἐπηκόωι | ἱδρύσατο.

Litterae volgares praeter Σ; O et Ω reliquis minores. 1 Ptolemaeum II Philadelphum et eius uxorem Arsinoën agnoscunt Jouguet et Strack propter litteraturam. Ac Strackius quidem se initio de genuina tituli origine dubitasse confitetur, sed A. Wiedemannum testem oculatum sibi confirmasse, scripturae genus nullam suspicioni ansam praebere. 2 De huius numinis Phrygii fabulis cf. Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie I p. 100. Knaack ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 1 p. 767. Quorum uterque initio cognomen Cybeles fuisse statuit fretus testimoniis Strabonis X, 3, 12 p. 469 Cas.: οἱ δὲ Βερέκυντες, Φρυγῶν τι φῦλον, καὶ ἁπλῶς οἱ Φρύγες καὶ τῶν Τρώων οἱ περὶ τὴν Ἴδην κατοικοῦντες Ῥέαν μὲν καὶ αὐτοὶ τιμῶσι καὶ ὀργιάζουσι ταύτῃ, Μητέρα καλοῦντες θεῶν καὶ Ἄγδιστιν καὶ Φρυγίαν θεὸν μεγάλην, ἀπὸ δὲ τῶν τόπων Ἰδαίαν καὶ Δινδυμήνην καὶ Σιπυλήνην καὶ Πεσσινουντίδα καὶ Κυβέλην. XII, 5, 3 p. 567: Πεσσινοῦς δ' ἐστὶν ἐμπόριον τῶν ταύτῃ μέγιστον, ἱερὸν ἔχον τῆς Μητρὸς τῶν θεῶν σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον· καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἄγδιστιν. Hesychii Ἄγδιστις ἡ αὐτῇ τῇ μητρὶ τῶν θεῶν. Ac sane in titulo C. I. G. 6837, 1 Μητρὶ θεῶν Ἀγγίστει manifesto hoc nomen ἐπικλήσεως vim habet, cum C. I. G. 3886, 4 non [Μητρὸς] θεῶν Ἀνγδίστεω[ς], sed θεῶν Ἀγγδίστεων sit (cf. Add. vol. III p. 1103). Strabonis vero locus manifesto non ἐπικλήσεις indicat, sed propria deae nomina quae alio loco alia fuerint, cum natura eius ubique illarum Asiae minoris regionum eadem esset. Quare nescio an temporum ratio diversa fuerit ab ea quam homines docti statuerunt, ita ut antiquiore tempore Agdistis numen simile quidem Matris deorum sed tamen loco certe ubi colebatur ab ea distinctum esset, postea demum cum ea plane coalesceret ita ut nomen proprium in cognominis vim abiret. Sed utut hoc se habet, certe hic quidem non est cur cum Jougueto Cybeles cognomen interpretemur Agdistin. Sine dubio Moschus sacerdos ex illis Asiae minoris regionibus, unde Agdistidis sacra in alias terras propagata sunt, oriundus erat.

---

29 Fragmentum stelae marmoris albi cum aëtomate, in vico *Mytilini* insulae Sami in deversorio (καφῆνι) Demetrii Constantae. Fragmentum stelae marmoris albi cum aëtomate. Edd. E. Fabricius Mitth. des arch. Inst. in Athen IX (1894) p. 196 n. 2 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 222 n. 18).

[Ὑπὲρ βασιλέως[1] Πτολεμαί]ου τοῦ Πτολεμ[αίου | καὶ Βερενίκης Σωτήρων[2] καὶ] ὑπὲρ Ἀρσινόη[ς βα|σιλίσσης[3] καὶ Καλλικράτου[4]] τοῦ Βοΐσκου τοῦ [ναυάρ|χου[5], --------- --------- Σάμ]ιος[6] ἀνέθηκεν, ‖ [εὐχῆς ἕνεκε]ν[7].

Litterae volgares praeter Γ. 1 Hoc addendum existimavi, quia plane praeter morem in hac formula regium nomen omittitur [Ὑπὲρ Πτολεμαί]ου Fabricius et Strack. 2 Addidi propter spatii rationes, de quibus necessario versus primi supplemento edocemur. Cf. n. 22, 1. 23, 1 cum notis. 3 Supplevi. τῆς | γυναικός Fabricius, Strack. 4 Sic supplendum esse, non Καλλικρά]του Βοΐσκου cum editoribus, usus sermonis illa quidem aetate a plerisque Graecis etiamtum religiose conservatus docet; spatium sufficere collatis duobus prioribus versibus apparet. 5 Cf. n. 26[2]. Singulare quidem est hominem privatum quamvis nobilem in hac formula cum rege et regina coniungi. Sed non neglegendum est Sami in Callicratis patria monumentum dedicatum esse; cives vero de eximia popularis sui fortuna laetatos in honoribus tribuendis ultra solitum morem progressos esse non mirabimur. 6 Supplevit Strack. 7 Supplere conatus sum non sine haesitatione. Utique quod Fabricius, ipse suo invento diffidens, proposuit [ἀρετῆς ἕνεκε]ν, probare nequeo. Etenim ut accusativo nominis praecedente hoc legitimum est, post dativum certe tolerabile, sic ὑπέρ τινος ἀρετῆς ἕνεκεν ἀνατιθέναι τι vereor ut quisquam Graecus unquam dixerit. Quod ipse scripsi, aliis exemplis confirmare sane non possum, sed cum εὐχῆς χάριν, quod hic reponi non licet quia ⁻N in lapide esse constat Fabricii testimonio, non inusitatum sit, significatio vero horum adverbiorum fere eadem sit, nescio an ferri possit. Cogitaveram etiam de [ὁ δεῖνα ἐποίησε]ν, sed in simplici tabula nullis anaglyphis aliisve sculptoris artificiis exornata id vix locum habuerit.

---

30 Ad templum antiquum situm prope *Redesîje* in Thebaide. Edd. J. Franz C. I. G. III Add. p. 1215 n. 4836 *b*. Letronne Recueil d'inscr. Gr. et Lat. II 221. Accuratissime delineatam imaginem proposuit R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 81 n. 128 (W. Schwarz Jahrbücher für Phil. CLIII 1896 p. 167 n. 46. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 223 n. 26).

Ἀρσινόηι θεᾶι | Φιλαδέλφηι[1] | Σάτυρος[2].

Litterae volgares, nisi quod σῖγμα in fine versus tertii Σ est, duobus reliquis locis C. 1 Feminini forma ceteroqui inaudita. 2 Quin hic idem sit qui Philoteram oppidum in ora Trogodytica condidit (n. 35[2]) non est dubitandum. Scriptor libri de demis urbis Alexandriae (n. 21[3]) utrum idem sit an alius in medio relinquendum videtur. Utique Satyrus architectus, quem Plinius N. hist. XXXVI, 67 commemorat, non recte a Schwarzio

videtur ille homo haberi, qui Philoteram oppidum constituit. Neque enim urbes condere architectorum est, sed regum ipsorum et eorum qui ab illis in aliquam regionem cum imperio missi sunt. Cf. n. 111, 7 sqq.: ὑπὲρ Βοήθου τοῦ Νικοστράτου Χρυσαορέως, τοῦ ἀ[ρ]χισω[μ]ατοφύλακος καὶ στρατηγοῦ καὶ [κτί]στου τῶν ἐν τῆ[ι] Τριακοντασχοίνῳ πόλεων Φιλομητορίδ[ος] καὶ Κλεοπάτρας. Iam cum familiaritas reginae rerum publicarum peritissimae multo magis in huius condicionis hominem cadat, quam in architectum, quin hic, non ille Satyrus hic intellegendus sit nullus dubito.

---

31 Tabula exigua marmoris albi, Alexandriae in museo. Edd. G. Botti Notice des monuments exposés au musée gréco-romain d'Alexandrie n. 234. M. L. Strack Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 233 n. VI (Die Dynastie der Ptolemäer p. 224 n. 30).

[Ἴσιδι Ἀ]ρσινόηι | [Φιλαδέ]λφωι Θέ[στ|ωρ[1] ὑπὲ]ρ αὐτοῦ καὶ | [τῆς γυ]ναικὸς καὶ ‖ [τῶν π]αιδίων.

Litterae volgares praeter Σ. 1 Cf. n. 32 2.

---

32 Basis lapidis granitae nigri, inventa Alexandriae inter parietinas Bruchii, nunc inaedificata infra columnam Pompei quae dicitur. Ed. C. Wescher Revue archéol. Nouv. sér. IX (1864) p. 380. Bullettino dell' inst. arch. di Roma 1866 p. 44 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 224 n. 27).

Ἀρσινόην Φιλάδελφον | [Θ]έστωρ[1] Σατύρου[2] Ἀλεξανδρεύς.

1 Eundem habes n. 31, 2. 2 Sine dubio Thestoris pater non alius atque ille Satyrus quem item Arsinoae opus aliquod dedicasse testatur titulus n. 30.

---

33 Lapis insertus fundamentis templi, Ptolemaide in Cyrenaica. Ed. Pacho Itin. Marm. Cyren. tab. LXXIV (Letronne journal des savants 1828 p. 260 et apud Pach. p. 397. J. Franz C. I. G. 5184. J. G. Droysen Gesch. des Hellenismus III, 2 p. 333. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 224 n. 28). Cf. quae disputavit J. G. Droysen Kl. Schriften II p. 398 sq.

Litterae volgares praeter ΑΣ; Θ et Ο modo minores reliquis, modo eiusdem mensurae.

Βασίλισσαν Ἀρσινόην θεά[ν Φιλάδελφον[1],] | τὴν Πτολεμαίου καὶ Βερενίκης, [θεῶν Σωτήρων[2],] | ἡ π(ό)λις[3].

1 Supplevit Strack in universum quidem secutus Letronnium, qui tamen Ἀδελφήν scripsit; at nunc constat, Philadelphum et uxorem coniunctos quidem post mortem θεῶν Ἀδελφῶν nomine cultos esse, sed reginam solam per se, sive addatur θεά (31, 2) sive non (n. 32, 1. 34. Strack Die Dynastie der Ptolemäer n. 24. 25. 31) semper Φιλάδελφον appellatam. At Droysenus negavit illam Arsinoën designari, de Ptolemaei IV Philopatoris (221—205 a. Chr.) potius uxore eademque sorore cogitans; quare hic θεὰ[ν Φιλοπάτορα] scripsit. Sed qua una ratione nititur haec opinio, quod Philadelphus Cyrenas nunquam tenuerit ideoque illic eius uxoris statua erigi non potuerit, eam refutat Strackius monens de pace inter Ptolemaeum et Magam facta huiusque filia illius filio desponsa (n. 22[1]). Quod quoniam per se de utraque regina cogitare liceat, tamen permulto frequentiora esse Arsinoës natu maioris monumenta honoraria, ut hic quoque illam agnoscere praestet. Haec nupsit fratri germano anno 274 a. Chr. aut paullo prius, supremum diem vero obiit anno 270 a. Chr. n. Cf. n. 27[3]. Mortuae potius quam superstiti haec statua posita videtur. 2 Supplevit Letronne. [θεῶν Εὐεργετῶν] Droysen. Cf. not. 1 et n. 22[1]. 3 ΓΘΛΙΣ.

---

34 Basis infra ornata margine, supra fracta, in vico Ἅγιος Τύχων insulae Cypri sito prope Amathunta, ante domum Ianni Pappagiorgi. Ed. P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 358 n. 7 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 203 n. 5).

Ἀρσινόης | Φιλαδέλφου[1].

Litterae volgares praeter Φ et Ο minore modulo exaratam. 1 Arsinoën Ptolemaei Philadelphi sororem eandemque coniugem designari neque titulum tertio eius matrimonio, quod anno 274 a. Chr. initum esse videtur (cf. n. 27[3]) antiquiorem esse posse luce clarius est. At magnopere dissentitur de monumenti natura. Etenim lapides cum eodem plane titulo passim per omnes regiones quae extra Aegyptum Ptolemaeorum imperio parebant inventi sunt. In insula Cypro quattuor praeter hunc (Bull. de corr. Hell. XX p. 358 n. 8. 9. 10. Lebas-Waddington Inscr. III, 2821), Therae unus (Inscr. Gr. mar. Aeg. III, 462), Pari unus (Bull. de corr. Hell. XXI 1897 p. 17), Amorgi duo (Mitth. des arch. Inst. in Athen I 1876 p. 336 n. 5. 6), Methymnae in insula Lesbo unus (Inscr. Gr. mar. Aeg. II, 513). Iam cum Weilius ad titulos Amorgios adnotasset, donis ab Arsinoa missis ut in dei cuiuspiam illius insulae delubro erigerentur haec subscripta fuisse, cui opinioni astipulati sunt M. L. Strack Mitth. des arch. Inst. zu Athen XIX p. 235. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 136. S. Reinach Traité d'épigr. p. 391, ab his dissensit Perdrizet, reginae quae divinis honoribus coleretur hic a privatis

hominibus dona offerri statuens. Genetivum utramque vim habere posse, sed utraque significatione satis rarum esse constat. Nec quicquam Perdrizeti sententiae auxilii accedit ex titulo incertae originis C. I. G. 4959 Ἀρσινόης θεᾶς Φιλαδέλφου. Nam hunc alius generis esse atque illos decem ex illorum miro consensu apparet. Fuisse autem etiam dona ab Arsinoë deae oblata non est quod demonstretur (cf. n. 30, 1. 31, 1). At in eo numero non habendos esse lapides quos hic tractamus illa ipsa constantia docet, qua eadem tituli forma, ceteroqui neutiquam frequens sed quaesita quadam simplicitate a sollenni more dedicationum Graecarum aliquantum abhorrens, usquequaque redit. Quomodo enim inter tot homines Amorgios, Cyprios, Lesbios, Theraeos, Parios de eiusmodi re convenire poterat? Quod Perdr. et rusticam lapidum simplicitatem et nonnullorum locorum ubi eruti sint obscuritatem regiae munificentiae parum convenire existimat, haud absurde iudicat. At huius argumenti pondus infringitur si statuimus per unam eandemque occasionem reginam ad omnia Graecorum qui in Lagidarum fide essent delubra eiusdem generis dona misisse, quorum tenuitas nescio an eandem modestiae affectationem habuerit quae in titulo observatur. Atque omnium quidem maxime probabile existimo, ipsas nuptias Ptolemaei et Arsinoës his muneribus offerendis ansam praebuisse.

---

35 Basis magna ornata marginibus prominentibus supra et infra, eruta ante templum Apollinis Didymei. Ed. B. Haussoullier Rev. de phil. XXIV (1900) p. 323 (Études sur l'histoire de Milet p. 67).

Βασίλισσαν[1] Φιλωτέραν[2] βασιλέως | Πτολεμαίου ὁ δῆμος ὁ Μιλησίων | Ἀρτέμιδι Πυθείῃ[3].

---

1 Cum nuptam fuisse Philoteram (not. 2) neque hic indicetur neque usquam memoriae proditum sit (cf. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 115), huic quoque regis filiae reginae appellationem virgini etiamtum honoris causa concessam esse apparet, quod idem in eius sorore natu maiore Arsinoë usu venisse demonstravi n. 14[1]. Cf. etiam n. 350[1]. 2 Cf. Strabo XVI, 4, 5 p. 769 Cas.: ἀπὸ δὲ Ἡρώων πόλεως πλέουσι κατὰ τὴν Τρωγοδυτικὴν (Ἀρτεμίδωρός φησι) πόλιν εἶναι Φιλωτέραν ἀπὸ τῆς ἀδελφῆς τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου προσαγορευθεῖσαν. Schol. Theocr. XVII, 123: καὶ Λύκος δὲ ἐν τῷ περὶ Νέστορος 'ἐποίησεν ὁ Φιλάδελφός', φησιν, 'οὗτος, ᾠκοδόμησε δὲ καὶ τῶν γονέων ἀμφοτέρων παμμεγέθη ναόν, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς Ἀρσινόῃ καὶ Φιλωτέρᾳ (φωτῆρα cod. Emendavit Letronne Recueil des inscr. p. 182). Ex eius nomine appellatae sunt duae urbes, ex quibus altera ad lacum Tiberiensem sita commemoratur a Polybio V, 70, 3. 4: ἀναλαβὼν δὲ τὴν δύναμιν (Antiochus III anno 218 a. Chr.) αὐτὸς μὲν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Φιλοτερίας· — ἡ δὲ Φιλοτερία κεῖται παρ' αὐτὴν τὴν λίμνην εἰς ἣν ὁ καλούμενος Ἰορδάνης ποταμὸς εἰσβάλλων ἐξίησι πάλιν εἰς τα πεδία τὰ παρὰ τὴν Σκυθῶν πόλιν προσαγορευομένην et a Stephano Byzantio s. v. Φιλωτέρα: ἔστι καὶ κοίλης Συρίας Φιλωτέρα, ὡς Χάραξ ἐν ὀγδόῳ χρονικῶν· τὸ ἐθνικὸν ταύτης Φιλωτέριος διὰ τό τινας καὶ

Φιλωτερίαν (quam formam etiam apud Polybium restituit Dindorf, recte si quid video) αὐτὴν εἰρηκέναι. Altera in Trogodytice sita apud eundem est: Φιλωτέρα, πόλις περὶ τὴν Τρωγοδυτικήν, Σατύρου κτίσμα (cf. n. 30[2]). Ἀπολλόδωρος δὲ Φιλωτερίδα καλεῖ et apud Strabonem l. l. Ab hac Letronnius et Droysenus Gesch. des Hellenismus III, 2 p. 340 iure distinguunt portum inter Μυὸς ὅρμον et Λευκὸν λιμένα situm cuius mentionem facit Ptolemaeus Geogr. IV, 5, 8 p. 687 cui Φιλωτέρας λιμήν nomen fuit. Inter vicos pagi Arsinoitae (*Fayûm*) uni Φιλωτερίς nomen fuit (Cat. of Greek papyri in the Brit. Mus. II p. 37, 35 all. ab U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung I p. 136. Fayûm tows and their papyri, Ind. p. 346). Denique demoticon Φιλωτέρειος civis Ptolemaeensis nomini additum habes n. 48, 5. 3 Cf. Revue de philologie XXIII p. 148 n. 29, 21: Ἀπόλλωνι Διδυμ(ε)ῖ καὶ Ἀρτέμιδι Πυθείηι. Ultimae syllabae vocalis antiquae dialecti vestigium religiose conservatum est; quo minus paenultimae diphthongus ad socordiam inferioris aetatis referenda videtur, sed item ad illius regionis sermonis proprietatem. Etenim alibi quoque pro volgari huius ἐπικλήσεως forma Πύθιος aliae, veluti Πυθαεύς, occurrunt. Ceterum quod hic non ut in illa altera dedicatione Apollo, primarius sacrorum Didymensium deus, cum sorore coniungitur, manifesto eo referendum est quod reginae virginis (not. 1) imago deae virgini praecipue convenire videbatur.

---

36 Titulus atramento pictus in vase fictili, quod cineres defuncti continebat, invento in coemeterio antiquo orientem versus ab oppido Alexandria. Ed. A. C. Merriam American journal of archaeology I (1855) p. 22 n. 6.

L θ'[1] Σωτίων | Κλέωνος | Δελφὸς | θεωρὸς[2] τὰ ‖ Σωτήρια | ἐπανγέλλων[3], | διὰ Θεοδότου | ἀγοραστοῦ[4].

Litterae non accurate pictae, simillimae scripturae papyrorum. Memorabiles formae ΑΔЄΘΛΠϹω. 1 Ptolemaei Philadelphi (283—247 a. Chr.). Cf. not. 3. 2 In eodem coemeterio etiam alii eiusdem aut similis condicionis homines sepulti erant. Cf. Am. journ. of arch. I p. 22 n. 4 Δαμ[οκλῆς] Κ[λ]εάρχου [θεω]ρὸς Βοιώτιος. p. 23 n. 7 Θαρσύφας θεωρὸς Κρὴς Ἀπολλώνιος. p. 21 n. 3 Ἀναξιλάου τοῦ Ἀριστέος Ἀχαιοῦ ἀρχιθεώρου Δυμαίου. p. 22 n. 5 Τιμασιθέου τοῦ Διονυσίου Ῥοδίου πρεσβευτοῦ. 3 De Soteriis cf. Syll.[2] 691[1]. Theorum ad ea indicenda missum nono Ptotemaei Philadelphi anno (277/6 a. Chr. n.) Alexandriae decessisse per temporum rationes certe statuere licet. Sane eiusmodi ferias panhellenicas quinquennales etiam redeuntes semper theoriis quoqueversum dimissis indictas esse constat. Sed cum ex omnibus qui hic sepulti sunt theoris et legatis (not. 2) in hoc uno definite addatur quaenam mandata habuerit, eius negotium prae ceteris grave et memorabile fuisse apparet, ideoque quin recens instituta Soteria designentur non dubito. Itaque recte Merriam omnes qui in his titulis

inveniuntur annorum numeros ad Philadelphi regnum rettulisse mihi videtur. Idem probabiliter Sotiona filium Cleonis illius coniecit, qui ad eadem sacra indicenda Chium legatus erat Syll.[2] 206, 4. 4 Annis Philadelphi 2—9, i. e. 284—276 a. Chr. n. omnibus huius generis titulis adiunctum est ἐπὶ Θεοδότου ἀγοραστοῦ (Journ. arch. I p. 21 u. 1. 2. 3. 4. 5), nisi quod in primo ex eis nomen appellativum omittitur. Postea annis quarto decimo (272/1 a. Chr. n.) et vigesimo (266/5 a. Chr. n.) itemque uno et vigesimo (265/4 a. Chr. n.) legitur διὰ Σαραπίωνος (p. 23 n. 7. 8 et infra n. 37, 2) omissa mentione officii, quod tamen procul dubio idem erat. De eo Merriam provocavit ad Xenophontis Memor. I, 5, 2: δούλῳ δ' ἀκρατεῖ ἐπιτρέψαιμεν ἂν ἢ βοσκήματα ἢ ταμιεῖα ἢ ἔργων ἐπιστασίαν; διάκονον δὲ καὶ ἀγοραστὴν τοιοῦτον ἐθελήσαιμεν ἂν προῖκα λαβεῖν; Ibi servum privatum intellegi, cuius negotium sit coëmere quae dominus opus habeat; hic vero officialem regium eodem nomine appellari, qui legatis theorisque attributus sit ut omnia quae ad victum eorum pertinerent regis impensis emtione comparet. Cui etiam si qui ex eorum numero vita functus esset, sumptum sepulturae parandae ex regis aerario praebendum fuisse.

---

37 Titulus atramento pictus in vase fictili, quod cineres defuncti continebat, invento in coemeterio vetere orientem versus ab oppido Alexandria. Ed. A. C. Merriam American journal of archaeology I (1885) p. 23 n. 9.

Ἔτους ἑνὸς καὶ εἰκοστοῦ μηνὸς Λώιου[1] | διὰ Σαραπίωνος[2].
Ἱερωνίδης Λάμπωνος | Φωκαιεὺς ἀρχιθέωρος[3].

Scriptura similis eius quam habet papyrus Eudoxi artem continens (Wattenbach, Scripturae Gr. spec. tab. I), sed aliquanto melior. Memorabiles litterarum formae ⲁⲗⲉⲑⲗⲡⲥⲱ. 1 Mense Iulio anni 264 a. Chr. n. Cf. n. 36[3]. 2 Cf. n. 36[4]. 3 Cf. n. 36[2].

---

38 In templo prope *Redesîeh* Thebaidis, in columna pronai. Ex apographis Cailliaudi, Wilkinsoni, Nestoris L'Hôte ed. Letronne Rec. des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 242 n. CLXXVII (J. Franz C. I. G. III Add. p. 1215 n. 4836 *c*). Plenius et accuratius R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 81 n. 125 (W. Schwarz Jahrb. f. Philologie CLIII 1896 p. 152 n. 2).

Litterae ΖΞΠ Ρ Σ. ἄλφα semel (v. 1 in nota numerali) Α est, praeterea ubique Α.

h λα΄[1] Ξανδικοῦ ἐφρούρησαν | τῶν Νεοπτολέμου[2] στρατιῶται παρὰ | Πανὶ Εὐόδωι[3]: ὧν τὰ ὀνόματα | Κίλλης Μίδου[4], Φιλήμων[5], Αἰσχύλος, ‖ Δημήτριος, Ἀπολλώνιος, Δημήτριος, Ἀ-----, | Σῖμος, Πολέμαρχος, Ζώπυρος, Φιλῖνος, | Δημήτριος, Λεύκων, Ἄρ(ε)ιος[6], Ἀπολλόδωρος.

---

1 Signum quod annum indicat hic aliam formam habet atque usitatam L. Utra antiquior sit vix licebit certa ratione definiri. Annum unum et trigesimum ad Ptolemaeum II Philadelphum rettulit Schwarz, quae sententia ut B. Niesio Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 118 not. 2 probata est, sic mihi quoque probatur. Nam ex prioribus quidem Ptolemaeis nemo praeter illum tot annos regnavit, ad Ptolemaeum VIII Euergetam II vero et annum 139 a. Chr. descendere vetant militum nomina, inter quae neque regium nomen Πτολεμαῖος inferiore aetate perfrequens neque ullum barbarae originis vestigium comparet. Quod Schwarzius etiam litteraturam tertio a. Chr. n. saeculo convenire dicit, in universum quidem recte se habet, ac maxime quidem Ϲ Philadelphi aetate in aliis quoque titulis est (n. 29. 39). At Z pro I tam antiquo tempore iure mireris, etsi hoc non sufficit ad rationes gravissimas quae titulum anno 254 a. Chr. n. vindicant evertendas. 2 Neoptolemi nomen inter Macedones nobilissimum fuisse observavit Letronne. Hic cohortis (σπείρας) praefectum intellegi, cuius pars (σημεία) duce Cille Macedone (not. 4) ad templum Panis et puteum (ὕδρευμα, cf. titulum apud Schwarzium p. 148 n. 1, 5) in deserto situm in praesidio collocata erat, probabilis est Schwarzii opinio. 3 Cf. n. 70, 1. 71, 3. Πανὶ Εὐόδῳ καὶ Ἐπηκόῳ n. 72, 1. Lepsius XII p. 81 n. 164, 1. 166, 1. Πανὶ Σωτῆρι Lepsius XII p. 81 n. 143, 1. C. I. G. 4836 *h*. Πανὶ Εὐάγρῳ Lepsius XII p. 81 n. 131. Principale cognomen Εὔοδος aptissimum esse deo qui ad viam periculosam per deserta colebatur sponte patet. Templum iam Pharaonum aetate exstructum erat, inscriptiones parieti incisae duodesexaginta, quas plenissime et accuratissime exscripsit Lepsius, paene omnes Ptolemaeorum regno exaratae sunt, perpaucae per Romanorum principatus initia. Antiquissimae sunt n. 30. 38, quae ad Philadelphi imperium redeunt. 4 Hunc, quippe qui et primo loco recenseatur et unus inter omnes nomini paternae originis significationem adiungat, reliquis praeesse statuit Schwarz, recte si quid video. Incertius est quod idem a Cille Macedone duce exercitus Ptolemaei I (Diodor. XIX, 93, 1. Plut. Demetr. 6) hunc ordinis ductorem nomen accepisse suspicatur. 5 A Philemone, qui Ptolemaei II Philadelphi praefectus commemoretur a Iuba apud Plinium Nat. hist. XXXVII, 108 (Fr. hist. Gr. III p. 480 fr. 64), hunc denominatum statuit Schwarz. At id cum per se in tanta nominis frequentia improbabile est, tum apud Plinium pro *Philemone* ex optimis libris manuscriptis receptum est *Philone*. 6 ΑΡΞΙΟΣ Letronne, ΑΓΞΙΟΣ Lepsius. De Ἄρξιος cum iam Franzius dubitasset et vitium latere suspicatus esset, lenissima mutatione nomen Graecum atque in Aegypto potissimum haud infrequens restitui.

39 Basis marmoris caerulei fracta utrimque, in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 255 n. 125 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 273 n. 159).

[Β]ασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] | [Πυργ]οτέλην Ζώητος, ἀρχιτεκτονή-σ[αντα] | τὴν τριακοντήρη καὶ εἰκ[οσήρη][2].

Litterae volgares praeter ο Γ. 1 Ptolemaeum IV Philopatora intellegunt editores Angli, inter hunc et Philadelphum ambiguus haeret Strack. At ex Athenaei testimonio (not. 2) luculentissime apparet unum Ptolemaeum II Philadelphum (285—247 a. Chr.) hic in censum venire. 2 Cf. Athen. V, 203 c πολλῶν δὲ ὁ Φιλάδελφος βασιλέων πλούτῳ διέφερε καὶ περὶ πάντα ἐσπουδάκει τὰ κατασκευάσματα φιλοτίμως, ὥστε καί πλοίων πλήθει πάντας ὑπερέβαλλεν. τὰ γοῦν μέγιστα τῶν πλοίων ἦν παρ' αὐτῷ τριακοντήρεις δύο, εἰκοσήρης μία, τέσσαρες δὲ τρισκαιδεκήρεις, δωδεκήρεις δύο, ἑνδεκήρεις δεκατέσσαρες, ἐννήρεις λ', ἑπτήρεις λζ', ἑξήρεις ε', πεντήρεις δεκαεπτά· τὰ δ' ἀπὸ τετρήρους μέχρι τριημιολίας διπλάσια τούτων. Vides illorum duorum potissimum artificem ideo a rege statuae honore affectum esse, quia maxima omnium ad id tempus aedificatorum erant. Perperam de Philopatore ad Athenaeum V p. 203e—206d provocaverunt editores primi; nam quas ille duas naves permira magnitudine structura elegantia habuisse refertur, τεσσαρακοντήρη et ποτάμιον πλοῖον, τὴν θαλαμηγὸν καλουμένην, ad eas hunc titulum neutiquam spectare ipsa nomina indicant. Ceterum post hanc Pyrgotelis statuam erectam, Philadelpho etiamtum vivo, alteram trigintaremem exstructam esse ex Athenaei loco apparet.

---

40 Fragmentum tabulae marmoris albi inventum Deli meridiem versus a templo Apollinis. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 321 n. I (Syll.[1] 154. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 288 n. 375).

["Εδοξεν τ]οῖς συνέδροις τῶν | [νησ]ιωτῶν[1]· ἐπειδὴ Θέων Πα[ρ|με]νίσκου Αἰγαεύς[2], τεταγμέ||[νο]ς ὑπὸ τὸν βασιλέα Πτολε||μαῖον[3]

Litterae volgares praeter Ξ; O minore modulo exarata, Σ non parallela quidem habet brachia, sed leniter modo divergentia. 1 Cf. n. 25[2]. 2 Eadem ethnici forma nusquam redit nisi in titulo Ephesio Gr. inscr. in the British Museum III, 2 p. 181 n. DXXVI, 5 πρὸς Αἰγαεῖς. 7 τοῖς Αἰγαέων. Qui lapis ut est magnopere mutilatus, sic tamen descriptionem finium territorii Ephesii fuisse ex certissimis vestigiis collegit editor Hicks. Cf. potissimum v. 1. 2: ἀπὸ δὲ το[ῦ------ ἐπὶ] | τὸν Εὐδήμου τάφ[ον]. v. 3: ---μενοι τὰ ὅρια διαλείπε[ιν]. Quare Αἰγαέων civitatem Ephesiis conterminam fuisse certum

ἐν Ἀλεξανδρείαι, τῶ[ι] | τε βασιλεῖ τὰ συμφέροντ[α] | πράττει καὶ τοῖς ν[ησιώταις] | εὔνους ὢν καὶ φι[λάνθρωπος[4] δι|ατελ]εῖ, τοῖς δὲ [ἀφικνουμένοις[5] τῶ||ν] νησιωτῶν ν------

est. Inter multas urbes quibus Αἰγαί nomen fuisse dicit Stephanus Byz. s. v., una τῆς Λυδίας est, sine dubio eadem quam et Ephesius titulus et hic Delius habent. Ethnicum Αἰγαεύς sane ignorat lexicographus; immo haec docet: τὸ ἐθνικὸν ἀπὸ μὲν δισυλλάβου Αἰγαῖος, ἀπὸ δὲ τρισυλλάβου (i. e. ab Αἰγεαί, cuius formae sane in hac quam tenemus epitoma Stephani supra mentio non facta est) εὕρηται καὶ οὕτως Αἰγεάτης. Sed id nemo mirabitur qui illius librum cognoverit. 3 Aut Philadelphum (285—247 a. Chr.) aut Euergetam (247—221 a. Chr.) designari probabile est, quia horum praecipue temporibus commune insulanorum et floruisse et in regum Aegypti fide ac dicione fuisse constat. Cf. Syll.^{2} 224^2. 4 Supplevi. 5 Supplevi.

---

41 Stela marmoris albi, prope vicum *Kumeïka* insulae Sami. Ed. P. Girard Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 477 n. 1 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 285 n. 370). Cf. quae de titulo exposuit M. Holleaux Revue des études Grecques X (1897) p. 24 sqq.

Ἔδοξε τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι· γνώμη | πρυτάνεων· ὑ[πὲρ] ὧν ὁ δῆμος πρότε|ρον ἐψηφίσα[το· ἐπ]ειδὴ Στράτων Στρά|τωνος, ἀποστ[αλε]ὶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως || Πτολεμαίου[1] ἐπὶ (τὸ)[2] τὰς παραβολὰς[3] τῶν | [δικ]ῶν[4] λαμβάνειν, ἐφ' ἅ τε ἀπεστά[λ]η |

Litterae Ionicae volgares non dispositae στοιχηδόν. 1 Ptolemaeum Philopatora (221—205 a. Chr.) intellegit Gir., sed recte Holl. hanc opinionem certo fundamento niti negat. Immo cum Samum inde ab anno fere 280 a. Chr. (cf. Syll.^{2} 202^4) certe usque ad 197 a. Chr. (Liv. XXXIII, 20, 12) in Ptolemaeorum fide fuisse constet, aequo iure ad unumquemque ex quinque primis regibus referri posse. Sed ni fallor litteratura magis Philadelphi aut Euergetae quam posteriorum regum aetati accommodata est. 2 Voculam aut lapicidae aut eius qui exscripsit errore omissam supplevit Holl. 3 Quae pecuniae ab hominibus litigantibus deponuntur, ut si vicerint, reddantur, si causa ceciderint, aut adversario cedant aut in aerarium publicum redigantur, eas non hoc eodem quidem vocabulo, sed admodum similibus apud Graecos significari solitas esse monet Holl., provocans cum ad Atheniensium παρακαταβολήν (Boeckh Staatsh. d. Ath. I p. 477. Meier et Schoemann Att. Proc. ed. Lipsius II p. 814 sqq.), tum ad Pollucis locum VIII, 63: τὸ δὲ παρακαταβαλλόμενον ἐπὶ τῶν ἐφέσεων, ὅπερ οἱ νῦν παραβόλιον καλοῦσι, παράβολον Ἀριστοτέλης λέγει. Ex hoc testimonio, quod neutiquam ad Atheniensium instituta spectare videtur, ingeniose et probabiliter Holl. colligit, dum Samus in Ptolemaeorum potestate esset, a Samiorum iudiciis, aut omnibus

[καλῶς κ]αὶ δικαίως οἰκονομῶν δια[τε|λεῖ καὶ ἐν τοῖς] λοιποῖς εὔνουν καὶ π[ρό|θυμον ἑαυτὸν παρέχ]εται τοῖς πολί[ταις ------|| --------- εἰ]ς τὸ λοιπὸ[ν -----------|------]οδ---------

aut certo eorum genere, appellationem (ἔφεσιν) ad regem concessam fuisse; ad quem qui provocassent, eos talem pecuniam deponere debuisse. Ex quibus pensionibus quae in fiscum regis redigerentur partes, eas Sami quidem asservatas, sed certis temporum intervallis a magistratu regio illuc misso Alexandriam transvectas esse. 4 Supplevit Holl. Cf. not. 3.

---

42 Tabula marmoris candidi, quondam pavimento balnei Turcici inserta, nunc in domo Alexii Thymanakis in oppido Co. Ed. R. Herzog Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIII (1889) p. 447 n. I.

[----- ἐπειδὴ Καφισ]ο[φῶν[1] ----- πολλῶγ καὶ χρη]σίμ[ωγ | γέγονε τ]ᾶι πατρίδι παρα[ίτιος, καιρὸν οὐ]θένα | [παραλεί]πων εἰς τὸ μηθενὸ[ς τῶγ χρη]σίμων | [καθυ]στερεῖν τὰμ πόλιν, ὑπὲρ ὧγ κα[ὶ β]ασιλεὺς || [Πτο]λεμαῖος[2] ἔγραψε ὑπὲρ αὐτοῦ ἐ[ν ἐ]πιστολᾶι | [ἃ]ν ἔπεμψε ποτὶ τὸν δᾶμον ὑπὲρ τᾶς θυσία[ς] | ἃς [ἐξ]απέσταλκε[ν] τῶι τε [Ἀ]σκλαπιῶι καὶ | τοῖς ἄλλοις θεοῖς[3]

Litterae volgares praeter Σ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Caphisophon civis Cous Alexandriae apud regem magno florebat favore, eoque usus erat ad patriam beneficiis afficiendam. Iam cum rex Aesculapio aliisque Coorum diis victimas mittere decrevisset, huic theoriae illum praefecit eique litteras ad civitatem scriptas dedit, quae merita eius testarentur. Quibus rebus permoti Coi illi honores decreverunt. Graecos homines a regibus ad ipsorum patrias civitates legatos mitti etiam alibi videmus, ut in epistula Philippi Demetrii f. ad Nisyrios data Syll.[2] 263, 2 ἀφεστάλκα Καλλίαν πρὸς ὑμᾶς, ὄντα καὶ ἡμῖν συνήθη καὶ ὑμέτερον πολίτην. Nomen Καφισοφῶν fortasse etiam apud Paton et Hicks Inscr. of Cos p. 110 n. 54, 2 fuit, Καφίσιος in nummo aheneo civitatis Coorum legitur (Paton et Hicks p. 310 n. 106). Utrumque nomen ad mensem Caphisium redit, quem in fastis Coorum fuisse constat (cf. Syll.[2] 512[19]). Herzog. 2 Per illas regiones maris Aegaei Ptolemaeorum potentiam priore parte tertii a. Chr. n. saeculi praecipue floruisse, sed iam primis Ptolemaei III Euergetae annis fractam esse scimus (cf. Syll.[2] 224[2]). Ac potissimum quidem Ptolemaeum II Philadelphum (285—247 a. Chr.) Coorum civitati favisse consentaneum est, quippe qui illic natus esset. Cf. Marmoris Parii fragmentum ab A. Wilhelmo editum Mitth. des arch. Inst. in Athen XXII 1897 p. 188 n. 23 ἀφ οὗ — Πτολεμαῖος ὁ υἱὸς ἐγ Κῶι ἐγένετο — [ἄρχοντος Ἀθήν]ησ[ι Δη]μητρίου (309/8 a. Chr. n.). Theocr. XVII, 58 sqq. καί σε Κόως ἀτίταλλε βρέφος νεογιλλὸν ἐόντα δεξαμένα παρὰ ματρός, ὅτε πρώταν ἴδες ἀῶ. ἔνθα γὰρ Εἰλείθυιαν ἐβώσατο λυσίζωνον Ἀντιγόνας

ἀπάγοντα Καφ[ισ]οφῶντα[4] | μετὰ τῶν συνθεώρων, ἐμφα[ν]ίζων [αὐ]τὸν ἄξ[ιον] ‖ ἦμεν [τ]ᾶ[ς ἀπ]οστο[λᾶς][5] [δ]ιά τε τὰ[ν ἀρ]ε-[τ]ὰν[6] κ[αὶ] | τὰ[ν π]ο[θ' ἁμὲ πίστιν[7] κ]αὶ ---ιγ-----υον|-----

θυγάτηρ βεβαρημένα ὠδίνεσσιν. Callimachus hymn. IV, 160 sqq. Ille igitur hic sine dubio intellegendus est. H. 3 Apud Herondam IV, 1, 3—9 cum Aesculapio quem Coi venerantur Coronis Hygiea Panace Epio Iaso Podalirius Machaon nominantur, deinde v. 10. 11 additur χὤσοι θεοὶ σὴν ἑστίην κατοικεῦσιν καὶ θεαί, πάτερ Παιῆον. H. 4 Et re et verborum collocatione similem locum tituli n. 214, 15 ubi accusativos rem allatam significantes excipit illud unde ei pendent κομίζοντα Πολιάνθην, attulit H. 5 Supplevit Herzog, non sine dubitatione. In lapide agnoscere sibi visus erat ꞌIꞌ/⁻ΓΟˤΤΟΙıᵀ. 6 Supplere conatus sum. ΛꞌΑᴾΕΤΑᏁ.ΟΕꞌΑΝΚ lapis ex Herzogii apographo. 7 Supplevi. ΤΑꞌΓC..ꞌ..ꞌ......ΑΙ lapis.

---

43 Lapis integer a dextra, fractus a reliquis partibus, in oppido Co in collectione Platanistae. Edd. Pantelidis Πανδώρα XVII p. 431. Sakkelion Ἐφ. ἀρχ. περίοδος β' ἀρ. 240. Paton and Hicks Inscriptions of Cos p. 31 n. 16. Cf. quae disputaverunt E. Sonne de arbitris externis p. 51 n. LXIII cum excursu I p. 92 et M. Holleaux Bull. de corr. Hell. XVIII p. 400 n. III.

[Ἐπειδὴ Βάκχων Νικήτου ὁ νησίαρχος[1] παρε|γένετο εἰς τὴν πόλιν τὴν τῶν Κώιων κατὰ τὰ προσταχ|θέντα ὑπὸ τοῦ βασι]λέως Πτολεμαίου[2] καὶ το[ῦ κοινοῦ | τῶν νησιωτῶν[3] καὶ ἠι]τήσατο δικαστὰς καὶ διαλ[λα|κτῆρας[4] τοὺ]ς διακρι(ν)οῦντας[5] περὶ τῶν ἀμφ[ι|σβητουμέν]ων συμβολαίων, καὶ ἡ πόλις ἡ τῶν ‖ [Κώιων ἀπέ]στειλεν ἄνδρας καλοὺς κἀγαθούς, | [οἳ ἀφικ]όμενοι πρὸς ἡμᾶς περί τε τῶν ἀπὸ | [τῶν συμβολαί]ων ἀμφισβητήσεων καὶ τῶν ἄλλων | [τῶν παρ]α[γγελθέν]των αὐτοῖς ὑπὸ τῆς πόλεως |

Litterae volgares praeter ΞΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Supplevit Holleaux nomen hominis ex aliis titulis (cf. n. 67, 5. Syll.[2] 202[3]), cum quia v. 15 nomen rarum Βάκχων redit, tum quia Ptolemaei regis iussu homo de quo hic verba fiunt iudices insulanos Coos in aliam insulam Naxum adduxit, quae res et tempori et condicioni Bacchonis nesiarchi egregie convenit. Sonnii opinio, titulum neque anno 309 a. Chr. antiquiorem neque anno 239 a. Chr. recentiorem esse, hoc invento confirmatur et paullo accuratius definitur. Nam aut Ptolemaei I regno aut, quod mihi quidem probabilius videtur, prioribus Ptolemaei II Philadelphi annis incisum esse arguunt quae aliunde de Bacchone cognita habemus. 2 Cf. not. 1. 3 Cf. n. 25[2]. 4 Cf. n. 2, 21 cum not. 13. 5 ΚΡΙΜΟΥΝΤΑΣ.

[τοὺς μὲν πλείσ]τους τῶν διαφερομένων ἀνα‖[καλούμενοι[6] πολ]λάκις ἐφ' αὐτοὺς διέλυον συμφ‖[ερόντως, τοὺ]ς δὲ διέκρινομ μετὰ πάσης δικαι‖[οσύνης· πλεί]ονος δὲ αὐτοῖς τοῦ χρόνου γινομένο[υ | τοῦ] τῶν κρίσεων, καὶ βουλομένων τῶν δ[ικασ|τῶν αὖθις ἐπιστρέψ]αι[7] πρὸς τὰ ἴδια, ὁ δῆμος [ὁ ‖ τῶν Κῴων τοὺς δικαστὰς] τοὺς μετὰ Βάκχωνος | [παρεκάλεσεν αὐτόθι παρα]μείναντας καὶ τὰ λο‖[ιπὰ τὰ ἐπιτραπέντα αὐτοῖ]ς ἐξαγαγόντας μέ‖[χρι τέλους συμπαραγίνε]σθαι Ναξ[ίοι]ς, οἱ δὲ κα‖[λοὶ καὶ ἀγαθοὶ ἄνδρες γενέ]σθαι[8] βουλόμενοι ‖ [περὶ τὸν δῆμον ἡμῶν[9] πᾶσαν σπου]δὴν ἐποιήσαντ[ο | ὅπως πάντα ἐξάγωσιν[10] ἀ]ξίω[ς ἑκατέρων τῶν | πόλεων[11] ----------]

6 Supplevit Paton; ἀνα[κρινάμ]ενοι Pant. Sakk. Sonne. Holleaux. Sed huic non accommodatum est ἐφ' αὐτοὺς quod proxime sequitur. 7 Supplevit Paton. Potest sane etiam ὑποστρέψ]αι (n. 13[14]) fuisse. 8 Supplevi. πείθε]σθαι Paton et Hicks. 9 Supplevi; priores editores haec intacta reliquerunt. 10 Supplevi. 11 Supplevi.

---

44 Stela marmoris albi fracta supra et infra, laesa a dextra, Therae (*Phira*) in domo privata. Edd. L. Ross Inscr. Gr. inedd. fasc. III p. 11 n. 250 (Rangabé Ant. Hell. 764. K. Keil Sylloge inscr. Boeot. p. 22. E. Sonne de arbitris externis p. 55 n. LXXVI). Ex suo apographo edidit et partis versuum 11—15 imaginem phototypam ex ectypo chartaceo confectam proposuit F. Hiller von Gärtringen Inscr. mar. Aeg. III p. 70 n. 320 (F. Blass ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III, 2 p. 151 n. 4693).

------- καὶ το------ | ------εναωιγι . αι κά[ρ]υγμ[α ὅτι | ὁ δᾶμος ὁ Θη]ραίων σ[τε]φανῶι Πάτροκλ[ον | Πάτρωνος[1] χρυσ]έωι

Litterae volgares praeter Ξ et ΘΟΩ reliquis minores. 1 Cf n. 45, 5, unde patris nomen hic repositum est a Wilamowitzio apud Hillerum. Quae apud scriptores de Patroclo traduntur, omnia ad belli Chremonidei quod dicitur tempora (fere 266—263 a. Chr. n.) spectant, per quae ille cum classe Atheniensibus sociisque eorum contra Antigonum Gonatam auxilio missus est a Ptolemaeo Philadelpho. Tum ad insulam Atticae vicinam stationem habuit, quae inde nomen Πατρόκλου νῆσος (Pausan. I, 1, 1. 35, 1. Steph. Byz. s. v.) vel Πατρόκλου χάραξ (Strabo IX, 1, 21 p. 398 Cas.) accepit; ad Areum Lacedaemoniorum regem misit qui hortarentur ut quam primum castra moveret ad Athenas ab Antigono liberandas (Paus. III, 6, 5). Etiam quae Phylarchus apud Athenaeum VIII p. 334 a refert de ficubus et piscibus a Patroclo

στεφάνωι ἀπὸ δραχμ[ᾶν ‖ δισχιλ]ίω[ν] ὁμᾶι καὶ ἀ[ρ]ετᾶς ἕνεκα καὶ [εὐ|νοίας] ἇς ἐνδειγνύμε[ν]ος[2] διατελεῖ ἔν τε | [τοῖ]ς ἔμπροσθεν χρόνοις καὶ νῦν ἐπιστάτ[αν[3] | τ]ε ἀποστ[εί]λας Ἀπολλόδοτον καὶ [δικ]ασ[τὰς] | ἐξ Ἰουλίδος Μ . . . . . ν, Τιμόστρατον, Φρ[ασι]‖κύδην[4], [Σ]ωμένη, Καλ[λί]δαμον, οἳ παρα[γενό]‖μενοι ἐς Θήραν [τὰ] μὲν διέλυσαν, τὰ δ[ὲ ἐδίκα]|ξαν[5] συμφερόντως πᾶσι παραγενόμ[ενοι ἐς] | Θήραν. τὸ δε ψάφισμα τόδε καὶ τὸν στέ[φανον] | ἀναγέτω ὁ πρεσβευτὰς ὁ αἱρεθὲς [ἐς Ἰου‖λίδα εὐθύ]ς, οἱ δὲ ταμίαι ἀναγ[ραψάντω τόδε τὸ ψάφισμα ----------]

ad Antigonum missis manifesto per eiusdem belli occasionem evenerunt. Quod vero Sotadem poëtam Cauni in manus Patrocli venisse et ab eo propter petulantiam qua Ptolemaei et Arsinoës nuptias irriserat supplicio affectum legimus apud Athenaeum XIV p. 621 a, qui Hegesandrum testem citat, id Droysen Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 272 de eiusdem classis, quae Athenas navigatura erat, in illo Cariae oppido commoratione interpretatus est. Sane is illas nuptias tum recentes fuisse opinabatur, cum nunc iam sciamus eas octo aut adeo pluribus annis ante factas (n. 27[3]). Sed nescio an tamen teneri possit illa de supplicii tempore sententia; etenim cum Sotades Alexandria fugisse et periculum vitasse sibi visus esse dicatur, quidni eum per aliquot annos in regione quae Ptolemaei imperio non obnoxia esset securum vixisse statuamus? Etiam quae in hoc titulo legimus, commodissime ita intelleguntur, Patroclum cum in Atticam navigaret paullisper Iulide (v. 9) commoratum cives eius oppidi ad lites componendas Theram, quae tum in regis Aegypti fide erat, misisse. 2 Cf. Syll.[2] 935, 38 ἀποδείγνυσθαι. 3 Cf. disputationem acutissimam M. Holleauxii Bull. de corr. Hell. XVII (1893) p. 52, qui demonstravit vocem ἐπιστάτης ceteroqui satis ambiguam in regnis orientis Macedonicis constanter usurpatam esse de homine a rege in civitatem aliquam misso ut toti rerum publicarum administrationi praeesset, eademque vi etiam de Rhodiorum magistratibus in oppida Peraeae vicinarumque insularum quae in illorum dicione essent missis. Hi ἐπιστάται igitur fere eadem condicione utebantur atque Atheniensium praefecti (ἄρχοντες) in civitatibus sociorum. Cf. Syll.[2] n. 23, 6. 49, 45. 51, 10. 54, 19. 111, 19. 112, 4. 116, 24. Idem negotium sine dubio verbis ὁ ἐπὶ τῆς πόλεως (134, 2), ὁ τεταγμένος ἐπὶ Θήρας (102, 3. 110, 5) indicatur. 4 Nomen Ceorum proprium esse monuit Hiller provocans ad A. Fick et F. Bechtel Gr. Personennamen p. 181. 5 Supplevit P. Foucart in litteris ad Hillerum datis.

---

45 Stela lapidis leucophaei, supra ornata margine prominente, inaedificata in casa sita inter rudera Itani Cretae (*Erimopolis*), quae est monachorum vicini monasterii *Toplu*. Ed. F. Halbherr Museo Italiano di antichità classica III p. 568 n. 2 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 330 n. 444).

Θεό[ς.] | Κόσμου γνώμα· ἔδοξ[εν Ἰτα]|νίων τᾶι βουλᾶι καὶ τᾶι ἐ[κ]|κλησίαι· ἐπειδὴ Πάτροκλ[ος] ‖ Πάτρωνος Μακεδών[1], ἀπο-[σ]|ταλεὶς ὑπὸ βασιλέος Πτο|λεμαίου[2] στραταγὸς[3] ἐς | Κρήταν, ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ δί|καιος ἐγένετο περὶ τὰν τῶν ‖ Ἰτανίων πόλιν[4] καὶ πολλὰ | συνήργησε τοῖς Ἰτανίοις, ὅ|πως τά τε κατὰ τὰν πόλιν ἀσ|φαλέως ἔχηι πολιτευομέ|νων τῶν Ἰτανίων κατὰ τοὺς ‖ νόμους, καὶ τὰν χώραν μετὰ | πάσας ἀσφαλείας νέμωνται, | δεδόχθαι τοῖς Ἰτανίοις, ποιή|[σ]ασθαι αὐτὸν πρόξε[ν]ο[ν | καὶ εὐεργέταν αὐτὸν καὶ ἐκγόνους -----]

Litterae volgares Ionicae praeter Σ, non dispositae στοιχηδόν. Vs. 1 maioribus litteris exaratus. 1 Cf. n. 44[1]. 2 Ptolemaeus II Philadelphus (285—247 a. Chr.). Ab eo exercitum in Cretam missum esse ex hoc demum titulo cognitum est. Quando id factum sit, ex Patrocli nomine colligi licet. Nam bello Chremonideo, cui eum interfuisse notum est, nonnullas Cretensium civitates cum rege Ptolemaeo, Atheniensibus, Areo Lacedaemonio foedus fecisse didicimus ex plebiscito Attico Syll.[2] 214, 25. 41: καὶ Κρηταέων altero loco Κρητ[αεῦσι]ν) ὅσοι εἰσὶν ἐν τεῖ συμμαχίαι τεῖ Λακεδαιμονίων καὶ (Ἀρέως. Patroclus priusquam in sinum Saronicum navigaret, illo se contulisse sociisque regis contra eos insulae populos qui a Macedonum partibus stabant opem tulisse videtur. 3 Apud Pausaniam I, 1, 1 ναύαρχος appellatur. Sed cave hoc discrimen ad diversum imperii genus rettuleris. Namque etiam apud Athenaeum VIII p. 334a. XIV 621a, etiamsi utrobique de tempore dicitur quo classi praefuit, ὁ Πτολεμαίου στρατηγὸς dicitur. Quare hoc pro sollenni officii nomine habendum est, cum voce ναύαρχος negotium tum potissimum ei mandatum indicetur. 4 Itanios in fide Ptolemaeorum non modo tum fuisse, sed etiam usque ad Ptolemaeum VI Philometora (181—146 a. Chr.) mansisse discimus ex Syll.[2] 929, 37 sqq. Ἰτάνιοι — θλιβόμενοι κατά τινας καιροὺς ὑπὸ τῶν παροροῦ(ύ)ντων Πραισίων ἐπεσπάσαντο χάριν βοηθείας καὶ φυλακῆς τῆς τε πόλεως καὶ τῆς χώρας, ἔτι δὲ καὶ τῶν νήσων, τὸν Αἰγύπτου βασιλεύσαντα Πτολεμαῖον. vs. 43 sqq. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Φιλομήτορος βασιλέως Πτολεμαίου, καὶ τῶν ἀποσταλέντων ὑπ' αὐτοῦ χάριν τοῦ συντηρεῖν Ἰτανίοις τήν τε χώραν καὶ τὰς νήσους ἀπαλλαγέντων.

---

46 Marmor quadratum undique integrum, cui a partibus superiore et inferiore adiuncta erant alia quae interciderunt, Halicarnasso, ubi inaedificatum erat in domo Turcica ad murum occidentalem periboli Maussolei, illatum in museum Britannicum. Edd. C. T. Newton Discoveries at Halicarnassos, Cnidos and Branchidae I p. 689 n. 3, tab. LXXXVI. G. Hirschfeld Greek inscr. in the British Museum IV, 1 p. 72 n. DCCCXCVII (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 498 n. 595). Cf. quae adnotaverunt H. Usener

Mus. Rhen. XXIX p. 49. R. Dareste Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 341 sqq.

[-------- | Κ]αλλικλῆν[1] το[ῖς τα]μίαις, οἱ δὲ τ[α]μίαι δότω[σαν] παραχρῆμα τοῖς ἐπι[με]‖ληταῖς[2], οἱ δὲ ἐπ[ιμελ]ηταὶ δότωσαν τοῖς ἐ[ργ]ώναις κατὰ τὰς διαγρα|φάς. ὅπως δ' ἂν οἱ προδανείσαντες εἰς τὴν στοὰν ἣν ὁ δῆμος ἀνατί|θησιν τῶι Ἀπόλλωνι καὶ βασιλεῖ Πτολεμαίωι[3] φανεροὶ ὦσιν πᾶσιν, τοὺς ‖ ἐξεταστάς, ἐφ' ὧν⟨ν⟩ἂν συντελεσθῇ ἡ στοά, ὅσοι ἂν προδανείσωσιν | ἄτοκα μὴ ἔλασσον ⊢[4] 𐅅[5], ἀναγράψαι αὐτῶν τὰ ὀνόματα ἐν τῆι παρα|στάδι[6] τῆς στοᾶς πατριστί[7], προσγράψαντας ὅτι ʿοἵδε ἔδωκαν τῶι δήμω[ι |

Litterae volgares Ionicae praeter Σ. ξῖ v. 5 Ξ⃒ est, v. 16. 18 Ξ, πῖ plerumque volgarem formam Γ habet, nonnunquam ΠΓ est. Scriptura non disposita στοιχηδόν. 1 Lapis et supra et infra integer est, sed initium et finis tituli in aliis similibus lapidibus fuerunt, qui interciderunt. Apparet ante v. 1 de porticu Apollini et regi Ptolemaeo exstruenda deque pecunia a civibus munificis in praesentia mutua danda dictum fuisse. Iam sequuntur praecepta de inscribendis illis hominibus (v. 3—9) et de hypothecis a civitate constituendis, quibus eis de recipiendo aere quod contulerint caveatur (v. 9—21). 2 Non perpetui magistratus hi esse videntur, sed huius operis curatores. 3 Exiguo intervallo orientem versus a domo in qua hic lapis inventus est, pars epistylii comparuit cum titulo Ἀπόλλωνι καὶ βασ[ι-λεῖ Πτολεμαίωι] | ὁ δῆμος τὴν στ[οὰν ἀνέθηκεν], manifesto ad idem aedificium spectans, de quo exstruendo hic decernitur. Ptolemaeum aut Philadelphum (285—247 a. Chr.) aut Euergetam (247—221 a. Chr.) esse recte statuunt editores. Nam in utriusque potestate illas regiones fuisse constat (n. 53, 7. Polyb. V, 34, 7. Theocrit. XVII, 89) etsi a Seleucidis et Macedoniae regibus identidem illorum opes labefactatas esse scimus. (Cf. Gr. inscr. in the Brit. Mus. IV 1 p. 14 n. DCCXCVII, 5.) Non recte sane H. Philadelphi imperii vestigia esse dicit duos titulos Halicarnassios a se editos p. 81 n. DCCCCVI. DCCCCVII, nam infra ipse illum Ptolemaeo I Soteri, hunc Ptolemaeo IV Philopatori tribuit, manifesto recte; sed alterum Aegyptiacae dominationis testimonium praebet inscriptio apud Newtonem Discoveries at Halicarnassos Cnidos et Branchidae I p. 687 n. 2, quae demonstrat neutiquam clementer tum habitos esse Halicarnassios a rege, quippe quibus ne gymnasium quidem aedificare liceret sine illius assensu, qui tamen in summa aerarii inopia nequaquam suis opibus eos adiuvaret. Usener. 4 I. e. δραχμῶν. 5 Etsi forma notae numeralis ab Attica 𐅅 aliquantum discrepat, tamen vix est dubitandum quin recte Newton et Hirschfeld numerum quingenarium agnoverint. 6 παραστάς vel παστάς (ex παρστάς) idem significat ac προστάς, de quo dixi n. 51[10]. 7 Cf. Syll.[2] 216, 29 ὅπως ἀναγραφῇ τὸ ὄνομα αὐ[τοῦ π]ατρόθεν ἐν τῇ στήλῃ. 645, 41 ἀναγραψάντων — τὸ ὄνομα τοῦ δανεισαμένου πατρόθεν. 614, 32 ἀπογραφέσθων — τὸ ὄνομα πατριαστί.

ἄ]τοκα χρήματα εἰς τὴν κατασκευὴν τῆς στοᾶς⁷. ἀναγραφόντων δὲ πρῶ|τον τὸν πλεῖστον δόντα. ὅπως δ' ἂν κομίσωνται οἱ προδανεισταί, πό||ρους ὑποκεῖσθαι αὐτοῖς[8] τούς τε ὑποτεθέντας εἰς τὸ βουλευτήριον, | κομισαμένων οἷς πρότερον ὑπετέθησαν· ὑποκε[ῖ]σθαι δὲ αὐτοῖς καὶ | τοὺς ὑποτεθέντας εἰς τὰς εἰκόνας[9], τὴν πεντηκοστὴν[10] καὶ τὸ γραφίον[11] | τῶν ὅρκων[12], κομισαμένων

8 Reditus civitatium pro aere alieno pignori opponi etiam alibi videmus. Cf. Pseudoaristotelis Oecon. II p. 1351 *a*, 5 sqq. *b*, 1 sqq. Aeschines III, 104: ἀναγκαζόμενοι δὲ οἱ Ὠρεῖται καὶ οὐκ εὐποροῦντες, ὑπέθεσαν αὐτῷ (Δημοσθένει) τοῦ ταλάντου τὰς δημοσίας προσόδους. Boeckh Staatshaushaltung der Athener I[2] p. 767. Dareste. Cf. etiam Syll.[2] 426[4]. 517[11]. 9 Male Newtonus haec tria τὰς εἰκόνας, τὴν πεντηκοστὴν καὶ τὸ γραφίον posita ἐκ παραλλήλου ad eandem praepositionem εἰς rettulit. Neque enim ipsum fallebat, sic prave εἰς pro ἐκ dici, atque inauditum esse reditum ex statuis provenientem. Immo πεντηκοστή et γραφίον vectigalia sunt, pignori data eis qui statuas conficiendas redemerunt. Itaque tum demum, cum illis omnia numerata erunt, ex his vectigalibus debita pecunia reddi poterit civibus qui eam ad stoam aedificandam mutuam dederunt sine usuris. Dareste. 10 Quinquagesima omnium rerum quae importantur aut exportantur. Dareste. 11 Hoc in lapide esse Hirschfeldius testatur, cum Newton γραφεῖον legisset, quod sane legibus linguae (cf. γραμματεῖον) accommodatius videtur. Nomen, quod scriptura inconstantissime inter γραφεῖον et γραφίον fluctuante perfrequens est in papyris Aegyptiacis, illic usurpatur de tabulariis a regibus Ptolemaeis institutis, quibus pacta inter privatos de quolibet negotio inferri debebant ut rata essent. Cf. Oxyrhynchus papyri II p. 181 n. CCXXXVII, 1—4 τοὺς ἔχοντας μετεώρους οἰκονομίας ἔν τε τῶι ἀγορανομίωι καὶ μνημονείωι καὶ γραφίῳ. In nomo Arsinoïta suum cuique vico γραφεῖον fuit. Cf. Fayûm towns and their papyri p. 240 n. XCVIII, 28. 29 διὰ Ἥρω[ν]ος τοῦ πρὸς τῷ | [γρ]αφίῳ Εὐημερ[εί]ας. De totius instituti natura deque discrimine quod inter illud et ἀγορανόμιον intercedit, accurate exposuit L. Mitteis Hermae XXX p. 596 sqq. Hic de simili civitatis Halicarnassensium tabulario dici, neque vero ipsum nomine γραφίον indicari, sed vectigal quod pro unaquaque inscriptione pendendum erat, apparet. 12 Negotia et pacta iuris civilis intelleguntur (not. 11), ac maxime quidem emtiones venditiones. Neque vero τῶν ὠνῶν καὶ πράσεων vel τῶν συμβολαίων dicitur, quia iure iurando singula negotia ab emptoribus et venditoribus confirmabantur, qua de re fusius disputat Theophrastus περὶ συμβολαίων apud Stobaeum Floril. XLIV, 22: ὥσπερ ἐν τοῖς Αἰνίων (νόμοις). κελεύουσι γάρ, ἐὰν μέν τις οἰκίαν πρίηται, θύειν ἐπὶ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἐπικωμαίου, ἐὰν δέ χωρίον, ἐπὶ τῆς κώμης ᾗ αὐτὸς οἰκεῖ, καὶ ὀμνύειν ἐναντίον τῆς ἀρχῆς ἐγγραφούσης καὶ κωμητῶν τριῶν, ἦ μὴν ὠνεῖσθαι δικαίως, μηδὲν συγκακουργοῦντα μήτε τέχνῃ μήτε μηχανῇ μηδεμιᾷ· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ τὸν πωλοῦντα (sc. ὀμνύειν) πωλεῖν ἀδόλως· τὸν δὲ μὴ οἰκοῦντα ἐν ἄστει θύειν τὸν ὅρκον ἐπὶ τοῦ Διὸς τοῦ Ἀγοραίου, — ἄνευ δὲ τούτων μὴ ἐγγράφειν τὴν ἀρχήν· ἅμα καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ προσορκίζειν αὐτήν, ἐὰν μὴ ὀμνύωσι, μηδὲ ἐγγράφειν τὴν ὠνήν. Dareste.

οἷς πρότερον ἐψήφισ[τ]αι· ὑποκεῖσθαι δὲ αὐ|τοῖς καὶ ἐκ τῆς οἰκονομίας[13] ἑκάστου ἐνιαυτοῦ τά[λ]αντον ὅταν ἐκκομί||σωνται αὐτὸ καὶ τὸν τόκον οἱ δανείσαντες ἐπὶ τοῖς ὑποτεθεῖσιν αὐ|τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ἓξ ταλάντοις, τὰ δὲ λοιπὰ ὑπάρχειν εἰς τὴν | οἰκονομίαν. προσυποκεῖσθαι[14] δὲ καὶ τὸ γενηθὲν ἐκ τῆς στοᾶς πραθέν|των τῶν κιόνων καὶ τῶν ξύλων καὶ τοῦ κεράμου καὶ τῶν πλίνθων[15]· ἀποδόσ|θωσαν δὲ τοὺς μὲν κίονας τοὺς μέχρι τοῦ δι[κ]αστηρίου οἱ καὶ τὰ ἔρ||γα μισθοῦν[τες ἐν] τῆι αὐτῆι ἐκκλησίαι, ὁ δὲ πρ[ι]άμενος ἐν ἡμέραις τρ[ι|άκο]ντα τὸ [ἀργύριον κα]ταβαλέτω τοῖς τ[α]μίαις, οἱ δὲ ταμ[ί|αι --------]

13 Ex ordinariis reditibus annuis civitatis. Dar. 14 προϋποκεῖσθαι Newton, quod Dareste interpretatur de hypotheca quae primo loco sit. Ac sane id in hanc unam cadit, cum omnes quae antea commemoratae sunt post alios demum creditores illis munificis civibus concedantur. At num id in composito προϋποκεῖσθαι inesse possit vehementer dubito; neque opus est de ea re fusius disputare, siquidem Hirschfeldius testatur προσυποκεῖσθαι potius in lapide esse, cuius vocis vis perspicua est. 15 Cum Newton haec de locatione intellexisset, rectius Dareste et Hirschfeld statuunt antiquam porticum, fortasse vetustate plane collapsam et inutilem factam, de medio tolli ut nova exstruatur. Eius columnae, lateres, tegulae, trabes veneunt, et pretium quod inde redigetur creditoribus qui pecunias sine usura commodabunt oppigneratur. Qua de causa rectius Hischfeld de porticu a fundamentis nova exstruenda, quam Darestius de reficienda modo cogitare videtur. Nam in hoc quidem negotio lapides lateres ligna, quae etiamtum utilia essent, consumta potius esse quam vendita consentaneum est. Neque κατασκευάζειν, quo verbo Dar. nititur, hanc potissimum reficiendi vim habet, sed ἐπισκευάζειν.

---

47 Stela lapidis syenitae cum aëtomate, Ptolemaide (*Menshijeh*); supra et a dextra lapis integer est, infra et a sinistra fractus. Ed. P. Jouguet Bulletin de corr. Hell. XXI (1897) p. 188 n. II (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 204 n. 12).

[Ἔδοξεν τ]ῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι | [Πτολεμαιέ]ων[1] ἐπὶ δύο

Litterae volgares praeter ΟΩ reliquis minores. 1 Ptolemaida Thebaidis a Ptolemaeo I Lagi f. conditam esse cum Droysenus coniecisset, postea probatum est titulo C. I. G. 4925: Ἴσιδι καρποτόκῳ Κέλσος τόδε γράμ[μ]' ἀνέθηκα | μνησθεὶς ἧς ἀλόχου καὶ τεκέων φιλίων | καὶ πάτρης γλυκερῆς Πτολεμαΐδος, ἣν ἐπό[λι]σσεν Σωτὴρ Ἑλλήνων Νιλογενὲς τέμενος. U. Wilcken apud Droysen Kl. Schriften Append. p. 435. De civitatis ordine et condicione cf.

ἐκκλησίας[2]· | [ἐπειδὴ Νι]κομήδης Κτησικλέους | [εὔνους] ὢν διατελεῖ βασιλεῖ || [Πτολεμα]ίωι[3] καὶ τῆι Πτολεμαιέων | [πόλει καὶ προ]θυμίαν παρέχεται | ------

Strabo XVII, 1, 42 p. 813 Cas.: ἔπειτα Πτολεμαϊκὴ πόλις, μεγίστη τῶν ἐν τῇ Θηβαΐδι καὶ οὐκ ἐλάττων Μέμφεως, ἔχουσα καὶ σύστημα πολιτικὸν ἐν τῷ Ἑλληνικῷ τρόπῳ. Quod Th. Mommsen quidem Röm. Geschichte V p. 557 not. 1 ad civium in tribus discriptionem rettulit, senatum vero (βουλήν) Ptolemaeenses non magis habuisse quam Alexandrinos statuit. At tituli ab Jougueto editi docent non modo senatum fuisse Ptolemaide, sed etiam comitia populi (ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ 47, 1. 48, 1. δεδόχθαι τῷ δήμῳ 49, 6. ἔν τε ταῖς βουλαῖς καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις 48, 10. ἐπὶ δύο ἐκκλησίας 47, 2. τὴν βουλὴν καὶ τὰ δικαστήρια 48, 14. πρυτάνεις 48, 2. πρύτανιν διὰ βίου 50, 4. 51, 3), ut nulla ex parte haec reipublicae forma differret ab ea, quae apud Graecos antiquitus usitata fuerat. Quid quod ne turbis quidem et dissensionibus civilibus, quales oriri consueverant in civitatibus Graeciae liberae, Ptolemaida caruisse discimus ex n. 48, 8 sqq. 2 Strackius conferri iubet titulum apud R. Heberdey et A. Wilhelm Reisen in Kilikien, Denkschr. der Ak. zu Wien 1896 p. 107 tab. I, 17: τοῖσδε ἐδόθησαν προξενίαι ἐπὶ μίαν ἐκκλησίαν. Quae etsi usus praepositionis ἐπὶ c. acc. insolitus est vix aliud significare possunt atque una eademque ecclesia de his proxeniis populum decrevisse. Hic igitur de Nicomedis honoribus per duas deinceps contiones decretum esse narratur, quod qua de causa quove pacto factum sit, propter mutilam lapidis condicionem ignoramus. 3 Aut Ptolemaeus II Philadelphus (285—247 a. Chr.) aut Ptolemaeus III Euergetes (247—221 a. Chr.) indicatur. Similitudo litteraturae quae inter hunc titulum et n. 49 intercedit, certe non tanta est, ut pro certo pronuntiari liceat, hoc quoque decretum Euergetae aetatis esse.

---

48 Stela marmorea cum aëtomate. Supra titulum sex coronae. Ptolemaide (*Menshijeh*). Ed. P. Jouguet Bull. de corr. Hell. XXI (1897) p. 189 n. III (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 202 n. 4).

Ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι[1]· Ἑ[ρ]μᾶς | Δόρκωνος Μεγιστεὺς[2] εἶπεν· ἐπειδὴ πρυτάνεις | οἱ σὺν Διονυσίωι Μου-

Litterae volgares praeter ΑΘΞΟ. 1 Cf. n. 47[1]. 2 Pagos, non tribus Ptolemaidis his nominibus indicari recte statuit Jouguet; eadem plane consuetudo Alexandriae obtinebat. Cf. n. 21[3]. Utramque sane divisionem populi ad Atheniensium exemplum et Alexandriae (φυλῆς Πτολεμαΐδος Callimach. Epigr. 12, 3) et Ptolemaide (infra n. 49, 15 εἰς φυλὴν Πτολεμαιίδα) fuisse constat, sed hac quoque in re Atticum morem secuti sunt, quod in solenni civis appellatione pagi, non tribus nomen locum habebat. Demoticum quod

σαίου[3] τοῦ ὀ[γ]δό[ο]υ ἔτους[4] | Διονύσιος Μουσαίου Ὑλλεύς[5], Ἱπ[πία]ς Δίωνος Με||γιστεύς, Κρατίος Προκρίτου Φιλωτέρειος[6], Κίσσος | Νεάρχου Ἀν[δα]νιεύς[7], Ἡλιόδωρος Νικομάχου Δαναεύς[8], | Νεοπτόλεμος Θεοδώρου Καρανεύς[9], καλῶς καὶ ἀξίως | τῆς πόλεως προέστησαν ὁρῶντές τινας τῶν πολιτῶν | [μ]ὴ ὀρθῶς ἀνα[στρ]ε[φ]ομένους καὶ θόρυβον οὐ τὸν τυχόντα παρ[έ||χ]οντας ἐν τ[αῖς] βουλαῖς [καὶ] ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, [μ]άλιστα δὲ | ἐν ταῖς ἀρχα[ιρεσίαις[10] μέχρι βίας[11] καὶ] ἀσ[ε]βείας[12],

est Μεγιστεύς commodissime refertur ad Διὸς Μεγίστου sacra; certe ἐπίκλησις dei cuiuspiam subest, quandoquidem quaecunque novimus Ptolemaeensium demotica, aut ad regiam familiam (not. 6) redeunt aut ex deorum et heroum fabulis repetita sunt. 3 Idem homo etiam n. 50, 4 prytanis est, sed cum illic πρύτανιν διὰ βίου legatur, non est cur eiusdem anni esse existimemus haec duo monumenta. 4 Si ad Ptolemaei II Philadelphi regnum titulum referemus, annus octavus erit 278/7 a. Chr., si de Ptolemaeo III Euergeta cogitabimus, 240/39 a. Chr. Atqui hoc propterea praestat, quia hunc titulum et n. 50 non magno temporis spatio distineri vidimus (not. 3), ille vero propter θεῶν Ἀδελφῶν mentionem utique anno 278 a. Chr. aliquanto recentior habendus est. 5 Cum Dorica Hyllensium tribu hoc nomen nullam habet necessitudinem nisi quod ipsum quoque ad Hyllum Herculis filium redit; neque vero propter Doricam partis civium originem electum videtur, sed quia Macedones regiam stirpem ad Hercule repetebant. Cf. Καρανεύς v. 7. 6 Cf. n. 35[2]. Praeterea ad regiam domum redeunt demotica Βερενικεύς n. 49, 15 et Κλεοπάτρειος (Bull. de corr. Hell. XX p. 398), quem pagum recentioris aetatis esse apparet. J. 7 Supplevit Jouguet, qui ex hoc demotico fortasse colligendum dicit, partem incolarum Ptolemaidis ex Messenia terra venisse. Sed cum nullum ex reliquis pagorum nominibus eiusmodi rationem habeat, malim hoc quoque nomen ad sacra referre; nescio an cum Cereris Proserpinaeque cultu Andaniensi (Syll.[2] 653) cohaereat. 8 Danaën Persei matrem pago civitatis Ptolemaeensium nomen dedisse propterea, quia in vicina urbe Chemmi sive Panopoli (hodie *Akhmin*) deus ab Aegyptiis magno studio cultus esset, quem Graeci Persea esse persuasum haberent (cf. Herodot. II, 91: ἔστι δὲ Χέμμις πόλις μεγάλη νομοῦ τοῦ Θηβαϊκοῦ ἐγγὺς Νέης πόλιος· ἐν ταύτῃ τῇ πόλι ἐστὶ Περσέος τοῦ Δανάης ἱρὸν τετράγωνον, πέριξ δὲ αὐτοῦ φοίνικες πεφύκασι) perspexit Jouguet. 9 Pagus manifesto a Carano Heraclida, qui regnum Macedonicum condidisse ferebatur, denominatus. J. 10 Supplevit J., qui in lapide ΑΡΧΛ . . ˂ΛΛΚ dispici notavit. Fuit cum de ἀρχα[ῖς] cogitarem. Sed non videntur isti turbulenti homines in magistratibus fuisse. Aliter enim v. 13 sqq. de mutata magistratum potius quam senatus et iudicum electione dici exspectaremus. 11 Supplevi. Cf. Syll.[2] 737, 84: ἐὰν δέ τις ἄχρι πληγῶν ἔλθῃ. In reliquis comitiis clamore modo et rixationibus negotia publica interpellabant, tum vero cum magistratus eligendi essent, adeo manus conseruerunt. 12 Supplevi. [εἰς πᾶν ἀναιδ]είας aut ἀσελγ]είας Jouguet. At quae ille enotavit vestigia Λ᾽ ᾽ ΞΙΑΣ,

προεληλυθότας, | ἐπέστησαν[13] τῆι κακ[ίαι, κολάζοντ]ε[ς[14] τοῖς] ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμοις, | δι' ὃ συμβέβηκεν τὴν πό[λ]ι[ν εὐνομωτέραν γεγο]νέναι[15]· [εἶτα][16] καὶ ἐψηφίσαν[το] | ἐξ ἐπιλέκτων ἀνδρῶν[17] τὴν βουλὴν [καὶ τὰ] δικαστή[ρια αἱρεῖσ]θαι· ἐφ' ο[ἷς] ‖ παροξυνόμενοι οἱ νεώτεροι καὶ οἱ ἄλλοι π[ολῖτ]αι ο[ἱ] αἱρο[ύμενοι] βέλτιον π[ολιτ|εύεσθ]αι[18] καὶ περὶ ὧν ὑπελάμβανον συμφέρειν τῆι πόλει διο[ι]κηθῆνα[ι ---------- | --------------------- διο]ικητήν[19], ὅ[π]ω[ς[20] --------]

neutri ex ipsius supplementis favent, cum meo accuratissime conveniant. Neque notio vocis ab hoc loco aliena, dummodo ἀσέβειαν intellegamus reverentiam erga regem regiamve domum neglectam, id quod in illorum seditiosorum hominum conviciis facile fieri potuit. Cf. n. 51, 18 εὐσεβείας τῆς εἴς τε βασιλέα Πτολεμαῖον καὶ τὸν Διόνυσον καὶ τοὺς ἄλλους θεούς. Similiter n. 90, 23. 26 homines seditiosi et rebelles ἀσεβεῖς appellantur. 13 Aoristus primus, sc. τὴν διάνοιαν. Animum adverterunt ad illorum malitiem (prytanes). 14 Supplevi. ΥΕ in lapide agnoscere sibi visus est Jouguet. 15 Supplevi. 16 Supplevi. De ipso vocabulo dubitare licet. Sed sententia utique ea est, primum castigatos esse turbarum auctores, deinde instituta reipublicae mutata ne denuo talia discidia orerentur. 17 I. e. non omnibus civibus aditum ad senatum et iudicia patere. 18 Ut consentaneum est, adulescentes potissimum aegre tulisse illam mutationem, ita permirum eis hic adiungi reliquos cives qui rempublicam bene administrari vellent. Sed non necessario παροξυνόμενοι ad utrumque genus refertur, verbum regens vero, quod sane utique ad οἱ ἄλλοι πολῖται non minus spectabat quam ad οἱ νεώτεροι, quale fuerit ignoramus. Quare non utrisque eandem mentem fuisse, sed utrosque coniunctim egisse refertur. Quid vero egerint, obscurissimum est. 19 Non eum qui plerumque sic appellatur summum totius administrationis pecuniarum regiarum praefectum (n. 53, 7. 59, 7), sed civitatis Ptolemaeensium magistratum, extraordinarium illum quidem si quid video, hic indicari vix est quod moneam. 20 Supplevi. Ο⁻ΙϹ in lapide agnovit Jouguet.

---

49 Ptolemaide Aegypti (*Menshijeh*). Ed. P. Jouguet Bull. de corr. Hell. XXI (1897) p. 187 n. I (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 203 n. 11).

. . αι . . ια ---------- | πόλεως· ἀπ[ο]δέδωκ[ε]ν δὲ Ἀντίφιλος τὸν ἀγ[ῶ]|να ἄξιον τοῦ τε βασιλέως[1] καὶ τῆς πόλεως, | [ὅπ]ως φαίνηται ἡ πόλις φιλοτίμως καὶ ἀξί|ως ὑποδεχομένη τοὺς παρὰ

Litterae ΑΘΞΠ. 1 Ptolemaeus III Euergetes (285—247 a. Chr.) cf. not. 2.

τοῦ βασιλέως | [παραγ]ινομένους, δεδόχθαι τῶι δήμωι, σ[τ]ε|[φα-ν]ῶσαι Ἀντίφιλον Ἀγαθάνορος κισσοῦ στε|[φ]άνωι πατρίωι ἐν τῶ[ι θε]άτρωι τῆι πέμπτηι | καὶ εἰκάδι τῆι τοῦ βασ[ι]λ[έ]ως ἡμέραι[2] φιλοτι||[μ]ίας ἕνεκα τῆς εἰς τὸν [βασιλέα], καὶ εἶναι αὐ|[τ]ὸν πολίτην τῆς Πτολεμαιέων πόλεως. | [δ]εδόσθαι δ' αὐτῶι καὶ ἐγγόνοις σίτησιν | [ἐ]μ πρυτανείωι διὰ βίου κα[ὶ] προεδρίαν ἐν τοῖς | ἀ[γ]ῶσιν, καὶ τοὺς πρυτάνεις καταχωρίσαι || [α]ὐτὸν εἰς φυλὴν Πτολεμαιίδα καὶ δῆμον Β[ερε]|νικέα[3], τὸν δὲ γραμματέα τῆς βουλῆς ἀναγ[ρά|ψαι τὸ] ψήφισμα τόδ[ε] ἐν σ[τ]ήλη[ι] καὶ --------

2 Diem quo Ptolemaeus Euergetes rerum potitus sit quintum et vicesimum mensis Dii esse testatur titulus n. 56, 5: εἰς τὴν πέμπτην τοῦ Δίου, ἐν ᾗ ἄγεται τὰ γενέθλια τοῦ βασιλέως, καὶ εἰς τὴν πέμπτην καὶ εἰκάδα, ἐν ᾗ παρέλαβεν τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ πατρός. Quare non eius modo, sed omnium mensium dies quinti et vicesimi per sacra et caerimonias obibantur. Cf. n. 56, 34: ἐπειδὴ καθ' ἕκαστον μῆνα ἄγονται ἐν τοῖς ἱεροῖς ἑορταὶ τῶν Εὐεργετῶν θεῶν κατὰ τὸ πρότερον γραφὲν ψήφισμα ἥ τε πέμπτη καὶ ἡ ἐνάτη καὶ ἡ πέμπτη ἐπ' εἰκάδι. Illo igitur regnante haec decreta sunt. Jouguet. 3 Cf. n. 48[6].

---

50 Lapis inventus die 27 m. Mart. a. 1884 in oppido *Menshijeh* (Ptolemaide) apud Sheik Mekkéh. Ed. E. Miller Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 140 n. 2 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 225 n. 35. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 813 n. 1018).

Ἔδοξεν τοῖς τεχνίταις τοῖς περὶ τὸν | Διόνυσον καὶ θεοὺς Ἀδελφοὺς[1] καὶ τοῖς | τὴν σύνοδον νέμουσιν[2], στεφανῶσαι | Διονύσιον Μουσαίου[3] πρύτανιν διὰ βίου[4] || κισσοῦ στεφάνωι

Litterae volgares praeter Π; o minore modulo exarata. 1 Aut postremis Philadelphi annis aut Euergetae regni initio titulum lapidi incisum esse hinc collegerunt editores. Atque hoc quidem praetulerim quia titulus n. 48 cum hoc Dionysii prytanis nomine coniunctus anno 240 a. Chr. scriptus videtur. 2 I. e. iis qui praeterea synodo intersunt. Nam sponte patet, τὴν σύνοδον νέμειν in ipsos artifices vel maxime cadere. At iis hic adiunguntur qui artifices quidem non sunt, sed cum studio et munificentia illos adiuvare vellent synodi participes facti sunt. Eidem sine dubio n. 51, 73 φιλοτεχνῖται appellantur. 3 Cf. n. 48, 3. 4. Demoticon Ὑλλεύς illic additur, hic non item, quia illud Ptolemaeensium decretum est, hoc technitarum qui peregrini sunt. 4 Etsi n. 48 hoc non legitur, tamen cave inde colligas tum eum honorem nondum in Dionysium delatum fuisse. Nam illic non

κατὰ τὰ πάτρια εὐνοίας | ἕνεκα τῆς εἰς τὴν πόλιν τῶν Πτολεμαιέων | καὶ τοὺς τεχνίτας τοὺς [περὶ] τὸν μέγαν | Διόνυσον καὶ θεοὺς Ἀδελφούς. | ἀναγ[ορε]ῦσαι δὲ τὸν στέφανον τοῖς || Διονυσίοις καὶ ἀναγραφῆναι[5] [τὸ] | ψήφισ[μα] τόδε εἰς στή[λ]ην [καὶ] ἀναθεῖναι | πρὸ τοῦ νεὼ τοῦ Διονύσου. τὸ δὲ ἀνάλωμα | τὸ εἰς τὴν στήλην δοῦναι τὸν οἰ[κον]όμο[ν][6] | Σωσίβιον.

---

commemoratur nisi in totius prytanum collegii enumeratione, cui loco illud de perpetuo honore additamentum minus conveniebat quam huic, ubi ipsi praemium laudesque decernuntur. 5 Admodum durum passivum ἀναγραφῆναι interpositum activis ἀναγορεῦσαι et ἀναθεῖναι, ex quibus hoc quidem ad eandem rem spectat. Tamen id tolerandum videtur neque de lapicidae errore cogitandum, cum quia non sine magna violentia emendari potest veluti (ἐν) ἀναγραφῇ (εἶ)ναι aut ἀναγράφ(ει)ν, tum quia ne sic quidem omnis difficultas tollitur; nam etiam praesentis infinitivus ἀναγράφειν inter aoristos ἀναγορεῦσαι et ἀναθεῖναι non caret offensione. 6 Synodi technitarum, non civitatis. Cf. n. 51, 26.

---

51 Stela lapidis calcarii albi cum aëtomate, inventa Ptolemaide (*Menshijeh*) in domo iudicis (*Kadi*). Ed. E. Miller Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 131 n. 1 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 225 n. 36. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 811 n. 1017). Cf. quae adnotavit A. Wilhelm Göttinger gel. Anz. 1898 n. 3 p. 211.

Ἔδοξεν τεχνίταις τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον καὶ | θεοὺς Ἀδελφούς[1]· ἐπειδὴ Λυσίμαχος Πτολεμαίου[2] | Σωστρατεύς[3], ὁ ἱππάρχης[4] καὶ

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. Decretum (vs. 1—26) per totam lapidis latitudinem scriptum; vs. 27. 28 duarum modo priorum columnarum (*a b*) spatium in latitudinem explent, deinde sequuntur tres columnae una iuxta alteram scriptae (*a b c* v. 29—79). 1 Cf. n. 50, 1. Mira inconstantia Miller propter hanc appellationem titulum Philadelphi regno ascribit, quia aliter etiam divorum successorum nomen additruri fuerint technitae, ac tamen ipse refert non ante annum Euergetae nonum (239 a. Chr.) θεῶν Εὐεργετῶν sacra instituta esse. Quare utrum postremis Philadelphi an primis Euergetae annis haec decreta sint in medio relinquendum est. 2 Civem Ptolemaeensem indicari non minus quam n. 50, 4, ubi Dionysius Musaei f. eodem honore perpetui prytanis fungitur, in propatulo est. Quare recte Wilhelmus negare mihi videtur huic Lysimacho quicquam necessitudinis intercedere cum illo Ptolemaeo Lysimachi f., cui Telmessensium oppidum a rege Ptolemaeo traditum esse legimus n. 54, 7. Nam ille sine dubio regiae stirpis erat; eiusmodi hominem vero Ptolemaide honores municipales

πρύτανις διὰ βίου[5], τήν τε | εἰς τὸν βασιλέα καὶ τοὺς τούτου γονεῖς εὔνοιαν || καὶ πρότερον μέν, ἔτι καὶ νῦν δὲ διὰ πλειόνων ἀπο|δέδεικται καὶ πρὸς τὸν Διόνυσον καὶ τοὺς ἄλλους | θεοὺς εὐσεβῶς καὶ ὁσίως διακείμενος τυγχάνει | τοῖς τε τεχνίταις φιλανθρώπως ἅπαντα χρῆται | καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστου καὶ κατὰ κοινὸν πάντων ἀντι||λαμβάνεται προθύμως καὶ ἐκτενῶς ἑαυτὸν συν|επιδιδοὺς εἰς τὸ συναύξεσθαι τὸ τεχνίτευμα[6], | καλῶς δ' ἔχει τοὺς τοιούτους τῶν ἀνδρῶν ἐπι|σημαινομένους[7] τιμᾶν ταῖς πρεπούσαις τιμαῖς, | δεδόχθαι τῶι κοινῶι τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν, || ὧν καὶ τὰ ὀνόματα ὑπογέγραπται, στεφανῶσαι | Λυσίμαχον κιττοῦ στ(ε)φάνωι[8] κατὰ τὰ πάτρια | τῇ ια' τοῦ Περιτίου μηνὸς[9] τοῖς Διονυσίοις ἀρετῆς | ἕνεκα καὶ εὐσεβείας

---

capessere potuisse etsi praefracte negari non licet, tamen omnium maxime improbabile est. 3 Σωστράτευς Miller, qui hanc inauditam patronymici formam pro Σωστράτου aut Σωσικράτευς errore lapicidae incisam iudicat. At demoticon Σωστρατεύς agnovit v. Wilamowitz-Möllendorff Lectiones epigraphicae p. 9. Cf. etiam papyrus ap. Grenfell An Alexandrian erotic fragment and other Greek papyri p. 22 n. X, 12 [τῷ δεῖνι Πα]μφίλου Σωστρατεῖ. Quod demoticum Jouguetus quidem Bull. de corr. Hell. XXI p. 198 ad Sostratum Cnidium architectum (n. 66, 2. 67, 3. 8. 68, 2) revocavit. Sed cum demotica ab hominum illius aetatis nominibus derivari non soleant, nisi si regiae domus sunt (n. 48[6]), malim de heroë quodam qui exercitum servare credebatur deductam statuere pagi appellationem. Cf. Σωσικόσμειος Bull. corr. Hell. XXI p. 197 not. 3. Ipsum Σώστρατον heroa novit Pausanias VII 17, 8 a Dymaeis Achaiae cultum, qui sane in epigrammate apud Kaibelium Epigr. Gr. 790, 1 Πολύστρατος potius vocatur. 4 Exercitus regii potius quam civitatis Ptolemaeensium. Nam ut haec reliquis in rebus plane ad exemplum populorum liberorum Graeciae antiquae constituta erat, sic eam ut illas militares quoque magistratos, strategos, hipparchos, taxiarchos habuisse vix credibile est. 5 Cf. n. 50, 4. Sine idonea causa Millerum dubitasse utrum reipublicae Ptolemaeensium an synodi technitarum prytanis indicaretur, luculentissime apparet ex n. 48, 3. 4 6 Vocem rarissimam esse, cuius unum exemplum, sed longe alia significatione, in Thesauro Stephani afferretur ex Maximo Tyrio 34, 3, adnotavit Miller. 7 Medium potius quam passivum esse videtur, relatum illud quidem ad subiectum verbi τιμᾶν, ut ἐπισημαινομένους τιμᾶν fere idem sit atque ἐπισημαίνεσθαι καὶ τιμᾶν. Namque hac probandi laudandive notione medium usitatissimum est, activum nescio num ante principatus aetatem usquam inveniatur. Certe quae ex Polybio afferuntur pridem emendationibus certissimis sublata sunt, IX, 9, 9 a Bekkero ἐπεσημηνάμην pro ἐπεσημήναμεν, X, 38, 3 a Reiskio ἐπεσημήναντο τὸ ῥηθέν pro ἐπεσήμηναν τὸ ῥηθέν. 8 ΣΤΣΦΑΝΩΙ. 9 Quartus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens ille quidem Gamelioni Atheniensium, quo Lenaea Bacchi sacra acta esse in volgus notum est.

τῆς εἴς τε βασιλέα Πτολεμαῖον | καὶ τὸν Διόνυσον καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς καὶ εὐνοίας ‖ τῆς εἰς τὸν βασιλέα καὶ τοὺς τούτου γονεῖς καὶ τῆς | εἰς τοὺς τεχνίτας τύχηι τῆι ἀγαθῆι. ἀναθεῖναι δ' αὐτ[οῦ] | καὶ εἰκόνα γραπτὴν ἐν τῇ προστάδι[10] τοῦ πρυτανείου. | ἀναγράψαι δὲ καὶ τὸν γραμματέα τοῦ κοινοῦ | Δήμαρχον[11] τὸ ψήφισμα τόδε εἰς στήλην καὶ ἀναθεῖναι ‖ πρὸ τοῦ νεὼ τοῦ Διονύσου· τὸ δ' εἰς ταῦτ' ἀνάλωμα | δοῦναι τὸν οἰκονόμον[12] Σωσίβιον.

Ζώπυρος[13] ὁ πρὸς τοῖς ἱεροῖς τῆς τριετηρίδος καὶ | ἀμφιετηρίδος[14] καὶ τούτου ἀδελφοί

a Διονύσιος[15]
Ταυρῖνος[15]
τραγῳδιῶν ποιηταί
Φαίνιππος
Διόγνητος
κωμωιδιῶν ποιηταί
Στράταγος
Μουσαῖος
ἐπῶν ποιηταί
Δήμαρχος
Θεογένης
Ἀρτεμίδωρος
κιθαρῳδός
Μένιππος
κιθαριστής
Ἡράκλειτος
ὀρχηστής
Πτολεμαῖος[16]

---

10 Cf. Hesych. προστάς· πρόστῳον. Photius Lex. s. προστασία· Δίδυμος τὴν προστασίαν φησὶ κεῖσθαι (apud Aeschinem II, 105) ἀντὶ τῆς προστάσεως, τουτέστι τῆς ὑπ' ἐνίων προστάδος καλουμένης. Etym. M. 688, 34: πρόδομος ἡ πρὸ τῆς οἰκίας στοά, ἣν καὶ αἴθουσαν καλεῖ Ὅμηρος· ἔνιοι μὲν παστάδα, τινὲς δὲ προστάδα προσαγορεύουσιν, ἣν Ὅμηρος πρόδομον εἴρηκεν. Vitruvius VI, 7, 1: *id peristylon in tribus partibus habet porticus inque ea parte quae spectat ad meridiem duas antas inter se spatio amplo distantes, in quibus trabes invehuntur, et quantum inter antas distat, ex eo tertia ademta spatium datur introrsus . hic locus apud nonnullos prostas, apud alios pastas nominatur.* 11 Eundem hunc esse qui v. 38 poëta epicus recenseretur probabiliter coniecit Miller. 12 Cf. n. 50, 12. 13 Plerumque sacerdotis synodi nomen praemittitur, neque ab eo officio magnopere differre existimandum est quod hic indicatur vocabulis ὁ πρὸς τοῖς ἱεροῖς. 14 Cf. Suidas ἀμφιετηρίς· ἑορτὴ κατ' ἔτος γινομένη. Statuendum igitur est, quotannis quidem Dionysia acta esse, quorum caerimoniae sunt τὰ ἱερὰ τῆς ἀμφιετηρίδος, sed alternis annis his alias (τὰ ἱερὰ τῆς τριετηρίδος) accessisse. Eadem plane ratione inter se continentur ἡ πεντετηρὶς τῶν Ἐλευσινίων et ἡ τριετηρὶς τῶν Ἐλευσινίων in titulo Syll.² 587, 258. 259. 262. 15 Hi sunt Zopyri fratres qui eum sine dubio in caerimoniis peragendis adiuvabant. 16 In inferiore parte huius columnae nomina rhapsodorum, quibus profecto non caruerint certamina Dionysiorum, intercidisse suspicatur Miller.

b τραγῳδός[17]
Μητρόδωρος
κωμῳδοί
Τελέμαχος
Ἀγαθόδωρος
Ἀπολλώνιος
Ἀσκληπιόδωρος Ἀπολλωνίου
Ἀπολλώνιος
Διόδωρος

συναγωνισταὶ τραγικοί
Ἀπολλωνίδης Ἄρδωνος
Κλεῖτος
[Π]τολεμαῖο⟨ι⟩ς
[Ζώ]πυρος
[χορ]οδιδάσκαλ[ος]

----

c αὐλητὴς τραγικός
Θραικίδης
σαλπικτής
Θρασύμαχος
σκευοποιός· Βάτων
πρόξενοι[18]
Δημήτριος
Φαίδιμος
Ἀρτεμίδωρος
Σπουδί[ας]
Διονύσιος

φιλοτεχνῖται[19]
Δημήτριος
Στέφανος
Λέων
Ἀρτεμίδωρος
Δημήτριος
Ἀριστόνους

----

17 Hunc protagonistam, συναγωνιστὰς τραγικούς v. 56—60 inferiorum ordinum actores esse perquam probabiliter coniecit Miller, etsi haec unius protagonistae cum quattuor aliis histrionibus coniunctio longe alium atque Athenis quinto quartoque a. Chr. n. saeculis fuit ludorum scaenicorum ordinem indicat. Probe tenendum est, non victores hic recenseri, sed omnes omnino qui illi certamini interfuerint. 18 Ut civitates, sic etiam artificum Dionysiacorum collegia homines de se bene meritos proxeniae honore afficere consuevisse constat. 19 Similem honorem ac proxeniam hac voce indicari, cuius sane praeterea nulla usquam exstaret memoria, sibi persuasit Miller. At cum ex n. 50, 2. 3 appareat, fuisse etiam homines, qui synodo quidem interessent neque tamen essent artifices, hos ipsos, quorum nomina hic utique non licebat omitti, φιλοτεχνίτας appellari statuo nomine aptissimo quia nulla alia re atque eximio erga artifices studio ac favore permotos esse probabile est ut se in collegium cooptari cuperent vel certe sinerent.

52 Lapis calcarius inventus Ptolemaide (*Menshijeh*). Ex apographo, quod miserat G. Maspero, ed. E. Miller Revue archéol. Troisième série II (1883) p. 174 n. 1.

Litterae volgares praeter ΘΠΣ.

[------------- ἐ]ν τῆι Ἑπτακωμίαι[1] τὸ ἱερὸν καὶ τὰ συ[ν]κύρον[τα[2], | τὸ τέμε]ν(ο)ς[3] καὶ τὸ προσὸν Ἰσιεῖον καὶ τοὺς προσόντας ψιλοὺς τόπους | καὶ τ[ὸν] ἐκτὸς τείχους τῆς πόλεως βωμὸν Ἁρβάκτει[4] καὶ Ἱέρακι[5] θε[ῶι | ------------[6] καὶ] Ἴσι [κ]αὶ τοῖς συννάοις. L λγ′[7], Φαμενὼθ γ′[8].

1 Nomen ceteroqui ignotum septem agri Ptolemaeensis vicorum coniunctionem significare videtur. Τρικωμία nomi Arsinoitae est in testis illic repertis Fayûm towns and their papyri p. 329 n. 35, 2. Berliner gr. Urk. II p. 7 n. 362 V, 22. VI, 15. X, 22. 2 Supplevi coll. 55, 20. 65, 9. 92, 5. ΣΥΙ.ΙΚΥΡΟΝ lapis, quod intactum reliquit Miller. 3 ΝΕΣ lapis. Supplevi et emendavi. Sententia certe convenit; cf. n. 82, 8 sqq. τοὺς βωμοὺς καὶ τὰ τεμένη καὶ τὴν συνκύρουσαν αὐτοῖς γῆν. Scripturam τέμενες habes Syll.[2] 289, 31. 42, similiter in papyro (Oxyrhynchus pap. II p. 162 n. CCXXXVII col. VIII, 15) scribitur ἢ οὐδὲν αὐτῷ τῆς τοιαύτης τέχνης ὄφελες ἔσται. Utrum consulto an mera neglegentia quadratarius hic Ε pro Ο inciderit difficile dictu est. 4 Pro Ἁρβάκει errore exaratum opinatur Miller. Sed si modo recte se habet Aegyptiaca nominis forma *Ḥar-m-achuti*, quam E. Meyer ap. Roscher Lexikon der gr. u. röm. Myth. I 2 p. 2746 affert, ipsa consona τ, quae Millero offensioni fuit, praeter solitum accurate hic peregrinum nomen Graecis litteris expressum testatur, cum alibi sane Ἅρμαχις scribatur. Utique quin hoc Hori cognomen sit non est dubium. 5 Cum accipitris figura in monumentis Aegyptiacis Horum effingi constet, nescio an hic Ἁρβάκτει καὶ Ἱέρακι paullo neglegentius de uno eodemque deo pro Ἁρβάκτει Ἱέρακι aut Ἁρβάκτει τῷ καὶ Ἱέρακι dicatur. 6 Nihil nisi ΣΠΛΗΙ in sinistra huius versus parte exstat, quo quid faciendum esset nec Millerus perspexit neque ipse video. 7 Si cum editore ad Philadelphum referas, annus a. Chr. n. 253 est. Sed nescio an alterius a. Chr. n. saeculi sit titulus. Tamen a reliquis Ptolemaeensibus eum divellere nolui. 8 Septimus fastorum Aegyptiorum mensis.

---

53 Basis quadrata lapidis calcarii, quam Flinders Petrie anno 1899 ex Aegypto detulit Cantabrigiam in museum Fitzwilliam. Ed. J. G. Milne Journal of Hellenic studies XXI (1901) p. 290 n. XI.

Ἀπόλλωνι Ὑλάτηι[1], | Ἀρτέμιδι Φωσφόρωι[2], | Ἀρτέμιδι Ἐνο-

Litterae accuratissime et elegantissime incisae volgari optimae aetatis forma praeter Π et Σ, quod brachia v. 2 paullulum modo divergentia, v. 6. 7 plane parallela habet. Scripturam alterius partis saeculi a. Chr. n. tertii esse iudicat Milne, sed mihi primis Ptolemaei III Euergetae annis vix multo recentior videtur. De origine lapidis non plane constat, sed Petrie vix dubium existimat quin Copti (*Kuft*) erutus sit. 1 Cognomen dei praecipue in insula Cypro usitatum, sed etiam prope Magnesiam ad Maeandrum, ut

5 δίαι[3], | Λητοῖ Εὐτέκνωι[4], || Ἡρακλεῖ Καλλινίκωι[5] | Ἀπολλώνιος | διοικητής[6].

---

testatur Pausanias X, 32, 6: ἔστι δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ ποταμῷ Ληθαίῳ Μάγνησιν Ὗλαι καλούμενον χωρίον· ἐνταῦθα Ἀπόλλωνι ἀνεῖται σπήλαιον. Cf. K. Wernicke ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 71. 2 Cf. K. Wernicke ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 1401, qui huius appellationis exempla affert ex sacris Atheniensium, Byzantiorum, Erythraeorum. 3 Epitheton quod modo Dianae, modo Hecatae tribuitur, nonnunquam etiam per se ut proprium deae nomen ponitur, ita ut utra ex illis deabus designetur in medio relinquendum sit. Cf. K. Wernicke ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 1384. 4 Latonae εὐτεκνία celebrata erat imprimis illa nobilissima de Niobe et Niobidis fabula, in qua narranda hac ipsa voce utitur Apollodorus Bibl. III 5, 6, 2: εὔτεκνος δὲ οὖσα Νιόβη τῆς Λητοῦς εὐτεκνοτέρα εἶπεν ὑπάρχειν. Et quoniam dei eas potissimum virtutes eaque bona quibus ipsi excellunt etiam cultoribus suis praebere credebantur, Latonam orare solebant Graeci, ut sibi felicem prolem darent. Cf. Theocrit. XVIII, 50 sq.: Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ κουροτρόφος, ὔμμιν εὐτεκνίαν. 5 Cognomen Herculis inde ab Archilochi carmine nobilissimo (fr. 119 Bergk) apud Graecos frequentatum, neque a poëtis modo usurpatum, sed etiam in solenni sacrorum usu. Aram Herculis Callinici fabulosam Apollodorus commemorat Bibl. II, 6, 4, 3, sacerdotem eiusdem Pari fuisse comperimus ex titulo C. I. G. 2385. Cf. Roscher Lexicon der gr. u. röm. Mythologie II 1 p. 927. Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 159 n. 8, 1 (Erythris): [Καλλίν]εικον Ἡρακλέα. 6 Summus per regnum Ptolemaeorum totius administrationis pecuniariae praefectus. Cf. n. 59[3].

---

54 Aduli, qui tum erat portus gentis Axomitarum, Cosmas Indicopleustes sexto post Chr. n. saeculo se vidisse narrat in occidentali oppidi parte sellam marmoris albi, et post eam tabulam lapidis basanitae quadratam, supra ornatam aëtomate triquetro, humi iacentem. In hac tabula titulus quem hic edimus, in sella n. 199. Iam cum Elesbaon Axomitarum rex apographum ad se afferri iussisset, Asbas Adulidis praefectus per Cosmam et Menam quendam ad illum misit, sed aliud exemplum Cosmas retinuit et anno 545 p. Chr. Cosmographiae Christianae suae inseruit. At hic quidem miro errore eiusdem tituli initium in tabula, finem in sella haberi opinabatur; quem errorem refutavit Saltius in libro Voyages and travels to India, Ceylon, the red Sea, Abyssinia and Egypt, by George Lord Valentia, Lond. 1809. Vol. III p. 192 sqq. Titulum, priusquam totus Cosmae liber typis exscriberetur, ex eius codice Vaticano separatim edidit Leo Allatius, Ptolemaei Euergetae

monumentum Adulitanum, Romae 1631. Ex Laurentiano libro Thevenot Relation de divers voyages curieux, Paris, 1666 T. I (Spon Misc. erud. ant. p. 358 sqq.). Tum Montfaucon totum opus publici iuris fecit Coll. nov. Patrum II p. 141 (titulum inde repetiverunt praeter alios Chishull Antiq. Asit. p. 73 sqq. Letronne Matériaux pour l'histoire du Christianisme en Égypte, en Nubie et en Abyssinie p. 44 sq. J. Franz C. I. G. 5127. E. L. Hicks Manual of Greek historical inscriptions p. 296 n. 173. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 232 n. 39. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 860 n. 1239). Quae quondam ad genuinam tituli originem probandam aut in dubium vocandam scripta sunt, ea nunc enumerare operae pretium non est, siquidem nemo sanus amplius de ea dubitare potest. Ceterum cf. quae disputaverunt J. G. Droysen Gesch. des Hellenismus III 2 p. 343 sq. A. v. Gutschmid ap. Sharpe Gesch. Egyptens I p. 225 not. 2 ed. Germ. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 199 sqq. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 148 sqq.

Βασιλεὺς μέγας Πτολεμαῖος[1], υἱὸς βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης θεῶν Ἀδελφῶν[2], τῶν βασιλέω(ς)[3] | Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης θεῶν Σωτήρων[4], | ἀπόγονος τὰ μὲν ἀπὸ πατρὸς Ἡρακλέους τοῦ Διός[5], τὰ δὲ ἀπὸ μη||τρὸς

1 Ptolemaeus III Euergetes (247—221 a. Chr. n.) Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 205 not. 1 neque hic neque n. 60, 1 regi nomen Εὐεργέτης dari propterea, quia nono demum anno (239/8 a. Chr.) id sacerdotum decreto ei impositum esset, sibi persuasit. At e contrario illud ipsum decretum probat, θεῶν Εὐεργετῶν sacra iam aliquanto ante instituta fuisse (n. 56[5]), sed illa aetate in praescriptis titulorum, ubi regis nomen tempori indicando inservit, eiusmodi honorificas appellationes addere nondum moris fuit. Cf. etiam not. 15. 2 Ptolemaeus II Philadelphus (285—247) et eius soror et coniunx Arsinoë. 3 ΒΑϹΙΛΕΩΝ. 4 Ptolemaeus I Soter (306—285 a. Chr. n.) et eius uxor Berenice. 5 Cf. Theocrit. XVII, 26 ἄμφω γὰρ (sc. Alexandro Magno et Ptolemaeo Lagi f.) πρόγονός σφιν ὁ καρτερὸς Ἡρακλείδας, ἀμφότεροι δ' ἀριθμεῦνται ἐς ἔσχατον Ἡρακλῆα. Lagidae sine dubio originem suam per antiquam stirpem regum Macedoniae ad Herculem referebant. Sed cave id intellexeris de narratiuncula quae Ptolemaeum I non a Lago, sed a rege Philippo Amyntae f. genitum significabat (Pausan. I, 6, 2). Nam eam pridem perspectum est non modo ficticiam esse, sed ipsius Ptolemaei aetate etiamtum ignotam, quia aliter sine dubio in disceptationibus de Alexandri successione ei aliquid momenti tributum esset. Immo Satyri loco (not. 6) demonstratur qua parentelae ratione Arsinoë Lagi uxor,

Διονύσου τοῦ Διός[6], παραλαβὼν παρὰ τοῦ πατρὸς | τὴν βασιλείαν Αἰγύπτου καὶ Λιβύης[7] καὶ Συρίας | καὶ Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Λυκίας καὶ Καρίας[8] καὶ τῶν | Κυκλάδων νήσων[9], ἐξεστράτευσεν εἰς τὴν Ἀσίαν[10] μετὰ | δυνάμεων πεζικῶν καὶ ἱππικῶν καὶ ναυτικοῦ στόλου ‖ καὶ ἐλεφάντων Τρωγλοδυτικῶν[11] καὶ Αἰθιοπικῶν, οὓς ὅ τε πατὴρ | αὐτοῦ[12] καὶ αὐτὸς πρῶτο(ι)[13]

Ptolemaei I mater, generis originem a regia domo repetiverit. Ceterum indidem apparet, distinctionem paternae et maternae originis hic non, ut primo aspectu ipsa verba indicare videntur, de Ptolemaei Euergetae ipsius parentibus intellegendam esse, sed de Hyllo totius stirpis auctore qui patre utebatur Hercule, matre Deïanira. 6 Cf. Satyrus ap. C. Müller Fragm. hist. Gr. III p. 164 fr. 21: Διονύσου καὶ Ἀλθαίας τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηιάνειραν· τῆς δὲ καὶ Ἡρακλέους τοῦ Διός, οἶμαι, Ὕλλον, τοῦ δὲ Κλεοδαῖον (codd. Κλεόδημον, em. Müller), τοῦ δὲ Ἀριστόμαχον, τοῦ δὲ Τήμενον, τοῦ δὲ Κεῖσον, τοῦ δὲ Μάρωνα, τοῦ δὲ Θέστιον, τοῦ δὲ Ἀκοόν, τοῦ δὲ Ἀριστοδαμίδαν, τοῦ δὲ Κάρανον, τοῦ δὲ Κοῖνον, τοῦ δὲ Τυρίμμαν, τοῦ δὲ Περδίκκαν, τοῦ δὲ Φίλιππον, τοῦ δὲ Ἀέροπον, τοῦ δὲ Ἀλκέταν, τοῦ δὲ Ἀμύνταν, τοῦ δὲ Βόκρον, τοῦ δὲ Μελέαγρον, τοῦ δὲ Ἀρσινόην, τῆς δὲ καὶ Λάγου Πτολεμαῖον τὸν καὶ Σωτῆρα, τοῦ δὲ καὶ Βερενίκης Πτολεμαῖον τὸν Φιλάδελφον, τοῦ δὲ καὶ Ἀρσινόης Πτολεμαῖον τὸν Εὐεργέτην, τοῦ δὲ καὶ Βερενίκης τῆς Μάγα τοῦ ἐν Κυρήνῃ βασιλεύοντος Πτολεμαῖον τὸν Φιλοπάτορα (sic corr. in margine pro Φιλάδελφον). ἡ μὲν οὖν πρὸς Διόνυσον τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλεύσασι συγγένεια οὕτως περιέχει. 7 Praecipue de Cyrenaica, quae iam a Ptolemaeo II Philadelpho recuperata et cum Aegypti regno coniuncta esset, hic cogitari observarunt I. Franz ad hunc titulum et B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 144 not. 1. Etiam in sollenni administrationis Ptolemaeorum sermone Libyae nomine Cyrenaicam comprehendi apparet ex Polyb. XV, 25, 12: ποιήσας αὐτὸν λιβυάρχην τῶν κατὰ Κυρήνην τόπων. 8 Meridionalem oram Asiae minoris praeter Ciliciam et Pamphyliam tum in dicione Ptolemaeorum fuisse etiam tituli n. 55. 57. 58 produnt. 9 Cf. n. 25[2]. 10 Bellum per ipsa regni initia ab Euergeta contra Seleucum II Callinicum gestum hic indicari manifestum est. Quae de huius belli eventu hic narrantur, ea pridem plerisque hominibus doctis vanitate et gloria exaggerata videbantur. Sed re accuratius examinata apparuit nihil hic scriptum esse cuius de fide iure meritoque dubitaretur (cf. not. 16. 17. 19. 23. 24). 11 In ipso lapide sine dubio Τρωγοδυτικῶν scriptum fuit. Cf. n. 70[5]. 12 Cf. Diodor. I, 37, 5: ἀπὸ γὰρ τῶν ἀρχαίων χρόνων ἄχρι Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου προσαγορευθέντος οὐχ ὅπως τινὲς τῶν Ἑλλήνων ὑπερέβαλον εἰς Αἰθιοπίαν, ἀλλ' οὐδὲ μέχρι τῶν ὅρων τῆς Αἰγύπτου προσανέβησαν· οὕτως ἄξενα πάντα ἦν τὰ περὶ τοὺς τόπους τούτους καὶ παντελῶς ἐπικίνδυνα· τοῦ δὲ προειρημένου βασιλέως μεθ' Ἑλληνικῆς δυνάμεως εἰς Αἰθιοπίαν πρώτου στρατεύσαντος ἐπεγνώσθη τὰ κατὰ τὴν χώραν ταύτην ἀκριβέστερον ἀπὸ τούτων τῶν χρόνων. Id. III, 36, 3. 13 ΠΡΩΤΟϹ. Emendavi, cum sumerem eodem modo ac v. 2 propter vicinum τῶν errore βασιλέων pro βασιλέως exaratum esset, hic αὐτὸς singularem ansam dedisse πρῶτος pro

ἐκ τῶν χωρῶν τούτων ἐθήρευσαν | καὶ καταγαγόντες εἰς Αἴγυπτον κατεσκεύασαν πρὸς τὴν | πολεμικὴν χρείαν[14]. κυριεύσας δὲ τῆς τε ἐντὸς Εὐφράτου | χώρας πάσης[15] καὶ Κιλικίας καὶ Παμφυλίας[16] καὶ Ἰωνίας[17] καὶ τοῦ Ἑλ||λησπόντου[18] καὶ Θράικης[19] καὶ τῶν δυνάμεων τῶν ἐν ταῖς χώραις | ταύταις

πρῶτοι perperam incidendo. Nam quo pacto id quod iam a Philadelpho factum esse hoc eodem loco praedicatur, Euergetes primus suscepisse dicatur, non assequor. 14 De venationibus elephantorum cf. n. 82[3]. 15 Cf. Appian. Syr. 65 καὶ Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Φιλαδέλφου — ἐς Συρίαν ἐνέβαλε καὶ ἐς Βαβυλῶνα ἤλασεν. Hieronymus in Daniel. XI, 8: *in tantum ut Syriam caperet et Ciliciam superioresque partes trans Euphratem, et propemodum universam Asiam . cumque audisset in Aegypto seditionem moveri, diripiens regnum Seleuci, quadraginta milia talenta argenti — et simulacra deorum duo milia quingenta, in quibus erant quae Cambyses capta Aegypto in Persas asportaverat . denique gens Aegyptiorum, quia post multos annos deos eorum retulerat, Euergeten eum appellavit.* Hoc postremum sane dubiae fidei est. De deorum simulacris recuperatis cf. not. 25. 16 Ciliciam tum Seleuco ereptam etiam Hieronymus (cf. not. 15) testatur, de Pamphylia eo minus dubitari licet, quod eam Ptolemaeus IV Philopator etiamtum tenuit. Cf. Polyb. V, 34, 7 παρέκειντο δὲ (Aegypti reges usque ad Philopatoris tempora) τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν δυνάσταις, ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς νήσοις, δεσπόζοντες τῶν ἐπιφανεστάτων πόλεων καὶ τόπων καὶ λιμένων κατὰ πᾶσαν τὴν παραλίαν ἀπὸ Παμφυλίας ἕως Ἑλλησπόντου καὶ τῶν κατὰ Λυσιμάχειαν τόπων. Non nimium igitur est, quod hic refertur. Immo miretur quispiam, Pamphyliam et Ciliciam inter terras a Ptolemaeo Euergeta demum captas recenseri, cum Theocritus XVII, 87 iam de Philadelpho praedicet: Παμφύλοισί τε πᾶσι καὶ αἰχμηταῖς Κιλίκεσσι σαμαίνει. Sed id B. Niese Gesch. der gr. u. mak. Staaten II p. 139 not. 2 recte sic expedire conatur, ut pace anno 250 a. Chr. inter Ptolemaeum II Philadelphum et Antiochum II Deum facta has regiones Seleucidis redditas, proximo vero bello a Ptolemaeo III Euergeta denuo Seleuco II Callinico ereptas statueret. 17 Ephesum a Ptolemaeo II Philadelpho captam, sed iam ab Antiocho II Deo recuperatam esse ex nonnullis scriptorum testimoniis, sane paullo obscurioribus, cognoscitur (Polyaen. V, 18. Frontin. Strat. III, 9, 10). Utique cum Antiochus ibi mortuus sit, tum (246 a. Chr.) in Seleucidarum potestate fuit oppidum. Idem de Mileto certum est (225[25]. 226[3]) neque ullam ex Ionicis civitatibus sub Euergetae initia in dicione regis Aegypti fuisse scimus. Cf. Niese Gesch. der gr. u. mak. Staaten II p. 135 not. 6. Cum Euergetes Ioniam recepisset, pars certe eius etiam ab eius successore Philopatore tenebatur. Locupletissimus testis est Polybius, qui V, 35, 11 naves regis Sami stationem habuisse, militum vero multitudinem in praesidio Ephesi collocatam fuisse refert. 18 Cf. Polyb. V, 34, 7 (not. 16). 19 In sacello quod fuit Latonpoli (*Esneh*), cuius nunc nullum superest vestigium, anno 1829 Champollion et Rosellini titulum hieroglyphicum reppererunt, in quo regiones per illud bellum ab Euergeta subactae enumerabantur. Inter

πασῶν καὶ ἐλεφάντων Ἰνδικῶν[20], καὶ τοὺς μονάρχους[21] τοὺς ἐν | τοῖς τόποις πάντας ὑπηκόους καταστήσας διέβη τὸν Εὐφράτην | ποταμὸν[22] καὶ τὴν Μεσοποταμίαν καὶ Βαβυλωνίαν καὶ Σουσι|ανὴν καὶ Περσίδα καὶ Μηδίαν[23] καὶ τὴν λοιπὴν πᾶσαν ἕως ‖ Βακτριανῆς[24] ὑφ' ἑαυτῶι ποιησάμενος καὶ ἀναζητήσας ὅσα | ὑπὸ τῶν Περσῶν ἱερὰ ἐξ Αἰγύπτου ἐξήχθη καὶ

---

quas fuerunt *Traik-su* (Thracia) et *Makaṭen* (Macedonia), ut testatur R. Lepsius Das bilingue Dekret von Kanopos p. 5. Memorabile est, Macedoniam hic non haberi. Etenim si contuleris Polyb. V, 34, 8: ἐφήδρευον δὲ τοῖς ἐν τῇ Θρᾴκῃ καὶ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ πράγμασι, τῶν κατ' Αἶνον καὶ Μαρώνειαν καὶ πορρώτερον ἔτι πόλεων κυριεύοντες, intelleges Thraciae quidem partem certe re vera tenuisse Ptolemaeum, Macedoniam vero non item. Exaggeravit igitur ille tituli hieroglyphici auctor, non huius Graeci, nisi quod hic simpliciter totius terrae nomen posuit sine restrictione, cum tamen nihil nisi occidentalis pars orae maritimae in regis potestatem venerit. Cf. A. Schmidt, Abhandlungen zur alten Geschichte p. 113 sq. 20 Hinc fuerunt qui colligerent Indiae subactae gloriam affectasse regem. Id sane manifestum mendacium esset, sed nihil eiusmodi hic legitur; etenim non capti in India a Ptolemaeo elephanti indicantur, sed per victoriae occasionem adversario adempti. Seleucidas magnam in exercitibus habuisse elephantorum Indicorum multitudinem notum est. Cf. Polyb. V, 84, 6. v. Gutschmid. 21 Principes qui in nonnullis partibus regni Seleucidarum dominabantur ita ut summo regis imperio parerent. 22 Aliquantum igitur certe ultra Babylona ad orientem processit rex, id quod negat B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 148; sane regiones v. 18. 19 enumeratas vix omnes adiit, cum non improbabile sit, earum incolas plerosque sua sponte in deditionem venisse. Rebellione in Aegypto orta Ptolemaeum ex Asia revocatum esse sane constat (Hieronymus in Daniel. XI, 8. Iustin. XXVII, 1, 9: *qui nisi in Aegyptum domestica seditione revocatus esset, totum regnum Seleuci occupasset*), sed unde reverterit nusquam quod sciam definite enuntiatur. 23 In sacello quod fuit Latonpoli (not. 19) *Persu* (Persis), *Sos̆* (Susa), *Āramā* (Armenia) inter terras ab Euergeta subactas enumeratae erant. Ceterum hic non ultra veritatem augeri rem, apparet scriptorum locis comparatis, qui multo pleniore ore loquuntur quam titulus. Polyaen. VIII, 50 ἀπὸ τοῦ Ταύρου μέχρι τῆς Ἰνδικῆς χωρὶς πολέμου καὶ μάχης ἐκράτησε. Hieronymus l. l. *superioresque partes trans Euphratem et propemodum universam Asiam*. Cf. etiam Iustini locum allatum not. 22. Illarum regionum praesidem discedens rex reliquit Xanthippum (Hieronymus l. l. *Ciliciam autem amico suo Antiocho gubernandam tradidit et Xantippo alteri duci provincias trans Euphratem*). Quem Droysen Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 386 not. 2 eundem esse statuit, qui aliquot annis ante Carthaginem feliciter a Romanis defendisset. 24 Usque ad fines Bactrianae. Hanc regionem ipsam igitur a se subactam non esse indicat rex. v. Gutschmid.

ἀνακο|μίσας[25] μετὰ τῆς ἄλλης γάζης τῆς ἀπὸ τῶν τόπων εἰς Αἴ|γυπτον δυνάμεις ἀπέστειλεν διὰ τῶν ὀρυχθέντων πο|ταμῶν[26] ----------

25 Convenit hac de re titulo cum Hieronymo, qui adeo duo milia quingenta simulacra deorum Ptolemaeum secum in Aegyptum tulisse refert (cf. not. 15); neque negari licet, fieri potuisse ut in Perside aliisque ultra Euphratem regionibus etiam nonnullas statuas deorum aliasque res sacras quondam a Persis ex Aegypto ablatas repperiret. At memorabile est, plane eandem laudem etiam duobus illis qui ante eum fuerint Ptolemaeis tribui. Etenim Ptolemaeus Lagi quidem quo tempore nondum rex erat, sed satrapa, anno 310 a. Chr. n., decretum emisit hieroglyphis scriptum, quod publici iuris fecit et interpretatus est H. Brugsch Zeitschrift für aeg. Sprache IX (1871) p. 1 sqq. Ibi haec leguntur: '*reportavit simulacra deorum reperta in Asia et supellectilem omnem libros omnes templorum Aegypti septentrionalis et meridionalis et reddidit in sua loca*'. Eius vero filius Ptolemaeus II Philadelphus eadem fere eisdem verbis de se praedicat in stela Heroonpoli (Pithom) eruta. Cf. A. Wiedemann Gesch. Aegyptens p. 247. Quare admodum accommodatum est ad persuadendum quod Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 126 coniecit, has laudes tralaticias esse et nulla rerum veritatis ratione habita ex antiquiorum regum titulis identidem repeti; quem morem iam Pharaonum aetate latissime patentem (Wiedemann Gesch. Aeg. p. 29 sqq.) in hac quidem causa, quippe quae ad sacra religionesque indigenarum spectaret, ne Ptolemaeos quidem aspernatos esse probabile est, neque vero de reliqui argumenti fide (not. 10) inde coniecturam facere licet. 26 Canales Euphratis et Tigridis, quos describunt Strabo XVI, 1, 9 p. 740 Cas. et Arrianus Anab. VII, 21, 1—3, intellexit Chishull, quem secutus Droysenus de expeditione Babylone in sinum Persicum missa, quae Arabiam pervestigaret et perdomaret, cogitavit. Eandem vero innui a Plinio N. hist. IX, 6: *Cadara appellatur rubri maris paeninsula ingens*; *huius obiectu vastus efficitur sinus, XII dierum et noctium remigio enavigatus Ptolemaeo regi, quando nullius aurae recepit afflatum.* At neque ulla est causa cur hic Ptolemaeum Euergetam potissimum designari statuamus, neque Droyseni opinio de expeditione quam ille Babylone in Arabiam susceperit cum eis quae de rege seditione domestica in Aegyptum revocato legimus (not. 22) facile conciliatur. Quare malim cum Niesio Gesch. der gr. u. mak. Staaten II p. 149 not. 1 de exercitu post reditum ex Aegypto per canales Nili misso hunc titulum interpretari.

55 Stela marmoris albi fracta in duas partes accurate inter se contingentes, in oppido *Makri*, quod Telmessi antiquae locum tenet, in domo privata. Ed. V. Bérard Bull. de corr. Hell. XIV (1890) p. 162 n. 1 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 236 n. 51). Cf. quae disputaverunt M. Holleaux Revue de philologie

XVIII (1894) p. 119 sqq. A. Wilhelm Göttinger gel. Anz. 1898 p. 210 sqq. J. P. Mahaffy Introduction to the Revenue papyrus p. LIII sqq.

Ἀγαθῆι τύχηι. | [Βα]σιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Πτολε|[μα]ίου καὶ Ἀρσινόης θεῶν Ἀδελφῶν[1], ἔτους | [ἑβδ]όμου μηνὸς Δύστ[ρ]ου[2], ἐφ' ἱερέως[3] Θεοδό||[το]υ τοῦ Ἡρακλείδου, δευτέραι, ἐκκλησίας κυ|[ρί]ας γενομένης ἔδοξε Τελμησσέων | [τ]ῆι πόλει· ἐπειδὴ Πτολεμαῖος ὁ Λυσιμά|[χο]υ[4], παραλαβὼν τὴν πόλιν παρὰ βασιλέ|[ως Πτ]ολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου κακῶς || [διακει]μένην διὰ τοὺς πολέμους[5], ἔν τε τοῖ[ς | ἄλλοις ἐ]πιμελόμενος διατε-[λεῖ] κοινῆι τε τῶν | [πολιτῶ]ν καὶ ἰδίαι ἑκάστου, [κ]αὶ ὁρῶν ἐν πᾶσιν | [θλιβο]μένους[6] ἀφεῖκεν ἀτε[λεῖ]ς τῶν τε ξυλί|[νων

Litterae volgares praeter ΘΞΣ. 1 Ptolemaeus III Euergetes (247—221 a. Chr. n.). 2 Quintus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Anthesterioni, Romanorum fere Februario. Septimus Ptolemaei Euergetae annus 241/0 a. Chr. est, ita ut huius decreti origo ad m. Februarium anni 240 a. Chr. redeat. 3 Sacerdotem Alexandri et regum Ptolemaeorum probabiliter interpretatur Bérard. 4 Cum Ptolemaeus III Euergetes fratrem Lysimachum habuerit (Polyb. XV, 25, 1. 2: Σωσίβιος ὁ ψευδεπίτροπος Πτολεμαίου ἐδόκει — πρώτῳ μὲν ἀρτῦσαι φόνον Λυσιμάχῳ, ὃς ἦν υἱὸς Ἀρσινόης τῆς Λυσιμάχου καὶ Πτολεμαίου), ille vero homo cuius honores hic habemus, regiae stirpis fuisse videatur, summa cum probabilitate A. Wilhelm l. l. statuit, Ptolemaeum regem fratris filio Telmessum concessisse. Iam cum sub initia saeculi a. Chr. n. alterius etiamtum Telmessus in dicione Ptolemaei cuiuspiam fuerit (Liv. XXXVII, 56, 4: *Telmesson item nominatim et castra Telmessium, praeter agrum qui Ptolemaei Telmessii fuisset — haec omnia, quae supra scripta sunt, regi Eumeni iussa dari* 189 a. Chr. n.), propter semisaeculi spatium intercedens non eundem hunc esse atque in titulo, sed eius filium cognominem coniecit Holleaux. At Wilhelmus monuit, in tabula Deliaca Syll.[2] 588, 94 (cf. ibi not. 50) recenseri phialam Πτολεμαίου τοῦ Λυσιμάχου dedicatam hieropoeis Chaerea et Telestocrito, i. e. ipso illo anno 189 a. Chr. Tum igitur etiam superstes erat Ptolemaeus huius tituli, neque id mirum quoniam filium fratris minoris Ptolemaei Euergetae anno 240 a. Chr. cum ei a patruo Telmessus dono daretur, adulescentulum fuisse certum est. Etenim avus eius paternus Ptolemaeus II Philadelphus anno 308 a. Chr. natus erat (n. 42[2]), ita ut ipsius natales vix anno 260 a. Chr. priores fuisse possint. Septuagenarius igitur Apollini Delio illam phialam dedicavit. Non confundendus hic cum alio item nobilissimae originis Ptolemaeo Lysimachi filio, quem habes infra n. 224, 5. 5 Praecipue de bello inter Ptolemaeum Euergetam et Seleucum Callinicum proximis ante hoc decretum annis gesto (n. 54) hic dici apparet. 6 Supplevi. [ἐφθαρ]μένους Bérard.

κ]αρπῶν[7] καὶ ἐννομίων[8]· [ἐ]ποίησε δὲ καὶ τῆς ‖ [σιτ]ηρᾶς[9] ἀπομοίρας[10] καὶ ὀσπρίων πάντων καὶ κέ[γ|χρ]ου καὶ ἐλύμου καὶ σησάμου καὶ θέρμων, πρό‖[τε]ρον τελωνουμένους σκληρῶς, κατὰ τὸν | [νό]μον[11] τελεῖν δεκάτην μετροῦντας νατα[12] | [τῶ]ι τε γεωργῶι καὶ τῶι δεκατώνηι, τῶν δὲ λο‖[ιπῶ]ν τῶν συνκυρόντων τῆι σιτηρᾶι ἀπομ[οί|ραι][13] ἀφῆκεν πάντων ἀτελεῖς· δεδόχθαι Τε‖[λμη]σσεῦσιν, ἐπαινέσαι Πτολεμαῖον ἐπιγ . . | . . ν[14] εὐνοίας ἕνεκεν ἣν ἔχων διατελεῖ εἰς τὴν | [πό]λιν τὴν Τελμησσέων, καὶ ἱδρύσασθαι ὑ‖[πὲ]ρ αὐτοῦ Διὶ Σωτῆρι βωμὸν ἐν τῆι ἀγορᾶι ἐν | [τῶ]ι ἐπιφανεστάτωι τόπωι, καὶ θύειν κατ' ἐνια[υ|τὸ]ν ἐν μηνὶ Δύστρωι τῆι ἐνδεκάτηι[15] βοῦν τρι‖[έτ]ην, συμπο-

---

7 Poma aliique arborum fructus; horum vectigal aliquando in Syria non minus quam 50 % fuisse (I Maccab. 10, 29) adnotat Mahaffy. 8 Pascuorum. 9 Supplevit Bérard. [οἰν]ηρᾶς Mahaffy, sed ex v. 20 mihi apparere videtur, iam antea σιτηρᾶς ἀπομοίρας mentionem factam esse. 10 Nomen perfrequens in Ptolemaei Philadelphi lege de reditibus (Col. 25, 12. 15. 27, 3. 17. 28, 13. 30, 18. 20. 21. 31, 1. 3. 17. 30). De eius vi et usu cf. Mahaffy Introduction p. XXXII sqq. Grenfell Comment. p. 93. Vinearum (ἀμπελώνων) vectigal in universum quidem sexta pars messis erat, sed certis quidem generibus hominum (Col. 24, 5—10) concessum erat ut decimam modo darent; plerumque ipsi fructus dabantur, sed nonnunquam pro eis pretium solvendum erat (Col. 31, 4. 15). Contra hortorum (παραδείσων) semper sexta pars fructus danda erat et semper quidem pecunia numerabatur. De simili frumenti vectigali (σιτηρὰ ἀπόμοιρα) in illa quidem lege nihil dicitur. 11 Ad proxime superiora haec refert Mahaffy. Sed neque attinebat dicere, ea quae adhuc pependissent legitima fuisse, neque probabile est publicanos nihil amplius exegisse, quam quod eis liceret: Quare mihi quidem hoc ad τελεῖν spectare videtur. Una decima lege instituta erat, quae praeterea exigebantur paullatim prava consuetudine et publicanorum avaritia irrepserant. 12 NATA distincte in lapide legi asseverat Bérard, qui id recte obscurissimum iudicat. Quin error lapicidae subsit, non est dubium. Verum quae Mahaffyo in mentem venerunt ANTA (adverbium), ΠΑΝΤΑ, AYTA non probabilia sunt, neque quod illi maxime placet νεατά (i. e. arva, agros aratos, a verbo νεάω), mihi arridet. Neque enim omnino μετροῦντας hic de agri magnitudine dimetienda et vectigali pro ea constituenda dici videtur, sed de ipsis frugibus metiendis. 13 Quae frumenti vectigalia praeter decimam ad id tempus exigi consueverant. Cf. not. 11. 14 Hoc non magis expedio quam Bérardus. 15 Cf. Thucyd. II, 15, 4: ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι, ubi editores sine idonea causa numerum diei expunxerunt. n. 212, 11 [τῆι δωδεκάτη]ι ἐν τῶι μηνὶ τῶι Σελευκε[ίωι]. Greek papyri in the British Museum II p. 103 n. CLXV, 2 ἐν μη(νὶ) Καισαρείωι η'.

ρεύεσθαι δὲ πάντας τοὺς π[ο|λί]τας καὶ τοὺς παροίκους[16] ἐπὶ τὴν θυσίαν. ἐὰν ‖ [δὲ] μὴ συντελῆι ὁ ἄρχων καὶ οἱ πολῖται τὴν | [θυσί]αν κατ' ἐνιαυτόν, ἁμαρτωλοὶ ἔστωσαν | [θεῶ]ν πάντων, καὶ ἀπο[τι]ν[έ]τω ὁ ἄρχων ἱερὰς | [τοῦ] Διὸς Σωτῆρος δραχμὰς χιλίας, ἐά[ν | μὴ] διὰ πόλεμον εἴ[ργη]ται τὴν θυσίαν συν[τ‖ελεῖ]ν. τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο ἀναγραψάτω ὁ ἄρ|[χ]ων εἰς στήλην λιθίνην καὶ στησάτω ἐν τῶι | [τῆ]ς Ἀρτέμιδος ἱερῶι ἐν τῶι ἐπιφανεστάτωι τό|[πω]ι, τὸ δὲ γενόμενον ἀνήλωμα ἐνενκάτ[ω | τ]ῆι πόλει.

16 Inquilini, qui Athenis μέτοικοι, alibi etiam κάτοικοι, ἔνοικοι, σύνοικοι, ἔποικοι appellantur. Nomen παροίκων etiam Ilii (cf. n. 219[21]), Tei, Ephesi, Rhodi usitatum fuisse observat G. Gilbert Gr. Staatsalterthümer II p. 294 cum not. 1.

---

56 Decreti eiusdem tria exempla aetatem tulerunt. — *A.* Anno 1866 ex ruderibus Tanis veteris (*San*) extractus est lapis, qui in fronte decretum sacerdotum habet superiore loco hieroglyphis exaratum per 37 versus, infra idem Graeco sermone conceptum 76 versibus; in latere, quod tum etiam latebat, eadem demotica scriptura incisa sunt. Cf. quae de monumento invento narraverunt R. Lepsius Ztschr. f. ägypt. Spr. IV (1866) p. 49 sqq. Reinisch et Roesler in editione sua p. 3 sqq. Nunc asservatur in museo oppidi *Cairo.* — *B.* Anno 1881 inventus lapis calcarius in vico *Kom-el-Hisn* item hieroglyphicum, demoticum, Graecum decreti exemplum continens, qui ipse quoque in museum oppidi *Cairo* illatus est. Cf. quae rettulit E. Miller Comptes rendus de l'académie des inscr. et belles lettres Sér. IV Tom. XI 1883 p. 85 sqq. — *C.* Exemplum item trilingue, sed perquam mutilum, in quo Graeci potissimum decreti non exstant nisi hic illic pauca verba verborumque particulae, inventum in urbe *Cairo*, exstat Parisiis in museo publico (*Louvre*). Cf. Reinisch et Roesler in editione p. 56. — Graeci exempli partem priorem (v. 1—20) ed. C. Wescher Revue archéologique Nouvelle série XIV (1866) p. 49 sqq. (inde E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 310 n. 179), totum una cum hieroglyphico ex lapide Tanitico solo L. Reinisch et R. Roesler, Die zweisprachige Inschrift von Tanis, Vindobonae 1866. Accuratissimam hieroglyphorum et Graecorum imaginem ex eodem lapide proposuit R. Lepsius Das bilingue Dekret von Kanopos, Berolini 1866, adiecta praefatione

qua argumentum tituli perbene illustratur. (Repetivit J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 229 sqq. cum notis utilissimis, sed quod mireris plane neglecto exemplo *B*, quod tamen iam duodecim annis ante publici iuris factum erat). Exempli *B*. Graeca accuratissime photographica imagine repraesentavit E. Miller Journal des savants 1883 p. 214 sqq. cum versione Francogallica et adnotationibus nonnullis. (Repetiverunt M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 227 n. 38. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 415 n. 551). — Demotica edidit E. Revillout Chrestomathie démotique p. 125 sqq., hieroglyphica cum versione Francogallica comparativa exempli Graeci, demotici, hieroglyphici P. Perrin, le décret trilingue de Canope, Paris 1881. — Cf. quae de titulo exposuerunt A. J. H. Vincent, Mémoire sur le calendrier des Lagides, Revue archéol. Nouv. série XVII 1868 p. 1 sqq. A. von Gutschmid, Kleine Schriften I p. 375. E. Revillout, Étude historique sur les decrets de Rosette et de Canope, Revue archéol. Nouv. sér. XXXIV (1877) p. 326 sqq. Graff Revue égyptologique VI, 1 p. 13 sqq. Mahler in Transactions of the ninth international congress of the Orientalists, London 1893 II 319 sqq. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 208 sqq. M. L. Strack Rh. Mus. LIII p. 406 sqq. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 783. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 171. M. L. Strack Gött. gel. Anz. 1900 n. 8 p. 648. Die Dynastie der Ptolemäer p. 125 sqq. E. Kornemann apud C. F. Lehmann Beiträge zur alten Geschichte I p. 72 sqq.

Exemplum *A* litterarum formas volgares habet, nisi quod pro A semel (v. 16) A, raro A legitur, pro B nonnunquam B B, pro H aliquotiens Ⱶ; μῦ modo M M est, modo Π, νῦ plerumque N, ξῖ Ξ Ξ, πῖ Π Π. ζῆτα v. 9. 36 formam *I* habet, v. 22. 29 antiquam I. Per totum titulum ΘΟΩ reliquis litteris multo minores, nonnullis locis (v. 46. 48. 58. 61. 63) etiam Δ. Vacuum spatium unius litterae relictum est v. 7 post εἶπαν, duarum triumve v. 20 ante ἀγαθῆι τύχηι. Versu 3 fere quinque litterae erasae sunt inter KAI et ΔEKATHI itemque v. 58 inter KAIΔE et KATHI. Lapicidam tituli *B* multo severius etiam antiquiores formas litterarum tenuisse ex photographia apparet quam a Maspero missam publici iuris fecit Miller. Nam praeterquam quod Σ hic brachia parallela habet et inter Π et Π fluctuantur, pro K hic illic K legitur, fere nihil hic invenies quod a quarti a. Chr. n. saeculi usu discrepet. Inprimis memorabile est, Ξ hic ubique hastam mediam directam habere, cum in exemplo *A* eadem constantia ea careat. Exemplum *A* integrum est, praeter paucissimas litteras quae in finibus versuum 53—56 evanuerunt. Quod contra lapis *B* a dextra mutilus est, ut cuiusque versus litterae 7—14 postremae desiderentur. Ceterum

Βασιλεύοντος Πτολεμαίου[1] τοῦ Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης, θεῶν Ἀδελφῶν[2], ἔτους ἐνάτου[3], ἐπὶ ἱερέως[4] Ἀπολλωνίδου τοῦ | Μοσχίωνος Ἀλεξάνδρου καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ θεῶν Εὐεργετῶν[5], κανηφόρου Ἀρσινόης Φιλαδέλφου[6] Μενεκρατείας | τῆς Φιλάμ-

---

in versibus dividendis exemplum Taniticum (*A*) secutus sum. Cuius septuaginta sex versibus in exemplari *B* respondent sexaginta quattuor. Lectiones vero paene ubique, si discrepant lapides, ex *B* recepi, quippe quod manifesto multo maiore cum cura exaratum sit. Quocumque vero loco ex solo *A* lectionem discrepantem affero, id ipsum quod in tenore tituli proposui in lapide *B* esse sciendum est. 1 Ptolemaeus III Euergetes (247—221 a. Chr. n.). 2 Cf. n. 60 2. 3 Nonus Ptolemaei Euergetae annus 239/8 a. Chr. n. est. Cf. not. 9. 4 ἐφ' ἱερέως *A*. 5 De sacerdotio annuo Alexandri et Ptolemaeorum divinis honoribus affectorum cf. Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte I p. 261. Haec sacra Alexandriae locum habebant, neque ulla eis intercedit necessitudo cum cultu deorum Aegyptiorum, quorum sacerdotes haec decreverunt. Quare non modo quem hic habemus, sed omnes omnino qui noti sunt eorum antistites, Graeca nomina gerunt. Memorabile est Philadelpho et Euergeta regibus nondum comparere inter divos maiores, quorum hoc sacerdotum est, Ptolemaeum I et Berenicen θεοὺς Σωτῆρας, qui posteriore aetate nunquam omittuntur. Lepsius p. 6. Quod contra cum haec sacra initio non fuissent nisi defunctorum regum, primus Philadelphus se superstitem una cum uxore mortua Arsinoë θεῶν Ἀδελφῶν nomine coli passus est, deinde Euergeta rege primum rex et regina qui tum inter vivos erant maioribus qui decesserunt adiungi coeperunt, et sic deinceps omnes qui post illos regnaverunt. Iam Revillout probare posse sibi visus est, hoc demum sacerdotum decreto et appellationem Εὐεργέτης regi tributam et θεῶν Εὐεργετῶν sacra constituta esse. Quod initio totius tituli haec honorifica appellatio regi non tribuitur, id sane neutram in partem quicquam valet. Nam eiusmodi cognomina in solenni temporis significatione quae titulis praemittitur, etiam post Euergetae tempora nonnunquam omittuntur. At verissime Kornemannus monuit, aliud antiquius decretum de deorum Euergetarum sacris infra commemorari (v. 20. 21 τάς τε προϋπαρχούσας τιμάς. 33 ἐπειδὴ καθ' ἕκαστον μῆνα ἄγονται ἐν τοῖς ἱεροῖς ἑορταὶ τῶν Εὐεργετῶν θεῶν κατὰ τὸ πρότερον γραφὲν ψήφισμα). Illo igitur instituta, hoc aucta sunt sacra Deorum Beneficorum, ut appareat etiam ipsum cognomen Εὐεργέτης anno 238 a. Chr. n. paullo certe antiquius esse. Cum Hieronymi testimonio (n. 54 25), qui eum honorem a deorum simulacris quae Persae abstulerant in Aegyptum restitutis repetit, haec temporis definitio non male convenit; tamen quantum illi fidei habendum sit, in medio relinquendum videtur. 6 Huius sacerdotii primum mentio fit anno Ptolemai II Philadelphi undevigesimo (267/6) in papyro demotico. Cf. E. Revillout Revue égyptol. I p. 13. J. P. Mahaffy, The empire of the Ptolemies p. 157 not. 1. Idem sacerdos et eadem canephorus etiamtum decimo Euergetae anno (238/7 a. Chr. n.), quem definite adnotatur muneris eorum

μονος[7], μηνὸς Ἀπελλαίου[8] ἑβδόμηι, Αἰγυπτίων δὲ Τυβὶ ἑπτακαιδεκάτηι[9]· ψήφισμα· οἱ ἀρχιερεῖς[10] | καὶ προφῆται[11] καὶ οἱ

---

alterum esse, praescribuntur testamentis quae edita sunt Flinders Petrie papyri I p. 43 n. XIV, 2—4. p. 47 n. XVI 1, 9. 10. p. 51 n. XVIII 2, 3—5. Cuius iterationis cum nullum exstet aliud exemplum, haud improbabiliter Mahaffy eam ad ipsam quae hoc decreto facta est sacrorum et fastorum mutationem rettulit. 7 Φιλάμμωνος Strack, errore sine dubio, nam O, non Ω in lapide utroque esse Lepsii delineatione et Milleri photographia probatur. Cave de errore lapicidae cogitaveris, nam etiam papyri qui hunc Menecratiae sacerdotis patrem commemorant, constanter vocalem correptam habent; cf. Flinders Petrie paryri I p. 40 n. XIII, 1, 1. p. 43 n. XIV, 4. p. 45 n. XV, 10. p. 47 n. XVI 1, 11. p. 49 n. XVII, 3, 4. p. 51 n. XVIII 2, 6. p. 59 n. XXI, 8. Neque in aliis hominibus inaudita est haec orthographia; cf. n. 130, 22 Φιλάμμων Φιλάμμονος. 8 Alteri fastorum Macedonicorum mensi hoc nomen fuisse certissimum est, ac ne illud quidem dubium esse potest, quin apud Macedones annus civilis ab aequinoctio auctumnali initium ceperit. Sic Apellaeus Atheniensium Maemacterioni, Romanorum fere Novembri responderet. At quomodo id conciliari posset cum eiusdem diei secundum fastos Aegyptios definitione (not. 9), frustra enucleare conati sunt homines docti. 9 Tybi quintus est anni Aegyptii mensis. Iam ex anno solari mobili quem dicunt, trecentorum sexaginta quinque dierum sine intercalatione, primus dies mensis Thoth, a quo annus initium capiebat, nono Euergetae anno incidebat in diem 22. mensis Octobris anni 239 a. Chr. n. Dies 17. m. Tybi inde centesimus trigesimus sextus est, i. e. dies 7. m. Martii a. 238 a. Chr. n. At quomodo is idem esse posset ac dies 7. mensis Apellaei (not. 8) nondum ut exploraretur contigit. Neque enim Gutschmidii et Strackii rationes, ut sunt acutissime excogitatae, probari possunt. Ex quibus ille non mobilem, sed Siriacum vel fixum annum hic agnoscit, quo sacerdotes iam usi essent in decreti, quo fastorum mutatio constitueretur, tempore definiendo; quare non diem 7. m. Martii 238 a. Chr., sed diem 2. m. Decembris eiusdem anni indicari. Namque a die 20. m. Iulii, quo Sirius oreretur, centesimum trigesimum sextum hunc ipsum esse. Similis est Strackii sententia, nisi quod is etiam Macedonici anni per illa tempora duas formas, alteram ab aequinoctio verno, alterum ab auctumnali incipientem, in Aegypto usitatas fuisse statuit. At primum quidem quam uterque sacerdotes secutos esse opinatur rationem in die decreti significando, tam perversa est, ut quemquam qui sanae mentis esset ea usum esse ut credam a me impetrare non possim. Deinde vero eis quae infra v. 37 scripta sunt omnino refutatur. Namque in calendario Siriaco quidem dies 20. m. Iulii fastorum Iulianorum initium anni est, i. e. primus dies mensis Thoth; sic etiam Gutschmidius statuit, cum diem septimum decimum mensis Tybi cum secundo mensis Decembris eundem esse diceret. At infra anno Euergetae nono in primum diem mensis Payni potius ortum Sirii incidere enuntiatur. Hoc non quadrat nisi in annum antiquum Aegyptiacum intercalatione carentem (cf. not. 62). Quod vero Strackius dicit v. 36 annum ab ortu Sirii incipientem definite indicari,

id ut verum sit tantum abest, ut contra ex illis verbis dilucide appareat, diem vigesimum mensis Iulii tum non fuisse initium anni civilis (cf. not. 61). De aliis anni fixi sive Siriaci per Pharaonum et Ptolemaeorum regna vestigiis quae viri docti deprehendisse sibi visi sunt (cf. A. von Gutschmid Kl. Schriften I p. 388. 392 sqq.) quid statuendum sit deliberare neque mei iudicii est neque huius loci. Sufficiat indicasse, inter eos qui hodie harum rerum peritissimi iure meritoque habentur fere convenire de antiquo anno mobili usque ad Augusti aetatem conservato. Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 783: *Auch sonst ist die praktische Benutzung eines fixen Jahres für die Ptolemäerzeit nicht erweislich.* Utique nemini dum contigisse existimo, ut probabili ratione explicaret, quomodo huic decreto Apellaeus mensis praescribi potuisset. Ceterum inde quod et hic et in titulo Rosettano (n. 90, 6) diei notatio ex Macedonum fastis repetita priorem locum tenet non modo in Graeco exemplo, sed etiam in hieroglyphico et demotico, Miller collegit haec Graecis verbis concepta ac postea demum in sermonem Aegyptiacum translata esse, quod idem de Rosettano monumento iam Letronnius statuerat. At Revilloutius cum observaret haud exiguum inter haec duo decreta intercedere discrimen, Canopium quidem Graece scriptum et Aegyptiace versum esse, Rosettanum vero sermone indigenarum conceptum et deinde Graece expressum sibi persuasit. Denique Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 226—228 evincere conatur, utrumque instrumentum a sacerdotibus Aegyptiis vernacula lingua compositum esse, ita ut utrobique Graecum exemplum non sit nisi interpretatio ab hominibus utriusque linguae peritis confecta. Ac primum quidem ordini, quo diei significatio Macedonica et Aegyptiaca hic se excipiunt, omnino nihil tribuendum est. Id enim maiestati regis datur, ut fasti quibus ipse utitur principem locum teneant; cui reverentiae aeque locum fuisse sive Graeco sive Aegyptiaco sermone haec primitus conscripta essent nemo facile negabit. De summa totius quaestionis me, qui et linguae et scripturae Aegyptiacae imperitus sim, certum iudicium ferre plus quam temerarium esset. Quare unam observationem, quae sane meae provinciae est, proposuisse satis habeo, reliqua peritioribus relinquens. Quod singillatim verba formulaeque vere Graeci coloris passim in utroque decreto inveniuntur, id sane nullius momenti est. Nam non modo fieri poterat, ut etiam interpres litterarum Aegyptiacarum his uteretur, sed adeo aliter fieri vix poterat. Sed neutiquam idem cadit in illud εἶπαν — δεδόχθαι (ἔδοξεν), quod utrobique legimus (hic v. 6. 19, n. 90 v. 8. 36). Nam hoc quidem ex more in Graecorum populiscitis usitato repetitum esse luce clarius est. At ab interprete demum invectum esse incredibile est primum quia cum totius decreti structura et dispositione cohaeret, deinde vero quia haec formula accuratius considerata in horum quidem decretorum naturam et originem omnino non quadrat (cf. not. 20). Sic ordinare titulum homini Graeco, qui illis populiscitorum formulis pridem assueverat et mandatum acceperat ut quae sacerdotes scivissent ab ipsis adiutus in formam sollennem decreti redigeret, facile in mentem venire poterat, sed profecto non poterat interpreti cui negotium Aegyptiaca in Graecum sermonem vertendi impositum erat. In Rosettano decreto (n. 90) Letronnius multum momenti ei rei tribuit, quod exemplum Aegyptiacum aliquot locis etiam verbosius est in laudibus

εἰς τὸ ἄδυτον εἰσπορευόμενοι πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν θεῶν [12] καὶ πτεροφόραι [13] καὶ ἱερογραμματεῖς [14] καὶ ‖ οἱ ἄλλοι ἱερεῖς οἱ

et praedicationibus regis quam Graecum. Ac sane pro illius aetatis ingenio eiusmodi ambages tumidas in interpretatione ab homine Aegyptio etiam auctas esse probabilius est, quam in brevius contractas a Graeco. Ceterum Canopii monumenti versio demotica hoc loco mensem diemque fastorum Aegyptiorum omittit, mera neglegentia, ut perspexit Mahaffy. 10 Cf. Herodot. II, 37: ἱρᾶται δὲ οὐκ εἷς ἑκάστου τῶν θεῶν ἀλλὰ πολλοί, τῶν εἷς ἐστιν ἀρχιέρεως (sic A B C, ἀρχιρεύς P, ἀρχιερεύς R)· ἐπεὰν δέ τις ἀποθάνῃ, τούτου ὁ παῖς ἀντικατίσταται. Apud eundem II, 143. 151 item ἀρχιερεύς apud Aegyptios commemoratur. 11 Interpretes oraculorum et scriptorum sacrorum. Cf. Letronne ap. C. Müller Fr. hist. Gr. I Append. p. 14. προφήτης τοῦ Χνούβεως est infra n. 111, 18. προφήτης Σοκνοπαίου θεοῦ μεγάλου Amherst papyri II p. 65 n. LVI, 3. LVII, 2. προφήτης Ἴσιδος p. 156 n. CXXVIII, 56. 12 Cf. n. 111[13]. 13 Cf. Diodor. I, 87, 8: τινὲς δέ φασιν ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις ἱέρακα βιβλίον ἐνεγκεῖν εἰς Θήβας τοῖς ἱερεῦσι φοινικῷ ῥάμματι περιειλημένον, ἔχον γεγραμμένας τὰς τῶν θεῶν θεραπείας τε καὶ τιμάς· διόπερ καὶ τοὺς ἱερογραμματεῖς φορεῖν φοινικοῦν ῥάμμα καὶ πτερὸν ἱέρακος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Hesych. πτεροφόροι· τέλος τι στρατιωτικόν, ἢ ὡς διὰ τὴν ἐν τοῖς λόφοις πτέρωσιν. καλοῦνται δὲ οὕτως καὶ τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἱερέων τινές. Ex Diodori loco, quocum consentit Clemens Al. Strom. VI, 4, 63 p. 757 Pott., collegeris, plane eosdem esse ἱερογραμματέας et πτεροφόρους; quod tamen hoc titulo et n. 90, 7 refutatur, etsi quid potissimum discriminis intercesserit ignoramus. Drumannus Die Inschr. von Rosette p. 114 sqq. demonstrare conatur, hoc sacerdotum genus omnino non a pennae insigni nomen habere, sed πτερόν etiam aediculam significare posse, qua de re provocat ad Hesychium πτερόν· σκηνή et καλύβη· σκηνή, παστάς et Etym. M. 655, 41 παστός· ἡ ἐκ πετασμάτων ποικίλων κατεσκευασμένη σκηνή. Quibus ex locis apparere opinatur, πτερόν et παστόν idem esse, ideoque πτεροφόρους non diversos a pastophoris (Syll.[2] 559[3]). At num lexicographi de ea potissimum vocis vi cogitaverint, quam habet in composito παστοφόρος, valde dubito. Adde quod pastophori vix tam nobiles sunt, ut hic nominatim efferantur; immo hos appellatione οἱ ἄλλοι ἱερεῖς (v. 5) contineri probabiliter coniecit Letronne. De forma πτεροφόραι, quae etiam 90, 7 occurrit, Letronnius dubitabat, sed nunc consensu testimoniorum comprobata est. Neque quicquam miri habet, siquidem iam apud Aristophanem Eq. 1331 τεττιγοφόρας metro cogente ex Hesychio τεττιγοφόρας· Ἀττικοὶ ἐπὶ τῶν τῆς κεφαλῆς τριχῶν εἰρομένων χρυσοῦς τέττιγας (ἐφόρουν) restituit Porsonius, itemque σαμφόρας habet idem Eq. 603, πελτοφόρας tironum catalogi Boeotici I. G. Sept. I, 210, 2. 211, 2. 214, 2. 2715—2720. 2782. 2786—2789. 2809—2832. 3292. 4172 Ἱπποφόρας fluvii nomen in nummis Apolloniae esse (Eckhel D. N. II p. 578) adnotat K. Keil Syll. Inscr. Boeot. p. 18, βακτροφόρας in epigrammate apud Diog. Laert. VI, 76. Cf. etiam Lobeck ad Soph. Aiac. 604. Eadem vicissitudo in aliis stirpibus cernitur, ut ἡμεροδρόμας (Syll.[2] 156, 2), τειχομάχας, ἱππάρχης, ὁπλομάχης, quae recentiore aetate non fere rariora sunt quam illa quae in -ος cadunt. 14 Cf. Drumann, Die Inschrift von Rosette p. 122 sqq. Is apud

συναντήσαντες ἐκ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἱερῶν[15] εἰς τὴν πέμπτην τοῦ Δίου, ἐν ἧι ἄγεται τὰ γενέθλια τοῦ | βασιλέως, καὶ εἰς τὴν πέμπτην καὶ εἰκάδα τοῦ αὐτοῦ μηνός[16], ἐν ἧι παρέλαβεν τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ πατρός[17], συνεδρεύσαντες | ταύτηι τῆι ἡμέραι ἐν τῶι ἐν Κανώπωι[18] ἱερῶι τῶν Εὐεργετῶν θεῶν[19]

Herodotum quidem II, 28 ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Σάϊ πόλι ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης legi, sed neque classem aliquam ἱερογραμματέων ab eo commemorari neque illud officium huius simile fuisse observat; apud Diodorum demum nomen et negotium quod hic significetur redire I, 70, 9: μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ βασιλέως ἱεροσκοπησαμένου μόσχῳ καὶ καλλιερήσαντος, ὁ μὲν ἱερογραμματεὺς παρανεγίνωσκέ τινας συμβουλίας συμφερούσας καὶ πράξεις ἐκ τῶν ἱερῶν βίβλων κτλ. I, 87, 8 (cf. not. 13). Divinum vero huius officii exemplum Mercurium fuisse idem refert I, 16, 2: καὶ τοὺς Ἕλληνας διδάξαι τοῦτον τὰ περὶ τὴν ἑρμηνείαν, ὑπὲρ ὧν Ἑρμῆν αὐτὸν ὠνομάσθαι. καθόλου δὲ τοὺς περὶ τὸν Ὄσιριν τοῦτον ἔχοντας ἱερογραμματέα ἅπαντ' αὐτῷ προσανακοινοῦσθαι καὶ μάλιστα χρῆσθαι τῇ τούτου συμβουλίᾳ. Alibi ἱεροὶ γραμματεῖς legitur (Aelian XI, 10 p. 274, 3 Hercher), aut simpliciter γραμματεῖς. Ceterum egregiam eorum fuisse dignitatem et auctoritatem apparet ex Clementis Alexandrini (not. 13) narratione: ἑξῆς δὲ ὁ ἱερογραμματεὺς προέρχεται, ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον δὲ ἐν χερσὶ καὶ κανόνα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν καὶ σχοῖνος ᾧ γράφουσι. τοῦτον τά τε ἱερογλυφικὰ καλούμενα περί τε τῆς κοσμογραφίας καὶ γεωγραφίας, τῆς τάξεως τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης καὶ περὶ τῶν ε′ πλανωμένων, χωρογραφίαν τε τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς τοῦ Νείλου διαγραφῆς περί τε τῆς καταγραφῆς σκευῆς τῶν ἱερῶν καὶ τῶν ἀφιερωμένων αὐτοῖς χωρίων, περί τε μέτρων καὶ τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς χρησίμων εἰδέναι χρή. 15 Haec omnia ad verbum redeunt in decreto Rosettano n. 90, 6—8. 16 Cf. n. 49, 8 sq.: τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τῇ τοῦ βασ[ι]λ[έ]ως ἡμέρᾳ. 17 Ptolemaeum III Euergetam iam a patre Ptolemaeo II Philadelpho aliquot annis antequam ille fato fungeretur regem constitutum esse coniecit Vincent (v. not. 62). At ea opinio pugnat cum rebus certissima memoria traditis, neque formula παρέλαβεν τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ πατρός de regno a superstite patre tradito modo usurpari potest, sed item de relicto iure hereditatis. Et hanc potissimum hic eius mentem esse probat versio demotica in qua legitur *summo imperio potitus est post patrem suum.* Mahaffy. Cf. etiam n. 90, 1. 18 Oppidum antiquum, quod olim mercatura floruisse videtur, Alexandrea condita maximaque incolarum parte illuc traducta tamen non plane desertum erat, ac potissimum fana et delubra non modo antiqua manserunt, sed etiam nova (not. 19) condita sunt. Nomen in hieroglyphico exemplo *Pekot* est, unde Lepsius collegit errare qui ipsum Κάνωπος nomen ex Aegyptiorum sermone explicare conarentur. 19 De Divis Beneficis cf. not. 5. Eorum templum Canopi fuisse negat Lepsius p. 7. Etenim v. 49. 50 decerni, ut Berenices infantis defunctae imago Canopi in templo Osiridis erigeretur; at si illic proprium parentum illius fanum fuisset, sine dubio futurum fuisse ut in eo filiae quoque statua dedicaretur. Illud vero Osiridis templum ex n. 60 discimus

εἶπαν[20]· ἐπειδὴ βασιλεὺς Πτολεμαῖος Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης, θεῶν Ἀδελφῶν, | καὶ βασίλισσα Βερενίκη ἡ ἀδελφὴ[21] αὐτοῦ καὶ γυνή, θεοὶ Εὐεργέται[22], διατελοῦσιν πολλὰ καὶ μεγάλα εὐεργετοῦντες τὰ κατὰ τὴν χώραν ἱερὰ καὶ | τὰς τιμὰς τῶν θεῶν ἐπὶ πλεῖον[23] αὔξοντες, τοῦ τε Ἄπιος καὶ τοῦ Μνήυιος[24] καὶ τῶν λοιπῶν ἐνλογίμων ἱερῶν ζώιων τῶν ἐν τῆι χώραι[25]

ab ipso Ptolemaeo Euergeta et Berenice conditum esse, quare hoc loco ἱερὸν τῶν Εὐεργετῶν dicitur, qui sine dubio in eo συννάους θεοὺς Osiridis se ipsos constituerant. 20 Antiquo more civitatium Graecarum unus homo rogationem ferre solet, de qua deinde populus suffragiis suis decernit. Inveniuntur sane etiam exempla, ubi plures aut totum collegium his partibus funguntur, ut Syll.[2] 226, 1. 2: οἱ ἄρχοντες καὶ οἱ ἑπτὰ εἶπαν. At nusquam eidem sunt qui ad concilium aliquod ferunt et qui suis suffragiis rem transigunt, quoniam id sine dubio sensu cassum est. Sed hic omnes sacerdotes rogant (εἶπαν) itemque omnes decernunt. Quod aliter explicari nequit nisi ex praepostera formularum consuetarum memoria, quae non cadit nisi in hominem Graecum (cf. not. 9). 21 Cf. n. 60[3]. 22 Cf. not. 5. 23 πλέον *A*. 24 Eidem boves sacri etiam v. 53. 54 et n. 90, 31 quasi principes inter omnia animalia, quae in deorum per Aepyptum delubris alebantur, nominatim efferuntur. De Api inde ab Herodoto II, 153. III, 27 sqq. 33. 64 pervulgata est inter Graecos fama, proximum vero post eum honoris locum tenebat Mnevis Heliopolitanus. Cf. Plut. de Iside et Osiride c. 33 p. 364 B: ὁ δ' ἐν Ἡλίου πόλει τρεφόμενος βοῦς, ὃν Μνεῦιν καλοῦσιν (Ὀσίριδος δ' ἱερόν, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ Ἄπιδος πατέρα νομίζουσι), μέλας ἐστὶ καὶ δευτέρας ἔχει τιμὰς μετὰ τὸν Ἆπιν. Strabo XVII, 1, 27 p. 805 Cas.: ἐνταῦθα δ' ἐστὶν ἡ τοῦ Ἡλίου πόλις ἐπὶ χώματος ἀξιολόγου κειμένη, τὸ ἱερὸν ἔχουσα τοῦ Ἡλίου καὶ τὸν βοῦν τὸν Μνεῦιν ἐν σηκῷ τινι τρεφόμενον, ὃς παρ' αὐτοῖς νενόμισται θεός, ὥσπερ καὶ ἐν Μέμφει ὁ Ἆπις. Aelian. Hist. anim. XI, 11 p. 275, 24: ἀλλὰ Μνεῦιν βοῦν . καὶ τοῦτον Αἰγύπτιοι Ἡλίου φασὶν ἱερόν, ἐπεὶ τόν γε Ἆπιν ἀνάθημα εἶναι Σελήνῃ λέγουσιν. Drumann Die Inschrift von Rosette p. 184. 186. 25 Commemorantur apud scriptores praeterea boves sacri, apud Strabonem XVII, 1, 22 p. 803: οἱ δὲ Μωμεμφῖται τὴν Ἀφροδίτην τιμῶσι, καὶ τρέφεται θήλεια βοῦς ἱερά, καθάπερ ἐν Μέμφει ὁ Ἆπις, ἐν Ἡλίου δὲ πόλει ὁ Μνεῦις. 1, 35 p. 809 εἶθ' ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νομὸς καὶ ἡ ὁμώνυμος πόλις ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, ἐν ᾗ λευκὴ βοῦς ἱερὰ τρέφεται. 1, 47 p. 817 Cas.: μετὰ δὲ Θήβας Ἑρμωνθὶς πόλις — τρέφεται δὲ καὶ ἐνταῦθα βοῦς et Aelianum Hist. an. XII, 11 p. 298, 29 Hercher: σέβουσι δὲ Αἰγύπτιοι καὶ μέλανα ταῦρον, καὶ καλοῦσιν Ὄνουφιν αὐτόν . καὶ τὸ ὄνομα τοῦ χώρου ἔνθα τρέφεται Αἰγύπτιοι λεγέτωσαν ἡμῖν λόγοι· τραχὺ γάρ. Drumann l. l. De aliis generibus praeter boves cf. Diodor. I, 84, 4: τὰ δὲ γινόμενα περὶ τὸν Ἆπιν τὸν ἐν Μέμφει καὶ τὸν Μνεῦιν τὸν ἐν Ἡλίου πόλει, καὶ τὰ περὶ τὸν τράγον τὸν ἐν Μένδητι, πρὸς δὲ τούτοις τὸν κροκόδειλον τὸν κατὰ τὴν Μοίριδος λίμνην καὶ τὸν λέοντα τὸν τρεφόμενον ἐν τῇ καλουμένῃ Λεόντων πόλει, καὶ πολλὰ τοιαῦθ' ἕτερα, διηγήσασθαι μὲν εὐχερές, ἀπαγγείλαντα δὲ πιστευθῆναι παρὰ τοῖς μὴ τεθεαμένοις δύσκολον.

τὴν ‖ ἐπιμέλειαν διὰ παντὸς ποιοῦνται μετὰ μεγάλης δαπάνης καὶ χορηγίας, καὶ τὰ ἐξενεγχθέντα ἐκ τῆς χώρας ἱερὰ ἀγάλματα ὑπὸ | τῶν Περσῶν ἐξστρατεύσας ὁ βασιλεὺς ἀνέσωισεν εἰς Αἴγυπτον καὶ ἀπέδωκεν εἰς τὰ ἱερά[26], ὅθεν ἕκαστον ἐξ ἀρχῆς ἐξήχθη, τήν τε | χώραν ἐν εἰρήνηι διατετήρηκεν προπολεμῶν ὑπὲρ αὐτῆς πρὸς πολλὰ ἔθνη καὶ τοὺς ἐν αὐτοῖς δυναστεύοντας, καὶ τοῖς ἐν τῆι χώραι | πᾶσιν καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπὸ τὴν αὐτῶν βασιλείαν τασσομένοις τὴν εὐνομίαν παρέχουσιν[27], τοῦ τε ποταμοῦ ποτε[28] ἐνλιπέστερον[29] ἀνα|βάντος καὶ πάντων τῶν ἐν τῆι χώραι καταπεπληγμένων[30] ἐπὶ τῶι συμβεβηκότι καὶ ἐνθυμουμένων τὴν γεγενημένην καταφθορὰν ‖ ἐπί τινων τῶν πρότερον βεβασιλευκότων, ἐφ' ὧν συνέβη ἀβροχίαις περιπεπτωκέναι τοὺς τὴν χώραν κατοικοῦντας[31], προστάντες κηδεμο|νικῶς τῶν τε ἐν τοῖς ἱεροῖς καὶ τῶν ἄλλων τῶν τὴν χώραν κατοικούντων, πολλὰ μὲν προνοηθέντες, οὐκ ὀλίγα δὲ τῶν προσόδων ὑπερ|ιδόντες[32] ἕνεκα τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας, ἔκ τε Συρίας καὶ Φοινίκης[33] καὶ Κύπρου[34] καὶ ἐξ ἄλλων πλειόνων τόπων σῖτον μεταπεμ|ψάμενοι εἰς τὴν χώραν τιμῶν μειζόνων[35] διέσωι-

26 Cf. n. 54[25]. 27 Cum proximo enuntiato regis res per bellum egregie gestae praedicatae sint, hoc plurali ad utriusque coniugis laudes reditur. Quarum similes, sed multo minus meritas, in Epiphanis titulo Rosettano (n. 90, 20. 21) redire observat Mahaffy. 28 Ex hoc adverbio Mahaffy collegit, certe aliquot annorum spatium inter hanc calamitatem et annum Euergetae nonum intercessisse. Sed num recte coniecerit, eam non post annum tertium (245/4 a. Chr.) accidisse eaque regem ex medio cursu victoriae Asianae in Aegyptum revocatum esse, dubitaverim. Neque enim esse videtur cur fidem non habeamus Trogo, qui reditum regis ad *seditionem domesticam* potius refert (Iustin. XVII, 1, 9. Cf. n. 54[22]). 29 ἐλλιπέστερον A. 30 ΓΕΠΛΗΓΗΕΝΩΝ A. 31 Et hic et postea non arctiore vi (ut κάτοικοι ἱππεῖς 128, 4 et similia), verbum usurpari, sed omnes omnino quicumque in Aegypto domicilium habeant intellegi adnotat Mahaffy. 32 Cum in Euergeta sacerdotes hoc in universum indicasse satis habeant, in Epiphanis laudibus accuratius enumerantur vectigalia a rege remissa (90, 13 sqq.). Mah. 33 Cf. n. 54, 6. 7. 34 Versio demotica pro Cypro nominat Salamina, quae tum inter insulae oppida principem locum tenuisse videtur. 35 Emit enim frumentum rex ab illarum regionum quae extra Aegyptum ei parebant incolis, non imperavit. Mah. Inter reliquas regiones (καὶ ἐξ ἄλλων πλειόνων τόπων) G. Lumbroso Recherches p. 156 probabiliter inprimis Siciliam fuisse coniecit, ex qua iam Philadelphi regno per caritatem annonae frumentum Alexandriam devectum indicat Athenaeus V 209 b: Ἱέρων — διέγνω δῶρον αὐτὴν (τὴν ναῦν) ἀποστεῖλαι Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ εἰς Ἀλεξάνδρειαν· καὶ γὰρ ἦν σπάνις σίτου κατὰ τὴν Αἴγυπτον.

σαν τοὺς τὴν Αἴγυπτον κατοικοῦντας, ἀθάνατον εὐεργεσίαν καὶ τῆς αὐτῶν[36] ἀρετῆς | μέγιστον ὑπόμνημα καταλείποντες τοῖς τε νῦν οὖσιν καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις· ἀνθ' ὧν οἱ θεοὶ δεδώκασιν αὐτοῖς εὐσταθοῦσαν τὴν βασιλεί||αν καὶ δώσουσιν τἆλλα ἀγαθὰ πάντα εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον[37]· ἀγαθῆι τύχηι, δεδόχθαι[38] τοῖς κατὰ τὴν χώραν ἱερεῦσιν τάς τε προϋπαρχούσας | τιμὰς ἐν τοῖς ἱεροῖς βασιλεῖ Πτολεμαίωι καὶ βασιλίσσηι Βερενίκηι, θεοῖς Εὐεργέταις, καὶ τοῖς γονεῦσιν αὐτῶν θεοῖς Ἀδελφοῖς καὶ τοῖς προγόνοις | θεοῖς Σωτῆρσιν αὔξειν[39], καὶ τοὺς ἱερεῖς[40] τοὺς ἐν ἑκάστωι τῶν κατὰ τὴν χώραν ἱερῶν προσονομάζεσθαι ἱερεῖς καὶ τῶν Εὐεργετῶν θεῶν καὶ ἐνγράφε|σθαι ἐν πᾶσιν τοῖς χρηματισμοῖς[41] καὶ ἐν τοῖς δακτυλίοις οἷς φοροῦσιν προσενκολάπτεσθαι[42] καὶ τὴν ἱερεωσύνην[43] τῶν Εὐεργετῶν θεῶν· προσαποδειχθῆ|ναι δὲ πρὸς[44]

36 Sic recte Strack, αὐτῶν Lepsius, Miller, Reinisch, Roesler, Michel. 37 Cf. n. 90, 35. 36. Ceterum paullo ante ΤΑΛΛΑΓΑΘΑ *A*. 38 Hoc, quod Reinisch et Roesler perperam pro δεδόκται exaratum esse sibi persuaserunt, ab εἶπαν v. 7 potius pendere vidit Gutschmid; redit infinitivus infra v. 54. At decreti Rosettani auctor ἔδοξεν scribere maluit v. 36. 39 Fuerant igitur iam antequam haec constituerentur honores divini non modo Divorum Servatorum et Divorum Fratrum, sed etiam Divorum Beneficorum, quorum sacra fuerunt qui hoc demum decreto condita opinarentur. Cf. not. 5. 40 ἱερεῖς A. ἱρεῖς B. 41 Idem redit infra n. 90, 51. In negotiorum privatorum litteris (cf. Diodor. I, 78, 3 τῶν γραμματέων τῶν ψευδεῖς χρηματισμοὺς γραφόντων) praescribebantur sacerdotum nomina. Quod institutum, notum illud quidem ex papyris Aegyptiacis, primum commemoratur inter honores, quos Alexander M. Hephaestioni amico defuncto habuit; cf. Arrian. VII, 23, 7: καὶ ὅπως ἐπικρατήσῃ καλεῖσθαι ἀπὸ Ἡφαιστίωνος, καὶ τοῖς συμβολαίοις καθ' ὅσα οἱ ἔμποροι ἀλλήλοις ξυμβάλλουσιν ἐπιγράφεσθαι τὸ ὄνομα Ἡφαιστίωνος. Idem etiam in Seleucidarum regno moris fuisse vides n. 224, 26: ἐπιγραφήσονται δὲ (αἱ ἀρχιέρειαι τῆς βασιλίσσης Λαοδίκης) καὶ ἐν [τοῖς σ]υναλλάγμασι μ[ε]τὰ τοὺς τῶν [τε θε]ῶν καὶ ἡμῶν ἀρχιερεῖς. Cf. Lumbroso Recherches sur l'éc. pol. de l'Egypte p. 82. 42 προσεγκολάπτεσθαι *A*. 43 Sic B, ἱερωσύνην A. Immerito melioris exempli lectionem hic spreverunt Miller, Strack, Michel. Nam ἱερεωσύνη antiquam et probam formam esse, ex qua recentior ἱερωσύνη contractione demum nata sit, cum ratio grammatica docet, siquidem non ab ἱερός, sed ab ἱερεύς descendit, unde natum ἱερηϝ-οσύνη eadem lege in ἱερεωσύνη abiit qua genetivus ἱερέως prodiit ex antiquo ἱερῆϝ-ος, tum usus titulorum confirmat, qui etiamtum tertio et altero a. Chr. n. saeculo passim non Athenis modo sed etiam apud Graecos Asiaticos, in Aegypto vero adeo Romanorum aetate, ἱερεωσύνη exhibent (cf. n. 331, 19. 32. 37. Syll.² 554, 22. 23. 605, 8. 681, 22. 728, 21. 729, 10. 34. C. I. G. 5002, 4. 5009, 8. ἀρχιερεωσύνη 5014, 5. ἀρχιερεοσύνη 5001, 4. 5006, 8). Idem in nomen τὰ ἱερεώσυνα (Syll.² 439, 4. 65. 628, 12) cadit, neque alia est ratio grammatica nominis

ταῖς νῦν ὑπαρχούσαις τέσσαρσι φυλαῖς τοῦ πλήθους τῶν ἱερέων τῶν ἐν ἑκάστωι ἱερῶι καὶ ἄλλην, ἣ προσονομασθήσεται πέμ||πτη φυλὴ τῶν Εὐεργετῶν[45] θεῶν, ἐπεὶ καὶ[46] σὺν τῆι ἀγαθῆι τύχηι καὶ τὴν γένεσιν βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ τῶν θεῶν Ἀδελφῶν συμβέβηκεν | γενέσθαι τῆι πέμπτηι[47] τοῦ Δίου, ἣ καὶ πολλῶν ἀγαθῶν ἀρχὴ γέγονεν πᾶσιν ἀνθρώποις· εἰς δὲ τὴν φυλὴν ταύτην καταλεχθῆναι[48] τοὺς ἀπὸ | τοῦ πρώτου ἔτους γεγενημένους ἱερεῖς καὶ τοὺς προσκαταταγησομένους[49] ἕως μηνὸς Μεσορῆ[50] τοῦ ἐν τῶι ἐνάτωι ἔτει, καὶ τοὺς τούτων ἐκγόνους εἰς τὸν ἀεὶ | χρόνον· τοὺς δὲ προϋπάρχοντας ἱερεῖς ἕως τοῦ πρώτου ἔτους εἶναι ὡσαύτως ἐν ταῖς αὐταῖς φυλαῖς, ἐν αἷς πρότερον ἦσαν· ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς | ἐκγόνους αὐτῶν ἀπὸ τοῦ νῦν καταχωρίζεσθαι εἰς τὰς αὐτὰς φυλάς, ἐν αἷς οἱ πατέρες εἰσίν. ἀντὶ δὲ τῶν εἴκοσι βουλευτῶν ἱερέων[51] τῶν αἱρουμένων || κατ' ἐνιαυτὸν ἐκ τῶν προϋπαρχουσῶν τεσσάρων φυλῶν, ἐξ ὧν πέντε ἀφ' ἑκάστης[52] φυλῆς λαμβάνονται, εἴκοσι καὶ πέντε τοὺς βουλευτὰς | ἱερεῖς εἶναι, προσλαμβανομένων ἐκ τῆς πέμπτης φυλῆς τῶν Εὐεργετῶν θεῶν ἄλλων πέντε. μετέχειν δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῆς πέμπτης | φυλῆς τῶν Εὐεργετῶν θεῶν τῶν ἁγνειῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τῶν ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ φύλαρχον αὐτῆς εἶναι, καθὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τεσ|σάρων φυλῶν ὑπάρχει. καὶ ἐπειδὴ καθ' ἑκα-

---

proprii Ἱερεωτέλης Mitth. d. arch. Inst. in Athen I 1876 p. 337 n. 7*a*, 3. 44 ΓΡΟΙΣ *A B*. Utriusque exempli communem errorem habes etiam v. 59 (not. 109). 45 ΕΥΡΓΕΤΩΝ *A*. De quinque tribubus sacerdotum cf. Greek papyri in the British Museum II p. 112 n. CCCLIII, 7 [τῶν πέν]τε ἱερέων πενταφυλίας Σοκνο[παίου θ]εοῦ [μεγάλου μεγάλου]. p. 191 n. CLXVIII, 4. 5. τῶν ϛ' ἡγουμένων τῆς ε' φυλίας (i. e. πενταφυλίας) Σοκνοπαίου θεοῦ μεγάλου μεγάλου. Berliner gr. Urk. I p. 27 n. 16 τῶν ε' πρεσβυτέρων ἱερέων πενταφυλίας θεοῦ Σοκνοπαίου p. 163 n. 149, 6 ἱερεῦσι πενταφυλ(ίας) Σοκνοπαίου θεοῦ μεγάλου μεγάλου. 46 ΕΓΕΙΚΑΙ *B*, ΕΠΕΙΚΑΙ *A*. καὶ uncis inclusit Mahaffy, neque negandum est otiosam esse particulam. 47 Ineptum hunc lusum qui a numero quinario proficiscitur Lepsius p. 10 ad sacerdotes Aegyptios refert, quorum ingenio mihi sane tales argutiae melius convenire videntur quam Graecorum menti. 48 ΛΕΧΘΗΝΑΙ A. 49 Verbum προσκατατάσσω in lexicis non recenseri, sed multa afferri posse similiter composita, ut προσκαταντλάω, προσκατερείδω, προσκατορθόω, προσκαθέψω, προσκαταγωνίζω, προσκατανεύω, προσκαταξέω, προσκαταρραίνω, προσκαταφύω monuit Miller. 50 Duodecimus anni Aegyptiaci mensis, qui nono Euergetae anno a die 22 m. Septembris ad d. 21 m. Octobris a. 238 a. Chr. n. pertinebat. 51 Collegium quod de rebus cuiusque delubri administrandis consultabat. 52 ΞΚΑΣΤΗΣ *A*.

στον μῆνα[53] ἄγονται ἐν τοῖς ἱεροῖς ἑορταὶ τῶν Εὐεργετῶν θεῶν κατὰ τὸ πρότερον γραφὲν ψήφισμα[54] | ἥ τε πέμπτη[55] καὶ ἡ ἐνάτη[56] καὶ ἡ πέμπτη ἐπ' εἰκάδι[57], τοῖς τε ἄλλοις μεγίστοις θεοῖς[58] κατ' ἐνιαυτὸν συντελοῦνται ἑορταὶ καὶ πανηγύρεις δημοτε||λεῖς, ἄγεσθαι κατ' ἐνιαυτὸν πανήγυριν δημοτελῆ ἔν τε τοῖς ἱεροῖς καὶ καθ' ὅλην τὴν[59] χώραν βασιλεῖ Πτολεμαίωι καὶ βασιλίσσηι Βερενίκηι | θεοῖς Εὐεργέταις τῆι ἡμέραι ἐν ἧι ἐπιτέλλει τὸ ἄστρον τὸ τῆς Ἴσιος[60], ἣ νομίζεται διὰ τῶν ἱερῶν γραμμάτων νέον ἔτος εἶναι[61], ἄγεται δὲ νῦν ἐν τῶι | ἐνάτωι ἔτει νουμηνίαι τοῦ Παϋνὶ μηνός[62], ἐν ὧι καὶ τὰ μικρὰ Βου-

53 Menstrua sacra natalicia regum etiam extra Aegyptum nonnunquam commemorantur. Cf n. 339, 35. 36. 383, 132. 133. 54 Cf. not. 5. 55 Cf. v. 5. 56 Hic videtur reginae dies natalis esse. 57 Cf. not. 16. 17. Ceterum cum hic sacra quoque mense fieri iubeantur, sponte patet de Aegyptiorum mensibus cogitari. At causa cur quinto, nono, quinto et vigesimo potissimum mensis die res divina fiat, ab eis quae Macedonici mensis his diebus facta sunt repetitur. Cf. Lepsius p. 9. 10. Kornemann p. 72 not. 4. 58 Kornemann p. 74 not. 1 Euergetae maiores divinis honoribus affectos interpretatur, id quod mihi non ab omni parte certum videtur. 59 ΟΛΗΝ ΤΗΝΤΗΝ *A*. 60 Sirius. Cf. Plut. de Iside et Osiride 21 p. 359 D: τὰς δὲ ψυχὰς ἐν οὐρανῷ λάμπειν ἄστρα, καὶ καλεῖσθαι κύνα μὲν τὴν Ἴσιδος ὑφ' Ἑλλήνων, ὑπ' Αἰγυπτίων δὲ Σῶθιν. 22 p. 359 E: καὶ τὸ πλοῖον, ὃ καλοῦσιν Ἕλληνες Ἀργώ, τῆς Ὀσίριδος νεὼς εἴδωλον ἐπὶ τιμῇ κατηστερισμένον, οὐ μακρὰν φέρεσθαι τοῦ Ὠρίωνος καὶ τοῦ κυνός, ὧν τὸ μὲν Ὥρου τὸ δ' Ἴσιδος ἱερὸν Αἰγύπτιοι νομίζουσιν. 38 p. 365 F: τῶν δ' ἄστρων τὸν σείριον Ἴσιδος νομίζουσιν, ὑδραγωγὸν ὄντα. 61 p. 376 A: Ἑλληνιστὶ κύων κέκληται τὸ ἄστρον, ὅπερ ἴδιον τῆς Ἴσιδος νομίζουσιν. In epitaphio Isidis apud Diodorum I, 27, 4 haec leguntur: ἐγώ εἰμι ἡ ἐν τῷ ἄστρῳ τῷ κυνὶ ἐπιτέλλουσα. 61 Suam de anno Siriaco sententiam (not. 9) his verbis egregie confirmari opinatur Strack, quippe quae definite annum ab ortu Sirii initium capere demonstrent. Qua in re eum plane falli non difficile est demonstratu. Nam quis unquam eiusmodi dicendi formula usus est de anno civili, quem omnes norunt, quo omnes utuntur? Immo et ex toto enuntiato et ex mensis Payni (not. 62) mentione apparet, distingui hic anni formam quae sacerdotibus quidem probe nota sit neque vero ullum publice usum habeat a fastis civilibus, ad quos omnia per hunc titulum mensium nomina referenda sint. Ille est annus Siriacus, hic antiquus Aegyptiorum annus sine intercalatione qui usque ad Augusti aetatem mansit. 62 Decimus anni Aegyptiaci mensis. Cuius primus dies cum totius anni ducentesimus septuagesimus unus sit, annus vero mobilis Aegyptiorum qui nonus erat Ptolemaei Euergetae (239/8 a. Chr.) a die vigesimo altero mensis Octobris initium ceperit, sequitur ut ille in diem undevigesimum mensis Iulii incidat; at Sirii ortus potius die vigesimo eiusdem mensis accidit. Quam differentiam unius diei Vincent quidem ita

βάστια[63] καὶ τὰ μεγάλα Βουβάστια ἄγεται καὶ ἡ συναγωγὴ τῶν καρπῶν καὶ ἡ τοῦ | ποταμοῦ ἀνάβασις γίνεται. ἐὰν δὲ καὶ συμβαίνηι τὴν ἐπιτολὴν τοῦ ἄστρου[64] μεταβαίνειν εἰς ἑτέραν ἡμέραν διὰ τεσσάρων ἐτῶν[65], μὴ μετατί|θεσθαι τὴν πανήγυριν ἀλλὰ[66] ἄγεσθαι ὁμοίως[67] τῆι νουμηνίαι τοῦ Παϋνί, ἐν ἧι καὶ ἐξ ἀρχῆς ἤχθη ἐν τῶι ἐνάτωι ἔτει, καὶ συντελεῖν αὐτὴν ἐπὶ ἡμέρας ‖ πέντε μετὰ στεφανηφορίας καὶ θυσιῶν καὶ σπονδῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν προσηκόντων[68]. ὅπως δὲ καὶ αἱ ὧραι τὸ καθῆκον ποιῶσιν[69] διὰ παντὸς κατὰ τὴν νῦν | οὖσαν κατάστασιν[70] τοῦ κόσμου, καὶ μὴ συμβαίνηι τινὰς τῶν δημοτελῶν ἑορτῶν τῶν

---

expedire conatur, ut statuat Euergetam iam aliquot annis ante patris obitum regem renuntiatum esse, ut nonus eius annus non 239/8, sed 243/2 a. Chr. n. esset. Quod cur ferri nequiret exposui not. 17. Sed utut haec difficultas tolli potest, id tamen apparet, mensem Payni hic non posse anni Siriaci esse, sed mobilis. Nam in anno Siriaco ortus Sirii (20. m. Iulii) aut primus aut ut Rielio et Gutschmidio (Kl. Schr. I p. 390) placuit quintus decimus mensis Thoth est, neque aliter computare possunt qui septimum decimi mensis Tybi diem in initia Decembris incidere statuunt. Quod quoniam hic unus mensis Payni non potest non ad annum mobilem referri, tota eorum ratio qui annum Siriacum hic agnoscunt evertitur. Nam quis credet, in eodem titulo mensium nomina sine ulla distinctione usurpata partim (Παϋνί v. 37. 39) ad mobilem, alia (Τυβί v. 3. 55. 57. Μεσορή v. 26. Χοιάχ v. 51. 64) ad Siriacum annum referenda esse? 63 Cf. Lepsius p. 17. 18, qui easdem haud dubie ferias, quae hic Bubastiorum nomine indicarentur, ab Herodoto II, 59: πανηγυρίζουσι δὲ Αἰγύπτιοι οὐκ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, πανηγύριας δὲ συχνάς, μάλιστα μὲν καὶ προθυμότατα ἐς Βούβαστιν πόλιν τῇ Ἀρτέμιδι commemorari ac deinde c. 60 accuratius describi observavit. Distinctionem Bubastiorum minorum et maiorum, quae utraque eodem mense Payni haberentur, sane alibi non occurrere, sed in calendario in oppido *Esneh* invento duobus eius mensis diebus, sexto decimo et trigesimo, sacra deae Bubastis (*Bast* vel *Paχt*) recenseri. Illum videri minorum, hunc maiorum Bubastiorum diem esse. Cf. etiam Syll.[2] 843[1]. In demotica versione pro minorum Bubastiorum nomine aliquid scriptum videtur Revilloutio quod caerimoniam *in aede deae Bast* patratam significet, ideoque discrimen hoc statuit inter minores et maiores ferias, quod illae intra templum peractae essent, hae cum pompa sollenni in publico coniuncta fuissent. 64 ΛΣΤΡΟΥ *A*. 65 Non 'per quattuor annos' ut intellexerunt Reinisch et Roesler, sed 'quattuor annorum intervallo', 'quarto quoque anno'. von Gutschmid. 66 ΑΛ ΛΑΓΕΣΘΑΙ *A*. 67 Hanc vocem omittit *A*. 68 I. e. ita ut omnia fiant quae in magnis deorum feriis Graeco ritu peragendis usitata sunt. Eadem paene ab verbum redeunt n. 90, 49. 50. 69 Ut quasi officio suo fungantur anni tempora, i. e. suo quodque mense quotannis eadem redeant. 70 ΚΑΤΑΣΤΑΣΤΑΣΙΝ *A*.

ἀγομένων ἐν τῶι χειμῶνι ἄγεσθαί ποτε ἐν τῶι θέρει, τοῦ ἄστρου | μεταβαίνοντος μίαν ἡμέραν διὰ τεσσάρων ἐτῶν, ἑτέρας δὲ τῶν νῦν ἀγομένων ἐν τῶι θέρει ἄγεσθαι ἐν τῶι χειμῶνι, ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα καιροῖς καθάπερ πρό|τερόν τε συμβέβηκεν γενέσθαι καὶ[71] νῦν ἂν ἐγίνετο τῆς συντάξεως τοῦ ἐνιαυτοῦ μενούσης ἐκ τῶν τριακοσίων ἑξήκοντα[72] ἡμερῶν καὶ τῶν ὕστερον προσ|νομισθεισῶν ἐπάγεσθαι πέντε ἡμερῶν, ἀπὸ τοῦ νῦν μίαν ἡμέραν ἑορτὴν τῶν Εὐεργετῶν θεῶν ἐπάγεσθαι διὰ τεσσάρων ἐτῶν[73] ἐπὶ ταῖς πέντε ταῖς ‖ ἐπαγομέναις πρὸ τοῦ νέου ἔτους, ὅπως ἅπαντες εἰδῶσιν διότι τὸ ἐνλεῖπον[74] πρότερον περὶ τὴν σύνταξιν τῶν ὡρῶν καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ τῶν νομιζο|μένων[75] περὶ τὴν ὅλην διακόσμησιν τοῦ πόλου[76] διωρθῶσθαι καὶ ἀναπεπληρῶσθαι συμβέβηκεν διὰ τῶν Εὐεργετῶν θεῶν[77]. καὶ ἐπειδὴ τὴν ἐγ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσης Βερενίκης, θεῶν Εὐεργετῶν, γεγενημένην θυγατέρα καὶ ὀνομασθεῖσαν Βερενίκην, ἣ καὶ βασίλισσα εὐθέως ἀπεδείχθη[78], συνέβη ταύτην

71 ΚΑ *A*. 72 τριακοσίων *καὶ* ἑξήκοντα *A*. Antiquissimum annum trecentorum sexaginta modo dierum fuisse, sex epagomenas vero postea accessisse etiam apud Plutarchum de Iside et Osiride 12 p. 355 D E traditur, qui hoc inventum Mercurio deo tribui dicit ab Aegyptiis. 73 Cf. not. 65. 74 ἐλλεῖπον *A*. 75 ΝΟΜΙΞΟ|ΜΕΝΩΝ *A*. 76 ΓΟΑΟΥ *A*. 77 Quae hucusque descripta est fastorum Aegyptiorum mutatio, eam Graecae doctrinae et sollertiae deberi sibi persuasit B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 171. Contra quem M. L. Strack Götting. gel. Anz. 1900 n. 8 p. 648 haud inepte monuit, etsi in universum de sacerdotum Aegyptiorum litteris et ingenio non nimis honorifice existimandum esset, de anni ordine eos neutiquam Graecis magistris opus habuisse, sed vice versa illos multa ab ipsis demum didicisse. Quare non esse cur ad haec, quae a sacerdotibus decreta esse certum est, illos sua sponte aggressos esse negaremus. Qua re simul aliam rem satis miram expediri vidit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 783. Etenim, etsi A. von Gutschmid Kl. Schriften I p. 388 hunc ordinem anni Siriaci usque ad finem regni Lagidarum mansisse sibi persuasit, tamen nunc nemo amplius dubitat, quin haud ita magno post hoc decretum intervallo rursus abrogatus et antiquus annus mobilis restitutus sit. Quando id factum sit, sane ignoramus. Haud improbabilis videtur Lepsii p. 14 opinio, per Euergetae quidem regnum hoc decretum observatum esse, sed simulatque Ptolemaeus IV Philopator rerum potitus esset (221 a. Chr. n.) antiquam consuetudinem revocatam. Certe ante annum 196 a. Chr. id factum esse demonstrat decretum Rosettanum in quo ipsi sacerdotes rursus anno antiquo utuntur (90[25]). Quam rem Wilckenus inde repetit, quod non regio imperio, sed decreto sacerdotum modo illa mutatio effecta esset. 78 Cf. n. 141. In demotica versione legi '*quam reginam renuntiaturi erant*', ita ut

παρθένον | οὖσαν ἐξαίφνης μετελθεῖν εἰς τὸν ἀέναον κόσμον ἔτι ἐνδημούντων[79] παρὰ τῶι βασιλεῖ τῶν ἐκ τῆς χώρας παραγινομένων πρὸς αὐτὸν κατ' ἐνιαυτὸν ἱερέων, | οἳ μέγα μὲν[80] πένθος ἐπὶ τῶι συμβεβηκότι εὐθέως[81] συνετέλεσαν, ἀξιώσαντες[82] δὲ τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασίλισσαν ἔπεισαν, καθιδρῦσαι τὴν θεὰν μετὰ τοῦ Ὀσίριος[83] ἐν τῶι || ἐν Κανώπωι ἱερῶι, ὃ οὐ μόνον ἐν τοῖς πρώτοις[84] ἱεροῖς[85] ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν πάντων ἐν τοῖς μάλιστα τιμωμένοις ὑπάρχει, | καὶ ἡ ἀναγωγὴ τοῦ ἱεροῦ πλοίου τοῦ Ὀσείριος εἰς τοῦτο τὸ ἱερὸν κατ' ἐνιαυτὸν γίνεται ἐκ τοῦ ἐν τῶι Ἡρακλείωι ἱεροῦ[86] τῆι ἐνάτηι καὶ εἰκάδι τοῦ Χοιάχ[87] τῶν ἐκ τῶν πρώ|των ἱερῶν[88] πάντων θυσίας συντελούντων ἐπὶ τῶν ἱδρυμένων ὑπ' αὐτῶν βωμῶν[89] ὑπὲρ ἑκάστου ἱεροῦ τῶν πρώτων ἐξ

---

mortuam esse indicaretur infantem priusquam illa caerimonia perageretur, observat Revillout. Sic Graece desiderari εὐθέως ἂν ἀπεδείχθη adnotat Mahaffy, neque vero quemquam hoc sic enuntiaturum fuisse existimo. Omnino non est, cur dubitemus quin re vera illi regium nomen impositum sit. 79 Cum sacerdotes ad regis natalicia et ad regni initi diem celebrandum convenisse sciamus (v. 5. 6), inter quos dies viginti modo dierum intervallum est, consentaneum est eos per hoc tempus Alexandriae mansisse; hoc ipso vero spatio Berenice decessit. Accuratiora de temporum computatione vide apud Lepsium p. 16. 80 Hanc vocem omittit *A.* 81 ΕΥΟΕΩΣ *A.* 82 Sollenne esse vocabulum de eis qui regem adeant quidlibet petentes monet Mahaffy. 83 Cf. not. 19. 84 Cf. not. 138. 85 ΠΡΩΤΟΙΣΕΡΟΙΣ *A.* 86 Cf. Plut. de Iside et Osiride 22 p. 359 E τὸ πλοῖον, ὃ καλοῦσιν Ἕλληνες Ἀργώ, τῆς Ὀσίριδος νεὼς εἴδωλον ἐπὶ τιμῇ κατηστερισμένον, et nobilissimam fabulam de Osiridis navigio ibidem 13 p. 356 sqq. Illam igitur navem Canopi se habere gloriabantur, ut multas similes Osiridis relliquias in delubris Aegyptiorum fuisse constat. De Heracleo cf. Strabo XVII, 1, 4 p. 788 Cas. κατὰ Κάνωβον καὶ τὸ πλησίον Ἡράκλειον προσαγορευόμενον et paullo infra: δύο μὲν οὖν ταῦτα τοῦ Νείλου στόματα, ὧν τὸ μὲν Πηλουσιακὸν καλεῖται, τὸ δὲ Κανωβικὸν καὶ Ἡρακλειωτικόν. Diodor. I, 33, 7: Κανωβικόν, ὅ τινες Ἡρακλεωτικὸν ὀνομάζουσι. Strabo XVII, 1, 18 p. 801 μετὰ δὲ τὸν Κάνωβόν ἐστι τὸ Ἡράκλειον, Ἡρακλέους ἔχον ἱερόν. 87 Mensis quartus anni Aegyptiorum, qui anno 239/8 a. Chr. n. a die 20. m. Ianuarii ad diem 18. m. Februarii pertinebat. Nominis scriptura fluctuat inter Χοιάχ et Χοιάκ, Elephantinae hanc, Thebis illam frequentiorem fuisse observat U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 808. 88 Cf. not. 138. 89 Aras a sacerdotibus omnium per totam terram ordinis primi delubrorum in fano Canopio dedicatas indicio esse, non modo egregiam fuisse huius templi dignitatem, sed etiam ab initio illud eiusmodi conciliis sacerdotalibus, quale hoc habemus, recipiendis destinatum fuisse observat Lepsius.

ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ δρόμου[90], | μετὰ δὲ ταῦτα τὰ[91] πρὸς τὴν ἐκθέωσιν αὐτῆς νόμιμα καὶ τὴν τοῦ πένθους ἀπόλυσιν[92] ἀπέδωκαν μεγαλοπρεπῶς καὶ κηδεμονικῶς, καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶι Ἄπει | καὶ Μνηύει[93] εἰθισμένον ἐστὶν γίνεσθαι, δεδόχθαι συντελεῖν τῆι ἐκ τῶν Εὐεργετῶν θεῶν γεγενημένηι βασιλίσσηι Βερενίκηι τιμὰς ἀϊδίους ἐν ἅπασι τοῖς ‖ κατὰ[94] τὴν χώραν ἱεροῖς, καὶ ἐπεὶ εἰς θεοὺς μετῆλθεν[95] ἐν τῶι Τυβὶ μηνί[96], ἐν ὧιπερ καὶ ἡ τοῦ Ἡλίου θυγάτηρ[97] ἐν ἀρχῆι μετήλλαξεν τὸν βίον, ἣν

90 Ante introitum templi, quem ex relliquiis apparet fuisse a meridie, qua ex urbe Alexandria acceditur ad delubrum. De vocis δρόμος vi cf. n. 177[11]. 91 Articulum omisit *A*. 92 Lepsius p. 16 in universum quidem luctus tempus usque ad exsequias peractas septuaginta duorum dierum fuisse monet (cf. Diodor. I, 72, 2), sed hic propter instantes ferias regni initi, etsi sepultura quidem non posset intra brevius spatium perfici, tamen luctum fere in quattuordecim dies contractum esse. Quod ut fieret, dispensatione quadam opus fuisse, quam sacerdotes una cum decreto de infante inter deos referenda (ἐκθέωσις) tribuissent. Hanc intellegit ἀπόλυσιν τοῦ πένθους. At vox ipsa certe nullam eiusmodi licentiam, sed simpliciter finem luctus indicat. Cf. Diodor. I, 85, 2 ὅταν δ' εὑρεθῇ (ὁ Ἆπις), τὰ μὲν πλήθη τοῦ πένθους ἀπολύεται. Neque vero de venia solito prius luctum deponendi sacerdotum suffragio concessa, sed de caerimoniis religionibusque quibus luctus solvatur hic cogitari vocabula μεγαλοπρεπῶς καὶ κηδεμονικῶς testantur, quae ad simplex decretum de breviore lugendi tempore relata inepta ac paene ridicula essent. Quare nescio an τὴν τοῦ πένθους ἀπόλυσιν non a verbo ἀπέδωκαν pendeat, sed a praepositione πρός, ut intellegatur 'cum magnifice et religiose absolvissent ritus sollennes qui spectant ad reginam in deorum numerum recipiendam et ad luctum finiendum'. Qua cum interpretatione convenit quod hieroglyphicam versionem pro Graeco vocabulo ἀπόλυσις *purgationis* notionem habere testantur Revillout et Pierret, atque ipse Lepsius in interlineari hieroglyphicorum versione '*Sühnung*' habet, quod profecto non cadit in decretum quo tempus lugendi in brevius contrahitur. Luctu homines inquinari opinio est in permultarum gentium religionibus pervulgata, etiam a Graecis neutiquam aliena; quare caerimoniis expiatoriis opus est, cum luctus finitur. 93 Ἄπει Μνηύει in *B* esse refert Strack idque recepit; sed hic error est, nam in tabula photographica apud Millerum ΚΑΙ distincte agnoscitur, neque omnino quicquam hic est discrepantis lectionis, nisi quod in *A* nomen Ἄπει praeter litteram initialem in fine versus evanuit. De Api et Mnevi cf. not. 24. 94 ΤΑΤΑ *A*. 95 Formula de regum hominumque regiae stirpis obitu per omnia regna quae post Alexandrum fuerunt usitatissima. Cf. E. Kornemann in C. F. Lehmanni Beiträge zur alten Geschichte I p. 61 not. 1. Infra n. 339, 16: τῶν τε βασιλέων εἰς θεοὺς μεταστάντων. 96 Cf. not. 9. 97 Cf. Lepsius p. 16 sq., qui monet in monumentis Aegyptiacis frequenter occurrere deam nomine *Tafne*, quae paene semper filia dei *Ra*, i. e. Solis, appelletur, ut frater eius

ὁ πατὴρ στέρξας ὠνό|μασεν ὁτὲ μὲν βασιλείαν ὁτὲ δὲ[98] ὅρασιν[99] αὑτοῦ, καὶ ἄγουσιν αὐτῆι ἑορτὴν καὶ περίπλουν ἐν πλείοσιν ἱεροῖς τῶν πρώτων ἐν τούτωι τῶι μηνί, ἐν ὧι ἡ ἀποθέωσις αὐτῆς | ἐν ἀρχῆι ἐγενήθη, συντελεῖν καὶ βασιλίσσηι Βερενίκηι τῆι ἐκ τῶν Εὐεργετῶν θεῶν ἐν ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν χώραν ἱεροῖς ἐν τῶι Τυβὶ μηνὶ ἑορτὴν καὶ πε|ρίπλουν ἐπὶ ἡμέρας[100] τέσσαρας ἀπὸ ἑπτακαιδεκάτης[101], ἐν ἧι ὁ περίπλους καὶ ἡ τοῦ πένθους ἀπόλυσις ἐγενήθη αὐτῆι τὴν[102] ἀρχήν· συντελέσαι δ' αὐτῆς καὶ | ἱερὸν ἄγαλμα χρυσοῦν διάλιθον[103] ἐν ἑκάστωι[104] τῶν πρώτων καὶ δευτέρων ἱερῶν[105] καὶ καθιδρῦσαι ἐν τῶι ἁγίωι· ὃ ὁ προφήτης[106] ἢ (τις)[107] τῶν εἰς[108] τὸ ἄδυτον εἰρημένων[109] || ἱερέων πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν θεῶν[110] οἴσει ἐν ταῖς ἀγκάλαις, ὅταν αἱ ἐξοδεῖαι καὶ πανηγύρεις τῶν λοιπῶν θεῶν γίνωνται[111], ὅπως ὑπὸ πάντων ὁρώμενον | τιμᾶται καὶ προσκυνῆται, καλούμενον

Šu simili constantia filius *Ra* audiat. Atque etsi etiam multi alii dei Aegyptii multaeque deae aliquando filii filiaeque Solis dicantur, tamen in illud par hoc praecipue cadere, ita ut in regnis deorum enumerandis hi duo Solis successores recenseantur. Sacra fratris sororisque frequentissima fuisse per totam terram ac maxime quidem in Aegypto inferiore. Quod vero hic de obitu Taphnes legeretur plane novum esse, neque omnino praeter Osirin eiusque proximos de ullo ex deorum Aegyptiorum numero tales de morte aliisque humanis casibus fabulas notas. Sed huius decreti de mense mortis testimonium confirmari calendario in oppido *Esneh* reperto, ubi primo huius mensis die perscripta esset panegyris deae *Tafne* filiae dei *Ra*.
98 δὲ abest ab *A*; sed iam priores editores particula careri non posse intellexerunt, quae deinde reperta est in exemplari *B*. 99 Etiam aliae deae, praecipue eponymi singularum urbium, hac honorifica oculi Solis appellatione praedicari solent. Lepsius. 100 ἐφ' ἡμέρας *A*. 101 ἑπτακαιδεκάτηι *A*. 102 ΤΗΧ *A*. 103 Gemmis ornatum ac distinctum. Cf. Syll.[2] 586,63. 588,4. 184.198. 104 ΕΝΑΣΤΩΙ *A*. 105 Cf. not. 138. 106 ὁ δὲ προφήτης *A*, ὃ ὁ προφήτης *B*. De prophetis cf. not. 11. 107 Pronomen, quod sane in utroque exemplari omittitur, desiderari monuit Miller. 108 ΤΩΝΊΣ *A*. 109 ΕΙΡΗΜΕΝΩΝ exemplum utrumque. Quod si εἱρημένων scribitur, ut faciunt editores omnes, utique sensu cassum est. Sed εἰρημένων pro ᾑρημένων 'ex eis qui electi vel constituti sunt ad deorum simulacra exornanda' non absurde dicitur. At sic quoque male habet εἰς τὸ ἄδυτον non relatum ad verbum eundi. Quare cum Lepsio reliquisque editoribus sane probabile existimo peccatum esse non quidem in his exemplaribus incidendis, sed in archetypo unde haec exscripta sunt conficiendo. Quod si statuimus, certe non cum Reinischio et Roeslero ἐρχομένων, sed cum Lepsio ex v. 4 εἰσπορευομένων emendandum est. 110 Cf. not. 12. 111 ΓΙΝΟΝΤΑ *A*. Eadem fere redeunt n. 90, 41. 42.

Βερενίκης ἀνάσσης παρθένων. εἶναι δὲ τὴν ἐπιτιθεμένην βασιλείαν[112] τῆι εἰκόνι αὐτῆς διαφέρουσαν τῆς ἐπιτιθεμένης | ταῖς εἰκόσιν τῆς μητρὸς αὐτῆς βασιλίσσης Βερενίκης ἐκ σταχύων δύο[113], ὧν ἀνὰ μέσον ἔσται ἡ ἀσπιδοειδὴς[114] βασιλεία, ταύτης δ' ὀπίσω σύμμετρον σκῆπτρον | παπυροειδές, ὃ εἰώθασιν αἱ θεαὶ ἔχειν ἐν ταῖς χερσίν, περὶ ὃ[115] καὶ ἡ οὐρὰ τῆς βασιλείας ἔσται περιειλημένη[116], ὥστε καὶ ἐκ τῆς διαθέσεως τῆς βασιλείας δια|σαφεῖσθαι τὸ Βερενίκης ὄνομα κατὰ τὰ ἐπίσημα τῆς ἱερᾶς γραμματικῆς. καὶ ὅταν τὰ Κικήλλια[117] ἄγηται ἐν τῶν Χοιὰχ[118] μηνὶ πρὸ τοῦ περίπλου τοῦ Ὀσείριος[119], κατα||σκευάσαι τὰς παρθένους τῶν ἱερέων[120] ἄλλο ἄγαλμα Βερενίκης ἀνάσσης παρθένων, ὧι συντελέσουσιν ὁμοίως θυσίαν καὶ τἆλλα τὰ συντελούμενα νό|μιμα τῆι ἑορτῆι ταύτηι. ἐξεῖναι δὲ κατὰ ταὐτὰ καὶ ταῖς ἄλλαις παρθένοις ταῖς βουλομέναις συντελεῖν τὰ νόμιμα τῆι θεῶι· ὑμνεῖσθαι δ' αὐτὴν καὶ ὑ|πὸ τῶν ἐπιλεγομένων ἱερῶν[121] παρθένων καὶ τὰς χρείας παρεχομένων[122] τοῖς θεοῖς, περικει-

112 Regni insigne quod capiti regis imponitur hic significat vocabulum; ab antiqua sermonis Graeci consuetudine hoc sane alienum est, sed in rerum Aegyptiacarum descriptione invenitur etiam apud Diodorum I, 47, 5: εἶναι δὲ καὶ ἄλλην εἰκόνα τῆς μητρὸς αὐτοῦ (Ὀσυμανδύου) καθ' αὑτὴν πηχῶν εἴκοσι μονόλιθον, ἔχουσαν δὲ τρεῖς βασιλείας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ἃς διασημαίνειν ὅτι καὶ θυγάτηρ καὶ μήτηρ καὶ γυνὴ βασιλέως ὑπῆρξε. Plutarchus tamen maluit neutro uti de Iside et Osiride 19 p. 358 D: τὸν δ' Ὧρον οὐ μετρίως ἐνεγκεῖν, ἀλλ' ἐπιβαλόντα τῇ μητρὶ τὰς χεῖρας ἀποσπάσαι τῆς κεφαλῆς τὸ βασίλειον. n. 90, 45 βασίλειον de toto capitis ornamento regio, cuius partes sunt βασιλεῖαι, usurpatur; fortasse idem sibi vult apud Plutarchum. Cum interpretes volgo ex recentioris aetatis usu *coronam* appellent, Letronnius in commentario ad decretum Rosettanum (n. 90) p. 31 monet, nullam illud Aegyptiorum ornamentum regium similitudinem habere cum corona, sed longe aliam esse eius figuram, quam accurata delineatione illustrat. 113 ΔΥΩΝ *A*. 114 Cf. n. 90, 44 cum adnotatione. 115 περὶ οὗ *A*. 116 περιειλημμένη *A*. 117 Cum reliqui omnes se plane ignorare faterentur has ferias, Gutschmidius monuit, easdem commemorari ab Epiphanio II p. 482 Dindorf: ταύτην δὲ τὴν ἡμέραν ἑορτάζουσιν Ἕλληνες, φημὶ δὲ οἱ εἰδωλολάτραι, τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰανουαρίων, τὴν παρὰ Ῥωμαίοις καλουμένην Σατουρναλίαν (-α?), παρ' Αἰγυπτίοις δὲ Κρόνια, παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι δὲ Κικέλλια. 118 Cf. not. 87. 119 Cf. v. 51. 120 In hieroglyphica et demotica versionibus praeter virgines (filias) sacerdotum etiam uxores eorundem commemorari observat Pierret. 121 ἱερειῶν *A*. 122 τῶν ἐπιλεγομένων — καὶ παρεχομένων ad easdem virgines spectare vidit Gutschmid, cum Reinisch-Roesler et Lepsius duo hic genera distingui sibi persuasissent. Nam si ita esset, καὶ τῶν τὰς χρείας παρεχομένων dicendum fuit. Cf. not. 135.

μένων τὰς ἰδίας βασιλείας τῶν θεῶν ὧν[123] ἱέρειαι νομίζονται | εἶναι[124], καὶ ὅταν ὁ πρώϊμος[125] σπόρος παραστῆι, ἀναφέρειν[126] τὰς ἱερὰς παρθένους στάχυς[127] τοὺς παρατεθησομένους[128] τῶι ἀγάλματι τῆς θεοῦ, ᾄιδειν δ' εἰς αὐτὴν | καθ' ἡμέραν καὶ ἐν ταῖς ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσιν τῶν λοιπῶν θεῶν τούς τε ᾠιδοὺς ἄνδρας καὶ τὰς γυναῖκας οὓς ἂν ὕμνους οἱ ἱερογραμματεῖς[129] γρά||ψαντες δῶσιν τῶι ᾠιδοδιδασκάλωι, ὧν καὶ τὰ ἀντίγραφα[130] καταχωρισθήσεται εἰς τὰς ἱερὰς βύβλους. καὶ ἐπειδὴ τοῖς ἱερεῦσιν[131] δίδονται αἱ τροφαὶ ἐκ τῶν | ἱερῶν ἐπὰν ἐπαχθῶσιν εἰς τὸ πλῆθος, δίδοσθαι ταῖς θυγατράσιν[132] τῶν ἱερέων ἐκ τῶν ἱερῶν προσόδων ἀφ' ἧς ἂν ἡμέρας γένωνται τὴν συνκριθησομέ|νην τροφὴν ὑπὸ τῶν βουλευτῶν ἱερέων τῶν ἐν ἑκάστωι ἱερῶι[133] κατὰ λόγον τῶν ἱερῶν προσόδων, καὶ τὸν διδόμενον ἄρτον ταῖς γυναιξὶν | τῶν ἱερέων ἔχειν ἴδιον[134] τύπον καὶ καλεῖσθαι Βερενίκης ἄρτον. ὁ δὲ ἐν ἑκάστωι τῶν ἱερῶν καθεστηκὼς ἐπιστάτης καὶ ἀρχιερεὺς[135] καὶ οἱ τοῦ ἱεροῦ | γραμματεῖς[136] ἀναγραψάτωσαν τοῦτο τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λιθίνην ἢ χαλκῆν ἱεροῖς γράμμασιν καὶ Αἰγυπτίοις[137] καὶ Ἑλληνικοῖς, καὶ

---

123 Pronomen omisit A. 124 ΕΙΚΑΙ *A*. 125 Sic B aptissime. ΠΡΟΩΡΙΗΟΣ *A*, quod προωριῆος legunt Reinisch et Roesler, προώριμος Lepsius, recte sine dubio, quandoquidem Η et Η saepe in hoc titulo simillima sunt. At vocabulum ipsum vix aliud significare potest ac sementem quae ante iustum tempus fiat, id quod huius loci sententiae non convenire apparet. 126 Comparare intellegit Lepsius, afferre Reinisch et Roesler. Quorum interpretationem ita probat Gutschmid, ut verbum compositum ad pompam a littore ad templum superiore loco situm procedentem referat, collato v. 51 ἡ ἀναγωγὴ — εἰς τοῦτο τὸ ἱερόν. 127 ΣΥΑΧΥΣ *A*. 128 παραθησομένους *A*. 129 Cf. not. 14. 130 τἀντίγραφα *A*. 131 ΙΕΡΕΙΣΙΝ *A*. 132 Hic quoque, ut v. 65, in demotica versione praeter filias uxores sacerdotum commemorantur, neque esse videtur cur de solis filiabus hoc praecipiatur. Mahaffy. 133 ἐν ἑκάστωι τῶν ἱερῶν *A*. 134 Cum Reinisch et Roesler errore in *A* legissent ΔΙΟΝ (nam illic ut in B ΙΔΙΟΝ esse Lepsii testimonio constat), hoc 'divinum' interpretati sunt, eosque secutus est Perrin. Qua in re mireris hos triumviros neglexisse, 'divinum' Graece θεῖον esse, non δῖον. 135 Epistatam et summum sacerdotem duos homines esse putabant Reinisch-Roesler et Lepsius. Sed nisi unus idemque intellegeretur καὶ ὁ ἀρχιερεὺς dicendum fuisse vidit Gutschmid. 136 Eidem esse videntur qui supra v. 4. 69 ἱερογραμματεῖς appellantur (not. 14) etsi sane hic eo officio funguntur quod ubique scribis iniungi solet, cum aliis testimoniis constet, illorum scribarum sacrorum munus multo latius patuisse. 137 Quae volgo demoticae appellantur. n. 90, 53 pro Αἰγυπτίοις est ἐγχωρίοις.

ἀναθέ||τωσαν ἐν τῶι ἐπιφανεστάτωι τόπωι τῶν τε πρώτων ἱερῶν καὶ δευτέρων καὶ τρίτων[138], ὅπως οἱ κατὰ τὴν χώραν ἱερεῖς φαίνωνται τιμῶντες[139] τοὺς Εὐεργέτας θεοὺς καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, | καθάπερ δίκαιόν ἐστιν.

138 Sic *B*, cum in *A* propter spatii angustias notae numerales τῶν τε α′ ἱερῶν καὶ β′ καὶ γ′ sint. Cum eadem legerentur in fine tituli Rosettani, sed mutila, Letronnius ambiguus haerebat utrum de tribus templorum an deorum ordinibus diceretur. Sed templorum quidem nusquam commemorari eiusmodi distributionem; nam Platonis praeceptum Legg. VI, 760 A: ταμίας δὲ δὴ — αἱρεῖσθαι μὲν ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων τρεῖς εἰς τὰ μέγιστα ἱερά, δύο δ' εἰς τὰ σμικρότερα, πρὸς δὲ τὰ ἐμμελέστατα ἕνα num ab Aegyptiorum institutis penderet incertum esse; quod contra deorum tres ordines in Aegypto iam ab Herodoto commemorari II, 145: παρ' Αἰγυπτίοισι δὲ Πὰν μὲν ἀρχαιότατος καὶ τῶν ὀκτὼ τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν, Ἡρακλέης δὲ τῶν δευτέρων τῶν δυώδεκα λεγομένων εἶναι, Διόνυσος δὲ τῶν τρίτων, οἳ ἐκ τῶν δυώδεκα θεῶν ἐγένοντο. Quare nisi versio hieroglyphica alteram commendaret restitutionem, θεῶν ad πρώτων, δευτέρων, τρίτων supplendum esse; iam integrum decretum Canopium omnem dubitationem eximit, quin numeri ordinales ad ἱερῶν spectent. Verum id rectissime iam Letronnius observavit, in summa sententiae nihil discriminis esse, siquidem manifesto primi, secundi, tertii ordinis delubra ea ipsa essent, in quibus primi, secundi, tertii ordinis dei colerentur. 139 τιμῶντας A.

---

57 Lapis muri antiqui inter reliquias oppiduli siti prope Lydas urbem Lyciae (Ptolem. V, 28), quinque miliariorum Anglicorum intervallo a littore maris. Ex Th. Bentii ectypo ed. E. L. Hicks Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 88 n. 1 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 412 n. 548. M.L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 236 n. 52).

Βασιλεύοντος Πτολεμαίου το[ῦ] Πτολ[εμ]α[ί]ου[1], ἔτους | ὀγδόου[2],

Litteratura volgaris, nisi quod O et Ω reliquis litteris aliquanto minores sunt. 1 Ptolemaeum III Euergetam (246—221 a. Chr.) intellegunt Hicks et Strack, Ptolemaeum II Philadelphum (285—246 a. Chr.) B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 102 not. 3 et J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 487. Utique argumentum tituli nihil habet, quo haec lis dirimatur; nam Lyciam et Cariam Euergetes et a patre hereditate accepit (n. 54, 7) et per totum regnum tenuit. At simplicitatem formulae βασιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου Niesius nihil dubii relinquere indicat, quia si Euergetae esset titulus, potius βασιλεύοντος Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης θεῶν Ἀδελφῶν (ut 55, 2. 3. 56, 1. 60, 1. 2. 61, 1. 2. 65, 2) legeremus. At hoc discrimen non tanti momenti esse mihi videtur, quia et in Philadelphi titulis mater modo commemoratur (n. 22, 1. 23, 2. 26, 1. 2), modo tacetur

μηνὸς Ἀρτεμισίου[3], ἔδοξε Λισσατῶν[4] τ[ῶι] δ[ή]μω[ι], κυρί|ας ἐκκλησίας γενομένης· ἐπειδὴ Μενεκράτ[η]ς Θ----ω--δους | Λισσάτης ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διατελεῖ εἰς τὸν δῆ[μ]ον τὸν Λισσατῶν, ‖ στεφανῶσαι αὐτὸν θαλλοῦ στεφάνωι ἀνδ[ραγα]θίας ἕνεκεν καὶ | εὐνοίας ἧς [ἔχ]ω[ν διατελεῖ] εἰς τὸν δῆ[μον τὸν Λισσ]ατῶν, καὶ | εἶναι αὐτὸ[ν εὐεργ]έτ[ην] τοῦ [δήμου. ἀναγράψαι δ]ὲ τὸ ψήφισμα | Λισσ[άτας ἐ]ν------------------ --ηι συντ.|αι ---------ετα-----

(n. 25, 1. 2. 28, 1. 2), et in nonnullis posteriorum regum titulis, Philopatoris 85, 1. 2, Epiphanis 92, 1 simpliciter ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου legitur. Quare aliquantum probabilitatis habere Niesii et Mahaffyi sententiam non nego, sed certa mihi non videtur. 2 Aut 278/7 aut 240/39 a. Chr. n. Cf. not. 1. 3 Septimus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Munychioni, fastorum Iulianorum fere Aprili. 4 Cives oppidi Λίσση vel Λίσσαι ceteroqui plane ignoti, sed manifesto illo Lyciae loco siti, ubi hi lapides eruti sunt. H.

---

58 Lapis inventus eodem loco ac n. 57. Ex Th. Bentii ectypo ed. E. L. Hicks Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 89 n. 2 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 413 n. 549. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 236 n. 52).

[Βασιλεύο]ντο[ς Πτολεμαίου το]ῦ Πτολεμαίου[1], ἔτους ἑνδεκάτου[2], | [μηνὸ]ς [--------, ἐκκλησία]ς κυρίας γενομένης, ἔδοξε | Λισσατῶν[3] τῶ[ι] δήμωι· ἐπ[ειδὴ] Ἀγέπολις Λάμπωνος Ῥόδιος | ἀνὴρ καλὸς καὶ [ἀγ]αθὸς γ[έ]γον[εν εἰ]ς τὸν δῆμον τὸν Λισσατῶν, ‖ [κ]αὶ κοινῆι καὶ ἰδίαι ἑκάστωι χ[ρ]εί[α]ς [πα]ρεχόμενος, ἔδοξε τῶι δή|μωι τῶι Λισσατῶν, στεφα[ν]ῶσ[αι αὐτὸν] θαλλοῦ στεφάνωι | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας, [ἧς] ἔχ[ων] δι[ατελ]εῖ εἰς τ[ὸν] δῆμον | [τ]ὸν Λισσατῶν. δίδωσι δὲ πο[λι]τείαν α[ὐ]τῶι καὶ ἐγγόνοις | [κ]αὶ ἀτέλειαν ἁπάντων ὁπ[όσ'] ἂν[4] εἰ[σάγ]η[ι]. ἀναγράψαι ‖ [δ]ὲ τὸ ψήφισμα τοῦτο εἰ[ς] τὸ [τῆς[5] Δήμ]ητρος [πρὸ πυ]|λῶν[6] συνεγ[δόντ]α[ς[7] κ](ο)[ινῆι[8] μετὰ τοῦ εἰρ]ηκότος[9].

Litterae volgares praeter ΞΓΣ; Ο et Ω reliquis minores. 1 Cf. n. 57[1]. 2 Aut 275/4 aut 237/6 a. Chr. n. Cf. n. 57[1]. 3 Cf. n. 57[4]. 4 Supplevi. ὁπ[ότ'] ἂν Hicks, ὃ π[οτ'] ἂν Michel. 5 Supplevi. τὸ [ἱερὸν Δήμ]ητρος Hicks, at spatium ab ipso in exemplo maiusculo indicatum non sufficit et articulo aegre caretur. 6 Supplevi non sine haesitatione. Hicks haec sic restituere conatur: [ἄλ]λων συνε(π)[αινεσ]ά[ντ]ω[ν μετὰ τοῦ εἰ]ρηκότος.

Sed quid attinet in re quam totus populus decrevit, addere etiam alios praeter rogatorem eam probasse? 7 Supplevi. Iubentur igitur civitatis magistratus una cum eo qui ad populum tulit decretum incidendum locare. Moleste sane accidit, quod subiectum verbi ἀναγράψαι — συνεγδόντας nusquam definite enuntiatur. Sed hoc quidem incommodum, utut postremos versus suppleveris, vitare nullo modo poteris. 8 Hoc supplementum meum incertissimum esse non est quod dicam. In Hicksii exemplo nihil nisi Ω est. 9 Supplevit Hicks. Cf. not. 6.

---

59 Stela marmoris albi; in superiore planicie media exstant reliquiae fibulae ferreae. Infra titulum aliis manibus incisa 125 militum nomina, quae omittimus. In lateribus dextro et sinistro alius militum index, unum nomen in planicie superiore. Ed. F. Hiller von Gärtringen in ephemeride hebdomadari Σαντορίνη ἀρ. 447, 11. Ἰουλίου 1896 (Mitth. des arch. Inst. in Athen XXI p. 258) et cum illis nominum indicibus Inscr. Gr. mar. Aeg. III p. 75 n. 327 cum Addendis p. 230. (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 204 n. 13.) Cf. quae exposuit B. Haussoullier Revue de philologie XXV (1901) p. 28 sq.

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] | Ἀπολλωνίωι[2] χαίρειν· ἐκομισάμεθα |

Litterae volgares praeter ΑΠ. Hastae extremae lineolis transversis ornatae. 1 Ptolemaeum III Euergetam (247—221 a. Chr.) intellegunt Hiller et Strack cum propter litteraturam tum quia sic responsio inter fastos Macedonicos et Aegyptios (cf. not. 7) optime expediatur. At J. P. Mahaffy History of Egypt IV. The Ptolemaic dynasty p. 60 not. 1 Ptolemaeo I Lagi f. (306—285 a. Chr.) epistulam vindicat, quia inter tot militum nomina Πτολεμαῖος non compareat nisi semel. At huic rei nequeo tantum tribuere, praesertim quia nescio an hi milites mercennarii sint undique ex Graecia conducti, ubi Ptolemaei nomen vel Euergetae tempore perfrequens fuisse non est quod statuamus. Praeterea M. Smylyum ex ipsa duplici diei definitione (not. 7) in commentatione nondum edita probasse dicit, Ptolemaei I regno haec scripta esse. Utique litterae Α non in ornata monumentorum scriptura, sed in eiusmodi documento constanter usurpata mihi tertii potius quam primi regis aetati convenire videtur. 2 In latere lapidis post haec verba: Οἵδε εἰσήνενκαν τὴν γενομένην | δαπάνην εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ | γυμνασίου, τὰς ις' ⊢, ἀπὸ τοῦ ιη' L | ἕως τοῦ κβ' L tria nomina cum patronymicis Ἀπολλώνιος Κοιράνου, | Δικαίαρχος Ἀπολλωνίδου, | Σωσίπατρος Ἀμμωνίου per totam lapidis latitudinem scripta sunt, deinde per duas columnas disposita sequuntur reliquorum militum nomina, paternae originis significatione partim plane omissa partim per compendium indicata. Qui scripturae ordo indicio est, illos tres homines duces esse, reliquos gregarios

τὴν ἐπιστολήν, ἐν ἧι καὶ τοῦ δοθέντος | ὑπομνήματος παρὰ τῶν ἐν Θήραι τασ||σομένων στρατιωτῶν τὸ ἀντίγρα|φον ὑπετετάχεις, καὶ καθάπερ ἠξίουν | προστετάχαμεν Διογένει τῶι διοικη|τῆι[3] δοῦναι αὐτοῖς τὰ ἀνειλημμένα ὑπὸ | τοῦ οἰκονόμου[4] εἰς τὸ βασιλικὸν χωρία, || τὸ Τεισαγόρειον καὶ τὸ Καρκίνειον καὶ | τὰ καλούμενα Καλλιστράτεια καὶ ἃ εἶχε | Τιμακρίτα[5], ἀφ' ὧν τὰς

---

atque inter illos quidem qui primum locum teneat, Apollonium Coerani f., totius praesidii praefectum. Ad eundem hanc regis epistulam datam esse existimat Hiller, recte si quid video. Nam quod Haussoullier dicit, eiusmodi praefectum humilioris condicionis hominem esse quam ut regem ad eum litteras dedisse credibile sit, probare nequeo, siquidem epistula manifesto ad res et condicionem militum qui Therae collocati erant spectat, ut inter eorum praefectum et regem de ea actum esse rei naturae accommodatum sit. Utique Ἀπολλώνιος Σωσιβίου Θηραῖος ἡγεμὼν τῶν ἔξω τάξεων (n. 69, 2), de quo H. cogitat, hic in censum non venit, nam eius officium ad aliam plane regionem spectat, neque inde quod Theraeus origine erat recte colligas eum cum apud regem militaret quicquam necessitudinis habuisse cum patriae insulae rebus. 3 Cf. G. Lumbroso Recherches sur l'éc. pol. p. 339 sq. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 493. P. Meyer, Das Heerwesen der Ptolemäer in Aegypten p. 31 not. 109. p. 54 not. 191. Omni per totum regnum pecuniarum publicarum administrationi unum hominem praefuisse hoc nomine appellatum cum Cicero testatur pro Rabirio Postumo 10, 28: *Nam ut ventum est Alexandriam, iudices, haec una ratio a rege proposita Postumo est servandae pecuniae, si curationem et quasi dispensationem regiam suscepisset. Id autem facere non poterat, nisi dioecetes — hoc enim nomine utitur qui ea regit — esset constitutus*, tum confirmant tituli, papyri, ostraca. Droysen Kl. Schr. II p. 397 non unum hominem, sed collegium τῶν ταμιῶν καὶ διοικητῶν summum regimen administrationis pecuniariae habuisse statuit. Sed ex testimoniis quibus utitur, Ciceronis quidem locus, quem supra exscripsimus, manifesto contrarium probat, Polyb. XXVII, 13, 2 αἰτούμενος πολλάκις ὑπὸ τῶν βασιλικῶν διοικητῶν commodissime ad eos qui deinceps illo officio functi sunt refertur, reliqui vero loci neque huius magistratus appellationem habent neque quicquam omnino quod iure ad eum referatur. Id unum ambigitur, utrum praeter hunc etiam inferiores quidam magistratus quorum officium ad partes regni spectaret eodem vocabulo significati sint, quae est Wilckenii sententia, an ubique διοικητής illum summum administrationis praefectum significet, ut existimat Meyerus, cuius opinio mihi quidem probabilior videtur. Sed hic quidem illum totius regni dioecetam intellegi omnes consentiunt. 4 Cf. n. 89[3]. 102[9]. Non quaestorem militarem, sed praefectum administrationis pecuniariae per insulam Theram, subiectum illum quidem dioecetae regio (not. 3), hic dici ipsius negotii descriptio luculentissime demonstrat. 5 Fundi a priorum dominorum nominibus appellationem acceperunt secundum consuetudinem apud antiquos latissime patentem; eandem igitur vim haec adiectiva habent ac proxima ἃ εἶχε Τιμακρίτα,

προσόδους ἀπέ|φαινεν γίνεσθαι κατ' ἐνιαυτὸν Πτολε|μαϊκὰς ⊦ρια′[6], ὅπως ἔχωσιν εἴς τε τὰς θυ||σίας καὶ τὸ ἄλειμμα δαπανᾶν. | ἔρρωσο. ἔτους ιη′, Αὐδναίου ιε′, Ἐπειφὶ ιε′[7].

ubi adiectivum vitatum esse videtur quia Τιμακρίτειον unusquisque lector ad viri nomen Τιμάκριτος retulisset. Ceterum utrum publicata sint bona hominum Theraeorum, quae est Haussoullieri sententia, an alia ratione, veluti emptione venditione, a privatis ad regem pervenerint, non poterit diiudicari. 6 ΜΑΙΚΑΣΥΡΙΑ lapis, quod cum Hillerus Πτολε|μαϊκὰ Σύρια legisset, a me monitus hic potius summam pecuniae desiderari, perspexit Ɣ non ὖ ψιλόν esse, quod per totum titulum Y scribitur, sed drachmae signum leniter discrepans ab Attico ⊦. Cf. ἀργυρίου ἐπισήμου Πτολεμαϊκοῦ νομίσματος ap. Leemans papyri Lugdun. I p. 77 pap. O, 10. 11, quod affert G. Lumbroso Recherches p. 29, et Oxyr. pap. II p. 234 n. CCLXIV, 8 ἀργυρίου Σεβαστοῦ καὶ Πτολεμαϊκοῦ νομίσματος δραχμὰς εἴκοσι. p. 246 n. CCLXVII, 4. 5 ἀργυρίου Σεβαστοῦ καὶ Πτολεμαϊκοῦ νομίσματος δραχμὰς τετταράκοντα. p. 255 n. CCLXXI, 5. 6 πρ[ᾶ]ξιν καὶ κομιδὴν ἀργυρίου Σεβαστοῦ καὶ Π[τολε]μαϊκοῦ νομίσμα[τ]ος δραχμῶν [δι]ακοσίων. 7 Si recte ad Ptolemaeum Euergetam relatus est titulus (cf. not. 1) haec conveniunt in diem 29 m. Augusti a. 229 a. Chr. n. Cf. M. L. Strack Mus. Rh. LIII p. 404 not. 1. 420. Archiv für Papyrusforschung I p. 205. At vide quae not. 1 de Mahaffyi et Smylyi sententia adnotavi.

---

60 Lamina aurea inventa inter rudera Canopi, tam tenuis ut litterae punctis incisae etiam ex aversa parte legantur. A Mehemed-Ali Aegypti praeside dono data Sidneyo Smithio Anglo pervenit in museum Britannicum. Edd. Jomard Revue encyclop. V (1820) p. 268 sqq. Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Egypte p. 6. Recueil d'inscr. Gr. et Lat. de l'Egypte I p. 1, tab. V*a* (I. Franz Elementa epigr. Gr. p. 218 n. 81. C. I. G. 4694. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 233 n. 40. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 859 n. 1234).

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] Πτολεμαίου καὶ | Ἀρσινόης, θεῶν Ἀδελφῶν[2], καὶ βασίλισσα | Βερενίκη, ἡ ἀδελφὴ[3] καὶ γυνὴ αὐτοῦ, | τὸ τέμενος[4] Ὀσίρει.

Litterae ΑΔΕΘΛΜΠΓϹϹѠ. Scripturae genus dissimillimum lapidariae. 1 Ptolemaeus III Euergetes (247—221 a. Chr. n.). 2 Natus quidem erat Euergetes ex priore Philadelphi matrimonio, quod cum Arsinoë Lysimachi filia inierat. Sed cum alteram Arsinoën, sororem germanam, uxorem duxisset, ab ea illius liberi, Ptolemaeus Euergetes, Lysimachus, Berenice, adoptati sunt. Cf. Schol. Theocr. XVII, 128: καὶ τὴν οἰκείαν ἀδελφὴν Ἀρσινόην ἔγημε· καὶ εἰσεποιήσατο αὐτῇ τοὺς ἐκ τῆς προτέρας Ἀρσινόης γεννηθέντας παῖδας.

ἡ γὰρ ἀδελφὴ ἄτεκνος ἀπέθανεν. Quare et hic et n. 54, 2. 55, 3. 56, 1. 61, 1. 2. 65, 2. 3. Archiv f. Papyrusforschung I p. 205 n. 16, 2 Euergetes Ptolemaei et Arsinoës Divorum Fratrum filius perhibetur, Letr. cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 192 not. 9. 3 Berenice Euergetae uxor Magae filia fuit, mariti non soror germana, sed patruelis. Neque hoc Graece ἀδελφή nomen significat, neque de errore lapicidae, quo hoc pro ἀδελφιδῆ incisum sit, cogitare licet propter aliorum lapidum testimonium (cf. n. 56, 8. 61, 3. 65, 5. Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 205 n. 15, 4). Quare recte Letr. statuit reginae, etiamsi re vera non soror germana regis fuisset, honoris causa nomen quod est ἀδελφή tribui consuevisse in domo Lagidarum. Sed errasse videntur, qui eundem morem etiam apud Seleucidas usurpatum esse sibi persuaserunt. Cf. n. 219[17]. Ceterum haud improbabiliter Letr. huc rettulit Catulli LXVI, 22 *fratris cari flebile discidium*, etsi apud Latinos quidem fratrem patruelem simplici fratris appellatione designari non est negandum. Niebuhrii errorem, qui Berenicen sororem uterinam Euergetae fuisse sibi persuaserat, refutavit J. G. Droysen Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 271 not. 1. 4 Non solum aream, sed templum ipsum una cum illa et cum reliquis si qua erant aedificiis significari, ita ut ab illo quod est ἱερόν vix discrepet, neque de dedicato modo aut instaurato delubro dici, sed de eo quod Euergetes primus novum exstrui iussisset, iure ex loco ubi titulus inventus est collegit Letr. Etenim haec lamina aurea inter duos lateres fundamenti interposita inventa est, ut hodie etiam fundamentis aedificiorum sacrorum et publicorum eiusmodi litterae inseri solent.

---

61 Philis supra portam septentrionalem templi Isidis. Ed. J. P. Mahaffy History of Egypt IV p. 119 not. 1 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 205 n. 14).

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος βασιλέως Πτολ(ε)μαίου[1] καὶ Ἀρσινόης, | θεῶν Ἀδελφῶν[2], καὶ βασίλισσα Βερενίκη, ἡ βασιλέως | Πτολεμαίου ἀδελφὴ καὶ γυνή[3], καὶ τὰ τούτων τέκνα τὸν ναὸν | Ἴσει καὶ Ἁρποκράτηι[4].

Mahaffy titulum litteris minusculis exhibet sine versuum distinctione, quam ex Strackii exemplo retinere utile visum est, etsi quae eius auctoritas sit non perspicio. 1 πτολμαιου Mahaffy, fortasse typothetae culpa. 2 Cf. n. 60[1. 2]. 3 Cf. n. 60[3]. 4 Hic scripturam in libris veterum usitatam exhibet lapis secundum Mahaffyi testimonium; de reliquis formis Ἁρποχράτης et Ἁρφοκράτης, non raris illis quidem in titulis, cf. n. 62[3] et Syll.[2] 559[5].

---

62 Lapis inaedificatus Philis in muro occidentali exteriore fori quod dicitur. Ex apographo Borchardtii, quod transmiserat F. de

Bissing, ed. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 205 n. 17.

Βασιλεῖ Πτολεμαίωι[1] | καὶ βασιλίσσηι Βερενίκηι[2], | θεοῖς Εὐεργέταις, | καὶ Ἴσιδι καὶ Σαράπιδι ‖ καὶ Ἁρποχράτηι[3] | Ταυρῖνος Ἡρακλείδου.

1 Ptolemaeus III Euergetes (247—221 a. Chr.). 2 Cf. n. 61[2]. 3 Cf. n. 61[4]. Syll.[2] 559[5]. Haec scriptura accuratissime exprimit formam nominis Aegyptiaci *Ḥarpechrat*. Recurrit infra n. 175, 5.

---

63 Basis marmoris albi ex insula Cypro in museum Britannicum delata. Ed. C. T. Newton Greek inscriptions in the Brit. museum II p. 152 n. CCCLXXXIII (S. Reinach Revue arch. Troisième sér. VI (1885) p. 351. Chroniques d'Orient p. 183. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 234 n. 45).

Σαράπιδι, | βασιλεῖ Πτολ[εμαίωι, | βασ]ιλίσσηι Βε[ρενίκηι[1],] θεοῖς Εὐερ[γ]έ[ταις,] ‖ Φιλῖνος Φιλοτί[μου] | Ἀθηναῖο[ς].

Litterae volgares. 1 Ptolemaeus III Euergetes (247—221 a. Chr.) cum uxore.

---

64 Lapidem, Memphi ut quidem videbatur oriundum, in Aegypto vidit F. von Bissing, cuius ex apographo ed. von Prott Mitth. des arch. Inst. in Athen XXIII (1898) p. 367 (American journal of archaeology Ser. II T. III 1899 p. 244. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 203 n. 10).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ | βασιλίσσης Βερενίκης, θεῶν | Εὐεργετῶν, καὶ τῶν τέκνων[1] Σαράπιδι, | Ἴσιδι τὸν ναὸν καὶ τὸν περίβολον ‖ Ἀπολλώνιος Φιλίωνος Ἀμμωνιεὺς[2] | καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Δημητρία.

1 Cum Ptolemaeus III Euergetes Berenicen Magae filiam sub ipsum regni initium in matrimonium duxerit (a. 247 aut 246 a. Chr. n. cf. Catull LXVI, 11. 12 *qua rex tempestate novo auctus Hymenaeo vastatum finis iverat Assyrios* all. a M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 193 not. 12), hic titulus qui liberos plurali numero commemorat (novimus vero quattuor, Ptolemaeum Philopatora, Magam, Arsinoën, Berenicen, de qua cf. 56, 46 sqq.) fieri vix potest ut hic titulus anno 244 a. Chr. antiquior habeatur. 2 Cum

de origine tituli nihil certi exploratum sit, in medio relinquendum videtur, utrum demoticum civitatis Alexandrinae (n. 21[3]) aut Ptolemaeensis (n. 48[2]) sit, an referatur ad illud suburbium Diospoleos Magnae sive Thebarum, quod a celeberrimo Ammonis delubro ibi sito Ἀμμωνιεῖον vocabatur (cf. n. 85, 5 φυλακίτης τόπου Ἀμμωνιείου cum adnotatione mea).

---

65 Tabula exigua marmoris albi, inventa in loco *Siuf* prope *Ramleh* in vicinia Alexandriae, exstat Alexandriae in museo. Ed. G. Botti Rivista egiziana VI p. 21. 22 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 233 n. 43. Inde a v. 6 θεοῖς repetivit J. P. Mahaffy History of Egypt IV, The Ptolemaic dynasty p. 121 not. 1).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] | τοῦ Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης, | θεῶν Ἀδελφῶν, καὶ βασιλίσσης | Βερενίκης τῆς γυναικὸς ‖ καὶ ἀδελφῆς[2] τοῦ βασιλέως, | θεῶν Εὐεργετῶν : καὶ θεοῖς | Ἀδελφοῖς[3] Διὶ Ὀλυμπίωι καὶ Διὶ | Συνωμοσίωι[4] τοὺς βωμοὺς | καὶ τὰ τεμένη καὶ τὴν συν‖κύρουσαν[5] αὐτοῖς γῆν Κλέων | καὶ Ἀντίπατρος οἱ ἱερεῖς | τοῦ Διός.

1 Ptolemaeus III Euergetes (247—221 a. Chr. n.). 2 Cf. n. 60[3]. 3 Sine dubio recte Mahaffy errore lapicidae καὶ θεοῖς Ἀδελφοῖς pro θεοῖς Ἀδελφοῖς καὶ incisum coniecit. 4 Nomen ceteroqui ignotum, sed facile ad intellegendum dummodo memineris συνομνύναι et συνωμοσία plerumque quidem in malam partem accipi, sed neque originem neque usum horum vocabulorum impedire, quominus de re honestissima quoque, de pacto vel foedere quolibet iureiurandi sanctitate confirmando, dicantur. Mahaffy. Iovem vero in deorum numero, per quos iuratur, saepe principem locum tenere constat. Cf. Syll.[2] 101, 80. 461, 1. 462, 3. 463, 17 sqq. Soph. Philoct. 1324 Ζῆνα δ' ὅρκιον καλῶ. Eurip. Hippol. 1025 νῦν δ' ὅρκιόν σοι Ζῆνα καὶ πέδον χθονὸς ὄμνυμι et multos scriptorum posteriorum locos ubi Ζεὺς ὅρκιος commemoratur. 5 Etsi titulorum et papyrorum editores haud raro συγκυροῦσαν et alia huiuscemodi scribunt, tamen quin unum συγκύρω, non συγκυρέω in usu fuerit ex constanti scriptura earum formarum quae non ambiguae sunt luculentissime apparet. Cf. n. 52, 1. 55, 20. 92, 5. τὰ συνκύροντα legitur Flinders Petrie papyri II p. 150 n. XLVII *b*, 6. Greek papyri in the British Museum II p. 179 n. CLIV, 7. Berliner gr. Urk. I p. 189 n. 183, 16. p. 234 n. 236, 4. p. 251 n. 251, 14. p. 340 n. 350, 6. 20. τἆλλα συνκύροντα Grenfell An Alexandrian erotic fragment and other papyri p. 45 n. XXI, 8. τῶν συνκυρόντων Oxyrhynchos papyri I p. 162 n. XCIX, 6. 17. II p. 185 n. CCXLI, 21. p. 198 n. CCXLVII, 29. Greek papyri in the British Museum II p. 17 n. CCCCI, 14. 15. p. 177 n. CCLXII, 4. p. 185 n. CCLXXXIX, 13. Fayûm towns and their papyri p. 242 n. C, 1.

66 Delphis ad thesaurum Cnidiorum. Edd. Th. Homolle et Bourguet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 584 (J. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschr. II p. 889 n. 2751). Cf. quae adnotavit P. Perdrizet Bull. de corr. Hell. XXIII (1899) p. 351.

Θ[εο]ί. | [Δ]ελφοὶ ἔδωκαν Σωστρ[άτωι Δεξιφάνεος] Κνιδίωι[1]

Litterae volgares Ionicae praeter ΞΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. n. 67, 6. 11. 68, 2. Strabo XVII, 1, 6 p. 791 Cas. ἔστι δὲ καὶ αὐτὸ τὸ τῆς νησῖδος (Phari) ἄκρον πέτρα περίκλυστος, ἔχουσα πύργον θαυμαστῶς κατεσκευασμένον λευκοῦ λίθου πολυόροφον, ὁμώνυμον τῇ νήσῳ. τοῦτον δ' ἀνέθηκε Σώστρατος Κνίδιος, φίλος τῶν βασιλέων, τῆς τῶν πλωϊζομένων σωτηρίας χάριν, ὥς φησιν ἡ ἐπιγραφή. Plin. N. hist. XXXVI, 83: *magnificatur et alia turris a rege facta in insula Pharo portum optinente Alexandriae, quam constitisse DCCC talentis tradunt, magno animo, ne quid omittamus, Ptolemaei regis, quo in ea permiserit Sostrati Cnidii architecti structura ipsa nomen inscribi.* Steph. Byz. s. v. Φάρος· ἔστι καὶ νῆσος ἡ πρὸς τῇ Ἀλεξανδρείᾳ, ἐφ' ἧς ὁ Σωστράτου τοῦ Δεξιφάνους πύργος ὁμωνύμως λεγόμενος. Suidas Φάρος· ἀρσενικῶς λεγόμενος τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Φάρον σημαίνει, ὃν ἀνέστησεν ἐπὶ Πτολεμαίου βασιλέως Αἰγύπτου Σώστρατος Δεξιφάνους Κνίδιος ἐν Φάρῳ τῇ νήσῳ Πρωτέως ὅτε καὶ Πύρρος ὁ ἀπὸ (ὑπὸ libri) Ἀχιλλέως τὴν δυναστείαν τῆς Ἠπείρου παρείληφε. Lucianus Quomodo hist. conscr. sit 62 ὁρᾷς τὸν Κνίδιον ἐκεῖνον ἀρχιτέκτονα, οἷον ἐποίησεν; οἰκοδομήσας γὰρ τὸν ἐπὶ τῇ Φάρῳ πύργον, μέγιστον καὶ κάλλιστον ἔργων ἁπάντων, ὡς πυρσεύοιτο ἀπ' αὐτοῦ τοῖς ναυτιλλομένοις ἐπὶ πολὺ τῆς θαλάττης καὶ μὴ καταφέροιντο εἰς τὴν Παραιτονίαν — οἰκοδομήσας οὖν τὸ ἔργον ἔνδοθεν μὲν κατὰ τῶν λίθων τὸ αὑτοῦ ὄνομα ἔγραψεν, ἐπιχρίσας δὲ τιτάνῳ καὶ ἐπικαλύψας ἐπέγραψε τοὔνομα τοῦ τότε βασιλεύοντος, εἰδώς, ὅπερ καὶ ἐγένετο, πάνυ ὀλίγου χρόνου συνεκπεσούμενα μὲν τῷ χρίσματι τὰ γράμματα, ἐκφανησόμενον δὲ 'Σώστρατος Δεξιφάνους Κνίδιος θεοῖς Σωτῆρσιν ὑπὲρ τῶν πλωϊζομένων'. Hippias 2 τοιοῦτον ἀκούομεν τὸν Ἀρχιμήδην γενέσθαι καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον, τὸν μὲν Πτολεμαῖον χειρωσάμενον καὶ τὴν Μέμφιν ἀποστροφῇ καὶ διαιρέσει τοῦ ποταμοῦ, τὸν δὲ τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις καταφλέξαντα τῇ τέχνῃ. Amores 11 στοὰς δὲ Σωστράτου καὶ τἆλλα — ἐκπεριελθόντες (Cnidi). Posidippi epigramma in papyro Aegyptiaco repertum Mus. Rhen. XXXV p. 90: Ἑλλήνων σωτῆρα, Φάρου σκοπόν, ὦ ἄνα Πρωτεῦ, | Σώστρατος ἔστησεν Δεξιφάνους Κνίδιος· | οὐ γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ σκοπαί, οὐ ῥίον, οἷ' ἐπὶ νήσων, | ἀλλὰ χαμαὶ χηλὴ ναύλοχος ἐκτέταται. | τοῦ χάριν εὐθεῖάν τε καὶ ὄρθιον αἰθέρα τέμνων | πύργος ὅδ' ἀπλάτων φαίνετ' ἀπὸ σταδίων | ἤματι· παννύχιος δὲ θέων σὺν κύματι ναύτης | ὄψεται ἐκ κορυφῆς πῦρ μέγα καιόμενον. | καί κεν ἐπ' αὐτὸ δράμοι Ταύρου κέρας, οὐδ' ἂν ἁμάρτοι | Σωτῆρος, Πρωτεῦ, Ζηνὸς ὁ τῇδε πλέων. Sed ut de Sostrato eiusque opere satis accurata exstat memoria, sic de aetate nihil usquam certi et fide digni traditur. Nam neque quae Lucianus refert de Nilo averso (quae memoriam sane perquam confusam rerum anni 321 a. Chr. n. habere videntur, cf. Droysen Gesch. des Hellenismus II, 1 p. 128), neque quae Suidas habet de turri eodem tempore exstructa quo Pyrrhus in Epiro rerum potitus

αὐτῶι κα[ὶ ἐκγόνο]ις | [π]ροξενίαν, θεαροδοχία[ν, προμαντείαν,]
προδικίαν, προεδ[ρίαν, ἀσ]υλίαν, | ἀ[τ]έλειαν πάντων, καὶ τ[ἆλλα
ὅσα καὶ τοῖς] ἄλλοις προξένο[ις κα]ὶ εὐεργέ[ταις·] ‖ ἄ[ρ]χοντος
Ὀρνιχίδα[2], βου[λευόντων Χαριξέ]νου[3], Ἱππάρχου, Κα[λ]λικράτεος.

sit (295 a. Chr. n., cf. Droysen II 2 p. 260) ullius momenti sunt. Quare recte mihi videtur Th. Homolle ad titulum 67 pronuntiare, incertum esse quonam potissimum ex tribus primis Ptolemaeis (306—221 a. Chr. n.) regnante illud egregium opus effectum sit. Nam quod nonnulli homines docti (veluti J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 185. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 196. 197 cum not. 1). Philadelphi potissimum regno id vindicarunt, quia θεοὶ Σωτῆρες (Lucian. l. l.) manifesto Ptolemaeus I et Berenice essent, id iure reiecit M. L. Strack Göttinger gel. Anzeigen 1900 n. 8 p. 647, monens Dioscuros (ut in titulo Theraeo I. Gr. ins. mar. Aeg. III p. 101 n. 422, 1 Διοσκούροις Σωτῆρσι θεοῖσιν) aut Cabiros potius intellegendos esse, recte sine dubio, nisi quod omnes omnino deos qui homines fluctibus marinis iactatos servare credebantur, poëta significare voluisse mihi videtur, inter quos principem sine controversia locum tenet Ζεὺς Σωτήρ, propterea in Posidippi epigrammate v. 10 commemoratus. Neque recte Niesius ad Eusebii II p. 118 sq. Schoene testimonium provocat, ubi insula Pharus quidem ad annum Philadelphi primum commemoratur, sed in tenore narrationis de septuaginta interpretibus, neque vero quicquam de Sostrati turri legitur. Quod quoniam de illius structurae tempore incertissimum est iudicium, de titulis honorariis Sostrati etiam obscurior est res, quia nihil impedit quominus et ab illa aedificatione et inter se aliquot decenniorum intervallo distineantur. Atque antiquissimus quidem hic esse videtur (cf. not. 2); de reliquis duobus v. 67[5]. 68[1]. Is Sostratus, quem a Ptolemaeo ad Antigonum missum refert Sextus Empir. adv. grammaticos 276 utrum idem sit an alius vix diiudicari poterit. Cf. Niese Gesch. der gr. u. mak. Staaten II p. 131 not. 2. 2 Certe eo archonte cognomini, qui est Syll.[2] 143, 6 (βουλεύων ibid. 140, 52. 142, 13) Philippi Amyntae f. aetate, hic aliquot decenniis recentior est. Sed hunc eundem redire Gr. Dialektinschriften II n. 2834, 10. 2842, 7 buleutarum nomina indicio sunt. Ex his vero tribus titulis unus (2834) accurate στοιχηδόν exaratus est, qua ex re Baunackius quidem collegit, eum quarto etiamtum saeculo a. Chr. n. incisum esse. Cui non sine causa obloquitur Perdrizet, praecipue quia hi ipsi tres tituli, etsi manifesto eiusdem anni sint, tamen admodum dissimili ratione dispositi et insculpti sint. Sed utique priori parti saeculi a. Chr. n. tertii Ornichidae magistratus vindicandus est. 3 Supplerunt editores ex Gr. Dialektinschr. II n. 2834, 11. 2842, 8.

---

67 Lapis fractus supra et infra, inventus Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VII 1883 p. 5 n. 1. Plenius initii (v. 1—5) apographum exhibuit Th. Homolle ibid. XV 1891 p. 120 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 288 n. 374).

------εμο-----ολι------- | ------ τάτου ---- νωτ[----|τ]ά τε ἄλλα [μετ' εὐ]νοία[ς[1] πάντα διεπράξατο[2]] | τοῖς νησιώταις[3], ὅσα πρὸς (Ξ)ενέα[ν[4] καὶ ----] ‖ καὶ Βάκχωνα[5] --οποιοῖ[6], τήν τε εὔνοιαν [ἣν δια]|τελεῖ ἔχων Σώστρατος[7] πρὸς τοὺς νησιώτας, | καὶ ὅτι χρείας παρέχεται τοῖς ἀφικνο(υ)μένοις[8] | [π]ρὸς τὸν βασιλέα μετὰ πάσης προθυμίας καὶ | [λέγων] καὶ πράσσων ὅτι ἂν δύνηται ἀγαθὸν ὑ‖[πὲρ τῶν νησιω]τῶν, δεδόχθαι τοῖς συνέδροις, | [ἐπαινέσαι Σώ]στρατον Δεξιφάνους Κνίδιον | [ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐν]οίας ἧς ἔχων διατελεῖ | [πρὸς τοὺς νησιώτας καὶ β]ασιλέα Πτολεμαῖον | [τὸν Πτολεμαίου[9] καὶ στεφα]νῶσαι αὐτὸν χρυ‖[σῶι στεφάνωι ἀπὸ δραχμῶν Ἀλ]εξανδρείων | [----------- ἀνακηρῦξαι δὲ τὸν σ]τέφανον | ----------

Litterae volgares Ionicae praeter ΞΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Supplevi. .ΑΤΕΑΛΛΑ..... ΝΟΙΑ lapis ex Homollii testimonio. 2 Supplevi. 3 De communi insulanorum cf. n. 25[2]. Ceterum hoc enuntiatum ex particula ὅτι vel alio simili vocabulo suspensum fuisse statuo, ut se excipiant ὅτι — διεπράξατο, τήν τε εὔνοιαν, — καὶ ὅτι χρείαν παρέχεται ab eodem verbo sentiendi pendentia. Sic enuntiata secundaria et accusativos obiecti ad idem verbum regens relata particulis copulativis inter se coniungi neutiquam rarum est in titulis. 4 Supplevi. ΠΡΟΣΕΝΕΑ sine lacunae indicio Homolle. Inter hunc et Bacchona tertium nescio quem hominem commemoratum fuisse spatii rationes demonstrant. 5 Cf. n. 43[1]. Syll.[2] 202[3]. Hoc nomine indicari videtur, titulum priore parte regni Ptolemaei Philadelphi incisum esse. 6 ΟΙΟΠΟΙΟΙ lapis ex Homollii testimonio. Quibus litteris quid faciam nescio; nam etsi optativus praesentis verbi cum ποιεῖν compositi in structuram enuntiati haud male quadraret, tamen eiusmodi verbum quod et sententiae et litterarum vestigiis quae exstant respondeat ego quidem novi nullum. [λ]ο[γ]οποιοῖ haud male quidem conveniet cum ductibus litterarum traditis, at id fabulandi magis notionem habet quam eam quae hic desideratur serio cum aliquo de aliqua re agendi vel consultandi. 7 Dexiphanis f. Cnidius. Cf. v. 11. n. 66[1]. 8 ΑΦΙΚΝΟΜΕΝΟΙΣ lapis. Toleravit Hauvette, sed mihi emendandum videbatur; neque enim ullam video rationem qua ista flexio defendatur. 9 Supplevi.

68 Basis rotunda marmoris albi, Deli ante templum Apollinis ab ea parte quae spectat inter septentriones et occidentem solem. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 368 n. 9.

Litterae volgares praeter ΞΣ.

Ὁ δῆμος ὁ Καυ[νίων[1]] | Σώστρατον Δεξιφά[νο]υς [Κνίδιον[2]] | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ [εὐνοίας] | τῆς εἰς τὸν δῆμον.

1 Caunus primum in Ptolemaei I potestatem pervenit anno 309/8 a. Chr. Cf. Diodor. XX, 27, 2: εἶτα τῇ Καύνῳ προσπλεύσας (Ptolemaeus Lagi f.) τὴν μὲν πόλιν παρέλαβε, τὰς δ' ἀκροπόλεις φρουρουμένους τῇ βίᾳ κατισχύσας τὸ μὲν Ἡράκλειον ἐξεῖλε, τὸ δὲ Περσικὸν παραδόντων τῶν στρατιωτῶν ὑποχείριον ἐποιήσατο. Sed anno 285 a. Chr. oppidum in Demetrii Poliorcetae dicione fuisse ex Plutarcho Demetr. 49 discimus. Paullo post iterum a Ptolemaei militibus captum est, duce Philocle ut Polyaenus III, 16 refert; quem Philoclem Apollodori f. regem Sidoniorum fuisse summa cum probabilitate coniecit Th. Homolle Bull. de corr. Hell. IV p. 331. Cf. Syll.[2] 176, 18. 27. 202, 2. 9. 209, 2. 15. 20. 22. 588, 9. Per belli Chremonidei tempora Caunum etiamtum Ptolemaeis paruisse narratio de Sotade poëta illic a Patroclo classis praefecto necato (cf. n. 44[1]) demonstrat. Inferiore aetate in Rhodiorum dicionem venit. Etenim apud Polybium XXXI, 7, 6 Astymedes Rhodiorum legatus Romae in senatu haec dicit: ἀλλὰ Καῦνον δήπου διακοσίων ταλάντων ἐξηγοράσαμεν παρὰ τῶν Πτολεμαίου στρατηγῶν. Quam rem Droysenus quidem Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 275. 277 proximo post bellum Chremonideum tempore accidisse putat, sed nullum eius sententiae argumentum affert. Quod enim dicit tum Ptolemaeum Philadelphum, ut Rhodiorum animos sibi conciliaret, Caunum eis vendidisse videri, id si quid video adversa fronte pugnat cum Polybii verbis παρὰ τῶν Πτολεμαίου στρατηγῶν, quae non a rege concessum oppidum Rhodiis indicant, sed ducum avaritia et infidelitate venumdatum. Quo vero tempore id acciderit, ignoramus, nisi ex Livii loco XXXIII, 20, 11. 12, ubi Caunii anno 197 a. Chr. n. etiamtum inter *civitates socias Ptolemaei, quibus bellum ab Antiocho imminebat* recensentur, conicias post saeculi a. Chr. alterius initia demum eos a Ptolemaei societate avolsos esse. Vides et Ptolemaeo Sotere et Philadelpho et Euergete regnante fieri potuisse, ut populus Cauniorum hominis apud regem eximia gratia florentis statuam Deli erigendam curaret. 2 Cf. n. 66[1].

---

69 Lapis calcarius flavus inventus Copti (*Kuft*) die 6. m. Februarii 1883, translatus in museum oppidi *Cairo*. Ed. E. Miller Revue archéol. Troisième série II (1883) p. 179 n. 3. Minusculis J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 135 not. 2.

Θεοῖς μεγάλοις Σαμοθρᾷξι[1] | Ἀπολλώνιος Σωσιβίου | Θηραῖος[2],

Litterae volgares praeter ΘΞΠΣ. 1 Cf. Diodor. IV, 43, 1. 2: ἐπιγενομένου δὲ μεγάλου χειμῶνος καὶ τῶν ἀριστέων ἀπογινωσκόντων τὴν σωτηρίαν, φασὶν Ὀρφέα, τῆς τελετῆς μόνον τῶν συμπλεόντων μετεσχηκότα, ποιήσασθαι τοῖς Σαμοθρᾷξι τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχάς. εὐθὺς δὲ τοῦ πνεύματος ἐνδόντος καὶ δυοῖν ἀστέροιν ἐπὶ τὰς τῶν Διοσκόρων κεφαλὰς ἐπιπεσόντων ἅπαντας μὲν

ἡγεμὼν[3] τῶν | ἔξω τάξεων[4], σωθεὶς ‖ ἐγ μεγάλων κινδύνων ἐκ|πλεύσας[5] ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς | θαλάσσης[6], | εὐχήν.

ἐκπλαγῆναι τὸ παράδοξον, ὑπολαβεῖν δὲ θεῶν προνοίᾳ τῶν κινδύνων ἑαυτοὺς ἀπηλλάχθαι. διὸ καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις παραδοσίμου γεγενημένης τῆς περιπετείας, ἀεὶ τοὺς χειμαζομένους τῶν πλεόντων εὐχὰς μὲν τίθεσθαι τοῖς Σαμοθρᾷξι, τὰς δὲ τῶν ἀστέρων παρουσίας ἀναπέμπειν εἰς τὴν τῶν Διοσκόρων ἐπιφάνειαν. Miller. 2 Therae Ptolemaei III Euergetae aetate praesidium firmum Aegyptiacum consedisse scimus ex titulo 59, quo minus mirum, ut alios permultos Graecos, sic Theraeum quoque hominem inter praefectos regios fuisse. Cf. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 11 not. 36. Sane hunc titulum Euergetae potissimum aetatis esse non constat, nam etiam inferiore aetate Theram in fide Ptolemaeorum fuisse probant n. 102. 110. Quod vero Millerus dicit, Apollonium non alium fuisse videri ac nauarchum huius nominis, qui in Periplo maris Erythraei commemoraretur, id quid sibi velit non perspicio, quoniam in illo Periplo id nomen omnino non legitur. 3 Vocabulum non tam definitae notionis esse quam reliqua quibus officia militaria indicantur (στρατηγός, ἱππάρχης), sed plerumque ducem stratego subiunctum indicare probavit P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 26 sq. Atque eum quidem quem hic haberemus ducem sub imperio τοῦ στρατηγοῦ τοῦ ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων (Meyer p. 17), cui tota regio ad Rubrum Mare sita pareret, fuisse. 4 Praesidiorum extra ipsam Aegyptum collocatorum. Cf. Polyb. V, 63, 8: τοὺς μισθοφόρους τοὺς ἐν ταῖς ἔξω πόλεσιν ὑπ᾿ αὐτῶν μισθοδοτουμένους. P. Meyer l. l. 5 Cf. Strabo XVI, 4, 7 p. 770 εἶθ᾿ ὁ τῆς Σωτείρας λιμήν, ὃν ἐκ κινδύνων μεγάλων τινὲς σωθέντες τῶν ἡγεμόνων ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος οὕτως ἐκάλεσαν, all. a Mahaffyo. Situs fuit is portus ex Strabonis descriptione ad litus occidentale sinus Arabici inter Ophiode insulam et Ptolemaida τὴν πρὸς τῇ θήρᾳ τῶν ἐλεφάντων. Apollonium unum ex eis ducibus esse quorum Strabo mentionem facit non certum quidem, sed probabile est. 6 Nomen etsi multo latiore vi apud veteres plerumque usurpari in volgus notum est, tamen hic manifesto unum sinum Arabicum indicare luce clarius est. Quid enim de illa oceani parte quae usque ad occidentalem Indiae oram pertinet sibi vellent ἐκπλεύσας ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, quae de sinu per angustum modo ostium cum oceano cohaerente rectissime dicuntur? Cf. etiam n. 186[4]. 199[48].

---

70 In templo quod est prope *Redesîeh* in deserto Thebaidis. Ed. R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 81 n. 170 (O. Puchstein Epigrammata Graeca in Aegypto reperta p. 53. W. Schwarz Jahrbücher für Philologie CLIII 1896 p. 156 n. 6. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 236 ad n. 50).

Litterae ЄΘΠСꞶ.

Πανὶ Εὐόδωι | Σωτῆρι[1] [Ἀρτεμίδωρος[2]] | Ἀπολλωνίου Περγάος[3] | σωθεὶς[4] ἐκ Τρωγοδυτῶν[5].

---

1 Cf. n. 38[3]. 2 Supplevit Strack ex eiusdem hominis dedicationibus duabus Theraeis, ex quibus altera ab ipso demum publici iuris facta sic se habet: Βωμὸν ἔτευξε Διοσκούροις Σωτῆρσι θεοῖσιν Περγαῖος Ἀρτεμίδωρος ἐπευχομένοισι βοηθοῖς, altera versibus praemittit pedestri oratione formulam dedicatoriam Ὑπὲρ β[ασ]ιλέως Πτολεμαίου θεοῖς Ἀ[ρ]τε[μ]ίδ[ω]ρος Ἀπολλωνίο[υ] Περγαῖος, cum metrica inscriptio regnante Ptolemaeo III Euergeta (247—221 a. Chr.) illud opus consecratum testetur. Postea etiam alia eiusdem hominis monumenta epigraphica Theraea accesserunt. Cf. Inscr. ins. mar. Aeg. III n. 421. 422. 863. 3 Perge notum Pamphyliae oppidum, Dianae potissimum sacris insigne. Cf. Forbiger Handb. der alten Geographie II p. 269. Ceterum non recte Περγᾶος editores, siquidem manifesto correpta est vocalis. De iota et huius diphthongi et similium ει et οι subtracto excipiente vocali, qua re nihil est frequentius in titulis omnium temporum et omnium regionum, v. Syll.[2] III p. 224 sqq. 4 I. e. postquam iter periculosum feliciter perfecit. Id perfrequenter legitur in titulis quos viatores illius templi parietibus insculpserunt. 5 Praepositionem ἐκ vel ἀπὸ in eiusmodi inscriptionibus nihil indicare nisi locum, ita ut vehementer erraverint, qui hic periculum a Trogodytarum gente potissimum viatoribus imminens significari statuerent, verissime monuit Schwarz. De molestiis et periculis per vastas regiones desertas iter faciendi potius cogitandum videtur. Scriptura Τρωγοδύται in his titulis constans est; nam ipsa quidem habetur apud Lepsium n. 157, 1. 158, 1, leves coruptelae, quae tamen item littera λάμβδα carent, Lepsius n. 122 (nobis 71). 133. Eandem constanter, si recentissimos nonnullos et minimae fidei codices excipias, conservat memoria scriptorum Latinorum. Graecorum exemplaria typis expressa sane plerumque adhuc Τρωγλοδύται tenent, sed neutiquam desunt gravissima alterius formae testimonia, veluti Herodot. IV, 183: τρωγλοδύται] τρωγοδύται A[1] B[1]. Strabo Epit. XVI, 55 ὅτι Τρωγοδύται ἄνευ τοῦ λ λέγει ὁ Στράβων, etsi ipsius geographiae libri Τρωγλοδύται habent. Quare quin titulorum scriptura una vera sit non est dubitandum, neque magis quin n. 54, 10 Τρωγλοδυτικῶν non lapicidae sed Cosmae Indicopleustae debeatur. Schwarz.

---

71 In templo prope *Redesîeh* in Thebaide. Ed. R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 81 n. 122 (O. Puchstein epigrammata Graeca in Aegypto reperta p. 52. W. Schwarz Jahrbücher für Philologie CLIII 1896 p. 156 n. 8).

Litterae A (sed v. 2 semel A) ΘΣΕ. Infra v. 4, satis magno intervallo separata, vestigia scripturae quae non videntur ad hunc titulum pertinere.

Ἀ[κέ]στιμος[1] Κρὴς | Κουρτωλιάος[2] Πανὶ Εὐόδωι[3] | σωθεὶς[4] ἐκ Τρω(γο)δυτῶν[5].

1 Supplevi. ⊏ΤΙΜΟΣ Lepsius. Ἀ[ρχ]έτιμος Puchstein, Schwarz. At cum plane eadem inconstantia in litterae σῖγμα formae etiam v. 4 ⊏ΩΘΕΙΣ occurrat, neque omnino a saeculo tertio, quo utique non antiquior est titulus, illa recentior figura abhorreat (cf. n. 30, 1 ΑΡ⊏ΙΝΟΗΙ. 3 ⊏ΑΤΥΡΟΣ), non est cur litteram aut in lapide mutilatam aut a Lepsio male exscriptam statuamus. 2 ΚΟΥΡΤΩΛΙΙΑΟΣ. Emendavit Puchstein provocans ad titulum Creticum C. I. G. 2554, 152: καὶ κατὰ ποταμὸν ἐς Κορδωΐλαν; quem locum etsi oppidum fuisse ex illa finium descriptione vix quisquam collegerit, tamen quin idem sit cuius hic ethnicum tenemus non videtur dubitandum. De terminatione -αος pro -αιος cf. n. 70[3]. 3 Cf. n. 70[1]. 4 Cf. n. 70[4]. 5 ΤΡΩΓΛΥΤΩΝ lapis ex Lepsii testimonio. De vera vocis scriptura cf. n. 70[5]. Ceterum n. 71—74, quia omnes quidem Ptolemaeorum aetatis sunt, singulorum vero tempora accuratius definiri nequeunt, propter loci et argumenti conexionem titulo 70 adiunxi.

---

72 In templo quod est prope *Redesîeh* in deserto Thebaidis. Edd. ex Wilkinsoni schedis Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Egypte II p. 245 n. CLXXX (J. Franz C. I. G. III Addenda p. 1217 n. 4838a[2]). Accuratissime R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 81 n. 167 (W. Schwarz Jahrbücher für Philologie CLIII 1896 p. 166 n. 42).

Πανὶ | Εὐόδωι[1] καὶ | Ἐπηκόωι[2] | Καλλίμαχος ὑπὲρ ‖ αὐτοῦ καὶ τῆς γυ|ναικός.

Litterae ЄΠСѠ. 1 Cf. n. 70[1]. 2 Etiam in tribus aliis illius templi titulis hoc alterum cognomen accedit, Lepsius n. 164 (Schwarz n. 40): Πανὶ Εὐόδωι καὶ Ἐπηκόωι Λυκίσκος ὑπὲρ αὐτοῦ. Lepsius n. 166 (Schwarz n. 41): Πανὶ Εὐόδωι καὶ Ἐπηκόωι Σωφωνιναὸς (nomen corruptum, quod Schwarzius frustra defendere conatur) ὑπὲρ αὐτοῦ. Letronne Recueil II p. 245 n. CLXXXIV (C. I. G. 4836*f*. Schwarz n. 43): Πανὶ Εὐ[όδωι καὶ] Ἐπ[ηκόωι] Ἄρα[τος ὑπὲρ τῆς γ]υ[ναι]κ[ός]. Quid sibi velit inter homines doctos non convenit; nam Letronnius quidem votum pro bona valetudine cuiuspiam susceptum et solutum significari dicet. At cum ipsa ἐπίκλησις nihil nisi exaudiendi notionem contineat, plane non perspicio, cur non de quolibet alio voto intellegere liceat. Et si id licet, illo loco certe multo commodius de itineris felicitate interpretabimur. Id sane recte perspexit Schwarz. Sed nescio num iure ex hoc nomine colligat, viatores ex deserto ad Nilum redeuntes, non illuc proficiscentes haec consecrasse. Etenim ἐπήκοον deum

vocare poterant homines et quia ipsos exaudiverat et quia se exauditum iri certissime confidebant.

---

73 In templo quod est prope *Redesîeh* in Thebaide. Ed. Letronne Revue de philologie I (1845) p. 304 (I. Franz C. I. G. 4838 *c*). Accurate delineatam imaginem proposuit R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 81 n. 144 (W. Schwarz Jahrbücher für Philologie CLIII 1896 p. 164 n. 28).

Εὐλογεῖ τὸν θεὸν[1] | Πτολεμαῖος | Διονυσίου | Ἰουδαῖος.

Litterae ΑλΕΘC. 1 Haec formula in duobus aliis titulis Aegyptiacis recurrit, Letronne Rec. II p. 455 n. DVIII (C. I. G. 4705 *b*), 2: ε[ὐ]λογ[ῶ] τὸν εὔο[δο]ν θεόν. Ibid. n. DIX (C. I. G. 4705 *c*), 2: εὐλογῶ [τ]ὴν Εἶσιν, unde apparet, eam neutiquam Iudaeorum propriam fuisse. De appellativi θεός usu quae sagaciter excogitavit Letronnius, Iudaeos ne sibi fraudi esset quod Panis templo sui dei nomen insculpere ausi essent, hac voce usos, quam qui legerent de Pane necessario intellecturi essent, ipsi vero ad suae gentis deum referrent, ea iure Schwarzius reiecit, eo potissimum argumento usus, quod ex toto hoc genere titulorum pars modo in pariete templi, alii in rupe vicina insculpti essent, ubi superstitionis peregrinae vestigia neminem offendere possent. Gravius mihi illud videtur, quod omnino proprio dei nomine abstinere solebant Iudaei. Cf. n. 96[5].

---

74 In templo quod est prope *Redesîeh* in Thebaide. Ed. Letronne Revue de philologie I (1845) p. 304 (I. Franz C. I. G. 4838 *c*). Accurate delineatam imaginem exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 81 n. 136 (W. Schwarz Jahrbücher für Philologie CLIII 1896 p. 157 n. 10).

Θεοῦ εὐλογία[1]· | Θεύδοτος[2] Δωρίωνος | Ἰουδαῖος σωθεὶς ἐκ πε|λ(άγ)ους[3].

Litterae ΕΘΦΘΠCΩ. 1 Idem hoc sibi velle quod εὐλογεῖ τὸν θεόν (n. 73 1) in propatulo est, quare aptius Franzius et Schwarzius nominativum agnoverunt quam Letronnius dativum εὐλογίᾳ. Abruptum dicendi genus nihil habet offensionis. 2 Primo ΘΕΥΔΟΤΟC incisum esse, deinde inter Y et Δ a superiore parte O additum, Lepsii testimonio constat. Sed inde neutiquam Θευόδοτος, monstrum nominis, legi voluisse lapicidam colligendum est cum Schwarzio. Immo Θεύδοτος in Θεόδοτος mutare conatus est, qua in re Y delere neglexit, ut perfrequenter in eiusmodi emendationibus accidit. 3 ΠΕ|ΛΟΥC in lapide esse testatur Lepsius. Qua re conamina

Letronnii [Τρωγ]λο[δ]υ[τῶν] et Franzii [Τρωγ]λο[δ]υ[τικῆς], quae iam propter scripturam per λάμβδα (n. 70 5) suspectissima erant, plane evertuntur. Πελουσ[ίου] Schwarz. At ut concedendum est, ε pro η aliis exemplis defendi posse, sic tamen Pelusii mentionem ab hoc titulo alienam esse facile est demonstratu. Sane illo σωθῆναι ἐκ vel ἀπὸ nihil nisi felicem reditum ex loco aliquo indicari, neque nomen a praepositione pendens rei periculosae significationem, veluti saevorum Trogodytarum morum habere, verissime dixit Schwarz (n. 70 5). Sed deorum benignitate se salvum redisse ex aliquo loco nemo in titulo praedicabit, nisi ex longinquo aut laborioso aut periculoso itinere redierit. Quare quod Schwarzius cum hoc confert exemplum tituli Lepsius n. 124 (Schwarz n. 9) Ζηνόδοτος σωθεὶς γῆς ἀπὸ τῆς Σαβαίων, id neutiquam simile est. Neque omnino intellego, quomodo quispiam Pelusio redux illum locum, quo titulus inventus est, attingere potuerit. Etenim via a Pelusio in Thebaida profecto non per illud desertum erat quo Nili vallis a sinu Arabico distinebatur. Quare πελ(άγ)ους emendavi. Cf. n. 69, 4 σωθεὶς ἐγ μεγάλων κινδύνων ἐκπλεύσας ἐκ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. Inscr. ins. mar. Aeg. II, 119: Γ(άϊος) Κορνήλι(ο)ς Χρηστίων, Κορνηλία Θάλλουσα, Γ(άϊος) Κορνήλιος Σεκοῦνδος χειμασθέντες ἐν πελάγει θεῷ ὑψίστῳ χρηστήριον.

---

75 Basis marmoris caerulei, Salamine Cypri in prelo oleario. Ed. H. A. Tubbs Journal of Hell. stud. XII (1891) p. 177 n. 7 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 238 n. 63).

[Β]ασ[ιλέα Π]τολεμαῖον[1], τὸν Πτολεμαί[ου | κ]αὶ Βερενίκης, θεῶν Εὐεργετ[ῶν,] | Πέλοψ Π[έλοπος][2].

Litterae volgares praeter ΠΠ. Hastae quae rectae esse debebant subinde aliquantum incurvatae. 1 Rex hic cognomine Φιλοπάτωρ caret, id quod in ipsius decretis et dedicationibus quidem (n. 77, 1) sollenne est, sed in dedicationibus quae aut regi aut pro rege fiunt itemque in ipsius statuis imaginibusque plerumque illud additur. Sed extra Aegyptum haec non tam religiose servata esse etiam alia exempla (cf. n. 78, 1) docent. 2 Cf. Polyb. XV, 25, 13: μετὰ δὲ ταῦτα (Ἀγαθοκλῆς) Πέλοπα μὲν ἐξέπεμψε τὸν Πέλοπος εἰς τὴν Ἀσίαν πρὸς Ἀντίοχον τὸν βασιλέα, παρακαλέσοντα συντηρεῖν τὴν φιλίαν καὶ μὴ παραβαίνειν τὰς πρὸς τὸν τοῦ παιδὸς πατέρα συνθήκας.

---

76 Lapis syenites ruber, qui cum alio deperdito a sinistra attingente basin statuae efficiebat, in vico *Neomaras* insulae Rhodi in scalis humilibus ante domum Fakri Paschae. Ed. F. Hiller von Gärtringen Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. I p. 17 n. 37 (M. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 238 n. 64. H. van Gelder ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III p. 440 n. 3775).

[Βασιλέα Πτολε]μαῖον θεὸν Φιλοπάτο[ρα[1] | βασιλέως Πτολ]εμαίου καὶ βασιλίσσα[ς | Βερενίκας[2]] θεῶν Εὐεργετᾶν.

Litterae volgares praeter ΡΣ. 1 Cf. n. 75[1]. 2 Ad Ptolemaeum IX Ptolemaei VIII Euergetae II et Cleopatrae filium rettulit Hiller ideoque hic Κλεοπάτρας supplevit. Sed illum nunquam simpliciter Φιλοπάτορα vocari, neque Cleopatram sollenni additamento ἡ ἀδελφή carere posse monuit Strack, ideoque hic Βερενίκας supplevit de Ptolemaeo IV (221—205 a. Chr.) titulum interpretatus.

---

77 Tabula votiva marmoris albi eruta anno 1876 Alexandriae e regione templi *Khâdra*. Edd. Nerutsos-Bey Revue arch. Troisième série IX (1887) p. 208 n. 11. E. Miller Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 146 n. 8 (Nerutsos-Bey L'ancienne Alexandrie p. 101. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 237 n. 53).

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] | βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσης Βερενίκης, | θεῶν Εὐεργετῶν, || Εὐοδίαι[2].

Litterae volgares praeter ΘΠ. 1 Philopator (221—205 a. Chr. n.). De cognomine omisso cf. n. 75[1]. 2 Anno 217 a. Chr. cum Ptolemaeus contra Antiochum III in Syriam proficisceretur hanc dedicationem factam recte statuunt editores. Nam non videtur iterum peregre profectus esse, ut Εὐοδίᾳ vota nuncupandi occasio daretur.

---

78 Stela marmoris candidi, Methymnae (*Molyvo*) in schola Graeca. Edd. Pottier et Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 433 n. 21. (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschr. I p. 102 n. 276. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 279 n. 433. O. Hoffmann Die gr. Dialekte II p. 73 n. 112. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 239 n. 68). W. R. Paton Inscr. Gr. mar. Aeg. II p. 100 n. 498.

Βασιλεύοντος Πτολεμαίω τῶ | Πτολεμαίω καὶ Βερενίκας, θεῶν | Εὐεργέταν[1], ἀγάθα τύχα, ἐπὶ πρυτάνιος | Ἀρχία· ἔδοξε τῶ κοίνω

Litterae volgares praeter Σ. ξι semel (v. 5) Ξ est, quater (v. 4. 12. 20. 24) Ξ. Scriptura adornata στοιχηδόν. 1 Ptolemaeus IV Philopator (221—205 a. Chr.). De cognomine omisso cf. n. 75[1]. Aliud monumentum ex quo Lesbum in Ptolemaeorum fide fuisse appareat, Eresi inventum est, Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. II p. 116 n. 527, 25. 26: ἐν τοῖς γυμνίκοισι ἀγώνεσσι

τῶν Πρωτέων[2]· ‖ ἐπείδη Πραξίκλης Φιλίνω, δείχθεις[3] | χελληστυάρχας[4], τὰν παῖσαν ἐπ[ι]|μέλειαν ἐποιήσατο ὄπως κε τοῖς θ[έ]|οισι τοῖς πατρωΐοισι αἰ θυσίαι συν|τελέσθειεν καὶ ἀ χέλληστυς ‖ ἐν παίσα γένηται ἐπιμελεία, κ[αὶ] | εἰς ταῦτα πάντα ἐκ τῶν ἰδίων ἐχο|ράγησε ἀξίως τῶν θέων καὶ τᾶς | χελλήστυος· ἀγάθα τύχα, ἐψαφίσθαι, | ἐπεί κε συντελέη ἀ χέλληστυς ‖ τοῖς θέοισι τὰ ἶρα, δίδων αὔτω καὶ | ἐκγόνοισι (δ)ι[μοιρί]α[ν][5] καὶ σάρκα[6] πεντά|μναιον ἀπ[ὸ τῶ β]όος τῶ θυομένω τῶ | Δὶ τῶ Σώ[τηρ]ι, ἔως κε ζώωσι, καὶ ανα|καρύσσην αὔτοις ὄτι ἀ χέλληστυς ‖ στεφάνοι Πραξίκλην Φιλίνω καὶ ἐκγό|νοις διμοιρία καὶ σάρκι βοεία πεντα|[μ]ναίω συντελέσσαντα τὰ ἶρα τοῖς | θέοισι κὰτ τὸν νόμον καὶ τᾶς χελ|λήστυος ἐπιμελήθεντα ἀξίως. ‖ [ἀνακαρύσσην δὲ κ]αὶ ἐν τοῖς Πτολε|[μαίοισι[7] ---------].

οἶς συντέλ[η ἀ πόλις ἀ Ἐρεσίων β]ασίλει Πτολεμαίω. Cuius tituli litteratura certe bene quadrat in Philopatoris regnum, sed certiora aetatis indicia non reperiuntur. Apud scriptores etsi Lesbi nominatim mentio nunquam fit, tamen eam Philopatori paruisse iure colligas ex eis quae Polybius habet V, 34, 7: δεσπόζοντες τῶν ἐπιφανεστάτων πόλεων καὶ τόπων καὶ λιμένων κατὰ πᾶσαν τὴν παραλίαν ἀπὸ Παμφυλίας ἕως Ἑλλησπόντου καὶ τῶν κατὰ Λυσιμάχειαν τόπων. P. et H. Mytilenas sane anno 207 a. Chr. n. non in potestate Ptolemaei Philopatoris fuisse recte ex Polyb. XI, 4, 1 collegit B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 357 not. 1, sed neque inde de Eresiorum et Methymnaeorum condicione coniecturam facere licet, neque per totum Ptolemaei regnum eandem semper mansisse rationem oppidorum Lesbiacorum certum est. 2 Haec est χέλληστυς (not. 4). Praeterea notae sunt Methymnaeorum chellestyes Ἐρυθραίων (Inscr. ins. mar. Aeg. II p. 109 n. 515, 1), Σκυρέων (ibid. p. 103 n. 504, 8), Φωκέων (p. 102 n. 502, 2. 503, 2. 11). 3 Idem legitur Inscr. ins. mar. Aeg. II p. 102 n. 500, 3. 502, 3. p. 103 n. 503, 3. p. 103 n. 504, 4, ut appareat apud Lesbios solenne fuisse simplex pro eo quod alibi hac vi usitatum erat composito ἀποδεικνύναι. 4 Et huius magistratus et corporis (χέλληστυς) cui ille praeest, perfrequens est memoria in titulis Lesbiis (cf. Patonis indicem Inscr. mar. Aeg. II p. 150). Praeterea χιλιαστύς apud unos Ionas et Dorienses Asianos occurrit. Cf. n. 9, 4. 10, 20. Syll.[2] 162, 30. 186, 9. 10. 329, 48. 470, 4. 5. 548, 8. 11. 616, 6. 17. 637, 2. 5. 6. 5 ΛΙ lapis. Emendaverunt et suppleverunt Pott. et Hauv. coll. v. 21. 6 Eundem vocis σάρξ pro κρέας usum habet titulus Amorgius Syll.[2] 645, 7: [παρατιθέτω]σαν δὲ καὶ [ἐπ]ὶ τὴν τρά[πεζαν τῆι θεῶι — καὶ] γλῶσσαν καὶ σάρκας τρε[ῖ]ς. 7 Cf. quae not. 1 de Eresiorum feriis allata sunt.

---

79 Tabula marmorea eruta Cnidi in theatro inferiore. Edd. C. T. Newton Discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae

p. 770 n. 57, tab. XCV. E. Loewy Inschr. gr. Bildhauer p. 133 n. 160. G. Hirschfeld Greek inscr. in the British Museum IV, 1 p. 25 n. DCCCXIX (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 851 n. 1193). Cf. quae disputavit P. Foucart Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 98.

Σωσίβιον Διοσκουρίδου | Ἀλεξανδρέα[1] | Ἀγαθόβουλος Νέωνος | Ἀλεξανδρεὺς ‖ θεοῖς.
[Ζη]νόδοτος καὶ Μένιππος Χῖοι[2] ἐποίησαν.

Litterae volgares praeter Ξ. Extremae hastarum partes latius et profundius incisae. 1 Sosibius, cuius pater et patria ex titulis demum innotuerunt, egregio apud Ptolemaeum IV Philopatora (221—205 a. Chr.) favore florebat, sed ea potentia pessime usus est. Cf. Polyb. V, 35 sqq. VIII, 17, 2 sqq. 18, 7. 19, 6. XV, 25. 32, 6. 34, 4. Plutarch. Cleomenes 33. Foucart. 2 Cf. Diog. Laert. VI, 101: γεγόνασι δὲ Μένιπποι ἕξ· — τέταρτος ἀνδριαντοποιός. In duobus titulis Cnidiis Gr. inscr. in the Brit. mus. IV, 1 p. 26 n. DCCCXX, 6. p. 27 n. DCCCXXI, 6 Ζηνόδοτος Μενίππου Κνίδιος ἐποίησε legi monet Hirschfeld. Videtur igitur Sosibii statua a patre et filio coniuncto labore, illa monumenta Cnidia a nepote avitum nomen gerente confecta esse. Nam discrimen ethnici (Χῖος et Κνίδιος) nullius momenti est, quia artifices haud raro ibi ubi artem suam exercebant civitate donabantur neque omnino abhorret a Graecorum legibus, eundem hominem in duabus aut pluribus urbibus civitatem habere.

---

80 Decretum cum quinque similibus incisum basi marmoris caerulei, Tanagrae (*Skimatari*) in ecclesia S. Taxiarchi. Ed. C. Robert Hermae XI p. 97 (W. Larfeld Sylloge Inscr. Boeot. 492. R. Meister ap. Collitz Gr. Dialektinschriften I p. 283 n. 938. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 234 n. 365). Lapide denuo a Lollingio collato I. Gr. Sept. I, 507 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 191 n. 223).

Εὐξιθίω ἄρχοντος[1], μεινὸς Δαματρίω ὀγδόη ἱσταμένω, ἐπεψά-

Litterae volgares praeter Ξ. Versus lineis insculptis distinentur. 1 Tanagraeorum. Eodem tempore etiam Orchomenii eodem honore Sosibium affecerunt, quorum decretum habes I. G. Sept. I, 3166: Θιὸς τούχαν ἀγαθάν. Ἀριστοδάμω Μνασιγενείω ἄρχοντος· Εὔδικος Θίωνος ἔλεξε· δεδόχθη τοῖ δάμοι, Σωσίβιον Διοσκορίδαο Ἀλεξανδρεῖα πρόξενον εἶμεν κτλ. Foucartus Bull. de corr. Hell. IV 1880 p. 98 non inepte hos honores in hominem principalem aulae Alexandrinae collatos refert ad negotium mercennarios Graecos conducendi, quos permultos in Aegypto fuisse constat. Sed omnino per Philopatoris regnum magnam fuisse auctoritatem imperii Aegyptiaci per Boeotiam Atticamque etiam aliis testimoniis constat. Cf. titulum 81 cum notis.

φιδδε Καφισίας· | Μειλίων Ἀφροδίτω ἔλεξε· δεδόχθη τοῖ δάμοι, πρόξενον εἶμεν κὴ εὐεργέταν | τᾶς πόλιος Ταναγρήων Σωσίβιον Διοσκουρίδαο Ἀλεξανδρεῖα[2] αὐτὸν κὴ ἐσγόν[ως,] | κὴ εἶμεν αὐτοῖς γᾶς κὴ οἰκίας ἔππασιν κὴ ϝισοτέλιαν κὴ ἀσφάλιαν κὴ ἀσουλία[ν] || κὴ πολέμω κὴ ἰράνας ἰώσας κὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλαττα[ν κὴ] τἆλλα πά[ντα] | καθάπερ τοῖς ἄλλοις προξένοις κὴ εὐεργέτης.

2 Cf. n. 79[1].

---

81 Basis marmoris albi, cui a dextra quondam adiuncta fuit alia, eruta in Amphiaraio Oropiorum (*Mavrodilisi*). Ex Lollingii apographo edidi I. Gr. Sept. I, 297. 298 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 184 n. 204). Cf. quae adnotavit M. Holleaux Revue des études Grecques VIII (1895) p. 190. X (1897) p. 26 sqq. XIII (1900) p. 187 sqq. Primum modo versum repetivit M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 225 n. 34.

Βασίλισσαν Ἀρ[σινόην][1].

Ἄρχοντος ἐν κοινῶι Βοιωτῶν Διονυσίου, ἐπὶ δὲ πό[λεως Νικο]|κλέους, ἱερέως δὲ τοῦ Ἀμφιαράου Δημοκράτου του δε[υτέρου,] |

Litterae volgares praeter ΞΠΣΦ et in titulo dedicatorio (v. 1), qui multo maioribus litteris exaratus est, Α, cum decretum (v. 2—26) Α habeat.

1 Cum regi Ptolemaeus nomen fuerit (v. 6. 26), reginae Arsinoë (v. 1), aut Ptolemaei II Philadelphi (285—247 a. Chr. n.) aut Ptolemaei IV Philopatoris (221—205 a. Chr.) regno haec incisa esse in propatulo est. Idem cadit in titulum Thespiensem Bull. de corr. Hell. XIX p. 379 n. 29, 2. 3: βασιλεὺς Π[τολεμῆος βασιλέος Πτο]|λεμήω κὴ βασίλισσα Ἀ[ρσινόα]. Atque Oropium quidem titulum ipse quondam ad Philadelphum rettuli, idemque fuit Iamoti iudicium de Thespiensi. Quod contra Holleauxius utrumque Ptolemaei Philopatoris potius aetati vindicare conatus est, qua de re mihi quidem plane persuasit. Etenim in Thespiensi quidem titulo v. 8 occurrit Νικείας Κορρινάδαο, cum decretum Achaeorum Syll.[2] 236, 8 Νικέαι Κορρινάδου Θεσπιεῖ habeat. Eundem utrobique intellegi hominem, praesertim in summa nominis quod est Κορρινάδας raritate, recte statuere videtur Holl. At illud Achaeorum decretum saeculi alterius a. Chr. n. ineuntis esse gravissimis argumentis demonstravit idem (cf. Syll. II[2] p. 813). Quo tempore qui obses in Achaia vivebat, poterat iam adulta aetate esse Philopatore regnante, Philadelphi temporibus non poterat. Deinde [Ἕρ]μονος Ξενέαο in inscriptione Thespiensi v. 9 filius habendus erit eius qui intra annorum 221 et 209 a. Chr. spatium, archonte Damophilo, rogationes tulit in concilio Boeotorum (Ἐφημ.

Νέανδρος Νεανδρίδου εἶπεν· προβεβουλευμένον αὐ[τῶι εἶ]‖ναι πρὸς τὸν δῆμον, ἐπειδὴ Φορμίων ὁ Βυζάντιος, φίλ[ος ὢν] | τοῦ βασιλέως Πτολεμαίου, καὶ λέγων καὶ πράττων [διατε]‖λεῖ τὰ συμφέροντα τῶι δήμωι καὶ κατ' ἰδίαν ἀεὶ τῶ[ν πολι]‖τῶν τῶι χρείαν ἔχοντι τὴν πᾶσαν σπουδὴν ποιεῖται [καὶ οὐ] | μόνον ἐν τῆι ἰδίαι ὢν εὔνουν ἑαυτὸν παρείχετο τῶι [δήμωι,] ‖ ἀλλὰ καὶ νῦν παρὰ τῶι βασιλεῖ Πτολεμαίωι πολλ[οὺς καὶ] | συμφέροντας λόγους ποιεῖται ὑπὲρ τῆς πόλεω[ς· ὅπως] | οὖν καὶ ὁ δῆμος φαίνηται τὴν πᾶσαν ἐπιμέλεια[ν ποιού]‖μενος τῶν εὐεργετούντων ἑαυτόν, δεδόχθαι [τῆι βου]‖λῆι καὶ τῶι δήμωι, Φορμίωνα Νυμφαίου Βυζά[ντιον] ‖ πρόξενον εἶναι καὶ εὐεργέτην τῆς πόλεως Ὠρωπί[ων αὐτὸν] | καὶ ἐκγόνους· εἶναι δὲ αὐτοῖς ἰσοτέλειαν καὶ

ἀρχ. 1892 p. 36 n. 64. p. 42 n. 71). Quod vero Iamotus attulit ad suam de Thespiensis tituli aetate sententiam confirmandam, id refutatum est ab Holleauxio. Etenim cum illam inscriptionem Philone archonte incisam esse arguant v. 26. 27 ἄρχει τῶ χρό[νω] | ὁ ἐνιαυτὸς ἐπὶ Φίλωνος ἄρχοντος, eiusdem anni victorum laterculum Thespiensem edidit Iamot Bull. de corr. Hell. XIX p. 332 n. 6. Iam in hoc recensetur Ἀγαθίας Ἁρμοδίου Ὀπούντιος. Hinc Iam. apparere dicit, Opunta tum temporis non interfuisse foederi Boeotorum, quia aliter Βοιώτιος potius scribendum fuerit. Atqui Opuntios Boeotos fuisse per annorum 234—198 a. Chr. spatium, quo totum contineretur Philopatoris regnum. Necessario igitur hic Philadelphum potius agnoscendum. Contra quem Holl. monuit neque quando Opuntii accessissent ad Boeotorum commune, neque quando rursus se ab illis separavissent constare, ita ut facile fieri potuerit ut illi aut paullo post annum 221 a. Chr. n. demum inciperent aut iam paullo ante 205 a. Chr. n. desinerent inter Boeotos numerari. Iam hunc titulum ab illo non magno temporis intervallo distare decreta Oropiorum archontibus Dionysio (I. G. Sept. I, 252. 296) et Philone (I. G. Sept. I, 247. 255. 273. 278) facta demonstrant. Neque hi soli lapides testantur, Ptolemaei Philopatoris aetate aulae regiae arctissimam necessitudinem cum rebus Boeotorum intercessisse, sed ad has inscriptiones, Oropiam et Thespiensem, accedunt Sosibii honores a Tanagraeis et Orchomeniis decreti (n. 80[1]). Holleaux. His adde de vicinis Atheniensibus gravissimum Polybii testimonium V, 106, 6—8: Ἀθηναῖοι δὲ τῶν ἐκ Μακεδονίας φόβων ἀπελέλυντο καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔχειν ἐδόκουν ἤδη βεβαίως, χρώμενοι δὲ προστάταις Εὐρυκλείδᾳ καὶ Μικίωνι τῶν μὲν ἄλλων Ἑλληνικῶν πράξεων οὐδ' ὁποίας μετεῖχον, ἀκολουθοῦντες δὲ τῇ τῶν προεστώτων αἱρέσει καὶ ταῖς τούτων ὁρμαῖς εἰς πάντας τοὺς βασιλεῖς ἐξεκέχυντο καὶ μάλιστα τούτων εἰς Πτολεμαῖον, καὶ πᾶν γένος ὑπέμενον ψηφισμάτων καὶ κηρυγμάτων, βραχύν τινα λόγον ποιούμενοι τοῦ καθήκοντος διὰ τὴν τῶν προεστώτων ἀκρισίαν. Ceterum Philopatora sororem Arsinoën in matrimonium duxisse non post 210 a. Chr., quia proximo anno filius Ptolemaeus V Epiphanes natus esset, observavit B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 405 not. 6.

ἀσφάλε[ιαν καὶ ἀ]|συλίαν καὶ πολέμου ὄντος καὶ εἰρήνης καὶ κα[τὰ γῆν] | καὶ κατὰ θάλατταν καὶ ἔνκτησιν γῆς καὶ οἰκί[ας καὶ] | προεδρίαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν οἷς τίθησιν ἡ πόλ[ις καὶ πρό]||σοδον πρὸς τὴν βουλὴν καὶ τὸν δῆμον πρώτο[ις μετὰ] | τὰ ἱερά, καὶ τὰ ἄλλα πάντα καθάπερ καὶ τοῖς ἄ[λλοις προ]|ξένοις καὶ εὐεργέταις τῆς πόλεως ὑπάρχε[ι. ἀναγρά]|ψαι δὲ τόδε τὸ ψήφισμα τοὺς πολεμάρχου[ς τοὺς ἐ]|πὶ ἱερέως Δημοκράτου τοῦ δευτέρου ἐν [τῶι ἱερῶι τοῦ] || Ἀμφιαράου ἐπὶ τῆς βάσεως τῶν εἰκόν[ων τοῦ βα]|σιλέως Πτολεμαίου καὶ τῆς βασιλ[ίσσης Ἀρσινόης].

---

82 Basis quadrata marmoris nigri inventa in oppido *Edfu*. Edd. J. P. Mahaffy Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 148 n. 3. U. Wilcken ad J. G. Droyseni Kl. Schriften II p. 438. Cf. quae adnotavit idem Archäol. Anzeiger 1889 p. 44 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 237 n. 56. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 859 n. 1236).

Βασιλεῖ Πτολεμαίωι[1] καὶ | βασιλίσσηι Ἀρσινόηι, θεοῖς | Φιλοπάτορσι, καὶ Σαράπιδι καὶ | Ἴσιδι Λίχας Πύρρου Ἀκαρνάν[2], || στρατηγὸς ἀποσταλεὶς | ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάν|των[3] τὸ δεύτερον[4].

Litterae ЄΠΣ (semel v. 1 C) ω. 1 Ptolemaeus IV Philopator (221—205 a. Chr. n.). 2 Idem homo decimo Ptolemaei III Euergetae anno equitibus praefuit. Cf. Flinders Petrie Papyri I p. 47 n. XVI 1, 12: Μένιππος Δεινίου τῶν Λίχα ἱλάρ[χης] (238/7 a. Chr. n.). p. 51 n. XVIII 1, 6: Οἰταῖος τῶν Λίχ(α) πεντακοσίαρχος. Huius vero quo sub Philopatoris regno functus est officii militaris ad oram sinus Arabici monumenta commemorat Strabo XVI, 4, 14 p. 773 Cas. ἀπὸ δὲ τῆς Δειρῆς ἡ ἐφεξῆς ἐστιν ἀρωματοφόρος· — ὑπέρκειται δ' ἡ Λίχα θήρα τῶν ἐλεφάντων. 15 p. 774: εἰσὶ δὲ καὶ στῆλαι καὶ βωμοὶ Πυθολάου καὶ Λίχα καὶ Πυθαγγέλου καὶ Λέοντος καὶ Χαριμόρτου (cf. n. 86, 8) κατὰ τὴν γνώριμον παραλίαν τὴν ἀπὸ Δειρῆς μέχρι νότου κέρως. Nomina ducum qui illic monumenta et aras reliquisse dicuntur, ex temporum ordine se excipiunt. Ex quibus Pytholaus qui proximum ante Licham locum tenet etiamtum Ptolemaei Euergetae aetate in magistratu fuit, ut Lichae primam praeturam in ipsa Philopatoris initia (ante proelium ad Raphiam) incidere, altera intra annorum 217—208 spatium eum functum esse probabiliter statuat P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 17. Usque ad ultimos Philopatoris annos utique descendere non licet, quia tres etiam per idem regnum στρατηγοὺς ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων fuisse, Pythangelum, Leonta, Charimortum constat. Cf. n. 86[6]. 3 Cf. n. 54, 10 sqq.: ἐλεφάντων Τρωγλοδυτικῶν καὶ Αἰθιοπικῶν, οὓς ὅ τε πατὴρ αὐτοῦ (Ptolemaeus II Philadelphus) καὶ αὐτὸς (Ptolemaeus III Euergetes) πρῶτο(ι) ἐκ

τῶν χωρῶν τούτων ἐθήρευσαν καὶ καταγαγόντες εἰς Αἴγυπτον κατεσκεύασαν πρὸς τὴν πολεμικὴν χρείαν. De Philadelphi venationibus Wilcken provocat ad Diodorum III, 36, 3: ὁ γὰρ δεύτερος Πτολεμαῖος, περί τε τὴν τῶν ἐλεφάντων κυνηγίαν φιλοτιμηθεὶς καὶ τοῖς τὰς παραδόξους θήρας τῶν ἀλκιμωτάτων ζῴων ποιουμένοις μεγάλας ἀπονέμων δωρεάς, πολλὰ δὲ χρήματα δαπανήσας εἰς ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν ἐλέφαντάς τε συχνοὺς πολεμιστὰς περιεποιήσατο καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ἀθεωρήτους καὶ παραδόξους φύσεις ἐποίησεν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν τοῖς Ἕλλησι. In regione Trogodytarum iam Philadelphi aetate a Satyro ad venationem elephantorum misso condita est Philotera (Strabo XVI, 4, 5 p. 769 Cas., cf. n. 35 [2]) ab Eumede eidem negotio praefecto Ptolemais (Πτολεμαῒς πρὸς τῇ θήρᾳ τῶν ἐλεφάντων Strabo XVI, 4, 7 p. 770 Cas. Πτολεμαῒς ἡ τῶν θηρῶν λεγομένη Periplus mar. Erythraei 3 p. 258, 11. 4 p. 259, 6). Ptolemaeus Euergetes vero in eadem ora ulterius quam pater progressus est ad meridiem. Cf. Flinders Petrie papyri II p. 135 n. XL, 22. 23 καὶ ἡ ἐλεφάντω[ν θήρα] ἡ ἐν Βερενίκηι τέλος ἔχει. v. 27. 28 ἀφ' οὗ ἡ ἐλεφαντηγὸς (sc. ναῦς) κατεποντίσθη et quae not. 2 de strategorum monumentis allata sunt. Cf. H. R. Hall Classical Review XII 1898 p. 278 sqq. Ceterum hos omnes cave simplices venatores aut venatorum praefectos (ἀρχικυνήγους) existimaveris, in quod hominum genus appellatio στρατηγοῦ non cadit; immo summos omnium rerum civilium et militarium per littus maris Erythraei gubernatores habendos esse recte statuit P. Meyer l. l. 4 Sic Wilcken, cum Mahaffy (Bull.) τόδε δεύτερον exhibeat. At idem The empire of the Ptolemies p. 271 not. 4, ubi titulum minusculis litteris repetit, τὸ δεύτερον legit, ut in exemplo maiusculo ΤΟΔΕΔΕΥ pro ΤΟΔΕΥ ad calami lapsum redire videatur. Qua re perspecta tollitur ambiguitas a Mahaffyo observata, qui aut τόδε δεύτερον (ἐστὶ προσκύνημα) mente suppleri, aut numerale ad ἀποσταλείς relatum de altera Lichae strategia intellegi posse dicit; nam hanc unam interpretationem admittit lectio τὸ δεύτερον.

---

83 Basis rotunda marmoris albi, Alexandriae. Edd. Comptes rendus de l'ac. des inscr. 1873 p. 328. E. Miller Revue arch. Nouv. série XXVII (1874) p. 49. Nerutsos Bey Ἀθήναιον III p. 81 n. 1 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 237 n. 54).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης, | θεῶν Φιλοπατόρων [1], | Ἀπολ(λ)ώνιος Ἀμμωνίου καὶ ‖ Τιμόκιον [2] Κρισιλάου καὶ τὰ παιδία | Δήμητρι καὶ Κόρῃ και Δικαιοσύνῃ [3].

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 Cf. n. 81 [1]. 2 Nomen rarum; cf. Greek inscr. in the British Museum IV, 1 p. 76 n. DCCCC b, 2 (Halicarnassi) Τιμόκιον Παμφίλο[υ]. 3 Hoc Graecum nomen aliquando Isidi tribuitur (cf. Syll.[2] 763, 3), nec raro in dedicationibus Graecorum dei Aegyptii latent sub appellationibus Graecis (cf. Syll.[2] 762 [1]). Cf etiam n. 107 [3].

84 Basis marmoris rubri. In altera parte titulus Romanae aetatis. Superficies admodum detrita. In delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 252 n. 112. Sakellarios Κυπριακά I^2 p. 102 n. 87 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 239 n. 65).

[------- ὑπὲ]ρ βασ[ιλέως -------|---- καὶ ------]ς, τοῦ στρατηγ[οῦ | τῆς νή]σο[υ[1], ἀρετῆς καὶ] εὐνοίας ἕνεκε[ν | ἧς] ἔχω[ν διατελεῖ] εἰς βασιλέ[α ‖ Πτ]ολεμαῖον[2] καὶ [τὴν ἀ]δελφ[ὴν βα|σίλ]ισσαν Ἀρσινόην, θεοὺς Φι[λοπ]άτορ[ας, | κ]αὶ τὴν Παφίω[ν] πόλιν.

Litterae ΑΘοΠΣ. 1 Memorabile est, eum qui regis Aegypti nutu summum rei militaris per insulam Cyprum imperium habet, hic etiamtum simpliciter στρατηγόν appellari. Ptolemaeo Epiphane regnante (205—181 a. Chr. n.) accedit καὶ ἀρχιερεύς (cf. n. 93[3]), quam imperii militaris cum sacerdotio coniunctionem nescio an, ut multa alia quae illo rege novata sunt, ex Seleucidarum regno repetiverit (cf. n. 230[2]). Recentior etiam est tertii honoris ναυάρχου accessio, nam hic non ante Ptolemaeum VIII Euergetam II (146—116 a. Chr.) illis duobus adiungitur. Cf. n. 140, 5. 143, 2. 145, 1. 151, 2. 152, 2. 153, 1. 155, 5. 157, 2. 158, 2. 159, 2. 160, 3. 161, 3. 162, 2. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 259 n. 117, 1. 2 Ptolemaeus IV Philopator (221—205 a. Chr. n.).

---

85 Marmor inventum Thebis Aegyptiis, delatum in Americam, ubi est in collectione Josephi W. Drexel in oppido Neo-Eboracensium. Ed. A. C. Merriam American journal of archaeology II (1886) p. 149 n. 1 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 245 n. 72).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] | τοῦ Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης |

Litterae volgares; ΘΟΩ reliquis aliquanto minores. 1 Cum primus editor titulum ad Ptolemaeum IV Philopatora (221—205 a. Chr. n.) rettulisset, eius filium Ptolemaeum V Epiphanem (205—181 a. Chr.) intellegere maluit Strack, post hoc nomen commate distinguens, ut proxima omnia usque ad Φιλοπατόρων parentum significationem continerent. Quod mihi propterea non probatur quia sic necessario τοῦ (ἐκ) βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης dicendum fuit. Nam ut in universum consentaneum est, ubicumque rex una cum uxore commemoretur, non alteri modo ex coniugibus regium nomen tribui, sic potissimum in parentum significatione aut utrobique illud additur aut utrobique omittitur. Cf. n. 14, 1. 2. 26, 2. 27, 2. 76, 2. 3. 77, 2. 3. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 869 n. 1293, 2 βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Βερενίκης. 54, 1. 2 βασιλέως Πτοτεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης.

5 Ἀρσινόης, θεῶν Φιλοπατόρων, | Τέως Ὥρου[2] φυλακίτης[3] || τόπου[4] Ἀμμωνιείου[5].

105, 2. 106, 3. 4. 123, 1. 2. 125, 2. 3. 174, 2. 3 βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας. — Πτολεμαίου καὶ Βερενίκης 23, 1. 29, 1. 2. 33, 2. 75, 1. 2. 78, 1. 2. Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης 55, 2. 3. 56, 1. 60, 1. 2. 65, 2. 91, 3. 93, 2. Πτολεμαίου καὶ Κλεοπάτρας 109, 1. Non dico hanc legem nunquam migrari, sed certe rarissime id fit; mihi nunc unum exemplum notum est n. 61, 1 βασιλέως Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης, quod tamen minus offensionis habet quam hic titulus ex Strackii interpretatione. Etenim cum βασιλεύς summum imperium indicet, βασίλισσα vero, ubi de uxore, sorore, filia regis usurpatur, non sit nisi honoris vocabulum (cf. n. 14[1]), sine dubio multo maioris momenti erat regis quam reginae filium esse. Non dubito quin fieri possit ut etiam aliud similis neglegentiae exemplum inveniatur. At propterea non licet eandem hic statuere, ubi alia interpretatio offensione omnino carens praesto est. Etenim illa καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης ab ὑπέρ pendent, ut eius Ptolemaei, pro cuius salute dedicatio fit, non mater sed uxor significetur. Etenim quod sic materna origo omnino tacetur, non sine exemplo est (cf. n. 14, 3. 15, 1. 25, 2. 28, 2. 35, 2. 57, 1. 58, 1. 170, 4. 171, 2. 193, 8. 197, 2. 198, 2). Quod vero Strackius dicit, ordinem verborum obstare, quominus titulum sic interpretemur, id redarguitur cum iis quae attuli n. 92[1], tum titulo n. 109, 1 sqq. βασιλεὺ]ς Πτολεμα[ῖ]ος Πτολεμαίου καὶ Κλεοπάτρας, θεῶν Ἐπιφανῶν κ[αὶ] Εὐχαρίστων, [καὶ βασ]ίλισσα Κλεοπάτρα ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφή, θεοὶ Φιλ[ο]μήτορες. Neque offensioni est, quod soli marito paternae originis nota additur, etsi uxor quoque eodem patre nata fuit. Cf. n. 28, 1 sqq. ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης, quem titulum ipse Strackius Philadelpho, non Euergetae vindicat, et Bull. corr. Hell. XIX p. 379 n. 29, 2. 3 βασιλεὺς Π[τολεμῆος βασιλεῖος Πτο]λεμήω καί βασίλισσα Ἀ[ρσινόα], ubi omnino nulla est ambiguitas. Quare nullus dubito, quin hoc quoque monumentum per Ptolemaei IV Philopatoris regnum dedicatum sit. 2 Utrumque nomen Aegyptium esse neque raro in papyris et alibi occurrere monet Merriam. 3 De huius appellationis vi cum pridem magnopere dissenserint homines docti, nunc iam plane constat, homines fuisse, qui in unoquoque loco Aegypti securitati publicae prospicerent et homines maleficos coërcerent, probe distinguendos illos quidem a militibus exercitus regii. Cf. Lumbroso Recherches p. 249 sqq. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 402 Anm. 1, qui affert Flinders Petri Papyri II p. 111 n. XXXII, 2 b, 3 sqq., ubi bubulcus qui gregem in agros crotone consitos immiserat, propterea phylacitis tradi iubetur. Ad hos homines sustentandos vectigal (φυλακιτικόν) exigi solitum esse adnotat idem. Praefectos eorum (ἀρχιφυλακίτας) quidem Graecis nominibus uti, sed inter gregarios etiam Aegyptios comparere observat Merriam. 4 Partem nomi, quam vim vox sine controversia habet, hic quoque interpretatur Merriam. Sed sic regio plures vicos (κώμας) comprehendens intellegenda esset, nam ex his νόμου divisionibus τόπον latius patere quam κώμην nunc plane constat. Quod cum pugnet cum eis quae de Ammonieo comperta habemus (not. 5), vox hic volgari vi, qua cuiuslibet generis locum significare

potest, accipienda videtur. 5 Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 147, qui monet proprie quidem ipsum Ammonis templum in suburbio Diospoleos Magnae (Thebarum) situm sic appellari, veluti εἰς τὸ Ἀμμω(νεῖον) Ostraka II, 1341, 3. 1498, 2. 1527, 2, sed ab eo nomen etiam ad totum suburbium translatum esse, id quod appareret ex papyro apud Grenfell An Alexandrian erotic fragment and other Greek papyri I p. 46 n. XXI, 15: τὰ δὲ λο(ιπὰ) οἰκόπεδα [καὶ ψι]λοὶ τόποι ἐν Διὸς πό(λει) τῆι μεγά(λῃι) ἐν τῶι Ἀμμω(νιείωι) [κ]αὶ ἐν τοῖς Κεραμείοις ἐχέτω Ἐσθλάδας. Nam hos fundos privatos profecto non in delubro fuisse. Idem suburbium igitur hic quoque innui.

---

86 Tabula marmoris albi. Ubi inventa sit, ignoratur. Exstat Londinii in museo Britannico. Ed. H. R. Hall Classical Review XII 1898 p. 274 (J. P. Mahaffy History of Egypt IV, The Ptolemaic dynasty p. 138. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 205 n. 18).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] καὶ βα|σιλίσσης Ἀρσινόης καὶ Πτολεμαίου | τοῦ υἱοῦ[2], θεῶν Φιλοπατόρων, τῶν | ἐκ Πτολεμαίου καὶ Βερενίκης θε||ῶν Εὐεργετῶν, Ἄρηι Νικηφόρωι Εὐάγρωι[3] | Ἀλέξανδρος Συνδαίου Ὀροαννεύς[4], | ὁ συναποσταλεὶς διάδοχος[5] | Χαριμόρτωι[6] τῶι στρατηγῶι ἐπὶ | τὴν θήραν τῶν

Litterae ΑΒΘΞΠΣ. θῆτα et ὂ μικρὸν reliquis minores. 1 Ptolemaeus Philopator (221—205 a. Chr. n.). 2 Qui postea regnavit Epiphanes cognomine, natus mense Octobre anni 209 a. Chr. (cf. n. 90[1]). Apparet igitur uno ex quattuor postremis regni annis hoc monumentum dedicatum esse. Cf. etiam n. 82[3]. 3 Qui prosperum venationis eventum dat. Idem cognomen Pani tribuitur in titulo templi in deserto prope *Redesîje* sito ap. R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 81 n. 131. Cf. n. 38[3]. 4 Sic pro Ὀροανδεύς etiam in titulo Halicarnassio Bull. de corr. Hell. IV 1880 p. 401 n. 12. E. Loewy Inschr. gr. Bildhauer p. 218 n. 305, 4 legi Δαϊμένης Δαϊμένου Ὀροαννεὺς ἐπόησε monuit Hall. Ethnicon Ὀροανδεῖς etiam apud Polybium XXI, 44, 7. 46, 1 est, itemque apud Livium XXXVIII, 18, 2. 19, 1 *Oroandenses*, quam terminationem plerumque Graecae -εύς respondere notum. Alibi, praecipue in titulis aetatis inferioris, Ὀροανδηνός (-ή) legitur. Oppidum Oroanda Pisidiae etiam apud Livium XXXVIII, 37, 11. 39, 1 et Plinium N. hist. V, 94, *Oroandicus Pisidiae tractus* ab eodem V, 147 commemoratur. 5 Successorem interpretatur Hall, itemque P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer p. 17 Alexandrum proximo post Charimortum tempore στρατηγὸν ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων fuisse pronuntiat. At primum quidem si haec scripta sunt quo tempore Alexander strategus fuit, cur is cui ille successit commemoratur, cur non simpliciter Ἀλέξανδρος Συνδαίου Ὀροαννεύς, ὁ ἀποσταλεὶς στρατηγὸς ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων scribitur ut n. 82, 5 et in omnibus huius generis officii vel magistratus significationibus? Deinde sic

ἐλεφάντων[7], καὶ ‖ Ἀποᾶσις Μιορβόλλου Ἐτεννεὺς[8] | ἡγεμὼν[9] καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν τετα|γμένοι στρατιῶται.

---

utique ἀποσταλείς scribendum erat. Nam quod Hallius ausus est συναποσταλεὶς διάδοχος interpretari 'missus successor *cum aliis* (comitibus)', id non licere quivis qui Graece didicerit fatebitur. Quare qui illam nominis διάδοχος notionem tenere volet, ei sumendum erit una cum stratego in illas regiones missum esse hominem qui illi si officii tempus elapsum esset succederet. Quod absurdum esse non est quod demonstretur. Ideo διάδοχον non *successorem* interpretor, sed *vicarium*. Nam in tam longinquas terras ducem exercitus non missum esse quin definite praeciperetur quisnam, si ille morbo aut vulnere aut quolibet alio casu ad tempus officiis suis fungi prohiberetur, eius vices sustinere deberet, luce clarius est. Hac vi perfrequenter participium διαδεχόμενος, διαδεχόμενοι, sed nonnunquam etiam nomen διάδοχος in papyris occurrere demonstravit J. G. Milne History of Egypt. V Roman rule p. 203 sqq. Cf. Oxyrhynchos papyri I p. 112 n. LIV, 5—7: Ἀχιλλίωνι ἐνάρχῳ ἐξηγητῇ διὰ Ἀχιλλίωνος τοῦ καὶ Σαραπάμμωνος υἱοῦ καὶ διαδόχου. p. 114 n. LVI, 13—15: τὸν διαδεχόμενον τὴν στρατηγίαν βασιλικὸν γραμματέα. II p. 158 n. CCXXXVIII col. VI, 36: Ἁρποκρατίωνι βασιλικῷ γραμματεῖ, [δι]αδεχομένῳ καὶ τὰ κατὰ τὴν στρα(τηγίαν). col. VII, 10 ὁ βασιλικὸς διαδεχόμενος καὶ τὴν στρατηγίαν. Formulae τῶν διαδόχων, qua certus dignitatis gradus in aula Ptolemaeorum significabatur (n. 100[5]), cum hac officii appellatione nihil intercedit necessitudinis. 6 Hic a Strabone XVI, 4, 14 p. 773 Cas. postremo loco inter illos praefectos venationis elephantorum commemoratur, quorum tabulae et arae in ora maris Rubri exstent. Cf. n. 82[2]. Quin idem sit, qui proximo Ptolemaei V Epiphanis regno Scopae Aetoli socius commemoratur apud Polybium XVIII, 55, 2: λαβὼν γὰρ (Scopas) συνεργὸν τὴν ἀγριότητα τὴν Χαριμόρτου καὶ τὴν μέθην ἄρδην ἐξετοιχωρύχησε τὴν βασιλείαν, iure meritoque non dubitant editores. 7 Cf. n. 82[3]. 8 Prius nominis compositi Μιόρβολλος membrum non diversum existimaverim a dei appellatione *Mithra*, quam recentiore aetate in *Mihr* abiisse constat (cf. n. 382[3]. 432[3]. 434[3]). Scriptura per O nihil offensionis habet, quoniam in nummis regum Indoscytharum quoque Μιορο scriptum est (cf. n. 383[20]). Huius hominis filium esse in titulo sepulcrali Alexandriae reperto ap. Nerutsos L'ancienne Alexandrie n. 115 Ῥώιζις Ἀποάσιος Ἐτεννεύς observavit A. Wilhelm Classical Review XIII 1899 p. 79. Cf. Polyb. V, 73, 3: τοῖς δὲ περὶ Γαρσύηριν Ἐτεννεῖς μὲν οἱ τῆς Πισιδικῆς τὴν ὑπὲρ Σίδης ὀρεινὴν κατοικοῦντες ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας ἔπεμψαν, Ἀσπένδιοι δὲ τοὺς ἡμίσεις. Num recte B. Niese Gesch. der gr. u. makedon. Staaten II p. 388 not. 7 idem oppidum etiam a Strabone indicari statuat XII, 7, 1 p. 570 Cas. τινὲς δὲ (τῶν Πισιδῶν) καὶ ὑπὲρ Σίδης καὶ Ἀσπένδου, Παμφυλικῶν πόλεων, κατέχουσι γεώλοφα χωρία, ἐλαιόφυτα πάντα, τὰ δ' ὑπὲρ τούτων ἤδη ὀρεινὰ Κατεννεῖς, ὅμορα Σελγεῦσι καὶ Ὁμοναδεῦσι, Σαγαλασσεῖς δ' ἐπὶ τὰ ἐντὸς τὰ πρὸς τῇ Μιλυάδι, iure dubitaveris. Nam in titulo honorario aetatis Romanae (G. Hirschfeld Monatsberichte der Ak. d. W. zu Berlin 1875 p. 143) Κοτεννεῖς occurrere, cum nummi exstent cum inscriptione ETENNEΩN (Hill Catalogue of coins in the Br. mus. Lycia etc.

p. CXIX) monuit Hall, ita ut manifesto neutra nominis forma apud scriptores ad calami lapsum revocari possit. Videntur igitur iam antiquitus duo fuisse vicina oppida Etenna et Cotenna, ut Byzantinorum aetate fuisse constat (cf. W. R. Ramsay Hist. Geogr. of Asia minor p. 418). 9 Proximum post strategum locum tenet eius vicarius (διάδοχος), post hunc dux. Nam ἡγεμόνας eos potissimum militum ductores appellatos esse qui summo imperio strategi subiuncti essent notum est. Cf. n. 69[3].

---

87 Basis inaedificata Philis in muro ad ripas fluminis. Ed. R. Lepsius Denkmäler XII p. 82 n. 197 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 238 n. 58).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] καὶ βασιλίσσης | Ἀρσινόης, θεῶν Φιλοπατόρων, καὶ Πτολεμαίωι | τῶι υἱῶι αὐτῶν[2], Σαράπιδι Ἴσιδι Σωτῆρσι | Σωκράτης Ἀπολλοδώρου Λο[κρός].

Litterae ΑΑΚΘΠΣΦ. Hastae hic illic paullulum incurvatae. 1 Ptolemaeus IV Philopator (221—205 a. Chr. n.). 2 Qui postea Epiphanes appellatus est. Is anno 209 natus est, siquidem Iustinus XXX, 2, 6 eum quo tempore pater obierit quinquennem, Hieronymus in Danielem 11 quattuor annos natum fuisse refert. Cf. n. 90[1. 134]. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 195 not. 16. Dativus τῷ υἱῷ, quem non posse non ab ὑπὲρ pendere particula καὶ indicio est, eadem casuum confusione pro genetivo usurpatus est, quam habes supra n. 17, 1. 2.

---

88 Ara rotunda marmoris candidi maculis subcaeruleis distincti, inventa inter rudera domus privatae in vico *Ialowa* sito prope Seston antiquam. Ed. H. G. Lolling Mitth. des arch. Inst. in Athen VI (1881) p. 209 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 238 n. 59).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης | Ἀρσινόης, θεῶν Φιλοπατόρω[ν,] | καὶ τοῦ υοῦ αὐτῶν Πτολεμαί[ο]υ[1] | θεοῖς τοῖς ἐν Σαμοθράικ[η]ι[2] ‖ Ἀριστάρχη Μικύθου Περγαμηνή.

Litterae volgares praeter ΑΠΣ. 1 Titulum neque anno 209 a. Chr. antiquiorem neque anno 205 recentiorem esse ex eis apparet quae n. 87[2] adnotata sunt. 2 Lollingius monet, etsi ex insula Samothrace haud pauca monumenta alio delata essent, tamen hanc aram sine dubio Sesti in delubro Magnorum Deorum Samothracum dedicatam esse, cum quia Chersonesus Thracica tunc temporis etiam in Ptolemaeorum dicione fuisset, Samothrace non item, tum quia ipsum additamentum τοῖς ἐν Σαμοθρᾴκῃ doceret, non in ipsa insula monumentum fuisse. De cultu deorum Samothracum cf. n. 69[1].

---

89 Marmor inventum Thebis Aegyptiis, translatum in Americam, ubi exstat in oppido Neo-Eboracensi in collectione Iosephi W. Drexel. Ed. A. C. Merriam American journal of archaeology II (1886) p. 151 n. II (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 237 n. 57).

[Ὑπὲρ β]ασιλέως Πτολεμαίου θε[οῦ | μ]εγάλου Φιλοπάτορος Σωτῆρος | καὶ Νικηφόρου[1] καὶ τοῦ υἱοῦ Πτολεμαίο[υ][2] | Ἴσιδι, Σαράπιδι, Ἀπόλλωνι ‖ Κόμων Ἀσκληπιάδου | οἰκονόμος[3] τῶν κατὰ Ναύκρατιν[4].

Litterae volgares praeter ΘΛΣ et semel (v. 6) R, cum reliquis locis P sit. Hastae ex parte apicibus ornatae. 1 Ptolemaeum IV (221—205 a. Chr. n.) intellegunt editores itemque J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 81 not. 1 sine dubio recte, etsi illa θεοῦ μεγάλου — Σωτῆρος καὶ Νικηφόρου a reliquis eius titulis absunt. Nam inter inferioris aetatis Ptolemaeos nemo est in quem cognomina haec coniuncta cadant. Ceterum in litteris petitoriis ad nescio quem regem Fayûm towns and their papyri p. 48 legimus v. 10. 11 δέομαι σοῦ τοῦ νικηφόρου θεοῦ. Cf. etiam Peyron. pap. musei Taurinensis II p. 2 n. III, 33 sqq. δέομαι ὑμῶν τῶν μεγίστων θεῶν καὶ νικηφόρων (item Notices et extraits des manuscrits XVIII, 2, 1865 p. 213 n. 14, 31. 32, quod est earundem litterarum exemplum alterum). Leemans papyri Lugduno-Batavi I p. 50 pap. J, 12. 13 [τὰς ὑπὲρ ὑμῶν, θεοὶ μέγιστοι] καὶ νικηφόροι, [εὐχὰς καὶ θυσίας ἐπιτελῶ]. 2 Qui postea regnavit Ptolemaeus V Epiphanes (205—181 a. Chr. n.). Eum anno 209 a. Chr. natum esse constat (cf. n. 90[134]). 3 Nomen Κόμων in Aegypto Ptolemaeorum et Romanorum aetate non infrequens fuit. Cf. Berliner gr. Urk. I p. 119 n. 100, 1. p. 124 n. 106, 3. p. 212 n. 203, 4. II p. 114 n. 455, 1. Amherst papyri II p. 69 n. LXII, 9. p. 155 n. CXXVIII, 6. Greek papyri in the British museum II p. 47 n. CCXL, 18. Etiam Flinders Petri papyri II p. 70 n. XXIII, 4, ubi editor inauditum nomen Φιλεασκόμων miratur, procul dubio legendum est γέγραφεν δὲ καὶ Φιλέας Κόμωνι περὶ τούτων. Vocabulum οἰκονόμος iam ante Philopatoris aetatem usitatum fuisse in Aegypto docent n. 50, 12. 51, 26, ubi sane non regni aut civitatis, sed collegii artificum Dionysiacorum magistratus significatur. Hic utrum praefectus regius qui summo administrationis pecuniariae curatori (διοικητῇ) subiunctus Naucratitarum vectigalia exigeret, an ipsius civitatis quaestor intellegendus esset dissenserunt homines docti, eamque quaestionem omnino dirimi posse negavit homo harum rerum peritissimus U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 433 not. 1. At mihi illud verum esse ex appellatione οἰκονόμος τῶν κατὰ Ναύκρατιν recte intellecta (not. 4) apparere videtur, etsi Naucratitas etiamtum Ptolemaeorum regno suam rempublicam habuisse non nego (cf. n. 120[1]). Utique non est cur cum P. Meyero, Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 6 n. 13 de quaestore militari cogitemus. Cf. n. 102[9]. 4 Merriam manifesto τῶν masculinum esse sumit, cum Latinum ταμίας (rectius στρατηγός) ὁ κατὰ πόλιν comparet et Comonis provinciam partem modo Naucratis oppidi fuisse

statuat. At hoc 'unus ex numero oeconomorum, qui sunt Naucrati' sane insolite dictum est. Quod contra si τῶν neutrum interpretamur, haec recte dicuntur de magistratu regio, cuius officium ad huius potissimum regni partis reditus et impensas spectet (ὃς οἰκονομεῖ τὰ κατὰ Ναύκρατιν). De civitatis vero quaestore quemquam hac circumlocutione usurum fuisse mihi quidem neutiquam credibile est. Ceterum Comonem aut Thebas venisse ibique deis συννάοις Ammonis hoc monumentum dedicasse, aut recentiore demum aetate ex Naucratis ruderibus Thebas pervenisse lapidem dicit Merriam. At hoc quidem neutiquam probabile est praesertim quia Comonem, si eo ipso loco quo officio oeconomi fungebatur hoc consecrasset, illa τῶν κατὰ Ναύκρατιν additurum fuisse non opinor. Quare quin Thebis antiquitus constitutus fuerit lapis non est quod dubitetur.

---

90 Lapis niger granites quem dicunt cum titulo trilingui, Rosettae (*Raschid*) anno 1799 a Francogallis inventus, anno 1802, cum illi ex Aegypto excedere coacti essent, ab Anglis in museum Britannicum illatus, ubi etiamnunc est. Edd. Societas antiquariorum Londinensis, Londini 1802. Granville Penn, The Greek version of the decree of the Epyptian priests in honor of Ptolemy the fifth surnamed Epiphanes, London 1802. Haec exempla complures homines docti repetiverunt additis annotationibus. Accuratius delineatam tituli imaginem cum versione Francogallica exhibuit H. P. Ameilhon Eclaircissements sur l'inscription Grecque du monument trouvé à Rosette, contenant un décret des prêtres de l'Egypte en l'honneur de Ptolémée Epiphane, le cinquième des rois Ptolemées, Paris 1803. Graeca repetivit et commentario doctissimo instruxit Letronne ad calcem vol. I Fragmentorum historicorum Graecorum a C. et Th. Mülleris editorum, Parisiis 1841 et Recueil d'inscriptions Grecques et Latines de l'Egypte I p. 241 n. XXV. (J. Franz C. I. G. 4697. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 316 sqq. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 240 n. 69). Hieroglyphica ed. H. Brugsch, inscriptio Rosettana hieroglyphica, Berl. 1851, demotica E. Revillout Chrestomathie démotique I p. 177 sqq. et J. J. Hess, Der demotische Teil der dreisprachigen Inschrift von Rosette, übersetzt und erklärt. Friburgi Helvetiorum 1902. Cf. quae de titulo commentati sunt Villoison Magasin encyclop. VIII. T. VI p. 70. IX. T. II p. 174. 214. 313 sqq. W. Drumann Commentatio in quosdam inscriptionis prope Rosettam inventae locos, Regiomontani 1822. Idem Historisch-antiquarische Untersuchungen über Aegypten oder die Inschrift von Rosette, Königsberg 1823, ubi recensum omnium quae

ad id tempus de titulo scripta erant habes p. 24 sqq. R. Porson, Tracts and miscellaneous crit. ed. Th. Kidd p. 183. J. G. Droysen Kleine Schriften II p. 368. 409 cum U. Wilckeni additamentis p. 440. A. J. H. Vincent Revue archéologique Nouv. sér. XVII 1868 p. 7 sqq. E. Revillout Revue arch. Nouv. sér. XXXIV 1877 p. 326 sqq. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 301 sqq. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 151 et alibi passim. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 126 sqq. E. Kornemann ap. C. F. Lehmann Beiträge zur alten Geschichte I p. 76. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 60.

Βασιλεύοντος τοῦ νέου[1] καὶ παραλαβόντος τὴν βασιλείαν παρὰ τοῦ πατρὸς[2] κυρίου βασιλειῶν[3] μεγαλοδόξου, τοῦ τὴν Αἴγυπτον

Litterae non ita accurate incisae, volgaris in universum quidem formae praeter ΞΠΠ, sed ita ut nonnullae aliquantum varient, veluti Σ plerumque quidem divergentia, sed hic illic parallela habet brachia, litterae Λ perfrequenter altera hasta ultra cervicem anguli prolongata (ΛΛΛ), idem haud raro in Α accidit. Praeterea et huius litterae linea transversa et θῆτα punctum perfrequenter aut in incidendo neglecta sunt aut evanuerunt, ut ab ΛΟ nullo modo distingui possint. Sed cum hoc nusquam ambiguitatem habeat, singillatim enotare non opus est. Memorabile est ζῆτα ubique antiquam formam Ι habere. Ceterum ΘΟ constanter, Ω aliquot locis minore quam reliquae mensura exaratum. 1 Ad adulescentiam regis, non ad regnum recens initum hoc spectare vidit Drumann. Etenim regnabat ille tum iam octo annos et dimidium, sed tam tenera aetate erat, ut etiam inter impuberes habendus esset, nisi anacleteria (not. 32) maturata essent. Cf. Polyb. XVIII, 55, 3: οὐδέπω μὲν τῆς ἡλικίας κατεπειγούσης. Cum Epiphanis diem natalem 8. m. Octobris 209 a. Chr. fuisse demonstraverit Letronne (cf. not. 134), eum quo tempore haec decreta sunt (27. m. Mart. 196 a. Chr.) duodecim annos et dimidium natum fuisse intellegitur. Ceterum cum aliis nominibus decreta Canopium et Rosettanum magnam inter se habeant similitudinem atque adeo haud paucis locis ad verbum consentiant, permagnum discrimen intercedere inter laudes et praeconia regis utrobique occurrentia neminem fungere poterat; ea enim illic quidem (n. 56, 1 sqq.) Graeca sunt, hic vero tota Aegyptiaca. Quod discrimen sine dubio editores recte eo rettulerunt, quod anno 196 a. Chr. n. iam multo maior erat in rebus regni Ptolemaeorum auctoritat sacerdotum indigenarum. Sed num inde recte collegerit Revilloutius, hoc decretum ex Aegyptiorum sermone demum in Graecum conversum esse, antiquius illud vice versa ex hoc in illum, sane dubito. Cf. n. 56[9]. 2 Cf. n. 56[17]. 3 Et regna et insignia regnorum nomen significare posse observat Letronne; sed quae v. 43 de decem 'coronis' leguntur, suadere videntur ut hoc quoque loco ita interpretemur, praesertim cum Letr. aptissime attulerit inscriptionem Ramessis ab Hermapione tanslatam apud Ammianum Marcellinum XVII, 4, 21: Ἀπόλλων κρατερὸς κύριος διαδήματος.

καταστησαμένου[4] καὶ τὰ πρὸς τοὺς | θεοὺς εὐσεβοῦς, ἀντιπάλων ὑπερτέρου, τοῦ τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ἐπανορθώσαντος, κυρίου τριακονταετηρίδων[5], καθάπερ ὁ Ἥφαιστος[6] ὁ μέγας, βασιλέως καθάπερ ὁ Ἥλιος[7], | μέγας βασιλεὺς τῶν τε ἄνω καὶ τῶν κάτω χωρῶν[8], ἐκγόνου[9] θεῶν Φιλοπατόρων, ὃν ὁ Ἥφαιστος ἐδοκίμασεν[10], ᾧι ὁ Ἥλιος ἔδωκεν τὴν νίκην[11], εἰκόνος ζώσης τοῦ

---

4 Ad pacem cum Antiocho Syrorum rege restitutam, Scopae seditionem repressam (Polyb. XVIII, 53, 4 sqq.), Lycopolitarum rebellionem tandem aliquando domitam (v. 21—26) hanc laudem spectare observat Dr. 5 Quales hae essent periodi tricenorum annorum, certatim enucleare conati sunt homines docti. Sed eorum sententiae, quas diligenter congessit Drumann p. 47—50, omnes improbabiles ac maxima quidem parte merae hariolationes sunt, ut merito Letronnius rem plane obscuram esse pronuntiaverit. 6 Idem deus, qui hic et v. 3 Ἥφαιστος audit, v. 4. 8. 9. 37 Aegyptio nomine Φθᾶ indicatur. Nam eundem utroque nomine appellari deum contra Silvestrem de Sacy Lettre à C. Chaptal au sujet de l'inscription égyptienne du monument trouvé à Rosette p. 22 sqq. et Comitem de Pahlin, Analyse de l'inscr. p. 27 sq. recte tenuerunt recentiores inde a Drumanno, qui provocat ad Ciceronem de nat. deor. III, 22, 55: *Volcani item complures : primus Caelo natus —, secundus Nilo natus, Phthas, ut Aegyptii appellant, quem custodem esse Aegypti volunt* et Suidam Φθᾶς· ὁ Ἥφαιστος παρὰ Μεμφίταις. Quorum opinio comprobatur eo, quod in versione demotica eaedem litterae utrique nomini Graeco respondent. Mahaffy. Volcanus vero sive Phthas primum locum inter deos quibuscum rex comparatur tenet, quia eius sacra primaria erant urbis Memphitarum, in qua haec acta sunt. 7 Cf. Letronne in Addendis editionis suae p. 44, qui inde quod iuxta Volcanum hic Sol ter cum rebus regis coniunctus commemoraretur (v. 2. 3 *bis*), collegit huius quoque dei templum inter pauca sanctum et celebre Memphi fuisse. Id vero etiam testari decretum Busiritarum C. I. G. 4699, 24. 8 Ad Solem, non ad Ptolemaeum regem haec referuntur proprie, unde elucet, non Aegyptum superiorem et inferiorem intellegi, ut v. 46 ubi eadem sed singulari numero leguntur, sed mundi partes superiores et inferiores quibus sol totum mundum percurrens imperat. Ad idem redire illa Ἥλιος θεὸς (μέγας) δεσπότης οὐρανοῦ ap. Ammian. Marc. XVII, 4, 21. 22 monuit Letronne. Ad reges vero Aegypti hoc non transfertur, nisi quod Solis filii sunt (not. 13). Cf. Revillout Rev. arch. N. s. XXXIV p. 341 not. 2. 9 I. e. filii, ut n. 91, 2. Nescio an nomen υἱοῦ propterea vitetur, ut paullo minus clare appareat pugnantia enuntiari de rege qui hic Ptolemaei Philopatoris, infra Dei Solis filius praedicetur. 10 I. e. examinatum probavit ideoque regem constituit. Cf. titulum apud Ammian. Marcellin. XVII, 4, 18. 23: ὃν Ἥλιος προέκρινεν. Letr. 11 Combe Account of the Rosetta stone p. 43 observavit, etiam Ptolemaei Epiphanis patrem Philopatora Soli potissimum victoriam acceptam tulisse, ut appareret ex iis quae de sacris post victoriam ad Raphiam (218 a. Chr. n.) referret Aelianus Hist. anim. VII, 44: μάρτυς ἀγαθὸς

Διός[12], υἱοῦ τοῦ Ἡλίου[13], Πτολεμαίου | αἰωνοβίου[14], ἠγαπημένου ὑπὸ τοῦ Φθᾶ[15], ἔτους ἐνάτου[16] ἐφ' ἱερέως[17] Ἀέτου τοῦ Ἀέτου[18] Ἀλεξάνδρου καὶ θεῶν Σωτήρων καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ

ὁ Φιλοπάτωρ ἡμῖν Πτολεμαῖος ἔστω· ἡ μὲν κατὰ Ἀντιόχου νίκη σὺν αὐτῷ ἐγένετο, θύων δὲ ἐπινίκια καὶ ἱλεούμενος τὸν Ἥλιον ὁ Πτολεμαῖος τῇ τε ἄλλῃ μεγαλοπρεπῶς ἔθυσεν καὶ οὖν καὶ τέτταρας ἐλέφαντας μεγέθει μεγίστους παρέστησεν ἱερεῖα. Etsi illud, quod Polybius in accurata illius proelii descriptione V, 82 sq. de hac re tacet, mihi neutiquam fidem narrationis labefactare videtur, tamen id sane vere observasse existimo Drumannum, non esse cur propterea semper et ubique Ptolemaeos ad hunc potissimum deum victorias suas rettulisse statueremus. Sed quominus filium patris exemplum imitatum existimemus nihil impedit. Illum vero antiquorum regum Aegypti vestigia pressisse colligas ex Ammian. XVII, 4, 22: Ἥλιος θεὸς δεσπότης οὐρανοῦ Ῥαμέστῃ βασιλεῖ δεδώρημαι τὸ κράτος καὶ τὴν κατὰ πάντων ἐξουσίαν. 12 Aegyptiorum *Amun* a Graecis idem cum ipsorum Iove habebatur; quem hic quoque designari testatur versio demotica, quippe quae illud ipsum nomen habeat. Mahaffy. 13 Cf. Ammian. XVII, 4, 18 βασιλεὺς Ῥαμέστης Ἡλίου παῖς αἰωνόβιος (sim. § 21. 22). Fragm. hist. Gr. IV p. 351 fr. 5: οὕτω Βίων ἐν πρώτῳ Αἰθιοπικῶν· Αἰθίοπες τοὺς βασιλέων πατέρας οὐκ ἐκφαίνουσιν, ἀλλ' ὡς ὄντας υἱοὺς Ἡλίου παραδιδόασιν. Qua de re non discrepare ab Aethiopibus Aegyptios observat E. Revillout Revue arch. Nouv. sér. XXXIV p. 341 not. 2. Quem Aegyptiorum morem hic sane mirum in modum confusum habes cum Graeco (not. 9). 14 Idem epitheton recurrit infra n. 168, 48 [θ]εῶν νικηφόρων καὶ αἰωνοβίων (Ptolemaeus X Soter II et eius mater Cleopatra III), et Ramessi regi tribuitur in titulo apud Ammianum Marcellinum XVII, 4, 18. 20. 21. Cf. etiam Greek papyri in the British museum I p. 46 n. III, 18. 19 ἐν τῶι λς' ἔτει, [Ἀθ]ὺρ ἐπὶ βασιλέως αἰωνοβίου (Ptolemaeus VI Philometor aut Ptolemaeus VIII Euergetes II). De deo Mercurio idem usurpatur in libro magico qui editus est ibidem p. 70 n. XLVI, 176. 15 Cf. not. 6. Similiter de deorum erga regem amore dicitur in titulo apud Ammianum XVII, 4, 18. 19. 20: ὃν Ἥλιος φιλεῖ. § 22 ὑπὸ Ἡλίου φιλούμενος. § 20 ὃν Ἄμμων ἀγαπᾷ. Quibus collatis non videtur dubium esse quin § 23 rescribendum sit ὃν Ἥλιος ἠγάπησεν (ἠγώγησεν cod., ἠρώγησεν Gronovius perperam). 16 Nonus Ptolemaei Epiphanis annus a die 11. m. Octobris a. 197 a. Chr. n. ad d. 10. m. Octobris a. 196 a. Chr. pertinet. Nam Cousinéryi et St. Martini opiniones, ex quibus ille iam aliquot annis ante obitum patris Epiphanem in societatem regni ascitum, hic non a regno inito, sed a nuptiis Epiphanis hos novem annos numerari statuerat, refutavit Drumann, qui verissime observat totum titulum testari regem cum haec decernerentur etiamtum caelibem fuisse. 17 De hoc sacerdotio cf. n. 56[5]. 18 Letronnius nominativum Ἀέτης esse opinatur, Drumannus inter -ος et -ης ambiguus haeret, sed mihi non dubium videtur, quin Ἄετος vera forma sit, praesertim quia admodum frequentes sunt animalium appellationes nominum propriorum humanorum vicibus fungentes.

θεῶν Εὐεργετῶν καὶ θεῶν Φιλοπατόρων καὶ ‖ θεοῦ Ἐπιφανοῦς[19] Εὐχαρίστου[20], ἀθλοφόρου[21] Βερενίκης Εὐεργέτιδος Πύρρας τῆς Φιλίνου, κανηφόρου Ἀρσινόης Φιλαδέλφου[22] Ἀρείας τῆς Διογένους, ἱερείας Ἀρσινόης Φιλοπάτορος[23] Εἰρήνης | τῆς Πτολεμαίου, μηνὸς Ξανδικοῦ[24] τετράδι, Αἰγυπτίων δὲ Μεχεὶρ ὀκτωκαιδε-

---

19 Cum antea variae fuerint de hoc nomine sententiae, recentiores inde a Drumanno consentiunt, praesentem conspicuumque deum significari. Sic frequenter θεῶν ἐπιφάνεια commemoratur, praeter Diodor. I, 25, 4: πᾶσαν γὰρ σχεδὸν τὴν οἰκουμένην μαρτυρεῖν ἑαυτοῖς, εἰς τὰς ταύτης (τῆς Ἴσιδος) τιμὰς φιλοτιμουμένην διὰ τὴν ἐν ταῖς θεραπείαις ἐπιφάνειαν. Dionys. Ant. II, 68, 1: πάνυ δ' ἄξιον καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἱστορῆσαι τῆς θεᾶς, ἣν ἐπεδείξατο ταῖς ἀδίκως ἐγκληθείσαις παρθένοις, quae Drumannus attulit, cf. infra n. 233, 35: ἀπελογίσαντο διὰ πλειόνων τήν τε τῆς θεᾶς ἐπιφάνειαν κτλ. Syll.[2] 256, 10: ἐπιφανοῦς δὲ γενομένης [τῆς Ἀρτέμιδος]. 20 Munificentiam ac liberalitatem hoc cognomine significari vidit Drumann, provocans ad Diodor. XVIII, 28, 5: οἱ μὲν γὰρ ἄνθρωποι διὰ τὸ τῆς ψυχῆς εὐχάριστον καὶ μεγαλόψυχον συνέτρεχον πάντοθεν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, quem ad locum alia huius notionis exempla ascripsit Wesseling. Nam quae inferiore aetate plerumque in vocibus εὐχάριστος, εὐχαριστία, εὐχαριστέω inest gratiam habendi referendique notio, eam ab hoc regis cognomine alienam esse apparet. Non multum discriminis intercedere inter hoc et εὐεργέτης, quod tamen cum avi cognomen fuisset in nepote vitatum esse, observat Drumann. Ceterum cum Ἐπιφανής perpetua sit Ptolemaei V appellatio, illud alterum cognomen modo additur, modo omittitur. Cf. θεοῦ Ἐπιφανοῦς n. 91, 2. 93, 1. θεοὶ Ἐπιφανεῖς n. 98, 2. 99, 8. θεῶν Ἐπιφανῶν 105, 3. 111, 23. 128, 2. 137, 5. 168, 16. 28. — θεοῦ Ἐπιφανοῦς καὶ Εὐχαρίστου 92, 2. 109, 1. θεοῦ Ἐπιφανοῦς μεγάλου Εὐχαρίστου 94, 2. Πτολεμαίου Ἐπιφανοῦς καὶ Εὐχαρίστου 103, 6. θεοὺς Ἐπιφανεῖς καὶ Εὐχαρίστους 100, 7. θεῶν Ἐπιφανῶν καὶ Εὐχαρίστων 95, 2. 97, 4. 106, 5. Manifesto etiam Journ. of Hell. stud. IX 1888 p. 235 n. 32, 1. 2, quae editores non attigerunt, sic restituenda sunt: Βασιλεὺ[ς Πτολεμαῖος Ἐπιφανὴς] | καὶ Εὐχά[ριστος -----]. 21 Sacerdotium nusquam alibi commemoratum aviae regis Epiphanis, quod certe a. 238 a. Chr. (n. 56) nondum fuit. 22 Cf. n. 56[6]. 23 Arsinoë Ptolemaei Euergetae et Berenices filia, nupta fratri germano Ptolemaeo IV Philopatori, a Sosibio eiusque asseclis necata (Polyb. XV, 25, 2 sqq. 32, 7. 33, 11). 24 Anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis sextus, respondens Atheniensium Elaphebolioni, Romanorum fere Martio. Hic igitur de anni certe tempore bene convenit inter diei significationem Macedonicam et Aegyptiacam (not. 25). Scripturam per δέλτα non recte Letronnius confert cum ΕΥΕΡΓΕΤΗΔΕΙΣ in inscriptione Nubiensi est ΕΥΔΗΝΙΑ in nummo Agrippinae cuso Alexandriae. Etenim haec menda sunt hominum non satis Graece doctorum, illa vero constans est in omnibus regionibus et per omnia saecula titulorum scriptura, nisi quod perraro per postrema antiquitatis tempora (veluti ap. Lebas-Waddington III, 2705, Antiochiae, a. 476 p. Chr.) Ξανθικός scribitur. Ac Macedones omnino mediis pro aspiratis

κάτηι[25], ψήφισμα· οἱ ἀρχιερεῖς[26] καὶ προφῆται[27] καὶ οἱ εἰς τὸ ἄδυτον εἰ(σ)πορευόμενοι[28] πρὸς τὸν στολισμὸν[29] τῶν | θεῶν καὶ πτεροφόραι[30] καὶ ἱερογραμματεῖς[31] καὶ οἱ ἄλλοι ἱερεῖς πάντες οἱ ἀπαντήσαντες ἐκ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἱερῶν εἰς Μέμφιν τῶι βασιλεῖ πρὸς τὴν πανήγυριν τῆς παραλήψεως τῆς | βασιλείας[32]

---

ut constat. Apud scriptores sane ubique Ξανθικός traditur, sed aliquotiens id librariorum culpa illatum esse potest. 25 Mensis anni Aegyptiaci mobilis quem dicunt sextus. Cuius dies undevigesimus cum totius anni centesimus duodeseptuagesimus sit, annus vero 197/6 a. Chr. ab undecimo die mensis Octobris initium ceperit, sequitur ut haec die 27. m. Martii 196 a. Chr. n. decreta sint. Quod bene convenit cum Macedonico mense verno Xandico (not. 24). Quod contra annus Siriacus a die 20. m. Iulii incipit; in illo igitur d. XVIII mensis Mechir in ipsa mensis Ianuarii initia incidit. Manifestum igitur est, illum novum fastorum ordinem, qui decreto Canopio institutus erat, iam ante huius tituli tempora rursus abrogatum esse. Cf. n. 56[77]. 26 Cf. n. 56[10]. 27 Cf. n. 56[11]. 28 ΕΙΞΠοΡΕΥΟΜΕΝΟΙ. 29 Cf. n. 111[13]. 30 Cf. n. 56[13]. 31 Cf. n. 56[14]. 32 Verba per se non modo ad diem ipsum, quo regnum iniit, sed etiam ad ferias eiusdem diei quotannis redeuntis referri possunt; atque hoc praeferas siquidem παραλαμβάνειν τὴν βασιλείαν cum alibi de regno hereditate a patre in filium transeunte usurpatur (n. 56[17]), tum in proxima huius loci vicinia eundem usum agnoscimus v. 8 fin. Atqui magnificentiora sunt, quae hic suffragiis sacerdotum constituuntur, quam ut quotannis per regni initi anniversaria talia decreta esse credibile sit. Accedit quod per illa ipsa tempora, quibus haec scripta sunt, Epiphanem solenniter puberem declaratum esse, ut certe nomine tenus iam ipse sine tutoribus regnaret, scimus. Quare παράληψιν τῆς βασιλείας hic alia vi usurpari de eo qui iam sui iuris esse incipit apparet, et ferias, quae sane consulto in eundem certe mensis diem constitutae erant quo quondam patri successerat (not. 135), non diversas esse ab anacleteriis, quae novimus ex Polybio, qui de ipso Epiphane haec habet XVIII, 55, 3: ἐπειδὴ δὲ τὰ κατὰ τοὺς Αἰτωλοὺς ἔθεντο καλῶς οἱ περὶ τὴν αὐλήν, εὐθέως ἐγίνοντο περὶ τὸ ποιεῖν ἀνακλητήρια τοῦ βασιλέως, οὐδέπω μὲν τῆς ἡλικίας κατεπειγούσης, νομίζοντες δὲ λήψεσθαί τινα τὰ πράγματα κατάστασιν καὶ πάλιν ἀρχὴν τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον προκοπῆς, δόξαντος αὐτοκράτορος ἤδη γεγονέναι τοῦ βασιλέως. χρησάμενοι δὲ ταῖς παρασκευαῖς μεγαλομερῶς, ἐπετέλουν τὴν πρᾶξιν ἀξίως τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος, πλεῖστα Πολυκράτους (n. 93, 3) δοκοῦντος εἰς τὴν ἐπιβολὴν ταύτην αὐτοῖς συνηργηκέναι, et de eius filio natu maiore Philometore haec XXVIII, 12, 8: καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν καὶ περὶ τοῦ βασιλέως Πτολεμαίου προσπεσόντος τοῖς Ἀχαιοῖς διότι γέγονεν αὐτῷ τὰ νομιζόμενα γίνεσθαι τοῖς βασιλεῦσιν, ὅταν εἰς ἡλικίαν ἔλθωσιν, ἀνακλητήρια, νομίσαντες σφίσι καθήκειν ἐπισημήνασθαι τὸ γεγονός, ἐψηφίσαντο πέμπειν πρεσβευτὰς ἀνανεωσομένους τὰ προϋπάρχοντα τῷ ἔθνει φιλάνθρωπα πρὸς τὴν βασιλείαν, καὶ παραυτίκα κατέστησαν Ἄλκιθον καὶ Πασιάδαν. Neque alia esse videntur πρωτοκλίσια (-κλήσια) quorum in libro Maccabaeorum II, 4, 21 item in Philometoris rebus

τῆς Πτολεμαίου αἰωνοβίου, ἠγαπημένου ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, θεοῦ Ἐπιφανοῦς, Εὐχαρίστου, ἣν παρέλαβεν παρὰ τοῦ πατρὸς

---

mentio fit. Atque hoc quidem inter omnes convenit, ea sollennia semper Memphi, quod antiquissimum fuit Aegypti caput, habita originem repetere ex antiqua indigenarum regum aetate; cf. locos a Letronnio allatos Schol. Germanici Arat. p. 88, 12 Breysig *in templo Aegypti Memphi ubi mos fuit solio regio decorari reges qui regna ineunt. ibi enim sacris initiantur.* Hieronymus in Daniel. p. 1128 ed. Par. *ascendit in Memphim et ibi ex more Aegypti regnum accipiens* etc. Diodor. Sic. XXXIII, 13: ὅτι Πτολεμαίου (VIII Euergeta II) κατὰ τὴν Μέμφιν ἐνθρονιζομένου τοῖς βασιλείοις κατὰ τοὺς Αἰγυπτίων νόμους, παῖς ἐγένετο ἐκ τῆς Κλεοπάτρας τῷ βασιλεῖ. Sacram caerimoniam fuisse iam inde apparet, quod in templo eam peractam esse constat; sed quaenam potissimum sacerdotum in ea partes fuerint quique sollennium ordo, ignoratur. Etenim hic quidem non de ipsis anacleteriis, sed de novis honoribus regis per hanc occasionem instituendis decernunt, et quod Drumannus sibi persuasit, nihil aliud fuisse anacleteriorum ritum ac receptionem regis in ordinem sacerdotum, id neutiquam firmo nititur fundamento; nam quod Plut. de Iside et Osiride c. 9 p. 354 B refert ὁ δ' ἐκ μαχίμων ἀποδεδειγμένος (βασιλεύς) εὐθὺς ἐγίγνετο τῶν ἱερέων καὶ μετεῖχε τῆς φιλοσοφίας, id sic interpretari vix licet, nedum necessarium sit. Immo ipsa re, quod regnum obtinuit, simul sacerdos fit. Quomodo vero Ptolemaei hac in re se gessissent, diu disceptatum est, ex quo Drumannus acuratissime demonstrare aggressus est, quattuor primos principes hanc superstitionis Aegyptiacae consuetudinem plane sprevisse, neque ante annum 196 a. Chr. caerimoniam unquam in regno Ptolemaeorum peractam esse. Tum vero Polycratem aliosque, quorum apud regem maxima auctoritas erat, ut indigenarum animos sibi conciliarent, eo descendisse sacerdotesque hanc potentiae suae amplificandae occasionem avide arripuisse neque tamen sine callida quadam dissimulatione ea usos esse. Quae disputatio assensum tulit cum aliorum tum J. G. Droyseni Kl. Schriften II p. 406. 409 et Alfredi de Gutschmid ad Sharpe Gesch. Aeg. I p. 249 not. 1. At re iterum accurate examinata U. Wilcken in addendis ad Droyseni opuscula p. 440 oblocutus est, recte si quid video. Nam Polybii de Polycratis aliorumque consilio observatione manifesto non indicatur, cur anacleteria omnino habita, sed cur praeter morem et naturam rei maturata sint, ut puer nondum tredecim annos natus pro pubere haberetur. Ac quod ipse Dr. animadvertit, fere semper in his sollennibus commemorandis moris et consuetudinis mentionem fieri, eo illius sententia evertitur. Namque quod ipse dicit, id quod quondam Pharaonum aetate usitatum fuisset spectari, in huius quidem decreti v. 28 [τὰ] προσήκοντα νόμιμα τῇ παραλήψει τῆς βασιλείας. 45 τὰ νομιζόμενα τῇ παραλήψει τῆς βασιλείας quadrat, quoniam sacerdotum intererat id vel maxime premere, neque abhorret a Diodori loco supra allato, quippe qui definite κατὰ τοὺς Αἰγυπτίων νόμους dicat. At Polybium quis credet de re ipsius memoria post trium saeculorum intercapedinem instaurata dicturum fuisse τὰ νομιζόμενα γίνεσθαι τοῖς βασιλεῦσιν — ἀνακλητήρια (XXVIII, 12, 8)? Quod vero nulla

αὐτοῦ[33], συναχθέντες ἐν τῶι ἐν Μέμφε(ι ἱ)ερῶι[34] τῆι ἡμέραι ταύτηι εἶπαν[35]· | ἐπειδὴ βασιλεὺς Πτολεμαῖος αἰωνόβιος, ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, θεὸς Ἐπιφανὴς Εὐχάριστος, ὁ ἐγ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης, θεῶν Φιλοπατόρων, κατὰ πολλὰ εὐεργέτηκεν τά θ' ἱερὰ καὶ || τοὺς ἐν αὐτοῖς ὄντας καὶ τοὺς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ[36] βασιλείαν τασσομένους ἅπαντας, ὑπάρχων θεὸς ἐκ θεοῦ καὶ θεᾶς καθάπερ Ὧρος ὁ τῆς Ἴσιος καὶ Ὀσίριος υἱός, ὁ ἐπαμύνας[37] τῶι πατρὶ αὐτοῦ[38] Ὀσίρει, τὰ πρὸς θεοὺς | εὐερ-

---

fuisse Ptolemaei Lagi, Philadelphi, Euergetae, Philopatoris anacleteria tanquam rem certam et testatam affert Dr., id rectius ita enuntiandum fuit, de nullo ex his regibus id usquam narrari. Hoc vero nihil valere concedet quicumque non ignorabit qualem teneamus rerum tertio a. Chr. n. saeculo gestarum memoriam. Quod quoniam Polybius definite dicit τὰ νομιζόμενα γίνεσθαι τοῖς βασιλεῦσιν, ὅταν εἰς ἡλικίαν ἔλθωσιν, ἀνακλητήρια, coniciat quispiam, omnes quidem Ptolemaeos cum regnum inirent Memphi per solennes et magnificas caerimonias in solium regium sublatos esse (ἐνθρονισθῆναι, cf. Diodor. l. l.), sed ἀνακλητηρίων vocabulo ea modo sacra indicari solita, a quibus rex qui impubes hereditate regnum adiisset iam sui iuris esse et ipse regnare inciperet; fortasse etiam ritus ipsi hic alii erant atque in eo, qui adulta aetate regi mortuo succedebat. Sed hoc quidem rerum Aegyptiacarum peritioribus diiudicandum relinquo. 33 Cf. n. 56[17]. 34 ΕΝΜΕΜΦΕΗΕΡΩΙ. Memorabile est, ut hic et v. 44, sic etiam apud Scholiastam Germanici (not. 32) *in templo Aegypti Memphi* legi deo non nominato. Letronnius concedit quidem, Volcani (Φθᾶ) templum haud absurde a prioribus editoribus intellegi, quando id Memphi primarium fuisse constet et in hoc ipso titulo is deus cum summo honore identidem appelletur (not. 6). At in papyris magnum illud Serapieum (μέγα Σαραπιεῖον) nudo nomine τὸ πρὸς Μέμφει vel ἐν Μέμφει ἱερόν appellari, quo ingenti delubro praeter ipsius Sarapis templum etiam aliorum deorum sacraria (Ἀπιεῖον, Ἀσταρτιεῖον, Ἀνουβιεῖον, Ἀφροδισιεῖον) continerentur. Iam cum Herodotus II, 153 de Apieo quidem haec habeat: κρατήσας δὲ Αἰγύπτου πάσης ὁ Ψαμμήτιχος ἐποίησε τῷ Ἡφαίστῳ προπύλαια ἐν Μέμφι τὰ πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένα, αὐλήν τε τῶι Ἄπι, ἐν τῇ τρέφεται ἐπεὰν φανῇ ὁ Ἆπις, οἰκοδόμησε ἐναντίον τῶν προπυλαίων, haud improbabiliter Letronne conicit Ptolemaeorum aetate etiam vetustum Volcani fanum illo Serapiei ambitu comprehensum fuisse. 35 Cf. n. 56[20]. 36 Reflexivum ἑαυτοῦ pro personali αὐτοῦ et hic et v. 12. 13 usurpatum inter vitia sermonis illa aetate haud infrequentia esse adnotat Mahaffy. At nullo ex his tribus locis quicquam vitiosi video, immo ubique ἑαυτοῦ recte et legitime dicitur; at vice versa v. 8 παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. 10 τῷ πατρὶ αὐτοῦ sane contra severam legem sermonis dicitur pro παρὰ τοῦ ἑαυτοῦ πατρός, τῷ ἑαυτοῦ πατρί. 37 Consulto v. 27. 28 de rege eadem verba ἐπαμύνων τῷ πατρὶ usurpantur, quo clarius similitudo inter eum et Horum appareat. De Osiride a Typhone necato eiusque facinoris poenis ab illius filio Horo repetitis fabulam ab Herodoto quidem non

γετικῶς διακείμενος ἀνατέθεικεν εἰς τὰ ἱερὰ ἀργυρικάς τε καὶ σιτι(κ)ὰς[39] προσόδους, καὶ δαπάνας πολλὰς ὑπομεμένηκεν ἕνεκα τοῦ τὴν Αἴγυπτον εἰς εὐδίαν[40] ἀγαγεῖν καὶ τὰ ἱερὰ καταστήσασθαι | ταῖς τε ἑαυτοῦ[41] δυνάμεσιν πεφιλανθρώπηκε[42] πάσαις[43] καὶ ἀπὸ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐν Αἰγύπτωι προσόδων καὶ φορολογιῶν[44] τινὰς μὲν εἰς τέλος ἀφῆκεν[45], ἄλλας δὲ κεκού-

---

data opera narrari, sed tamen compluribus locis (II, 144. 156. 170—172) ita tangi, ut ei formam huius memoriae a recentioribus (Diodor. I 21, 3. 85, 6. Plut. de Iside et Osir. 19 p. 358 B sqq.) non nimis discrepantem notam fuisse appareat, adnotat Drumann. Ceterum ἐπαμῦναι utroque loco dicitur de eo qui mortui iniurias ulciscitur, non qui superstiti opem fert. At is sermonis usus non tam novus est quam Letronnio videtur. Immo iam in antiquioribus Graecorum litteris passim legitur cum τιμωρεῖν τινι de auxilio ferendo, tum vice versa βοηθεῖν τινι de ultione. 38 Cf. not. 36. 39 ΣΙΤΙΧΑΣ. In omni administratione redituum et expensarum duo genera, pecunia numerata et fructus, sic distinguebantur, ut utrumque genus suos haberet peculiares magistratus. Cf. n. 177, 7. 179, 7 οἰκονόμου (οἰκονόμῳ) σιτικῶν. Mahaffy. Cum proximis ante Ptolemaeorum initia temporibus ei qui in Aegypto dominabantur (Tachos, v. Pseudoaristoteles Oeconom. II, 2, 25 p. 1350 b, 33. Cleomenes satrapa, v. ibid. § 33 p. 1352 a, 26 sqq.) bona templorum imminuere et partem eorum in fiscum redigere conati essent, illis regnantibus non modo nihil eiusmodi fieri videmus, sed magnificentissimis regum donis res sacras identidem augeri. Lumbroso. 40 Proprie caeli serenitatem significat, sed translate de beato et tranquillo rerum publicarum statu usurpatur iam a Pindaro fragm. 228, 1, ubi τὸ κοινὸν — ἐν εὐδίᾳ τιθείς geminum est eius quod hic legimus τὴν Αἴγυπτον εἰς εὐδίαν ἀγαγεῖν. Letronne. 41 Cf. not. 36. 42 Hic φιλανθρωπεῖν intransitive pro φιλάνθρωπον εἶναι usurpari, cum alibi (Polyb. III, 76, 2 τοὺς δὲ προσδεχομένους ἐφιλανθρώπει) transitivum sit, recte observat Letronne, frustra obloquente Mahaffyo. Nam quod hic dicit idem hoc sibi velle ac φιλάνθρωπα ποιεῖν, verum quidem est, sed neutiquam cum Letronnii interpretatione pugnat. 43 In versione hieroglyphica haec ita concepta esse testatur Champollion, ut fere idem sibi velint ac '*quae sunt in toto eius regno*'. At hoc neque merum dativum pati neque nomen δυνάμεσι, sed sic potius 'τὰ ἐν τῇ ἑαυτοῦ βασιλείᾳ' dicendum fuisset monet Letronne, qui vidit haec Graeca non posse intellegi nisi instrumentali dativi usu 'omnibus suis viribus'. Notabilis tamen in hac sententia pluralis δυνάμεις, qui plerumque exercitus potius significat (n. 154, 2. 155, 3). 44 Droysenus Kl. Schriften II p. 394 hoc de vectigali omnibus hominibus viritim imposito (ἐπικεφάλαιον τέλος, *capitatio*) interpretatur; assentitur Lumbroso Recherches p. 297, nisi quod peregrinos modo id pependisse opinatur cum propter constantem antiquitatis morem tum quia in instrumento apud Peyronum, Papyri Graeci mus. Taurin. Aeg. II p. 69 n. XIII, 1 τῶν ἐν Μέμφει ξενικῶν πράκτορι legatur. At eiusmodi vectigal, quod sane miro λαογραφίας nomine in Aegypto fuit, non ante Augustum commemorari,

φικεν[46], ὅπως ὅ τε λαὸς[47] καὶ οἱ ἄλλοι πάντες[48] ἐν | εὐθηνίαι ὦσιν ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας, τά τε βασιλικὰ ὀφειλήματα[49], ἃ προσώφειλον οἱ ἐν Αἰγύπτωι καὶ οἱ ἐν τῆι λοιπῆι βασιλείαι αὐτοῦ, ὄντα πολλὰ τῶι πλήθει[50], ἀφῆκεν, καὶ τοὺς ἐν ταῖς φυ-

---

ideoque non esse cur illud ab aliis ac Romanis primum impositum statueretur, observavit Wilcken Gr. Ostraka II p. 248. Accedit quod hoc quidem loco non tam unum certum vectigal commemorari, sed varia genera voce vix minus late patente quam πρόσοδοι comprehendi exspectamus. Distinctioni φορολογιῶν, i. e. vectigalium cuiusque generis quae populus pendere debeat, et προσόδων, i. e. reliquorum redituum, veluti ex locatione agrorum regiorum, accurate respondere demotica *p-skêr* (reditus) et *p-hôti* (vectigalia), monuit Hess p. 54. 45 In epistula Herodis ad Dorionem anno 165 a. Chr. n. data praeter alia agrorum genera etiam terram ἐν ἀφέσει commemorari (cf. Notices et extraits des manuscrits XVIII 2, 1865 p. 368 n. 63, 177: τὰ τῶν ἐν ἀφέσει καὶ τὴν ἱερὰ[ν γ]εωργούντω[ν]) monet Lumbroso Recherches p. 90, quam probabiliter conicit eandem esse, cuius vectigalia sex fere lustris ante a rege remissa sint. 46 Ut hic ἀφιέναι i. e. totum remittere vectigal, et κουφίζειν, i. e. minuere distinguuntur, sic in Tiberii Alexandri edicto (C. I. G. 4957, 26) legitur περὶ τῶν ἀτελειῶν καὶ κουφοτελειῶν. Letronne. 47 Volgus Aegyptiorum, praecipue opifices et agricolae, eidem fere qui v. 52 ἰδιῶται appellantur ut distinguantur a sacerdotibus. Eadem vi pluralis οἱ λαοί occurrit in papyris et apud Polybium IV, 52, 7: τοὺς λαοὺς καὶ τὰ πολεμικὰ σώματα, neque multum discrepat notio quae cernitur in compositis λαογραφία (not. 44) et λαοκριταί (n. 106[2]). Letronne. 48 Quae λαῶν nomine non contineantur tria potissimum hominum genera sunt, milites, magistratus, sacerdotes. Quod quoniam εὐθηνίας notio latissime patet et aeque ad omnes quicunque in regno sunt spectat, non est quod arctiorem vim tribuamus nomini ac sacerdotes potissimum interpretemur, ut fecit Drumann hic quoque astutias quasdam sacerdotum odoratus. Utique recte fecit, quod Heynio gentes extra Aegyptum regi subditas intellegenti oblocutus est. 49 Aerarium regium privatis pecunias mutuas dedisse constat (cf. Diodor. I, 84, 8. Lumbroso Recherches sur l'économie politique de l'Égypte p. 316 sq.); sed recte Letronne hoc unum debitarum pecuniarum genus indicari negat. Immo quaecunque quolibet titulo fisco regis deberentur, remitti; cf. Polyb. XXV, 3, 3: παρέλυσε δὲ καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τῇ Μακεδονίᾳ τῶν βασιλικῶν ὀφειλημάτων (ὁ Περσεύς), ἀφῆκε δὲ καὶ τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς ἐγκεκλεισμένους ἐπὶ βασιλικαῖς αἰτίαις. Diodor. I, 54, 2: τῶν τε γὰρ βασιλικῶν ἐγκλημάτων ἅπαντας ἀθῴους ἀφῆκε καὶ τοὺς πρὸς ἀργύριον συγκεκλειμένους ἀπέλυσε τοῦ χρέους, ὄντος πολλοῦ πλήθους ἐν ταῖς φυλακαῖς. Per annos octo priores regni Epiphanis propter continuas turbas multa vectigalia residua fuisse videri observat Drumann. 50 Sic distinguunt Ameilhon, Drumann, Mahaffy, ut πολλὰ τῷ πλήθει coniungantur. Quod contra Heyne, Letronne, Strack virgulam post πολλά habent, ut τῷ πλήθει pendeat ab ἀφῆκεν. Illud mihi longe praeferendum videtur; certe iniuria Letronne structuram vitiosam appellat, nam ut τὸν ἀριθμὸν et τῷ ἀριθμῷ, sic etiam τὸ πλῆθος et τῷ πλήθει aeque recte se habent.

λακαῖς | ἀπηγμένους καὶ τοὺς ἐν αἰτίαις ὄντας ἐκ πολλοῦ χρόνου[51] ἀπέλυσε τῶν ἐνκεκλ(η)μένων[52]· προσέταξε δὲ καὶ τὰς προσόδους τῶν ἱερῶν καὶ τὰς διδομένας εἰς αὐτὰ κατ' ἐνιαυτὸν συντάξεις[53] σιτι||κάς τε καὶ ἀργυρικάς[54], ὁμοίως δὲ καὶ τὰς καθηκούσας ἀπομοίρας[55] τοῖς θεοῖς ἀπό τε τῆς ἀμπελίτιδος γῆς[56] καὶ τῶν παραδείσων[57] καὶ τῶν ἄλλων τῶν ὑπαρξάντων

---

51 Frequenter factum esse, ut homines propter delictum aliquod comprehensi diutissime in vinculis attinerentur, priusquam res in iudicium veniret, ideoque in papyris haud raro homines hanc duritiem deprecari, adnotat Mahaffy. Ac τῶν ἐνκεκλημένων sane in eiusmodi modo homines quadrat, ut apud Polybium (not. 49) ἐπὶ βασιλικαῖς αἰτίαις. Quare non recte Lumbroso Recherches p. 328 hunc locum testimonio esse dicit, debitores qui solvendo non essent, in custodia teneri consuevisse. Diodori locus quem attuli not. 49 (τοὺς πρὸς ἀργύριον συγκεκλειμένους ἀπέλυσε τοῦ χρέους) sane ad hoc genus debitorum publicorum spectat. 52 ΚΛΙΙΜΕΝΩΝ. 53 De vocabuli vi cf. Diodor. I, 75, 4: συντάξεις δὲ τῶν ἀναγκαίων παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς μὲν δικασταῖς ἱκαναὶ πρὸς διατροφὴν ἐχορηγοῦντο, τῷ δ' ἀρχιδικαστῇ πολλαπλάσιοι. Quotannis unusquisque sacerdos ex aerario regio certam pensionem (σύνταξιν) accipiebat. Quod institutum haud pauci papyri aetatis Ptolemaeorum testantur (Papyri in the Brit. mus. I p. 25 n. XXXV, 20: ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποδέδ(ω)[κε τ]ὴν σύνταξ⟨ε⟩ιν, διαρπάζεται δὲ ὑπὸ τῶν προ[εστη]κότων τοῦ ἱεροῦ. Papyri Lugdun. ed. Leemans I p. 21 pap. C, 4. 5 τὴν ἐκτεθ(ε)ῖσαν σύνταξιν ἐκ τοῦ βασιλ⟨ε⟩ικοῦ., cf. etiam I p. 9 pap. B col. 1, 10. col. 2, 11. 13. 20. p. 30 pap. E, 8. 9. 20), sed id tertio p. Chr. n. saeculo etiamtum mansisse didicimus ex apocha septem sacerdotum de pensione sibi numerata principatu Alexandri Severi, quam edidit U. Wilcken Hermae XXII p. 142 sqq. Cf. Revillout Revue égyptol. I p. 82. U. Wilcken ap. Droysen Kl. Schriften II p. 439. 54 Cf. not. 39. 55 Vectigal sextae partis fructuum annuorum vinearum et hortorum, quod antiquitus deis Aegyptiis pendebatur, sed a Ptolemaeo Philadelpho imperatum est, ut inde a vigesimo altero sui regni anno (264/3 a. Chr.) ad aerarium sacrum uxoris defunctae et pridem inter deos relatae, i. e. re vera ad fiscum regium, transferretur (Grenfell The revenue laws of Ptolemy Philadelphos p. 94. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 157 sqq.). Pluralis τοῖς θεοῖς ad Arsinoam Philadelphum et Deos Philopatoras spectat, quos illi postea in hac re adiunctos esse ex Flinders Petri pap. XLVI apparere observavit Wilcken p. 158 not. 3. 56 Vinearum ἀπόμοιρα in universum quidem pecunia pendebatur, cum de reliquis agri culti generibus ipsarum frugum pars daretur. Sed infra (v. not. 90) discimus vineis sacris id concessum fuisse, ut vinum daretur. 57 In his hortis item vites fuisse Mahaffy ap. Grenfell Revenue laws introduct. p. XLI statuit, sed cum propter discrimen vectigalis (cf. not. 56) tum aliis gravissimis de causis Grenfell p. 94 et Wilcken (not. 55) oblocuti sunt, qui palmas potius (φοίνικας) aliasque arbores quae varia poma (ἀκρόδρυα) ferrent ibi cultas esse demonstraverunt.

τοῖς θεοῖς ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ | μένειν ἐπὶ χώρας[58]· προσέταξεν δὲ καὶ περὶ τῶν ἱερέων ὅπως μηθὲν πλεῖον διδῶσιν εἰς τὸ τελεστικὸν[59] οὗ ἐτάσσοντο ἕως τοῦ πρώτου ἔτους ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ[60]· ἀπέλυσεν δὲ καὶ τοὺς ἐκ τῶν | ἱερῶν ἐθνῶν[61]

58 Immutata maneant, ut perfrequenter dicitur ἐν χώρᾳ et κατὰ χώραν μένειν. 59 Cum Drumann et Droysen Kl. Schriften II p. 393 in huius vocis explicatione a solvendi notione, quae sane inest in verbo τελεῖν, profecti essent, Ameilhon et Pahlen vero de mysteriorum initiatione cogitassent, quae res ad regem fiscumque nequaquam pertinebat, primus Letronne vidit, subesse notionem sacerdotem instituendi. Id per leges sermonis licere ipse quidem una Horapallinis locutione πρὸς τὸ ἱερέα τέλειον γενέσθαι (I, 39) probavit, sed nunc ipsius verbi τελεῖν sic usurpati exempla praesto sunt (Syll.[2] 597, 6 τὸν δὲ ἱερῆ τελεσάτω ἁ πόλις. 598, 20 τὰν δὲ ἱέρειαν τελέσει ἁ πόλις. Cf. etiam v. 21. 25. 29. 31. 60), et τέλεστρα de impensis per hanc occasionem faciendis usurpatur, non dissimili notione eius quam hic habet τὸ τελεστικόν (Syll.[2] 597, 7. 598, 59. 645, 17). Quicumque igitur sacerdos instituebatur, regis fisco vectigal pendere debebat; quod neutiquam iniquum fuisse propter reditus et emolumenta haud exigua cum sacerdotio coniuncta observat Lumbroso Recherches p. 299 sqq. Cf. U. Wilcken Hermae XXIII p. 595. Gr. Ostraka I p. 397. Cum in demotica versione vectigal significetur, quod quis pendit u t s a c e r d o s f i a t (*n-er-uêb* cf. Revillout Chrestom. démotique I p. 17. Hess p. 10), nullus iam de Letronnii interpretatione dubitationi locus relinquitur. 60 ʻUsque ad primum Ptolemaei Philopatoris annum' (221 a. Chr. n.) interpretantur priores editores itemque Drumannus. Quod per linguae leges non licere cum perspiceret Letronne, primum annum non regis, sed sacerdotum intellegere maluit, ut Epiphanis patre regnante vectigal pependisse dicatur unusquisque sacerdos per primum sui officii annum. Sed primum quidem, quicquid dicit Letronnius, sic quoque ἕως permirum manet, nam cum a primo initium fiat, non recte enuntiatur aliquid continuari debere u s q u e a d primum; deinde vero omnino non annuum neque perpetuum est hoc vectigal, sed semel numeratur per occasionem initiandi sacerdotis (cf. not. 59). Quare mihi quidem nulla ex parte dubium est quin intellegendum sit ʻper totum Philopatoris regnum usque ad primum E p i p h a n i s annum', praesertim cum etiam ἔνατον (v. 4) et ὄγδοον ἔτος (v. 24) sic sine additamento de eius qui tum ipsum regnabat annis dicantur. Eadem ratione per titulum n. 56 constanter Ptolemaei III Euergetae anni indicantur. Cf. v. 1 ἔτους ἐνάτου. v. 27 ἐν τῷ ἐνάτῳ ἔτει. v. 26. 27 τοὺς ἀπὸ τοῦ πρώτου ἔτους γεγενημένους ἱερεῖς, et quod plane geminum est huius loci, v. 28 ἕως τοῦ πρώτου ἔτους. 61 Aut singula collegia sacerdotum qui in singulis delubris essent, aut genera sacerdotum, quae n. 56, 3 sqq. et hic v. 6 sq. distinguerentur, antistites, prophetas, hierogrammates al., intellegere licere vidit Letronne; hanc interpretationem ipse praetulit itemque Mahaffyus, illam sequi maluit Lumbroso Recherches p. 237. 271. At usus sermonis quidem hanc commendat; neque enim corpus aut collegium certis legibus constitutum significare solet ἔθνος, sed genus

τοῦ κατ' ἐνιαυτὸν εἰς Ἀλεξάνδρειαν κατάπλου[62]· προσέταξεν δὲ καὶ τὴν σύλληψιν τῶν εἰς τὴν ναυτείαν[63] μὴ ποιεῖσθαι, τῶν τ'

---

hominum communione victus, officii, condicionis civilis definitum. Cf. Platon. Gorg. 455 B περὶ ναυπηγῶν ἢ περὶ ἄλλου τινὸς δημιουργικοῦ ἔθνους. Pollux VIII, 111: τρία δ' ἦν τὰ ἔθνη πάλαι, εὐπατρίδαι γεωμόροι δημιουργοί. Qua vocis vi etiam omnes sacerdotes unum ἔθνος efficere dicuntur, ut apud Aristotelem Metaphys. I, 1 p. 981 b 23: διὸ περὶ Αἴγυπτον αἱ μαθηματικαὶ τέχναι πρῶτον συνέστησαν· ἐκεῖ γὰρ ἀφείθη σχολάζειν τὸ τῶν ἱερέων ἔθνος. Perperam sane in eandem sententiam Drumannus interpretatur Diodori locum I, 70, 2, ubi sacerdotes dicuntur πεπαιδευμένοι κάλλιστα τῶν ὁμοεθνῶν, nam hic ὁμοεθνεῖς manifesto omnes Aegyptii sunt. At genera sacerdotum dignitate et negotiis sacris distincta item singillatim ἔθνη vocari posse manifestum est. 62 Verbo καταπλεῖν iter ex quolibet Aegypti loco Alexandriam significari, quia plerumque navi secundo flumine Nilo peragebatur, adnotat Letronnius monens de eadem re in papyris Parisinis καταπλεῖν εἰς τὴν πόλιν et καταπλεῖν πρὸς τὸν βασιλέα repperiri. Quem ad finem haec itinera quotannis facta sint, ambigitur. Pahlinum de mysteriis cogitantem refutavit Drumann. Sed quod hic statuit, sacerdotes ad id tempus quae aerario regio pendenda essent ipsos Alexandriam deferre debuisse, ne ipsum quidem accommodatum est ad persuadendum. Nonne n. 56, 5 suadet ut de nataliciis regis aut anniversariis regni initi sacris cogitemus? Cf. Lumbroso Recherches p. 314, qui monet, non itineris labores et impensas in hac re molestissimas fuisse, sed dona amplissima per eam occasionem offerenda, de quibus provocat ad Iosephi Ant. XII, 199: διαλιπὼν δὲ ὀλίγον ὁ παῖς (Ὑρκανὸς) συνεβούλευε τῷ πατρὶ (Ἰωσήπῳ) δῶρα μὲν αὐτόθεν μὴ πέμπειν τῷ βασιλεῖ, δοῦναι δὲ ἐπιστολὴν πρὸς τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οἰκονόμον, ὅπως αὐτῷ παρέχῃ πρὸς ὠνὴν ὧν ἂν εὕρῃ καλλίστων καὶ πολυτελῶν χρήματα. Deinde Hyrcanum Alexandriam profectum ab Arione patris oeconomo pro decem talentis quae pater destinasset mille postulasse eorumque magnam partem in dona impendisse. 63 De vectigali remisso, quod ad rei navalis sumptum tolerandum destinatum erat, haec interpretantur Drumann, Letronne, Lumbroso Recherches p. 298. At quomodo σύλληψις vectigal significari posset, non expediverunt; etenim Drumannus quidem quos affert locos (Diodor. XIX, 63, 4. XX, 102, 2. XXXVII, 8, 2. Aelian. Var. hist. II, 2 p. 18, 11 Hercher. Suidas s. v. ξυλλαβεῖν) ei ad unum omnes tritam verborum συλλαμβάνειν et συνεπιλαμβάνειν notionem habent (cf. ἀλλ' ὅταν σπεύδῃ τις αὐτός, χὡ θεὸς ξυλλαμβάνει), quae profecto non sufficit ad id probandum quod ille vult. Quod cum probe intellegeret Letronne, similitudine vocum σύνταξις in hoc titulo usurpatae et ἐγλαβὴ τῆς νιτρικῆς in papyris occurrentis σύλληψις notione vectigalis defendere studuit. At σύνταξις neutiquam vectigal est (cf. not. 53), ἐκλαμβάνειν vero de exigenda pensione recte dicitur, συλλαμβάνειν non item. Quod quoniam σύλληψιν eiusmodi pensionem significare neque probatum est neque ulla ratione probari potest, ne C. Wachsmuthii quidem sententia, acutissima sane, placet, qui Mus. Rhen. XXX p. 448 vectigal non in usum rei navalis, sed ab eis qui navigarent pendi solitum intellegit. Et fuisse

εἰς τὸ βασιλικὸν συντελουμένων ἐν τοῖς ἱεροῖς βυσσίνων | ὀθονίων[64] ἀπέλυσεν τὰ δύο μέρη, τά τε ἐγλελειμμένα πάντα ἐν τοῖς πρό-

---

eiusmodi vectigal et sacerdotibus immunitatem eius concessam esse sane demonstravit allato titulo stelae Mendesiae a Mariettio Monumens divers tab. 43. 44 editae et a Brugschio Ztschr. f. aeg. Spr. XIII 1875 p. 34 sqq. in Germanicum sermonem conversae v. 15. At de eadem re etiam in titulo Rosettano dici ne credam praeter notionem a nomine σύλληψις alienam duae me movent causae. Primum enim illud navigationis vectigal cum iam a Ptolemaeo II Philadelpho sacerdotibus Aegyptiis remissum esse testetur titulus Mendesius, quomodo iterum remitti potuit ab Epiphane? Nam tempore interiecto onera sacerdotum rursus aucta esse incredibile est. Deinde vero quo pacto εἰς τὴν ναυτείαν dici potuit de vectigali quod exigebatur a navigantibus? Nonne sic necessario aut praepositione ἀπὸ vel ἐκ aut certe mero genetivo utendum fuit? Denique vocem ναυτεία quae nusquam alibi legitur interpretes ad unum omnes rem navalem significare sumpserunt; Drumannus et Letronnius idem esse dicunt ac si legeretur εἰς τὰς ναυτικὰς χρείας. At origo docet aliud esse ναυτείαν ac ναυτιλίαν. Illud enim indicat condicionem et negotium nautae, τὸ ναύτην εἶναι; cf. ἐπιμελητεία, προστατεία, προφητεία. Iam cum συλλαμβάνειν τινά perfrequenter comprehendendi vim habeat, sequitur ut σύλληψις τῶν εἰς τὴν ναυτείαν ad idem redeat ac τὸ συλλαμβάνεσθαί τινας ὥστε ναύτας εἶναι (γενέσθαι). De hoc more homines invitos ad usum rei navalis abstrahendi (*presse*) iam Westonus cogitaverat. Cui reliqui interpretes non obsecuti sunt, quia sacerdotes aliquando coactos esse remigare in Aegypto omnium maxime incredibile esset. Ita sane est, sed de sacerdotibus nihil hic legitur; remittuntur sane onera quibus deorum fundi et sacerdotes premebantur. At si illa συλλήψει non sacerdotes, sed servos (ἱεροδούλους), colonos (γεωργούς) aliosque qui in sacris terris consederant abreptos sumimus, negari non potest sic quoque ea sublata magno detrimento levatum esse sacerdotum ordinem. Quam vero unam interpretationem sermonis legibus et usui accommodatam esse supra demonstravi, eam demotico decreti exemplo confirmari adnotat Mahaffy. Cf. Hessii editionem p. 13 *uif rem-(n)-ḫn kep* i. e. 'cessavit nautas comprehendere' cum commentario p. 57. 64 Byssum in litteris antiquis modo linum, modo erioxylum esse in universum constat. Sed in Aegypto antiquiore certe tempore semper linum intellegendum esse apparet ex Herodoti testimonio II, 86: ἐπεὰν δὲ παρέλθωσι αἱ ἑβδομήκοντα (ἡμέραι), λούσαντες τὸν νεκρὸν κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι. Nam haec involucra linea esse microscopi ope exploratum est. Cf. Letronne ad h. l. et Olck ap. Pauli-Wissowa Realencyklopädie III 1 p. 1108 sqq. ὀθόνια, σινδόνες, κιθῶνες vestium genera sunt magnitudine potius quam materia et qualitate discreta. Cf. Lumbroso Recherches p. 14. Earum fabricationem privilegium fuisse regis demonstravit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 268, sed unis sacerdotibus tamen concessum fuisse ut ea conficerent in suum usum, plane ut iis oleum quo ipsi uterentur premere licuisset (Revenue laws of Ptolemy Philadelphos Col. 50, 20—52, 3). Cuius licentiae quasi

τερον χρόνοις ἀποκατέστησεν εἰς τὴν καθήκουσαν τάξιν, φροντίζων ὅπως τὰ εἰθισμένα συντελῆται τοῖ(ς)[65] θεοῖς κατὰ τὸ | προσῆκον· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ δίκαιον πᾶσιν ἀπένειμεν, καθάπερ Ἑρμῆς ὁ μέγας καὶ μέγας[66]· πρ(ο)σέταξεν[67] δὲ καὶ τοὺς καταπορευομένους ἔκ τε τῶν μαχίμων[68] καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀλλό-

---

pretium erat quod fisco certum numerum vestium, aut si quando non tantum effecerant, pecuniam pendere iubebantur. Sed eius vectigalis duas partes tertias Epiphanes sacerdotibus remisit. Non improbabiliter ad ius vestium linearum conficiendarum regi, postea imperatori, reservatum Wilckenus refert Trebellii Pollionis vitae Gallieni c. 6, 4: *nam cum ei* (Gallieno) *nuntiatum esset Aegyptum descivisse, dixisse fertur 'quid, sine lino Aegyptio esse non possumus'?* 65 ΤΟΙΞ. 66 Cf. n. 176[3]. 67 ΠΡΣΕΤΑΞΕΝ. 68 Hoc nomine ordinem militum in antiquo Aegyptiorum regno significant Herodot. II, 164. Diodor. I, 73, 7. 74, 1. 94, 4. Eum non sublatum esse Persarum dominatione indicio est Herodoti locus IX, 32, ubi in exercitu Persarum ad Plataeas commemorantur οἵ τε Ἑρμοτύβιες καὶ οἱ Καλασίριες καλεόμενοι μαχαιροφόροι, οἵπερ εἰσὶ Αἰγυπτίων μοῦνοι μάχιμοι. Ex Ptolemaeis autem tres primi in universum quidem exercitus Macedonum et Graecorum mercennariorum habebant; at certe Ptolemaeus I non plane abstinuit militia indigenarum. Cf. Diodor. XIX, 80, 4 συναγαγὼν οὖν (anno 312 a. Chr. n.) πανταχόθεν τὰς δυνάμεις ἀνέζευξεν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας εἰς Πηλούσιον, ἔχων πεζοὺς μὲν μυρίους ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τετρακισχιλίους, ὧν ἦσαν οἱ μὲν Μακεδόνες, οἱ δὲ μισθοφόροι, Αἰγυπτίων δὲ πλῆθος. De Philadelpho et Euergeta idem dicit Lumbroso Recherches p. 227, sed de ea re ad Polybii locos provocat, qui ad unum omnes ad Philopatoris potius regnum spectant. Sed mansisse illorum militum indigenarum posteris bona sua eosque quasi quendam ordinem effecisse haud incredibile est. Iam cum Ptolemaeus IV Philopator contra Antiochum III Magnum bellum gereret anno 218 a. Chr., Aegyptios exercitui suo inseruit. Cf. Polyb. V 65, 9: τὸ δὲ τῶν Αἰγυπτίων πλῆθος ἦν μὲν εἰς δισμυρίους φαλαγγίτας, ὑπετάττετο δὲ Σωσιβίῳ. Hi vero post res in Syria prospere gestas animo sublato rebellionem fecerunt. Polyb. V, 107, 1—3: Πτολεμαίῳ γε μὴν εὐθέως ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν συνέβαινε γίνεσθαι τὸν πρὸς τοὺς Αἰγυπτίους πόλεμον. ὁ γὰρ προειρημένος βασιλεὺς καθοπλίσας τοὺς Αἰγυπτίους ἐπὶ τὸν πρὸς Ἀντίοχον πόλεμον πρὸς μὲν τὸ παρὸν ἐνδεχομένως ἐβουλεύσατο, τοῦ δὲ μέλλοντος ἠστόχησε· φρονηματισθέντες γὰρ ἐκ τοῦ περὶ Ῥαφίαν προτερήματος οὐκέτι τὸ προσταττόμενον οἷοί τε ἦσαν ὑπομένειν, ἀλλ' ἐζήτουν ἡγεμόνα καὶ πρόσωπον ὡς ἱκανοὶ βοηθεῖν ὄντες αὑτοῖς. ὃ καὶ τέλος ἐποίησαν οὐ μετὰ πολὺν χρόνον. Cum hac seditione Drumann et Mahaffy cohaerere statuunt quae in titulo Rosettano leguntur. Sed ille quidem de ordine antiquo militari non cogitandum, verum μαχίμους de omnibus indigenis qui tum descivissent a rege intellegendum opinatur. At ita ni fallor additamentum καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀλλότρια φρονησάντων sensu cassum est; quare malo illam veterem militum Aegyptiorum classem agnoscere, ut Lumbroso p. 89 et Mahaffy. Nam quod Letronnius vult, exercitum in superiore

τρια ‖ φρονησάντων ἐν τοῖς κατὰ τὴν ταραχὴν καιροῖς[69] κατελθόντας μένειν ἐπὶ τῶν ἰδίων κτήσεων· προενοήθη δὲ καὶ ὅπως ἐξαποσταλῶσιν δυνάμεις ἱππικαί τε καὶ πεζικαὶ καὶ νῆες ἐπὶ τοὺς ἐπελθόντας | ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον[70] κατά τε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ἤπειρον, ὑπομείνας δαπάνας ἀργυρικάς τε καὶ σιτικὰς μεγάλας, ὅπως τά θ' ἱερὰ καὶ οἱ ἐν αὐτῆι πάντ[ε]ς ἐν ἀσφαλείαι ὦσιν· παραγινόμε|νος δὲ καὶ εἰς Λύκων πόλιν[71] τὴν ἐν τῶι Βου-

---

Aegypto collocatum (τὰς δυνάμεις) descivisse, id neque per se veri simile est, neque quod sciam exercitus regius ex Macedonibus et mercennariis peregrinis compositus usquam τῶν μαχίμων nomine significatur. 69 Seditionem Lycopolitanam (v. 21—26) hic indicari primi interpretes usque ad Drumannum consentiunt. At Letronne cum perspiceret, sic praepostero ordine res narrari, hic rebellionem priorem innui statuit, quae eadem voce (ταραχή) indicaretur in papyro Taurinensi apud A. Peyron papyri Taur. I p. 34 n. I 5, 27—29. Ex eo autem apparere primum, illam quidem seditionem fuisse in regione meridionali ultra Thebas (τὸν ἑαυτοῦ πατέρα μετῆλθαι ἐκ τῆς Διοσπόλεως μεθ' ἑτέρων στρατιωτῶν εἰς τοὺς ἄνω τόπους ἐν τῆι γενομένηι ταραχῆι ἐπὶ τοῦ πατρὸς τῶν βασιλέων θεοῦ Ἐπιφανοῦς) et compositam esse primo Epiphanis anno (205/4 a. Chr.), ut et tempore et loco a bello Lycopolitano distinguatur. Nescio an ad easdem turbas spectent Amherst papyri II p. 33 n. XXX, 11 [ἐν δὲ τῆ]ι γενομένηι ταραχῆι. v. 24 sqq. προσεμαρτύρουν τὸν τοῦ Τενεσούφιος Μαρρῆν πατέρα κατεσχηκέναι τὴν οἰκίαν πρὸ τοῦ πολέμου. v. 33 sqq. ἠναγκάσθην ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἀποστατῶν ἐνέγκαι τὰς συγγραφὰς καὶ ταύτας κατακαῦσαι. Editores sane malunt haec de rebus anni 165 a. Chr. n. interpretari. 70 Ad bellum cum Antiocho III gestum (203—198 a. Chr. n.) haec spectare iudicat Drumann, quocum Letronne consentit monens id et temporum ordini accommodatum esse, siquidem ante de turbis anno 205/4 a. Chr. finitis, postea de rebus annorum 197 et 196 dicatur, et verbis tituli, qui voce ἐξαποσταλῶσιν expeditionem extra fines Aegypti susceptam indicet, illo ἐπὶ (non εἰς) τὴν Αἴγυπτον vero profectum quidem esse contra Aegyptum exercitum Antiochi, sed non intrasse ipsam terram prodat. Namque non ultra Gazam victor Syrorum exercitus processit. Mahaffyus de meridionalibus regni finibus defensis a Nubiae gentibus, quae per belli intestini opportunitatem eas rapinis et incursionibus vastassent, haec interpretari maluit, sine idonea causa si quid video. 71 Duo fuisse in Aegypto huius nominis oppida, alterum in superiore alterum in inferiore terra situm, testatur Stephanus Byz. Λύκων πόλεις δύο, ἡ μὲν ἐν τῷ Λυκοπολίτῃ νομῷ τῆς Αἰγύπτου, ἡ δὲ ἑτέρα τοῦ Σεβεννύτου νομοῦ παραθαλάσσιος· τὸ ἐθνικὸν Λυκοπολῖται. Quae etiam a Strabone XVII, 1, 19 p. 802. 1, 41 p. 813 Cas. recte distingui observat Drumann. Ex quibus hic alterum intellegi non longe a Sebennytico Nili ostio situm nomi Busiritae (not. 72) mentio docet, ut post Drumannum omnes agnoverunt. In versione demotica nomen oppidi *Škam* est. Cf. Hess p. 14. 59.

σιρίτηι[72], ἣ ἦν κατειλημμένη καὶ ὠχυρωμένη πρὸς πολιορκίαν ὅπλων τε παραθέσει δαψιλεστέραι καὶ τῆι ἄλληι χορη(γί)αι[73] πάσηι, ὡς ἂν ἐκ πολλοῦ | χ(ρ)όνου[74] συνεστηκυίας τῆς ἀλλοτριότητος τοῖς ἐπισυναχθεῖσιν εἰς αὐτὴν ἀσεβέσιν[75], οἳ ἦσαν εἴς τε τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς ἐν Αἰγύπτωι κατοικοῦντας πολλὰ κακὰ συντετελεσμένοι, καὶ ἀν|τικαθίσας χώμασίν τε καὶ τάφροις καὶ τείχεσιν αὐτὴν ἀξιολόγοις περιέλαβεν, τοῦ τε Νείλου τὴν ἀνάβασιν μεγάλην ποιησαμένου ἐν τῶι ὀγδόωι ἔτει[76] καὶ εἰθισμένου κατακλύζειν τὰ || πεδία κατέσχεν ἐκ πολλῶν τόπων ὀχυρώσας τὰ στόματα τῶν ποταμῶν[77], χορηγήσας εἰς αὐτὰ χρημάτων

---

72 Nomus Aegypti inferioris (Δέλτα) circa Busirin oppidum situm ad brachium Nili (Βουσιριτικὸς ποταμός) quod per ostium Phatmeticum in mare effunditur. Ipsum nomum commemorant Herodotus II, 165. Strabo XVII, 1, 19 p. 802. Plinius N. h. V, 49. Quod Lycopolin Stephanus in nomo Sebennyte, Strabo ad ostium Sebennyticum sitam refert, nihil habet difficultatis. Namque finitima fuerunt inter se haec loca, et nomorum divisiones terminosque haud raro mutata esse constat. 73 ΧΟΡΗΠΛΙ. 74 ΧΟΝΟΥ. 75 Et hic et v. 26 ἀσεβεῖς vocantur qui seditionem fecerant. Quae res non recte ad id unum, quod templa violavissent et expilavissent relata est a Drumanno. Immo quia rex deus habetur, quaelibet rebellio in impietatis crimen incurrit. 76 Octavus Epiphanis annus est 198/7 a. Chr. n., proximus ante huius decreti tempus. Tum igitur capta est Lycopolis, cum multo priore tempore (cf. v. 22. 23 ἐκ πολλοῦ χρόνου. 27 ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρός. ibid. ἐπαμύνων τῷ πατρὶ καὶ τῇ ἑαυτοῦ βασιλείᾳ) a seditiosis occupata esset. Videntur enim hae non fuisse nisi relliquiae prioris seditionis (not. 69). Bello Syriaco et Scopae defectione per primos annos imperii prohibitus erat rex homines qui loco natura munito consederant oppugnare. Quod vero quondam Bossi expugnationem Lycopolis ad multo recentiora tempora rettulit, id Drumannus vidit totum pendere a prava Polybii interpretatione, qui de hac quidem obsidione nihil habet nisi haec XXII, 7, 1. 2: ὅτι Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου ὅτε τὴν Λύκων πόλιν ἐπολιόρκησε, καταπλαγέντες τὸ γεγονὸς οἱ δυνάσται τῶν Αἰγυπτίων ἔδωκαν σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν τοῦ βασιλέως πίστιν. οἷς κακῶς ἐχρήσατο καὶ εἰς κινδύνους πολλοὺς ἐνέπεσεν. Hic nullam vides esse temporis notationem. At quae deinde addit, ea verbis παραπλήσιον δέ τι συνέβη καὶ κατὰ τοὺς καιρούς, ἡνίκα Πολυκράτης τοὺς ἀποστάτας ἐχειρώσατο luculentissime demonstratur ad alia tempora et aliam defectionem spectare. Illam igitur, non Lycopolis oppugnationem, scriptor § 7 significat in vigesimum quintum vitae Epiphanis annum (184 a. Chr. n.) incidere. 77 Canales (διώρυγες) hic ποταμοὶ vocantur ut n. 54, 23. Herodot. II, 93. Diodor. I, 33, 12. Cf. *amnis Ptolemaeus* Plin. N. hist. VI, 167. Quo consilio rex eorum ostia obstruxisset, diu disceptatum est. Fuerunt qui eum obsessos aquae usu ad bibendum privare, fuerunt qui auxilium a mari seditiosis ne ferretur impedire voluisse statuerent. Sed verum viderunt Drumannus et Letronnius. Nempe

πλῆθος οὐκ ὀλίγον καὶ καταστήσας ἱππεῖς τε καὶ πεζοὺς πρὸς τῆι φυλακῆι | αὐτῶν [78], ἐν ὀλίγωι χρόνωι τήν τε πόλιν κατὰ κράτος εἷλεν καὶ τοὺς ἐν αὐτῆι ἀσεβεῖς πάντας διέφθειρεν, καθάπερ [Ἑρμ]ῆς καὶ Ὧρος ὁ τῆς Ἴσιος καὶ Ὀσίριος υἱὸς ἐχειρώσαντο τοὺς ἐν τοῖς αὐτοῖς | τόποις [79] ἀποστάντας πρότερον. τοὺς (δὲ) ἀφηγησαμένους [80] τῶν ἀποστάντων ἐπὶ τοῦ ἑαυτοῦ πατρὸς καὶ τὴν

---

circumvallaverat rex urbem, quam se ante inundationem Nili capturum sperabat. Sed cum obsidio exspectatione longius traheretur, verendum erat ne fluctibus amnis ipsius quidem opera delerentur, Lycopolitanorum vero urbs campis longe lateque aqua coopertis tegeretur. Quod ne fieret, canales molibus claudendos curavit rex. 78 Sc. τῶν ὠχυρωμένων στομάτων τῶν ποταμῶν. Nam periculum erat ne Lycopolitae eruptionibus ex oppido factis canales aperire et campos circumiacentes inundare conarentur. Cur ab hac aptissima Letronnii et Revillouti interpretatione dissentiat Mahaffy et αὐτῶν ad seditiosos, quorum versibus proxime superioribus nulla mentio facta est, referre malit non perspicio. 79 Drumanno calliditas quaedam sacerdotum subesse videtur, qui ex nomine Λύκων πόλις collegerint, in illa ipsa regione Typhonem superatum esse ab Horo, quippe cui ab inferis Osiris pater auxilio veniret lupi figura (λύκῳ τὴν ὄψιν ὁμοιωθέντα Diodor. I, 88, 6). At hoc argutius quam verius disputatum videtur. Rectius Mahaffy observavit, usitatum hoc fuisse in Ptolemaeorum regno adulationis genus, ut idem, quod rex aliquis gloriose gesserat, antea deum quempiam Aegyptium fecisse praedicarent non modo eadem ratione, sed etiam eodem loco. 80 Particulam a lapicida omissam supplevit Letronne. οἱ ἀφηγησάμενοι τῶν ἀποστάντων mihi eidem videntur qui apud Polybium XXII, 7, 1 (not. 76) οἱ δυνάσται τῶν Αἰγυπτίων audiunt. Neque enim cum Drumanno et Letronnio τῶν Αἰγυπτίων de omni gente intellego, sed de illis Aegyptiis qui Lycopoli obsidebantur. Horum principes, cum viderent regem canalibus occlusis inundationem avertisse (huc spectat καταπλαγέντες τὸ γεγονός), in fidem regis venerunt (ἔδωκαν σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν τοῦ βασιλέως πίστιν), i. e. urbem dediderunt. Nam de deditione apud Romanos formulam '*in alicuius fidem venire*' usurpari in volgus notum est. Cf. Polyb. XX, 9, 10 sqq. Crudeliter a Ptolemaeo puniti sunt seditiosorum principes; qua ex re quod scriptor dicit multa pericula nata esse regi, id non cum Drumanno ad continuatam defensionem Lycopolis, quae tum iam dedita erat, sed ad iteratam paucis annis post seditionem (Polyb. XXVII, 7, 2—7, cf. not. 76) referendum est, ut etiam Letronnius iudicat, etsi is δυνάστας non seditionis auctores qui Lycopoli obsessi erant, sed singulorum nomorum per totum regnum principes interpretatur. Dixerit quispiam, expugnatam, non deditam urbem indicari v. 26 κατὰ κράτος εἷλε. At hoc discrimen inter titulum et Polybii narrationem quomodo natum sit facile perspicitur. Etenim atrocitas supplicii eorum qui defectiones principes fuerant minus offensionis habebat, si illi non sua sponte in deditionem venerant. Quare assentatione hic veritatem rei gestae a sacerdotibus obscurari persuasum habeo.

χώραν ἐ[νοχλήσ]αντας[81] καὶ τὰ ἱερὰ ἀδικήσαντας παραγενόμενος εἰς Μέμφιν, ἐπαμύνων | τῶι πατρὶ[82] καὶ τῆι ἑαυτοῦ βασιλείαι, πάντας ἐκόλασεν καθηκόντως[83] καθ' ὃν καιρὸν παρεγενήθη πρὸς τὸ συντελεσθῆ[ναι αὐτῶι τὰ] προσήκοντα νόμιμα τῆι παραλήψει τῆς βασιλείας[84]. ἀφῆκεν δὲ καὶ τὰ ἐ[ν] | τοῖς ἱεροῖς ὀφειλόμενα εἰς τὸ βασιλικὸν ἕως τοῦ ὀγδόου ἔτους, ὄντα εἰς σίτου τε καὶ ἀργυρίου πλῆθος οὐκ ὀλίγον· ὡσαύ[τως δὲ] καὶ τὰς τιμὰς τῶν μὴ συντετελεσμένων εἰς τὸ βασιλικὸν βυσσίνων ὀθ[ονί]||ων[85] καὶ τῶν συντετελεσμένων τὰ πρὸς τὸν δειγματισμὸν[86] διάφορα ἕως τῶν αὐτῶν χρόνων· ἀπέλυσεν δὲ τὰ ἱερὰ καὶ τῆς ἀ[ποτεταγ]μένης[87] ἀρτάβης τ(ῆ)ι[88] ἀρούραι τῆς ἱερᾶς γῆς, καὶ τῆς ἀμπελί-

---

81 Sic Letronne, cuius supplemento favere Mahaffyus observat locum Appiani Civ. IV, 61: ἡ βασιλὶς δὲ (Cleopatra) Κασσίῳ μὲν προύφερε λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν ἐνοχλοῦντα τότε Αἰγύπτῳ, qui locus si quid video refutat quod Mahaffy dicit, hoc vocabulum non satis grave esse; contra idem recte Porsoni ἐ[ρημώσ]αντας nimium iudicat. Ipse Mahaffy ἐ[κταράξ]αντας supplet. 82 Cf. not. 37. 83 οἷς κακῶς ἐχρήσατο Polybius XXII, 7, 2 (not. 76). Nam de eisdem hominibus illic dici atque hic demonstravi not. 80. 84 Cf. not. 32. Cum igitur proxime superiore anno Lycopolin cepisset, exiguo ante hoc decretum tempore Memphi principes seditionis supplicio affecit. 85 Si quando non tantum vestis lineae effecerant sacerdotes, quantum fisco debebatur, pretium eius loco solvendum erat. Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 269, qui observat, privilegio lini fabricandi fanorum antistites nonnunquam non magnopere usus esse, ut adeo quae deorum simulacris exornandis inservirent vestes, emptione comparandae essent, ut sub finem alterius a. Chr. n. saeculi in templo pagi Σοκνοπαίου νῆσος factum esse testaretur papyrus Aeg. Urkunden aus d. Kgl. Mus. zu Berlin I p. 1 n. 1, 3: εἰς τειμὴν ὀθονίων βυσσίνων στολισμῶ[ν] τριῶν τῶν θεῶν. 86 Cum δεῖγμα sit exemplum (*Probe*), cum quo confertur id quod praestandum est, ut si recte se habere appareat probetur et accipiatur, de δειγματισμοῦ quidem notione nulla est inter interpretes dissensio. Sed quo pacto cum probatione pensio quaedam pecuniae coniuncta esse potuerit ambigitur. Drumannus quidem, qui τὰ διάφορα discrimina, differentias interpretatur, de eis quae cum exemplo non convenirent ideoque reprobarentur intellexit. Probabilius Letronnius διάφορα pecunias significare statuit ex usu sermonis illa aetate frequentissimo. Impensae igitur indicantur probationis vel vectigal quod a sacerdotibus pendendum erat officialibus aerarii qui eo negotio fungerentur. Nomen δειγματισμός redit in papyro Berliner gr. Urk. I p. 244 n. 246, 5. 6 κινδυνεύω κα[ὶ ταῦ]τα ἀπολέσαι μετὰ καὶ δειγματισμοῦ. Sed illic, etsi loci sententia paullo obscurior est, tamen manifesto longe aliam notionem habet atque hic. 87 Supplevit Letronne; Mahaffy dubitat, quia lacunae ambitus non sufficiat, sed tamen nonnullis locis arctius quam alibi litteras collocari concedit, quod si hic quoque usu venisse statuimus, difficultas tollitur. Sed quod Mahaffy

τιδος[89] ὁμοίω[ς] | τὸ κεράμιον[90] τῆι ἀρούραι, τῶι τε Ἄπει καὶ τῶι Μνεύει[91] πολλὰ ἐδωρήσατο καὶ τοῖς ἄλλοις ἱεροῖς ζώιοις τοῖς ἐν Αἰγύπτωι[92], πολὺ κρεῖσσον τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλείων[93] φροντίζων ὑπὲρ τῶν ἀνηκόν[των εἰς] | αὐτὰ διὰ παντός, τά τ' εἰς τὰς ταφὰς αὐτῶν[94] καθήκοντα διδοὺς δαψιλῶς καὶ ἐνδόξως καὶ τὰ τελισκόμενα[95] εἰς τὰ ἴδια ἱερὰ μετὰ θυσιῶν καὶ πανη-

---

proponit ἀ[φωρισ]μένης, ne ipsum quidem improbabile est. Ceterum tributum singularum artabarum in singulas aruras perexiguum esse observavit Lumbroso Recherches p. 293, ut iam hoc in collatione reliqui agri eximium contineat fundorum sacrorum privilegium. 88 ΤΙΙΙ. 89 Vinearum tributum in universum quidem pecunia, arvorum frugibus persolvi debuisse ex apochis servatis demonstravit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 151. Quod si hic vinum, non pecunia, commemoretur, hac re neutiquam infringi illam observationem, sed hoc quoque, ut modicam tributi summam (not. 87), beneficium existimandum esse uni terrae sacrae concessum. 90 Non certae mensurae significationem hoc habet, sed quodlibet vas figlinum indicat proprie. Sed passim diversissimis locis et temporibus usu sermonis quotidiano invaluerat, ut hac voce pro proprio usitatissimae tunc et illic mensurae rerum liquidarum uterentur. Athenis hunc usum et quarto a. Chr. n. saeculo (Syll.[2] 587, 13. 69. 170. 171. 204) et altero tertiove post Christum natum (Syll.[2] 737, 162) observare licet. Idem in alia eiusmodi vocabula cadit, veluti στάμνος (Syll.[2] 420, 27), κάδος, ἀμφορεύς. Quanta fuerit in Aegypto Ptolemaeorum aetate haec mensura, latet. Nam quod F. Hultsch Gr. u. röm. Metrologie[2] p. 624 eandem capacitatem habuisse atque artabam statuit, id debilissimo nititur fundamento. Etenim ex hoc decreto iure quidem colligit inter artabam frumenti et κεράμιον vini aliquam intercessisse certam rationem. Sed cur eam ad mensurae potius aequabilitatem referamus quam ad pretium par, ut fecit G. Lumbroso Recherches p. 8 sqq. disputatione perquam subtili, nullam video idoneam causam. 91 Cf. n. 56[24]. 92 Pro animalibus exemplum demoticum distincte *boves* habet. Et fuisse in Aegypto etiam praeter Apim et Mnevim boves sacros qui eximia religione colerentur scimus. Cf. not. 56[25]. 93 Cf. Syll.[2] III p. 225. 94 Quanto sumptu quantaque magnificentia exsequiae boum sacrorum peragi solitae sint apparet ex narratione Diodori I, 84, 7. 8: ἐὰν δὲ τελευτήσῃ τις, πενθοῦσι μὲν ἴσα τοῖς ἀγαπητῶν τέκνων στερομένοις, θάπτουσι δὲ οὐ κατὰ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν, ἀλλὰ πολὺ τὴν ἀξίαν τῆς ἑαυτῶν οὐσίας ὑπερβάλλοντες. μετὰ γὰρ τὴν Ἀλεξάνδρου τελευτήν, Πτολεμαίου τοῦ Λάγου παρειληφότος ἄρτι τὴν Αἴγυπτον, ἔτυχεν ἐν Μέμφει τελευτήσας ὁ Ἆπις γήρᾳ· ὁ δὲ τὴν ἐπιμέλειαν ἔχων αὐτοῦ τήν τε ἡτοιμασμένην χορηγίαν, οὖσαν πάνυ πολλήν, εἰς ταφὴν ἅπασαν ἐδαπάνησε καὶ παρὰ τοῦ Πτολεμαίου πεντήκοντα ἀργυρίου τάλαντα προσεδανείσατο. Cf. etiam Plutarch. de Is. et Osir. 21 p. 359 D. 95 Verbum ab antiquiore quidem sermone Graecorum alienum, sed traditum apud Nicandrum Alexiph. 583, ubi O. Schneider quidem τέλεσκεν restituit, sed tituli aetate supparis testimonio librorum memoria defenditur. Cf. Kühner-Blass Gr. Gramm. I, 2 p. 548.

γόρεων καὶ τῶν ἄλλων τῶν νομι[ζομένων,] | τά τε τίμια τῶν ἱερῶν καὶ τῆς Αἰγύπτου διατετήρηκεν ἐπὶ χώρας[96] ἀκολούθως τοῖς νόμοις, καὶ τὸ Ἀπιεῖον[97] ἔργοις πολυτελέσιν κατεσκεύασεν χορηγήσας εἰς αὐτὸ χρυσίο(υ)[98] τε κ[αὶ ἀργυρί]|ου καὶ λίθων πολυτελῶν[99] πλῆθος οὐκ ὀλίγον, καὶ ἱερὰ καὶ ναοὺς καὶ βωμοὺς ἱδρύσατο τά τε προσδεόμενα ἐπισκευῆς προσδιωρθώσατο ἔχων θεοῦ εὐεργετικοῦ ἐν τοῖς ἀνήκου[σιν εἰς τὸ] ‖ θεῖον διάνοιαν· προσπυνθανόμενός τε τὰ τῶν ἱ[ε]ρῶν[100] τιμιώτατα ἀνανεοῦτο[101] ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας ὡς καθήκει· ἀνθ' ὧν δεδώκασιν αὐτῶι οἱ θεοὶ ὑγίειαν, νίκην, κράτος[102] καὶ τἆλλ' ἀγαθ[ὰ πάντα,] | τῆς βασιλείας διαμενούσης αὐτῶι καὶ τοῖς τέκνοις εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον· ἀγαθῆι τύχηι, ἔδοξεν[103] τοῖς ἱερεῦσι τῶν κατὰ τὴν χώραν ἱερῶν πάντων, τὰ ὑπάρχοντα τ[ίμια πάντα[104]] | τῶι αἰωνοβίωι βασιλεῖ Πτολεμαίωι, ἠγαπημένωι ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, θεῶι Ἐπιφανεῖ Εὐχαρίστωι, ὁμοίως δὲ καὶ τὰ τῶν γονέων αὐτοῦ θεῶν Φιλ(ο)πατόρων[105] καὶ τὰ τῶν προγόνων θεῶν Εὐεργ[ετῶν καὶ τὰ] | τῶν θεῶν Ἀδελφῶν καὶ τὰ τῶν θεῶν Σωτήρων ἐπαύξειν μεγάλως· στῆσαι δὲ τοῦ αἰωνοβίου βασιλέως Πτο(λε)μαίου[106] θεοῦ Ἐπιφανοῦς Εὐχαρίστου εἰκόνα[107] ἐν ἑκάστωι ἱερῶι ἐν τῶι

96 Cf. not. 58. 97 Cf. not. 34. 98 ΧΡΥΣΙΟΝ. 99 Cf. n. 132[7]. Praeter aurum argentumque exempla demoticum et hieroglyphicum pro lapidibus pretiosis *frumentum* commemorant, quam discrepantiam iure perquam miram dicit Mahaffy. Cf. Hess p. 21 *pr ḥat nub* i. e. frumentum, argentum, aurum. 100 ΙΞΡΩΝ. Quod Letronne τὰ τῶν ἱερῶν τιμιώτατα interpretatur 'templa nobilissima' id cum sermonis usu pugnare mihi videtur. Nam exemplum ad quod ille provocat, Xen. Memor. IV, 1, 3: τῶν ἵππων τοὺς εὐφυεστάτους, legitimum in partitiva genetivi vi verborum ordinem habet. Quod contra si de rebus ad apparatum templi pertinentibus diceretur, usitatius sane esset quod ille desiderat τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς τιμιώτατα, sed etiam genetivus possessivus recte se habet. 101 Barbarismus augmenti syllabici omissi utrum ab eo qui haec composuit commissus an mero lapicidae errore natus sit latet. Cf. n. 201, 9 ἀναχωρήθην. Pap. parisinus Notices et extraits de manuscrits XVIII 2, 1865 p. 370 n. 63, 8, 16 παρασπονδημένος. Oxyrhynchos papyri I p. 133 n. LXXI, 16 ἀναδεξ[ά]μην. II p. 275 n. CCMXXXIV, 5 διασείσθην. 102 Pro his tribus nominibus exemplar demoticum habet quattuor *p-udai* (salutem) *p-našt* (robur) *p-ḳni* (vim) *p-dro* (victoriam) ex lectione et interpretatione Hessii p. 23. 103 Cf. n. 56[9]. 104 Supplevit Heyne, quem editores omnes secuti sunt. τ[ίμια τελεῖν] Porson, sed manifesto iam ad hoc obiectum, ut ad omnia quae deinceps sequuntur, referendus est infinitivus ἐπαύξειν v. 38. 105 ΦΙΛΙΠΑΤΟΡΩΝ. 106 ΠΤΟΜΑΙΟΥ. 107 Hic εἰκών, infra v. 41 ξόανον decernitur regi. Illam esse imaginem sculptam lapideam, naturali magnitudine aut etiam

ἐπιφα[νεστάτων τόπωι,] | ἣ προσονομασθήσεται[108] Πτολεμαίου τοῦ ἐπαμύναντος τῆι Αἰγύπτωι, ἧι παρεστήξεται ὁ κυριώτατος θεὸς τοῦ ἱεροῦ[109], διδοὺς αὐτῶι ὅπλον νικητικόν[110], ἃ ἔσται κατεσκευασμέν[α τὸν τῶν Αἰγυπτίων[111]]‖ τρόπον, καὶ τοὺς ἱερεῖς θεραπεύειν τὰς εἰκόνας τρὶς τῆς ἡμέρας[112] καὶ παρατιθέναι αὐταῖς ἱερὸν κόσμον[113] καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα συντελεῖν καθὰ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἐν [ταῖς κατὰ τὴν χώραν[114] πα]|νηγύρεσιν. ἱδρύσασθαι δὲ βασιλεῖ Πτολεμαίωι θεῶι Ἐπιφανεῖ Εὐχαρίστωι, τῶι ἐγ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Ἀρσινόης θεῶν Φιλοπατόρων, ξόανον[115] τε καὶ ναὸν[116] χρ[υσοῦν[117] ἐν ἑκάστωι

---

maiorem, quae in delubri loco insigni collocetur, hanc effigiem parvam, portatilem, ex ligno ut quidem videtur inaurato factam ex ipsis decreti verbis apparet. De eo vero discrimine, quo plerumque ξόανον a reliquis statuarum nominibus differt, quod id modo simulacrum dei significat, quod in templo collocatum homines caerimoniis religiosis adorent, hic cogitari nequit, siquidem illam potissimum statuam, quae εἰκών appellatur, quotidie ter ritibus sacris venerari iubentur Aegyptii. Recte igitur alteram imaginem propterea quia lignea esset ξόανον appellari statuit Letronnius ab auctore decreti antiquissimae verbi notionis, quae nunquam plane in oblivionem venit, memori. 108 I. e. hoc nomen statuae inscribetur. Letronne. 109 Multi in unoquoque templo Aegyptio celebrantur θεοὶ σύνναοι (n. 107[3]), a quibus hic distinguitur is deus, cui praecipue totum templum consecratum erat. 110 Ad significandam victoriam de Lycopolitanis reportatam. Letr. Quale telum designetur definiri nequit, quia varia telorum genera a deis accipientes ab Aegyptiis delineantur reges. Dr. 111 Supplevit Letronne. κατὰ τὸν νόμιμον] τρόπον Ameilhon. εἰς τὸν τιμιώτατον] τρόπον Heyne, quibus Letronnii supplementum multo melius est; τὸν ἐπιχώριον] τρόπον Porson, quod fere ad idem cum illo redit. 112 Plutarch. de Iside et Osiride 52 p. 372 D: καὶ μὴν ἡμέρας ἑκάστης τριχῶς ἐπιθυμιῶσι τῷ ἡλίῳ, ῥητίνην μὲν ὑπὸ τὰς ἀνατολάς, σμύρναν δὲ μεσουρανοῦντι, τὸ δὲ καλούμενον κῦφι περὶ δυσμάς attulit Drumann. 113 De στολισμῷ (n. 111[13]) haec sine dubio recte intellexerunt Drumann et Letronne; at hic observat, in statua hanc rem utique verbo περιτιθέναι, non παρατιθέναι significandam fuisse; hoc igitur verbum necessario de anaglypho intellegendum. Ac re vera in anaglyphis Aegyptiis etiamnunc inveniri foramina, quae olim vestibus et ornamentis applicandis inserviissent. 114 Supplevit Letronne ex exemplo hieroglyphico. 115 Cf. not. 107. 116 Cf. Herodot. II, 63: τὸ δὲ ἄγαλμα ἐὸν ἐν νηῷ μικρῷ ξυλίνῳ κατακεχρυσωμένῳ προεκκομίζουσι τῇ προτεραίῃ ἐς ἄλλο οἴκημα ἱρόν. 117 Letronnius ambiguus haerebat inter χρ[υσοῦν et χρ[υσούμενον et χρ[υσᾶ, sed postremo hoc praetulit. Ac participium quidem non modo, ut ipse indicat, iusto longius est, sed etiam propter praesens tempus ab hoc loco alienissimum. Adiectivi utrum singularis scriptus fuerit de aedicula, an pluralis quo simul statua comprehenderetur, in medio

τῶν] | ἱε(ρ)ῶν[118] καὶ καθιδρῦσαι ἐν τοῖς ἀδύτοις μετὰ τῶν ἄλλων ναῶν, καὶ ἐν ταῖς μεγάλαις πανηγύρεσιν, ἐν αἷς ἐξοδεῖαι τῶν ναῶν γίνονται, καὶ τὸν τοῦ θεοῦ Ἐπιφανοῦς Εὐ[χαρίστου ναὸν συνε]|ξοδεύειν[119]· ὅπως δ' εὔσημος ἦι νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, ἐπικεῖσθαι τῶι ναῶι τὰς τοῦ βασιλέως χρυσᾶς βασιλείας[120] δέκα αἷς προσκείσεται ἀσπίς[121], [καθάπερ καὶ ἐπὶ πασῶν] | τῶν ἀσπιδοειδῶν[122] βασιλειῶν τῶν ἐπὶ τῶν ἄλλων ναῶν· ἔσται δ' αὐτῶν ἐν τῶι μέσωι ἡ καλουμένη βασιλεία

---

relinquendum est. Nam Letronnii ratio hoc praeferentis quia aliter inverso ordine χρυσοῦν ναὸν dicendum fuerit ut apud Diodorum I, 15, 5 ἀγάλματά τε καὶ χρυσοῦς ναούς, nemini probabitur qui ingentis titulorum multitudinis meminerit in quibus στέφανος χρυσοῦς aut εἰκὼν χαλκῆ commemoretur; quid quod apud Diodorum ipsum paullo supra (§ 4) ναοὺς χρυσοῦς legitur. In versione demotica ad aedem modo referri videtur adiectivum. Certe Hess p. 28 legit *nub' ga* i. e. aediculas aureas. Utique et in titulo et apud Diodorum et Clementis Alexandrini loco quem not. 119 afferam, usu minus accurato sed non infrequenti χρυσᾶ dicuntur quae proprie ἐπίχρυσα vel κατακεχρυσωμένα dicenda fuerunt. 118 ΙΕΙΩΝ. 119 Aedicula cum statua in ea collocata circumfertur in pompa. Cf. Clemens Alex. Strom. V, 7, 44 p. 671 Pott.: ἐν ταῖς καλουμέναις παρ' Αἰγυπτίοις κωμασίαις τῶν θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα περιφέρουσιν. 120 Cf. n. 56[112]. Decem eiusmodi insignia hic summae aediculae imponi iubentur. Qui numerus a Drumanno et Letronnio probabiliter refertur ad terras quae Ptolemaeo parebant. Aegyptum, Libyam, Syriam, Phoenicen, Cyprum, Lyciam, Cariam, Cycladas, Arabiam, Aethiopiam enumerat Letronne, de postremis duabus provocans ad Theocritum XVII, 85 sq. Sane nonnullas anno 196 a. Chr. n. re vera in Epiphanis dicione non iam fuisse, sed numerum denarium gloria et iactatione quadam tralaticium servari. Ceterum idem in monumentis βασιλείας nunquam neque minus quam duas neque plus quam tres inveniri observat. 121 Non scutum, sed serpens aspis, quales in imagine apud Letronnium p. 31 utrimque illi regio insigni, quod capiti imponitur, adiunctas videmus. 122 Non serpentis similem, sed serpentibus ornatam vel instructam 'coronam' et hic et n. 56, 62 hac voce significari sensit Letronne, sed quod minus accurate locutum existimat auctorem decreti, falli mihi videtur. Nam adiectiva composita, quorum altera pars sit nomen εἶδος, etiam illam vim habere in sermone Graeco talibus exemplis probatur quale est Strabonis XIII, 1, 35 p. 598 Cas. ὅ τε ἐρινεός (qui commemoratur in Iliade Z, 433), τραχύς τις τόπος καὶ ἐρινεώδης, τῷ μὲν ἀρχαίῳ κτίσματι ὑποπέπτωκεν, ubi profecto locus non fici agrestis similis, sed eiusmodi arboribus abundans intellegitur, vel proprie locus cuius species (εἶδος) illo genere arborum distinguitur vel definitur. Cf. etiam n. 199, 6: ἐν δυσβάτοις καὶ χιονώδεσιν ὄρεσιν, ubi nivibus abundantes, non nivium similes designari apparet. Periplus maris Erythraei 46 p. 292, 10 Müller: διὸ καὶ κινδυνώδεις εἰσὶν αἱ τῶν πλοίων προσαγωγαὶ καὶ ἐξαγωγαί.

Ψχέντ[123], ἣν περιθέμενος[124] εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἐν Μέμφ[ει ἱερόν, ὅπως ἐν αὐτῶι συν]||τελεσθῆι τὰ νομιζόμενα τῆι παραλήψει τῆς βασιλείας[125]. ἐπιθεῖναι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ περὶ τὰς βασιλείας τετραγώνου[126] κατὰ τὸ προειρημένον βασίλειον[127] φυλακτήρια[128] χρυ[σᾶ δύο, οἷς ἐγγραφήσεται[129] ὅ]||τι ἐστὶν τοῦ βασιλέως τοῦ

---

123 Ornamentum capitis regis galeae simile, compositum ex duabus partibus, quae in monumentis modo ambo gerit rex, modo alterutrum solum. In hieroglyphico decreti Rosettani exemplo inferior modo pars delineata est. Letronne. Ceterum iam Champollion monuit, veram ipsius nominis formam *schent* esse, cui praefigeretur *p* articulus. Medio loco inter decem βασιλείας vacuum spatium relinquitur, ubi collocatur hoc insigne ita ut supra illas eminens quasi culmen pyramidis efficiat. Letr. Aut sic collocationem explicandam, aut omnes decem βασιλείας uno ordine in antico margine planiciei quadratae adornatas fuisse statuit Hess p. 74; sane utrumque eodem iure statui licet, quia ἐν τῷ μέσῳ non minus bene de medio lineae rectae quam planiciei loco dicitur. 124 Propter hoc verbum erant ante Drumannum qui *pschent* vestimentum nescio quod interpretarentur. Sed proprie id usurpari de coronis, pilleis, galeis aliisque quae capiti imponerentur, docuit ille allato Herodoti loco II, 162: περιέθηκέ οἱ κυνέην. 125 Cf. not. 32. 126 Tecto aediculae imposita erat basis quadrangula, cuius superficies horizontalis sustinebat medio loco coronam *pschent*, circa eam a quattuor partibus decem βασιλείας. Vox περὶ igitur non 'circa' significat, sed ut saepe latiore vi de eis quae ad aliquam rem quolibet modo pertineant aut cum ea cohaereant usurpatur. Letr. 127 Totum summae aediculae ornamentum, compositum ex eis partibus, quae supra singillatim enumeratae sint, interpretatur Letronnius. Cf. locum Plutarchi quem attuli n. 56[112]. 128 Utique res quibus ex superstitiosa Aegyptiorum persuasione mala imminentia averti videbantur (*amulets*) designari vidit Letronne. Cf. Plutarch. de Is. et Osir. 65 p. 377 B διὸ καὶ λέγεσθαι τὴν Ἶσιν αἰσθομένην ὅτι κύει περιάψασθαι φυλακτήριον. 67 p. 378 B τὸ δὲ τῆς Ἴσιδος φυλακτήριον, ὃ περιάπτεσθαι μυθολογοῦσιν αὐτήν. Ac posse quidem de scarabaeis cogitari, sed probabilius etiam esse laminas aureas cum inscriptionibus designari, ita adornatas circa basin quadrangulam, ut infra singulas βασιλείας singula φυλακτήρια essent. Sed hae opiniones redarguuntur exemplari demotico, quod graeci vocabuli φυλακτήρια loco habet *u-gma erme u-uōd,* i. e. scirpum et papyrum ex interpretatione Hessii p. 31, et adiungit enuntiatum a Graeca versione alienum, quod accuratiora de his symbolis continuisse videtur. Scirpus vero et papyrus symbola sunt Aegypti superioris et inferioris, qua cum re perbene convenit quod deinde in exemplari Graeco subiungitur οἷς ἐγγραφήσεται ὅτι ἐστὶν τοῦ βασιλέως τοῦ ἐπιφανῆ ποιήσαντος τήν τε ἄνω χώραν καὶ τὴν κάτω. 129 Verbum certum, flexio incertissima. Posse enim etiam γράψουσιν vel ἐγγράψουσιν fuisse recte Letronnius monet; qui ipse quod ἐγγραφθήσεται futurum primum posuit, id insolentius quidem est, sed non inauditum. At aeque probum est Porsoni γεγράψεται; nam quod Letronnius

ἐπιφανῆ ποιήσαντος τήν τε ἄνω χώραν καὶ τὴν κάτω[130]· καὶ ἐπεὶ τὴν τρια(κ)άδα[131] τοῦ ⟨τοῦ⟩[132] Μεσορῆ[133], ἐν ἧι τὰ γενέθλια τοῦ βασιλέως ἄγεται[134], ὁμοίως δὲ καὶ [τὴν ἑπτακαιδεκάτην τοῦ Φαωφὶ[135]] | ἐν ἧι παρέλαβεν τὴν βασιλείαν παρ(ὰ)[136] τοῦ πατρός, ἐπωνύμους νενομίκασιν ἐν τοῖς ἱεροῖς, αἳ δὴ πολλῶν ἀγαθῶν ἀρχηγοὶ (π)ᾶσίν[137] εἰσιν, ἄγειν τὰς ἡμέρας ταύτας ἑορ[τὰς καὶ πανηγύρεις[138] ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἴ]|γυπτον ἱεροῖς κατὰ μῆνα[139], καὶ συντελεῖν ἐν αὐτοῖς θυσίας καὶ σπονδὰς καὶ τἆλλα τὰ νομιζόμενα, καθὰ καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις πανηγύρεσιν τάς τε γινομένας προθέ[σεις[140] τοῖς ------- πα]|ρεχομένοις ἐν τοῖς

contra illum disputavit, locum esse aut activo aut passivo, sed medio non item, mireris hominem Graece doctissimum γράψομαι et γεγράψομαι confudisse. 130 Hic quidem Aegyptum superiorem et inferiorem indicari consentiunt interpretes. Quare hic singularis legitur, v. 3 longe alia vi (not. 8) pluralis. 131 ΤΡΙΑΝΑΔΑ. 132 ΤΟΥΤΟΥ. 133 Postremus ex anni Aegyptiaci mensibus duodecim. Scriptura per ἦτα antiquissima et usitatissima. Inveniuntur sane, recentiore potissimum aetate, etiam Μεσορῆι Μεσορεῖ Μεσορῖ. Cf. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 809. 134 Annus 210/9 a. Chr. n. secundum Aegyptiorum fastos initium habebat diem 13. m. Octobris, postremus duodecimi mensis dies, i. e. trecentesimus sexagesimus totius anni, est d. 8. m. Octobris 209 a. Chr. n. Hoc igitur die Ptolemaeus Epiphanes natus est. Letronne p. 13. Nam de anno constat, quia Iustinus XXX, 2, 6 eum quinquennem, Hieronymus in Danielem p. 1124 quadriennem a patre relictum referunt. Quod de quarto anno peracto, quinto inito intellegendum esse vidit Letronne. 135 Supplevit Hess. Priores editores Champollionem secuti τοῦ Μεχείρ scripserunt, quia decretum factum esset duodevigesimo die mensis Mechir, i. e. postridie anacleteria. Verum enimvero παρέλαβεν τὴν βασιλείαν hic non ut alibi παράληψις τῆς βασιλείας de anacleteriis anni 196 a. Chr. n. dicitur, sed de eo tempore, quo patris Philopatoris morte regnum ad filium Epiphanem delatum est a. 205 a. Chr. n.; id cur eodem mense factum statuamus non est. Iam cum hieroglyphicum huius tituli exemplum itemque aliae stelae Philis et in oppido *Damanhur* repertae Phaophi mensem habeant, rectissime Hessius eorum auctoritate idem hic in Graecis reposuit p. 75. Decessit igitur Philopator die 28. mensis Novembris 205 a. Chr. n., anacleteria Epiphanis celebrata sunt die 28. mensis Martii a. 196 a. Chr. Cf. not. 32. 136 ΠΑΡ. 137 ΓΑΣΙΝ. 138 Supplevit Porson, nisi quod is singularem habet, ut infra v. 49. Sed illic de singulis feriis annuis, hic de binis menstruis, die septimo decimo et trigesimo dicitur. Quare pluralem praetuli. 139 Cf. n. 56[53]. 140 προθέ[σεις σὺν ἄλλοις τοῖς πα]ρεχομένοις Heyne, προθέ[σεις διδόναι τοῖς ἱερεῦσιν τοῖς πα]ρεχομένοις Porson. Ex quibus hic quidem eo nomine verum vidisse videtur, quod παρεχομένοις medium, non ut ille passivum esse voluit. Sed διδόναι vix recte se habet, cum non sit cur non προθέ[σεις] quoque a συντελεῖν (v. 48) pendere

ἱεροῖς. ἄγειν δὲ ἑορτὴν καὶ πανήγυριν τῶι αἰωνοβίωι καὶ ἠγαπημένωι ὑπὸ τοῦ Φθᾶ βασιλεῖ Πτολεμαίωι θεῶι Ἐπιφανεῖ Εὐχαρίστωι κατ' ἐνι[αυτὸν ἐν τοῖς ἱεροῖς τοῖς κατὰ τὴν] ‖ χώραν ἀπὸ τῆς νουμηνίας τοῦ Θωὺθ[141] ἐφ' ἡμέρας πέντε, ἐν αἷς καὶ στεφανηφορήσουσιν συντελοῦντες θυσίας καὶ σπονδὰς καὶ τἆλλα τὰ καθήκοντα[142]. προσαγορε[ύεσθαι δὲ τοὺς ἱερεῖς τῶν ἄλλων θεῶν] | καὶ τοῦ θεοῦ Ἐπιφανοῦς Εὐχαρίστου ἱερεῖς[143] πρὸς τοῖς ἄλλοις ὀνόμασιν τῶν θεῶν ὧν ἱερατεύουσιν, καὶ καταχωρίσαι εἰς πάντας τοὺς χρηματισμοὺς[144] καὶ εἰς τοὺς δ[ακτυλίους οὓς φοροῦσι προσεγκολάπτεσθαι[145] τὴν] | ἱερατείαν αὐτοῦ. ἐξεῖναι δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰδιώταις[146] ἄγειν τὴν ἑορτὴν καὶ τὸν προειρημένον ναὸν ἱδρύεσθαι καὶ ἔχειν παρ' αὐτοῖς συντελο[ῦντας τὰ νόμιμα ἐν ἑορταῖς ταῖς τε κατὰ μῆνα καὶ τ[αῖ]ς κατ' ἐνιαυτόν, ὅπως γνώριμον ἧι διότι οἱ ἐν Αἰγύπτωι αὔξουσι καὶ τιμῶσι τὸν θεὸν Ἐπιφανῆ Εὐχάριστον βασιλέα, καθάπερ νόμιμόν ἐστι[ν αὐτοῖς. τὸ δὲ ψήφισμα τοῦτο ἀναγράψαι εἰς στή|λας σ]τερεοῦ λίθου[147]

---

statuamus, praesertim cum πρόθεσις utique actionem significet, in quam συντελεῖν melius quadrare videtur quam διδόναι. Omnino recte Letronnius certa ratione restitui posse negavit enuntiatum; nam nulla ex notis nominis πρόθεσις significationibus huc quadrat, ut haud improbabile sit de caerimonia ceteroqui omnino ignota dici. Certe de dapibus apponendis dici non potest, nam id est παρατιθέναι, non προτιθέναι; de donis deo offerendis nomen usurpari, ut Drumannus interpretatur, certe exempla ab ipso allata non demonstrant. De nomine ipso restituendo tamen non videtur dubitandum. Nam προθε[σμίας, quod proposuit Ameilhon, intolerabile videtur, quoniam infinitivus συντελεῖν male convenit cum vocabulo diem vel tempus praefinitum significante. Adde quod illud supplementum confirmatur testimonio papyri Parisini Notices et extraits des manuscrits XVIII, 2 (1865) p. 348 n. 60 *bis*, 31 ἐκ τῆς προθέσεως τοῦ ἱεροῦ, etsi de significatione ne inde quidem quicquam certi discimus. 141 I. e. ab initio anni civilis; nam hic mensis est primus Aegyptiorum. Nominis forma quam hic habemus, frequentissima est Ptolemaeorum aetate; proximae ei sunt Θωὺτ (Gr. Ostraka II, 1084. 1495) et Θαῦτ (ibid. 314. 315); convenit cum ea Coptica ΘΩΟΥΤ quae est dialecti boheiricae in Aegypto inferiore. Inde a saeculo altero ante Chr. n. raro invenitur monosyllabum Θῶθ, quod principum Romanorum aetate paene unum (nonnunquam Θώτ per tenuem) usurpatur. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 807. 142 Cf. n. 56[68]. 143 Cf. n. 56, 22. 144 Cf. n. 56[41]. 145 Supplevit Mahaffy ex n. 56, 23. 146 'Etiam reliquis, qui non sacerdotes sunt, sed privati', notissimo vocabuli ἄλλος usu. 147 μέλανος σ]τερεοῦ λίθου Porson, sed exempla Aegyptio sermone concepta lapidem *durum* modo, non etiam *nigrum* indicare observat Letronne. Cf. litteras petitorias lapicidarum Flinders Petrie papyri II p. 6 n. IV 1, 1. 2 ἀδικούμεθα ὑπὸ

τοῖς τε ἱεροῖς καὶ ἐγχωρίοις[148] καὶ Ἑλληνικοῖς γράμμασιν, καὶ στῆσαι ἐν ἑκάστωι τῶν τε πρώτων καὶ δευτέρων [καὶ τρίτων ἱερῶν[149] πρὸς τῆι τοῦ αἰωνοβίου βασιλέως εἰκόνι[150]].

Ἀπολλωνίου τοῦ ἐργοδιώκτου· ἐμβαλὼν ἡμᾶς εἰς τὴν στερεὰν πέτραν. vs. 4 τὴν δὲ μαλακήν. 148 Cf. n. 56[137]. 149 Cf. n. 56[138]. 150 Supplevit Letronne ex versionibus Aegyptiaco sermone conceptis.

---

91 Lapis porphyrites inaedificatus Xanthi Lydiae in domo privata hominis Turcae infra monumentum Nereidum. Ex Hulae apographo et Heberdeyi ectypo, quae acceperat a Kubitschekio, ed. M. L. Strack (Die Dynastie der Ptolemäer p. 246 n. 80).

Ὑπὲρ βασιλείας Πτολε[μαίου] | θεοῦ Ἐπιφανοῦς[1], τοῦ ἐ[κγόνου[2]] | Πτολεμαίου καὶ Ἀρσι[νόης, θεῶν] | Φιλοπατόρων, καὶ τῆς Ξ[ανθίων] ‖ πόλεως ἱδρύσατο τὸ [τέμενος[3] τῆς] | Ἀρτέμιδος καὶ τὸν να[ὸν καὶ τὸ] | ἐν αὐτῷ ἄγαλμ[α καὶ τἆλλα] | ἱερὰ τὰ ἐν τῷ ναῷ κ[αὶ πάντα τὰ] | κατ' οἶκον[4] Εὐ[φ]ραίνετος .ε..... ‖ Αἰτωλός, κατὰ δὲ μητ[έρα[5] Ξάνθιος[6]]|, ἡγεμών.

---

1 Ptolemaeus V Epiphanes (221—205 a. Chr. n.). 2 Supplevit Strack, qui monet ἔκγονος de filio etiam n. 90, 3 inveniri. ἐ[κ θεῶν] et v. 3 fin. Ἀρσι[νόης, τῶν] Heberdey, quod sermonis usui accommodatum esse recte negavit Str. 3 Supplevit Strack; ἱερὸν Heberdey, minus apte quia ναός separatim commemoratur. 4 Supplevi. κ[αὶ ἅπαν τὸ] κάτοικον Heberdey; sed hoc substantivum num fuerit in Graecorum sermone dubito. κ[αὶ τὸ προσὸν] κατ' οἶκον Strack, quod me non intellegere fateor. 5 Supplevi. μητ[ρὸς Heb. Str., contra linguae leges. Nam πρὸς μητρὸς quidem usitatum est, κατὰ vero hac significatione non potest non cum accusativo coniungi. 6 Supplevi. Λύκιος H. Str. At causa cur Euphraenetus monumentum pro Xanthiorum salute in ipsorum oppido collocaret fuisse videtur quod ipse materna origine Xanthius erat.

---

92 Tabula lapidis calcarii, in museo oppidi *Cairo*. Edd. M. L. Strack Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 220 (Die Dynastie der Ptolemäer p. 249 n. 89). J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 315 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 859 n. 1235).

Litterae volgares praeter Θ.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ | Πτολεμαίου, θεοῦ Ἐπιφανοῦς | καὶ Εὐχαρίστου[1], Ἴσιδι θεᾶι μεγάληι | τὸν ναὸν καὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰ προσόντα ‖ αὐτῶι ταμιεῖα καὶ τὰ συνκύροντα[2] | πάντα Θέων Ἡρακλείδου Μαρωνεύς[3].

1 Ptolemaeum V Epiphanem (205—181 a. Chr.) hic non regem, sed regis patrem significari statuit Strack, quia non usitatum esset illa cognomina θεοῦ Ἐπιφανοῦς καὶ Εὐχαρίστου ulla alia re, ac potissimum quidem originis significatione, a proprio nomine disiungi. Itaque si ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου ad ipsum Epiphanem spectaret, potius ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου, θεοῦ Ἐπιφανοῦς καὶ Εὐχαρίστου, τοῦ ἐκ βασιλέως Πτολεμαίου dicendum fuisse. Quod in universum quidem recte observatum est, neque tamen desunt exempla diversae collocationis. Cf. praecipue n. 124: [β]α[σ]ιλέα [Πτ]ολε[μ]αῖον, [τ]ὸ[ν] βα[σ]ιλ[έως] Πτολεμαίου κα[ὶ βα]σιλ[ί]σσ[η]ς Κλεο[π]άτρας ἀδελ[φ]όν, θεὸν [Φ]ιλομήτορα, ἡ π[ό]λις, et quae attuli n. 85[1]. Atque hic, ubi mater tacetur et patris nudum modo nomen ponitur ex antiquo Graecorum more (Πτολεμαίου τοῦ Πτολεμαίου ut Περικλέους τοῦ Ξανθίππου) admodum proclive erat haec non divellere. Quare non est cur ex hoc uno titulo cum Strackio coniecturam faciamus de rege ceteroqui plane ignoto, Ptolemaei V Epiphanis filio, Ptolemaeorum VI Philometoris et VIII Euergetae II fratre natu maiore. Quod ipse Strackius Die Dynastie der Ptolemäer p. 180 sententiam mutavit, id ad cognomen Εὐπάτωρ modo, quod initio illi ficticio regi tribuerat, spectare videtur. 2 Cf. n. 52[2]. 3 Hoc ambiguum est. Etenim ad Maroneam oppidum antiquum Graecum in ora Thraciae situm quominus referatur nihil obstat. Id statui licere ne Strackius quidem negat, etsi addit, sane cives oppidorum exiguorum si in regionibus longinquis versentur, gentis potius quam urbis appellatione uti. Quod ut aliquid veri habet, sic in hunc quidem hominem omnino non quadrat. Nam civis Maroneae oppidi antiqui Graeci profecto Thrax non erat neque usquam terrarum in mentem ei venire poterat se Thracem appellare. Maronensem vero hominem tum in Aegypto consedisse eo minus improbabile est, quia certe paucis annis ante huius tituli originem eius patriam etiamtum in Ptolemaeorum dicione fuisse discimus ex Polybio V, 34, 8: ἐφήδρευον δὲ (reges Aegypti usque ad Ptolemaeum IV Philopatora) τοῖς ἐν τῇ Θρᾴκῃ καὶ τοῖς ἐν Μακεδονίᾳ πράγμασι, τῶν κατ' Αἶνον καὶ Μαρώνειαν καὶ πορρώτερον ἔτι πόλεων κυριεύοντες et Livio XXXI, 16, 4: *et Maroneam quidem primo impetu expugnavit* (Philippus Demetrii f. Macedonum rex a. 200 a. Chr.); *Aenum inde cum magno labore, postremo per proditionem Callimedis praefecti Ptolemaei cepit.* Nam Maroneam tum non minus quam Aenum praesidium regium habuisse etsi non dicitur definite, tamen collato Polybii loco certum videtur. At ne illud quidem negari licet, Strackii interpretationem de pago oppidi Alexandriae non minus probabilem esse; quem pagum novimus ex Satyri testimonio (Fr. hist. Gr. III p. 164 fragm. 21): ὅθεν καὶ ἐν τῇ Διονυσίᾳ φυλῇ δῆμοί εἰσι κατακεχωρισμένοι· — Μαρωνὶς ἀπὸ Μάρωνος υἱοῦ Ἀριάδνης καὶ Διονύσου. Quod et hic et reliqui omnes demi a Satyro enumerati nomina feminini generis in -ίς cadentia habere videntur, sine dubio ad vocalium confusionem Byzantinam redit; restitue igitur

Μαρωνεῖς itemque Ἀλθαιεῖς Δηιανειρεῖς Ἀριαδνεῖς Θεστιεῖς Θοαντεῖς Σταφυλεῖς Εὐανθεῖς. In medio igitur relinquendum est utrum civis Maronensis an Alexandrinus pagi Maronensium fuerit Theo, praesertim cum ignoremus utrum Alexandriae an alio Aegypti loco lapis erutus sit. In papyris Oxyr. pap. II p. 191 n. CCXLIII, 1. p. 231 n. CCLXI, 8 Χαιρήμων Χαιρήμονος Μαρωνεύς sane vix de oppido Thracio cogitandum est.

---

93 Basis inventa in loco *Kuklia* insulae Cypri. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 250. Sakellarios Κυπριακά I² p. 97 n. 61 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 246 n. 78). Tractavit titulum M. Holleaux Revue des études Grecques XI (1898) p. 250 sqq.

[Ἀφροδίτηι Παφίαι βασιλέα Πτολεμαῖο]ν, θεὸν Ἐπιφανῆ[1], | [τὸν Πτολεμαίου καὶ Ἀρσινόης, θεῶν Φ]ιλοπατόρων, | [Πολυκράτης Μνασιάδ]ου[2] Ἀργεῖος | [ὁ στρατηγὸς[3] καὶ ἀρχιερ]εὺς τῆς νήσου.

Litterae volgares praeter ΑΠΣΟ. 1 Regnavit hic 205—181 a. Chr. Accuratius Holl. huius tituli aetatem definire posse sibi visus est, cum anno 194/3 a. Chr. recentiorem esse negaret quia nulla compareret Cleopatrae reginae mentio, quam Ptolemaeus illo tempore in matrimonium duxisset (Liv. XXXV, 13, 4). Quod argumentum ut rectissime se habet in titulis qui formulam ὑπὲρ βασιλέως prae se ferunt (veluti n. 92. 94), sic hic ubi statuae regis basin nos tenere accusativus docet, nullius momenti est. Nam regis et reginae statuas separatim in sua utramque basi erectas esse consentaneum est. Quidni igitur alteram aetatem tulisse, alteram periisse sumamus? Sane alia de causa (not. 2) titulus priori parti regni Epiphanis vindicandus est. 2 Supplevit Holl. collatis titulis C. I. Att. II, 966 B, 47. 49 Πολυκρ[άτης Μνασιάδου Ἀργεῖος ἀπ' Ἀχαΐας]. 967 *b*, 46 Πολυκράτης Μνασιάδου Ἀργεῖος et locis Polybii satis multis, quibus eius mentio fit (Polyb. V, 64, 4 sqq. 65, 5. 82, 3. 84, 8. XVIII, 54, 1. 55, 4—6. XXII, 7, 3. 7). Cuius ex narratione apparet eum auctumno anni 196 a. Chr. Cypri administratione se abdicasse. Iam et tempus et ethnicum Holleauxii supplementum comprobant. Nam qui illi successit Ptolemaeus Agesarchi f., Megalopolita fuit. Ceterum ni plane fallor titulus Alexandrinus, quem ed. C. Jullian Revue archéol. Troisième sér. VII (1886) p. 266 n. I: Πολυκράτης Πολυκράτου | τοῦ Πολυκράτου Ἀργεῖος | ὁ ἀρχισωματοφύλαξ, ad illius Polycratis nepotem aut certe ad aliquem ex eius posteris spectat. 3 Hic editores addunt καὶ ναύαρχος, sed hoc neque Epiphanis aetate usitatum fuit (cf. n. 84[1]) et si proxime superiorem versum contuleris, spatium excedere intellegetur. De sacerdotii cum imperio militari coniunctione cf. quae adnotavi n. 230[2].

94 Inscriptio rupi incisa supra introitum specus in vico *Tehneh*, qui est in ruderibus veteris oppidi Acoris. Ed. N. L'Hôte Lettres écrites d'Egypte p. 36. 154 cum interpretatione Letronnii (Letronne Journal des savants 1840 p. 524. Recueil des inscriptions Grecques et Latines de l'Égypte I p. 377 n. XXVIII, tab. XV n. 2. J. Franz C. I. G. 4703 *c*). Ex Wilkinsoni et Amperii apographis Letronne Recueil II p. 536 lectiones enotavit (inde Franz C. I. G. III Add. p. 1189. F. Robiou Revue archeol. Nouv. série XIV 1866 p. 88. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 245 n. 73). R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 75 n. 23.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1], | θεοῦ Ἐπιφανοῦς μεγάλου[2] Εὐχαρίστου, | Ἄκωρις[3] Ἑρ[ι]έως[4] Ἴσιδι Μωχιάδι[5] Σωτείραι.

Litterae Α (nisi quod v. 3 duobus posterioribus locis Α est) ΘΓΣ.
1 Ptolemaeus V Epiphanes (205—181 a. Chr. n.). Quod nomen reginae non legitur, inde recte Letronnius collegit titulum anno 193 a. Chr. recentiorem non esse. 2 Hoc unum exemplum epitheti μέγας de rege ex Lagidarum gente usurpati esse observat Letronne; sed simile esse μεγαλόδοξος in eiusdem regis titulo 90, 1. At nunc vel simplicis adiectivi exempla satis multa praesto sunt. Cf. n. 89, 1 [ὑπὲρ β]ασιλέως Πτολεμαίου, θε[οῦ μ]εγάλου Φιλοπάτορος. 167, 1 βασίλισσα Κλεοπάτρα καὶ βασιλεὺς Πτολεμαῖος, θεοὶ μεγάλοι Φιλομήτορες [καὶ Σωτῆρ]ες. 168, 1 [βασιλεὺς Πτολεμαῖος ὁ μέ]γας θεὸς Φιλομήτ[ωρ Σωτήρ]. 187, 1 ὑπὲρ βασιλέως μεγάλου Πτολεμαίου θεοῦ νέου Διονύσου. 192, 1 βασιλέα μέγαν Πτολεμαῖον τὸ[ν] Φιλομήτορα καὶ Φιλάδελφον. Etiam 195, 1 Ἀντώνιον μέγαν κάμίμητον quodammodo huc referri potest. Sane pleraque ex his exemplis inferioris aetatis sunt, sed id quod primo loco posui vel hoc quem tractamus titulo antiquius. 3 Nomen Aegyptium, cuius scripturam variare apud scriptores Graecos, ubi rex saeculi a. Chr. n. quarti qui cum Euagora Cyprio foedus inierit commemoretur, adnotat Letronne. Etenim apud Syncellum quidem Chronogr. p. 76 a. 257 a Ἄχωρις esse, apud Diodorum XV, 2, 2 Ἄκορις, apud Theopompum in Photii bibliothecae Cod. 76 p. 120 b, 4 Bekker Ἄκωρις. Ut in hoc titulo, sic Ἄκωρις scribitur etiam in papyris apud Grenfell et Hunt, Oxyrhynchos papyri II p. 208, 2 παρὰ Ἱέρακος Ἀκώριος τοῦ Ν..... ἀπ' Ὀξυρύγχων πόλεως et Berl. gr. Urk. II p. 171 n. 526, 39 Ἄκωρις Ἀκώριος. Proprie dei nomen esse, quod et ad homines et ad oppidum translatum sit ut alia eiusmodi. Etiam pagum huius nominis habes Amherst papyri II p. 109 n. LXXXVIII, 3: ἀπὸ κώμης Ἀκώρεως. 4 ΕΡΕΕΩΣ L'Hôte et Letronne in tabula, ΕΡΓΕΩΣ Lepsius in imagine tiiuli; quo magis mirum est, eum in litteris ad Franzium datis testatum esse ΕΡΩΕΩΣ in lapide exstare, ut proclivis sit suspicio de calami lapsu aut errore typothetae. Utique Ἐρωέως lectio, quam Franzius et Strackius retinuerunt, exiguam fidem habere apparet. Quo minus dubitabimus cum Letronnio lenissima mutatione Ἑρ[ι]έως restituere, quod est

nomen Aegyptiacum perfrequens. Testimonia papyrorum iam Letronnius attulit, ad quae nunc permulta accesserunt. Cf. Gr. pap. in the Brit. Mus. I p. 346. II p. 241. Flinders Petrie papyri I p. 133 n. XXXIX *h*, 1. Grenfell An Alex. erotic fragm. and other papyri p. 76 n. XLIV, 10. Fayûm towns and their papyri p. 201 n. LXX, 2. Amherst papyri II p. 138 n. CX, 31. Item perfrequens est nomen in testarum inscriptionibus; cf. U. Wilcken Gr. Ostraka II n. 310, 3. 370, 1. 374, 1. 375, 1. 377, 1. 561, 2. 692, 2. 697, 1. 795, 2. 819, 2. 833, 3. 953, 4. 1172, 3. 1209, 9. 1213, 1. 1535, 3. 4. 5 Sic et Letronnii tabula et Lepsius cum in litteris ad Franzium datis tum in imagine tituli. ΜΟΧΙΑΔΙ Wilkinson et Ampère. Utique de consona Μ nihil dubii relinquitur, ut recte Letronnius in Addendis coniecturam perquam ingeniosam, [Λ]οχιάδι legendum et patronam puerperarum intellegendam esse, retractaverit, et hoc epitheton Aegyptiacum, fortasse a loco aliquo, ut Μενουθιάς et Θερμουθίας, repetitum statuerit.

---

95 Tabula marmoris albi, cuius origo ignoratur. Anno 1898/9 in oppido *Cairo* veniit. Ex apographo ab U. Wilckenio misso ed. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I (1900) p. 206 n. 18 *a*.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] καὶ | βασιλίσσης Κλεοπάτρας[2], θεῶν | Ἐπιφανῶν καὶ Εὐχαρίστων, θεοῦ | μεγάλου Σεμενούφιος || Σεμενοῦφις[3] Φανεῦ(τ)ος[4].

1 Ptolemaeus V Epiphanes (205—181 a. Chr.). 2 Hanc Ptolemaeus in matrimonium duxit 193 a. Chr. n.; eo igitur anno titulus recentior est. 3 Nota nomen idem dei et hominis qui illum colit. Cf. n. 94[4]. Ceterum Σαμανοῦφις, idem manifesto nomen, apud Wilckenium Gr. Ostr. II, 522, et in ostraco musei quod in suburbio *Gizeh* erat n. 9659 esse adnotat Strack. 4 Φανευιος; emendavit Strack.

---

96 Lapis inventus Athribi (*Bencha*); quo pervenerit non constat. Ex Theodori J. Stavrinidis exemplo ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 179 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 274 n. 167). Cf. quae adnotavit U. Wilcken ap. Droysen Kleine Schriften II p. 443.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας[1] |

1 Aut Ptolemaeum V Epiphanem (205—181 a. Chr.) aut Ptolemaeum VI Philometora (181—146 a. Chr.) aut Ptolemaeum VIII Euergetem II (146—116 a. Chr.) intellegi posse quia unicuique ex his uxor Cleopatra fuisset, observavit Reinach. Ipse sine argumentis pronuntiat, Epiphanem esse videri. At

Πτολεμαῖος Ἐπικύδου | ὁ ἐπιστάτης τῶν φυλακιτῶν[2] ‖ καὶ οἱ ἐν Ἀθρίβει Ἰουδαῖοι[3] | τὴν προσευχὴν[4] | θεῷ Ὑψίστῳ[5].

Wilcken mavult de Philometore interpretari, quippe quem constet Iudaeis praecipue indulsisse. (Cf. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 341.) Sed ipse fatetur incertum esse, quia titulus n. 129 etiam Euergetam προσευχήν aliquam condidisse doceat. Quare res in medio relinquenda est. 2 Cf. n. 85[3]. Praefectus eorum modo ἐπιστάτης τῶν φυλακιτῶν (cf. n. 139, 6) appellatur, modo ἀρχιφυλακίτης (Revenue laws 37, 5 et alibi). Sed plane eandem utraque appellatione curam significari, quae fuerat Letronnii sententia Rec. des Inscr. I p. 343, negat Reinach quia Papyri Lugd. Bat. I p. 42 G, 23 legatur ἐπιστάτης τῶν φυλακιτῶν καὶ ἀρχιφυλακίτης. Quid tamen intercesserit discriminis ignoramus. 3 Athribi Iudaeos consedisse ex hoc demum titulo et n. 101 didicimus. Ceterum non recte, si quid video, ex hac dedicatione Reinachius collegit, praefectum phylacitarum ipsum Iudaeum fuisse. Nam Aristeae quidem narratio de Iudaeis militibus a Ptolemaeo Lagi f. in Aegypto collocatis (Epist. ad Philocratem § 12. 13), ad quam provocat, tota ficticia est. Dedicatione vero nihil probatur de praefecti ipsius religione, quandoquidem videmus n. 129, 7. 8 ipsum regem Ptolemaeum VIII, qui certe Iudaeus non erat, προσευχήν consecrantem. Immo quia sine illius magistratus permissione tale delubrum constituere Iudaeis non licebat, praeter ipsos etiam phylacitarum praefectus in dedicationis formula commemoratur. 4 Oratoria Iudaeorum hac voce indicantur etiam in Actis apostolorum 16, 13 τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πύλης παρὰ ποταμόν, οὗ ἐνομίζομεν προσευχὴν εἶναι et apud Philonem in Flacc. 6: εἰκόνας ἐν ταῖς προσευχαῖς ἀνατιθέναι. Th. Mommsen C. I. Lat. III Append. n. 6583. 5 Cum proprio dei nomine abstinere deberent Iudaei, eum simplici appellativo θεός significare solebant (n. 73[1]), saepe addito epitheto ὕψιστος, quod ut Graecis de Iove suo familiare erat, sic Iudaei in libris sacris suis in linguam Graecam conversis identidem legebant. Cf. Genes. 14,18. 22. Psalm. 7,18. 17,15. 49, 15. Maccab. II, 3, 31 al. Reinach.

---

97 Basis marmoris albi inventa anno 1877 Taposiri parva (*Mandârah*). Ed. Nerutsos Bey Revue archéol. Troisième série X (1887) p. 214 n. 56 (L'ancienne Alexandrie p. 124. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 246 n. 76).

Ὑπὲρ βασιλέως | Πτολεμαίου καὶ | βασιλίσσης Κλεοπάτρας, | θεῶν Ἐπιφανῶν καὶ Εὐ‖χαρίστων[1], Ὀσόρῳ[2] τε | καὶ Σαράπιδι

Litterae ΘΠΣΥ, si apographo fides habenda est. 1 Ptolemaeus V Epiphanes (205—181 a. Chr. n.) Cleopatram Antiochi III filiam in matrimonum duxit anno 193 a. Chr. n. Inter hunc annum et regis mortem utique titulus incisus est, sed quia liberorum nulla fit mentio, maxime

καὶ Ἴσιδι | καὶ Ἀνούβιδι, θεοῖς | πᾶσι καὶ πάσαις, τὸμ | βωμὸν καὶ τὰς περσέας[3] || Σπάρις καὶ οἱ κωμεγ|έται[4] καὶ οἱ θιασεῖται.

---

probabile est per proximos post nuptias annos monumentum dedicatum esse. 2 Osirin significari perspexit Nerutsos; de insolita forma nominis nihil dixit. Ea num alibi inveniatur, ignoro. Sed utique ad eam redeunt composita Ὀσοράπις et Ὀσορομνεῦις (Leemans papyri Lugdunenses I p. 42 pap. G, 11. p. 48 pap. H, 10. 22. p. 51 pap. I, 10), quorum alteras partes efficiunt nomina boum sacrorum Apidis et Mnevidis (cf. n. 56, 9. 90, 31), Ὀσοροῆρις (Peyron pap. mus. Taur. II p. 34 n. V, 3. p. 35 n. VI, 4. p. 36 n. VII, 2. Leemans pap. Lugdun. I p. 89 n. 377, 4. Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 1865 p. 131 n. 50, 10 sqq. p. 161 n. 63. p. 225 n. 15 *bis*, 3), itemque illud quod U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung I p. 341 not. 2 ex viri nomine Πετοσορβοῦχις fuisse collegit Ὀσορβοῦχις, a Buchi tauro qui Hermonthi colebatur derivatum. 3 De hac arbore quae Aegyptiis in deliciis erat cf. Theophrast. Hist. plant. III, 3, 5: μεγάλη δὲ διαφορὰ πρὸς καρπὸν καὶ ἀκαρπίαν καὶ ἡ τῶν τόπων φύσις, ὥσπερ ἐπί τε τῆς περσέας ἔχει καὶ τῶν φοινίκων· ἡ μὲν ἐν Αἰγύπτῳ καρποφορεῖ καὶ εἴ που τῶν πλησίον τόπων· ἐν Ῥόδῳ δὲ μέχρι τοῦ ἀνθεῖν μόνον ἀφικνεῖται. ὁ δὲ φοῖνιξ κτλ. IV, 2, 5: ἐν Αἰγύπτῳ δ' ἐστὶν ἕτερον ἡ περσέα καλούμενον, τῇ μὲν προσόψει μέγα καὶ καλόν, παραπλήσιον δὲ μάλιστα τῇ ἀπίῳ καὶ φύλλοις καὶ ἄνθεσι καὶ ἀκρεμόσι καὶ τῷ ὅλῳ σχήματι· πλὴν τὸ μὲν ἀείφυλλον τὸ δὲ φυλλοβόλον. καρπὸν δὲ φέρει πολὺν καὶ πᾶσαν ὥραν κτλ. Strabo XVI, 4, 14 p. 773 Cas. φύει δὲ (ἡ ἀπὸ τῆς Δειρῆς ἀρωματοφόρος) καὶ περσέαν καὶ συκάμινον Αἰγύπτιον. XVII, 2, 2 p. 822: πλεονάζει δὲ (in Aethiopia circa Meroën) τῶν φυτῶν ὅ τε φοῖνιξ καὶ ἡ περσέα καὶ ὁ ἔβενος καὶ ἡ κερατία. 2, 4 p. 823: ἡ δὲ περσέα ἐνταῦθα (in Aegypto) μόνον καὶ παρ' Αἰθίοψι, δένδρον μέγα, καρπὸν ἔχον γλυκὺν καὶ μέγαν. Diodor. I, 34, 7: ἔστι δὲ (in Aegypto) καὶ δένδρων γένη πλείονα, καὶ τούτων αἱ μὲν ὀνομαζόμεναι περσαῖαι καρπὸν διάφορον ἔχουσι τῇ γλυκύτητι, μετενεχθέντος ἐξ Αἰθιοπίας ὑπὸ Περσῶν τοῦ φυτοῦ καθ' ὃν καιρὸν Καμβύσης ἐκράτησεν ἐκείνων τῶν τόπων. Plut. de Iside et Osiride 68 p. 378 C: τῶν δ' ἐν Αἰγύπτῳ φυτῶν μάλιστα τῇ θεῷ (Isidi) καθιερῶσθαι λέγουσι τὴν περσέαν, ὅτι καρδίᾳ μὲν ὁ καρπὸς αὐτῆς, γλώττῃ δὲ τὸ φύλλον ἔοικεν. Aelian. Hist. anim. XI, 40: ἐγὼ δὲ καὶ πεντάποδα βοῦν ἐθεασάμην, ἀνάθημα τῷ θεῷ τῷδε ἐν τῇ πόλει τῇ Ἀλεξανδρέων τῇ μεγάλῃ, ἐν τῷ ᾀδομένῳ τοῦ θεοῦ ἄλσει, ἔνθα περσέαι σύμφυτοι σκιὰν περικαλλῆ καὶ ψῦξιν ἀπεδείκνυντο. Doctissime et acutissime de persea disputaverunt H. Jolowicz et A. von Gutschmid ap. Sharpe Gesch. Aegyptens II p. 253 not. 1 ed. Germ. et U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung I (1900) p. 127. Ac Wilckenus quidem demonstravit, in Aegypto iam Romanorum aetate admodum raram fuisse arborem, ut quae etiamtum exstarent summa cura conservarentur et colerentur. Sic Oxyrhynchi quidem manifesto unam modo perseam superstitem fuisse (Oxyrhynchus papyri I p. 111 n. LIII, 7 περσ(ε)ίαν μίαν οὖσαν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει. 9. 10). Neque vero incolas modo eas arbores religiose tutatos esse, sed etiam Arcadium imperatorem edicto (Cod. Iust. XI 77) ut conservarentur praecepisse. In nomo Arsinoita (*Faijûm*) vicum Περσέα (Flinders Petrie papyri II p. 25 n. X 1, 8 sqq. χηνοβοσκῶν βασιλικῶν τῶν ἐκ Περσέας. p. 111

n. XXXII 2 b, 6 ὃς κατοικεῖ ἐν Περσέαι. v. 10: τῶι ἐν Περσέαι ἐπιστάτηι) vel Περσεῶν (Greek papyri in the British Museum II p. 227 n. CCLIV, 74) ab eo arborum genere cognominatum. Item in ipsa urbe Arsinoë via erat inde appellata. Cf. Berl. gr. Urk. II p. 29 n. 369, 4 ἀπὸ ἀμφόδο(υ) Περσέας. Quaenam arbor sit, vix pro certo pronuntiari licet; id sane certissimum est a *malo persico* probe distinguendam esse, itemque a Dioscoride IV 74 hanc arborem cum herba quae πέρσιον vocabatur confundi (Sprengel ap. Gutschmid l. l.). G. Schweinfurth (cf. quae affert Nerutsos) eam agnovit arborem, quae *mimusops* vocatur a botanicis. Nam quod in Aethiopia abundare, in Aegypto vero magis magisque rarescere indicant antiqui scriptores et papyri, id perbene convenit cum eo quod hodie omnino intra Aegypti fines non iam exstat, cum in Nubia eisque Africae mediae regionibus latissime patentibus, quas nomine *Sudân* comprehendere solemus, silvae uberrimam eius copiam habeant. Itemque egregia bacae dulcedo plane convenit cum antiquorum testimoniis. Quae vero de similitudine fructus cum corde et folii cum lingua fabulatur Plutarchus, eas sacerdotum nugas esse iam Sprengelius haud immerito pronuntiavit. 4 κωμηγέτας, i. e. κωμάρχους, magistros pagorum, interpretatur Nerutsos. At cum thiasitae commemorentur postremo loco, eum qui primus recensetur, et unus quidem omnino nominatim, principem thiasi (ἀρχιθιασίτην) esse maxime probabile est. Inter quem et socios interponi magistratum pagi non minus mirum est, quam magistros pagi articulo addito, neque nominibus propriis neque ulla accuratiore definitione subiuncta, commemorari. Quare praestare mihi videtur vocem a κῶμος, non a κώμη, derivare et adiutores archithiasitae, qui pompam aliquam similemque caerimoniam adornent intellegere. Certe neque vocis κῶμος vis, quae satis late patet, huic interpretationi obstat, et commodissime hi homines inter principem reliquosque sodales locum habent. Cf. τὰς τῶν κυρίων θεῶν κωμασίας n. 194, 25. Clemens Al. Strom. V, 7, 44 p. 671 Pott.: ἐν ταῖς καλουμέναις παρ' Αἰγυπτίοις κωμασίαις. Berl. gr. Urk. I p. 163 n. 149, 8 ταῖς κωμασίαις τῶν θεῶν. II p. 141 n. 489, 1: ---ναις κωμασίαις τῶ[ν θεῶν?]. v. 4 θυσιῶν ἑκάστης κω[μασίας]. v. 7 [ἱ]ερεῦσ(ε)ι κωμάζουσ(ε)[ι]. Peyron papyri musei Taurinensis I p. 40 n. I 8, 19 sqq. καὶ ἐν ταῖς κατ' ἐνιαυτὸν γινομέναις τοῦ Ἄμμωνος διαβάσεσιν εἰς τὰ Μεμνόνεια προάγοντας τὰς κωμασίας. Leemans papyri Lugdunenses I p. 112 pap. T col. 1, 9. 10 τῆς κ(ω)μασίας τῶν παστοφόρων.

---

98 Philis in insula, in limine superiore portae sacelli, quod est inter propylon templi Isidis et porticum orientalem. Edd. Salt On the phon. syst. of hierogl. p. 50. 68. G. Parthey de Philis insula p. 25. Ex Wilkinsoni delineatione Young Hieroglyphics II tab. 65 (Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Egypte I p. 7 n. II. J. Franz C. I. G. 4894. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 245 n. 70. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 859 n. 1237).

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo apographis fides habenda est.

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] καὶ βασίλισσα Κλεοπάτρα[2] | θεοὶ Ἐπιφανεῖς[3], καὶ Πτολεμαῖος ὁ υἱός[4] Ἀσκληπιῶι[5].

1 Ptolemaeus V Epiphanes (205—181 a. Chr. n.). 2 Cf. n. 90[19]. 3 Etiam alibi alterum cognomen Εὐχάριστος, Εὐχάριστοι aliquando omittitur cum in regis unius designatione (n. 91, 2. 93, 1), tum ubi eius et reginae coniunctim mentio fit (n. 99, 8). Ceterum hic Saltius ΕΠΙΦΑΝΕΣ exhibet, mero errore si quid video. 4 Qui postea (181—146 a. Chr. n.) regnavit Ptolemaeus VI Philometor. Minorem filium Ptolemaeum VIII Euergetam II tum cum hoc sacellum dedicaretur nondum natum fuisse Letr. inde collegit, quod aliter necessario utriusque mentio facienda fuit, solita formula καὶ τὰ τέκνα, quae occurrit n. 99, 8. 100, 8. 101, 3. Iam cum Philometora a. 188 a. Chr. natum esse omnium maxime probabile ac paene certum sit (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 197 not. 19), minorem vero fratrem utique ante mortem patris (181 a. Chr.), horum annorum terminis monumenti origo continetur, a qua temporis definitione iam Letronnii ratio non magnopere discrepat. In Wilkinsoni apographo articulus ante υἱός omittitur, quem habet Salt. 5 In eodem sacello Saltius se anaglypham dei imaginem nomine Aegyptiaco *Imuth* vel *Imuthph* ascripto vidisse testatur, quem a Graecis eundem atque ipsorum Aesculapium habitum esse ex papyro apparere in quo scriptum sit Ἀσκληπιός, ὅ ἐστιν Ἰμούθ.

---

99 Plinthus lapidis basanitae viridis; origo incerta. In portu Pisano (*Livorno*) exscripserunt Millingen, cuius exemplum publici iuris fecit Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 52, et Giulio Cordero de' conti di S. Quirino, qui edidit Giornale arcadico XIX (1823) p. 206. Ex his et Minutolii apographo minusculis confecto J. Franz C. I. G. 4677 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 246 n. 77. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 874 n. 1314). Cf. quae adnotaverunt J. G. Droysen Kleine Schriften II p. 362. A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 211.

Πτολεμαῖον τὸν ἀρχισωματοφύλακα[1] | καὶ ἀρχικύνηγον[2], τὸν

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 Idem habes n. 111, 8. 113, 2. 130, 4. 132, 5. 149, 3. Non officium aliquod militare, sed honoris ac dignitatis gradum significari pridem perspectum est. Quem ut minorem fuisse quam συγγενῶν et ὁμοτίμων τοῖς συγγενέσι, maiorem quam φίλων et διαδόχων constat, ita quaenam ratio inter ἀρχισωματοφυλάκων et τῶν πρώτων φίλων (v. 3. n. 103, 3. 119, 4. 128, 3. 136, 4. 141, 4. 155, 2. 160, 3. 171, 4) classes intercedat, nondum ad liquidum perductum est, etsi probabilibus sane argumentis usus Lumbroso Recherches p. 191 (cf. 104[2]) ἀρχισωματοφύλακας superiores, τοὺς πρώτους φίλους inferiores dignitate fuisse coniecit. Ceterum

Πτολεμαίου | τῶν πρώτων φίλων[3] καὶ ἀρχικυνήγου[4] υἱόν, | τὸ κοινὸν τῶν Λυκίων[5] ἀρετῆς ἕνεκεν ‖ καὶ εὐνοίας ἧς ὁ πατὴρ αὐτοῦ διατελεῖ | παρεχόμενος εἴς τε βασιλέα Πτολεμαῖον[6] | καὶ τὴν ἀδελφὴν βασίλισσαν Κλεοπάτραν, | θεοὺς Ἐπιφανεῖς, καὶ τὰ τέκνα[7] | καὶ εἰς τὸ κοινὸν τ(ῶ)ν[8] Λυκίων.

---

hunc Ptolemaei Lysimachi f., cui Ptolemaeus III Euergetes Telmessum dedisset (n. 55, 8) filium esse sibi persuasit Wilhelm, quod probare nequeo. Nam filius hic tertium, pater adeo quartum gradum tenet illius ordinis quem ad Seleucidarum exemplum Ptolemaeus Epiphanes instituerat, id quod profecto hominibus stirpis regiae, Ptolemaei Philadelphi nepoti et pronepoti, non convenit. Adde quod nomen Πτολεμαῖος inter Macedonas Graecosque quorum aliquae partes in administratione regni Aegyptii erant, iam tum temporis perfrequens fuit. 2 Praefectus venationum regiarum. Cf. κυνηγέται n. 20, 3. Hoc officium aulicum nobilissimum esse videtur. Sane vectigal, quod εἰς λόγον ἀρχικυνήγων vocabatur, a Wilckeno Gr. Ostraka I p. 162 recte cum eis quae navium venaticarum (κυνηγίδ[ων] Wilcken I p. 229) et verutorum (κυνη[γετικῶν] δοράτ[των] I p. 228) comparandorum causa exigebantur componi videtur, ut haec omnia non ad venationes quas rex animi causa habebat, sed ad hippopotamos exterminandos pertineant, in quo venationis genere σιδηρᾶ ἐμβόλια (i. e. κυνηγετικὰ δόρατα) et πλοῖα (i. e. κυνηγίδας) a Diodoro I, 35, 10 commemorari monet W. At huius generis ἀρχικυνήγους inter nobilissimos regni homines fuisse nequaquam probabile est. Quantum vero momenti in aula Ptolemaeorum habuerint regiae venationes, ex descriptione pompae nobilissimae apud Athenaeum V p. 201 b μεθ' οὓς ἐπόμπευσαν κυνηγοὶ β' ἔχοντες σιβύνας ἐπιχρύσους. ἤγοντο δὲ καὶ κύνες δισχίλιοι τετρακόσιοι, οἳ μὲν Ἰνδοί, οἱ δὲ λοιποὶ Ὑρκανοὶ καὶ Μολοσσοὶ καὶ ἑτέρων γενῶν apparere observant Letronne Recherches p. 57 et Lumbroso Recherches p. 205. 3 Cf. not. 1. 4 Cf. not. 2. 5 Lycii anno 189 a. Chr. Rhodiis attributi sunt. Cf. Polyb. XXI, 24, 7: τούτους Εὐμένει δοθῆναι πλὴν Λυκίας καὶ Καρίας τὰ μέχρι Μαιάνδρου ποταμοῦ, ταῦτα δὲ Ῥοδίων ὑπάρχειν. Illo vero anno recentius esse hoc monumentum certum est (not. 7). Quare fieri nequit, ut hunc titulum eadem ratione, qua multos eiusdem generis Cyprios, de regio praefecto Lyciis, qui in dicione Ptolemaeorum essent, imposito intellegamus. At cum constet, Lycios illi pacis condicioni non sua sponte obsecutos esse, sed primum legatis Rhodum missis petivisse, ne sub imperio illorum essent, sed socii haberentur (Polyb. XXII, 5), deinde, cum hoc non impetrassent, bellum cum illis gessisse per annos 188—167 a. Chr. (Polyb. XXIV, 9, 13. XXV, 5. XXX, 5, 12. 16. Liv. XLI, 25, 8. XLII, 14, 8. XLV, 25, 6), perquam probabilis est coniectura, ut Rhodios ab Eumene, sic Lycios a Ptolemaeo Epiphane adiutos esse in hoc bello, misso hoc ipso Ptolemaeo, quem grati animi testificandi causa Lycii statuae honore affecissent. Letronne. Cf. etiam J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 310 not. 1. 6 Ptolemaeus V Epiphanes (a. 205—181 a. Chr. n.). 7 Filius Ptolemaeus VI Philometor anno 188 a. Chr. natus est; quem cum non certum quidem sed perquam

probabile sit omnium liberorum natu maximum fuisse, sequitur ut hunc titulum intra annorum 188—181 a. Chr. n. spatium exaratum statuamus. 8 TON in lapide esse definite testatur Corderus, cum Letronne ex Millingeni apographo ΤΩΝ exhibeat, quod utique incidi debuit.

---

100 Lapis granites ruber quadratus, in museo oppidi *Cairo*. Edd. M. L. Strack Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 225 n. III. Naville Egypt exploration fund VIII p. 59 tab. 49 (Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 245 n. 74).

Ἀπολλώνιος Θέωνος[1], τῶν φίλ[ων[2]] | τοῦ βασιλέως καὶ διοικητὴν[3], | τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν[4], Πτολεμαῖος | Ἀπολλωνίου τῶν διαδόχων[5] ‖

Litterae volgares praeter Σ. 1 Cf. titulum Bubastium ap. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 245 n. 75: Βασιλέα Πτολεμαῖον, θ[εὸν Ἐπιφανῆ] καὶ Εὐχάριστον — Ἀπολλώ[νιος Θέωνος] | τῶν φίλων ὁ διοικητής. 2 Strackius cum nihil nisi TON legisset, [συγγενῆ] supplevit; at ΤΩΝΦΙΛ agnovit Naville, quod altero eiusdem Theonis titulo (not. 1) comprobatur. Amicorum (τῶν φίλων) paenultima classis est in illo dignitatum aulicarum ordine, quem Ptolemaeus V Epiphanes fere a. 190 a. Chr. n. instituit, Seleucidarum ut quidem videtur exemplum secutus (cf. n. 104[2]). Idem honoris vocabulum recurrit infra n. 115, 4. Lebas-Waddington Inscr. III 2821 *a*, 5. 3 Cf. n. 53, 7. 59[3]. Hic quoque summus omnis administrationis pecuniariae praefectus indicari videtur. 4 Alterius patri Theo, alterius Apollonius nomen erat; intellegendi igitur fratres uterini quidem, sed non eodem patre geniti. 5 Eadem appellatio redit n. 102, 2. 110, 4. 115, 15. Infimum in aula Ptolemaeorum dignitatis gradum significat (n. 104[2]). Sed ut de hac quidem re inter omnes convenit, sic quomodo vox ad hanc significationem pervenerit magnopere dissentitur. Droysenus quidem Kleine Schriften II p. 369 propriam fuisse conicit pedisequorum vim. At pedisequus non διάδοχος est, sed ἀκόλουθος. Non probabilius G. Lumbroso Recherches sur l'écon. polit. de l'Égypte p. 195 militarem potissimum hunc gradum fuisse demonstrare conatur usus Arriani loco Anab. VII, 12, 4: Ἀντίπατρον δὲ διαδόχους τοῖς ἀποπεμπομένοις ἄγειν Μακεδόνας τῶν ἀκμαζόντων ἐκέλευσεν. Sed quem fugiet, illic διαδόχους neque genus militiae neque ordinem aut gradum militarem esse, sed manifesto praedicative usurpatum nihil aliud sibi velle atque ὥστε διαδέχεσθαι. Atque omnino hi ordines συγγενῶν, ἀρχισωματοφυλάκων al. manifesto gradu modo, non genere inter se discrepant, ut non liceat unum ex eis magis minusve militarem aut civilem existimare quam reliquos. Nuper P. Meyer Das Kriegswesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 18 not. 631 huius classis nomen repetere conatus est ab eorum appellatione, qui successores ducibus militum peregre missi essent. Quod mihi propterea non probatur, quia successoris magistratus aut praefecti cuiuslibet condicio nullam habet certi gradus aut officii notionem, ut non appareat

εὐνοίας ἕνεκεν τῆς εἰς βασιλέα | Πτολεμαῖον καὶ βασίλισσαν | Κλεοπάτραν, θεοὺς Ἐπιφανεῖς καὶ | Εὐχαρίστους, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν[6].

---

quomodo haec potissimum vox classi cuipiam significandae apta esse potuerit. Quare sic potius statuo, amicorum certum numerum fuisse. Eis igitur, qui hoc honore digni haberentur, cum in cohorte amicorum nondum locus vacuus esset, ius succedendi in illam cohortem tributum esse; qua ex re διαδόχων nomen eis impositum est. Plane geminam rationem inter συγγενεῖς et ὁμοτίμους τοῖς συγγενέσι (n. 177, 6) intercessisse probabile est.
6 Cf. n. 99[7].

---

101 Lapis inventus Athribi (*Bencha*), quo pervenerit non constat. Ex Theodori J. Stavrinidis exemplo ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 179 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 274 n. 166).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας[1] | καὶ τῶν τέκνων[2] | Ἑρμίας καὶ Φιλ(ω)τέρα[3] ἡ γυνὴ ‖ καὶ τὰ παιδία τήνδε ἐξέδραν | τῆι προσευχῆ(ι)[4].

---

1 Cf. n. 96[1]. 2 Quicunque est rex, utique hoc additamentum demonstrat, titulum aliquot annis recentiorem esse quam illum simillimum n. 96. 3 ΦΙΛΟΤΕΡΑ. 4 ΠΡΟΣΕΥΧΗΝ. Emendavi. Aliam restituendi viam ingressus est Reinach cum scriberet τήνδε ἐξέδραν | [καὶ] τὴ(ν) προσευχήν. At, ut taceam de versuum dispositione per utrumque titulum observata, qua neutiquam probabile fit, versus sexti initio aliquid intercidisse, quis crediderit, Iudaeos Athribi consistentes paucis post illam superiorem consecrationem annis iam altero oratorio opus habuisse? Accedit quod, si haec tituli mens esset, certe delubrum priore, exedram, quae non est nisi quaedam illius appendix, posteriore loco commemorari decebat. Quare sic potius statuo, a toto Iudaeorum communi oratorium publica auctoritate constitutum esse, paucis vero annis post privata munificentia accessisse exedram. Dativus nihil habet offensionis. Cf. Syll.[2] 587, 48: λίθοι ἀρουραῖοι εἰς τὸ στρῶμα τῷ πύργῳ. v. 68: κόλλα παρ' Ἀγάθωνος ταῖς θύραις. — ἧλοι ταῖς θύραις. 70 σταθμὰ ταῖς θύραις. 129 ὀδὸς ταῖς θύραις. 145 στροφίγγων ζεῦγος ταῖς θύραις. Nam non minus recte quam omnes res, quae illic recensentur, portae partes habentur, etiam hic exedram oratorii partem iudicaveris. Cf. Addenda.

---

102 Arae cylindri figura cum sertis et bucraniis partes duae, effossae Therae prope basilicam. Ed. F. Hiller von Gärtringen

Inscr. Gr. mar. Aeg. III p. 109 n. 466 (M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 206 n. 19).

Ὑπὲρ Ἀρισ[τίππ]ου τοῦ Θεο|ξένου Ἀλ[εξαν]δρέως[1] τῶν δια|δόχων[2], το[ῦ τετ]αγμένου ἐπὶ Θήρας, | βασιλεῖ Πτολεμα[ίωι[3] κα]ὶ τοῖς ἄλλοις ‖ θεοῖς τὸ[ν βω]μὸν ἕνεκεν τῆς[4] | εἶχεν καλο[κἀγα]θίας εἴς τε τοὺς στρα|τιώτας κα[ὶ τ]ὴν πόλιν καὶ τὰ τοῦ | βασιλέως [πρ]άγματα καὶ εἰς τοὺς | θεοὺς εὐ[σε]βείας Εἰρηναῖος ‖ Νικίου [Ἀλε]ξσανδρεὺς | ὁ γραμμα[τεὺ]ς[5] τῶν κατὰ Κρήτην[6] | καὶ Θήρα[ν κ]αὶ Ἀρσινόην | τὴν ἐν [Πε]λοποννήσωι[7] | στρατιω[τ]ῶν καὶ μαχίμων[8] ‖ καὶ οἰκον[όμ]ος[9] τῶν αὐτῶν τόπων.

Litterae volgares praeter Ξ et Σ, quae brachia modo plane parallela habet, modo magis minusve divergentia. Vs. 1—9 initio paullo aliter incisa erant, sed propter nescio quem errorem observatum pristina scriptura magna ex parte deleta et quae hic exhibentur in eius locum substituta sunt. 1 Cf. n. 110, 3. 2 Cf. n. 100[5]. 3 Cum editores Ptolemaeum III Euergeten intellexissent, uno tempore M. L. Strack (Mus. Rhen. LV p. 161 sqq. Göttinger gel. Anz. 1900 nr. 8 p. 647) et P. Meyer (Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 68 not. 233) perspexerunt, vocabulum dignitatis aulicae quod est τῶν διαδόχων (v. 2) non ante Epiphanis regni posteriorem partem (190—181 a. Chr.) usitatum fuisse. Ex eis vero qui post haec tempora regnaverunt ut Philometoris VI (181—146 a. Chr.) aetati potissimum hoc monumentum vindicemus, suadet militum in insula Creta (not. 6) et Arsinoae (not. 7) collocatorum mentio. 4 Articuli pro pronomine relativo usus ex Dorica Theraeorum dialecto resedisse videtur. Cf. H. L. Ahrens De Graecae linguae dialectis II p. 275 sq. 5 De hoc magistratuum genere, quorum unusquisque duci cuipiam militum subditus erat, ut hic Irenaeus Aristippo, et negotio administrationis ac maxime commeatui comparando operam dabat, cf. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 65 sqq. 6 Ptolemaei Philometoris exercitum in Creta insula fuisse Itaniosque in bello quod cum finitimis Praesiis gerebant adiuvisse tituli testantur. Cf. n. 116, 23. Syll.[2] 929, 41. 43. 7 Cum n. 115 doceat Methanam Argolidis Philometoris aetate in potestate regum Aegypti fuisse et ibi milites collocatos, de alio vero Peloponnesi oppido nullo eiusmodi quicquam traditum sit, haud improbabilis est editoris coniectura, Methanam aliquantisper Arsinoën vocatam esse. Sane Ἀρσινοεῖς Syll.[2] 261, 78 eidem esse nequeunt, quia civitates quae illic enumerantur omnes insulanorum sunt. 8 Notum est, ordinem militum in antiquo Pharaonum regno μαχίμων nomine significari. Cf. Herodot. II, 141. 164. Diodor. I, 28, 5. 73, 7. Propterea B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten II p. 406 not. 5 hic quoque indigenas Aegyptios intellegit, qui una cum Macedonibus Graecisque militibus Therae in praesidio fuerint. At P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 64 sqq. docuit, illius ordinis Aegyptiaci postremam mentionem occurrere in tabula n. 90, 19:

προσέταξεν δὲ (Ptolemaeus V Epiphanes anno 197 a. Chr. n.) καὶ τοὺς καταπορευομένους ἔκ τε τῶν μαχίμων καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἀλλότρια φρονησάντων ἐν τοῖς κατὰ τὴν ταραχὴν καιροῖς κατελθόντας μένειν ἐπὶ τῶν ἰδίων κτήσεων, tum vero propter hanc ipsam seditionem eundem regem illud antiquum institutum plane sustulisse, sed ut Aegyptiorum animos permulceret exercitui suo quem tum temporis plane nova ratione ordinaret nomen antiquitate venerabile μαχίμων imposuisse. στρατιωτῶν et μαχίμων vero nomina hic non inter se opponi, sed partem cum toto coniungi, quod idem magis perspicue fit in papyro Parisino Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 (1865) p. 368 n. 63, 174 μὴ μόν(ο)ν τὰ τοῖς μαχίμοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις στρ[ατ]ευομένοις ὑπάρχοντα. 9 Quaestorem militarem interpretatur P. Meyer Heerw. p. 6 not. 13, probe distinguendum illum quidem non modo a civitatium quaestoribus, sed etiam a regiis oeconomis qui singulorum nomorum et regionum reditus curaverint subiuncti dioecetae regio. At quaestoris militaris officium iam titulo γραμματεὺς τῶν στρατιωτῶν καὶ μαχίμων indicatur, quare nescio an huic magistratui militari a rege simul cura redituum et expensarum, quae non ad rem militarem spectarent, per illa loca mandata sit eaque officii provincia appellatione οἰκονόμος indicetur. Cf. quae n. 59, 7. 8 de dioecetae et oeconomi negotio in insula Thera leguntur. Neque in titulo 89, 6 quicquam inest, quod suadeat ut οἰκονόμος τῶν κατὰ Ναύκρατιν de officio ad rem militarem pertinente interpretemur cum Meyero. Fuisse etiam extra Aegyptum eiusmodi regios oeconomos civiles, non militares, per singulas insulas regionesve testimonio est titulus item Theraeus n. 59, 9.

---

103 Lapis inventus die 19 m. Febr. a. 1884 Ptolemaide (*Menshijeh*) in domo privata oppidi. Ed. E. Miller Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 141 n. 3 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 250 n. 94).

Βασιλεῖ Πτολεμαίωι θεῶι | Φιλο(μ)ήτορι[1] ὑπὲρ Ἱππάλου[2] | τῶν

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 ΦΙΛΟΜΗΤΟΡΙ. Initio regni Ptolemaei Philometoris (181 a. Chr. n.) hanc dedicationem recentiorem esse sponte patet. Sed quia uxoris et liberorum mentio non fit, anno 172 a. Chr. n. (cf. n. 106[1]) posteriorem non esse existimaverim. Neque cum ea sententia pugnare puto quae de Hippalo (not. 2) aliunde nota sunt. 2 In eodem sacerdotio hunc hominem occurrere in papyris demoticis annorum regni Philometoris sexti (176 a. Chr. n.), undecimi (171 a. Chr. n.), tertii et vicesimi (159 a. Chr. n.) post Revilloutum Chrestom. démotique p. 135 monet Miller. Quod contra tricesimo uno eiusdem regis anno (151 a. Chr.) et sacerdotii ipsius formam et rationem mutatam esse neque Hippali nomen comparere. Quare merito hoc anno hanc dedicationem antiquiorem existimat. Sed quod idem anno undecimo (171 a. Chr. n.) recentiorem pronuntiat, probare nequeo. Etenim illo anno etiamtum Cinam Dosithei f. sacerdotem Philometoris regis et Cleopatrae matris itemque alterius Cleopatrae sororis et uxoris esse, anno

πρώτων φίλων[3], τοῦ | ἐπιστρατήγου[4] καὶ ἱερέως ‖ Πτολεμαίου Σωτῆρος καὶ | Πτολεμαίου Ἐπιφανοῦς καὶ | Εὐχαρίστου, τὸν βωμὸν Νικόμαχος | ἱερεὺς τοῦ Διός.

---

tertio et vicesimo vero Cinam non iam commemorari, ut peculiare Philometoris sacerdotium tum sublatum, sed eius officia in Hippalum translata videantur. Atqui hic eius nomine et nutu dedicationem Philometori fieri, quod non possit non post illam sacerdotii mutationem factum esse. Sed utut de reliquis argumentis iudicatur, hoc quod postremo loco commemoravi recte se habere praefracte nego. Nam regi eiusmodi donum offerre non modo sacerdoti ipsius licet sed cuilibet alii. Quare ullum aliud sacrum officium tum cum hic lapis statueretur Hippalum gessisse praeter id quod definite commemoratur Ptolemaei I et Ptolemaei V sacerdotium, in quo iam anno 176 a. Chr. n. eum fuisse constat, non est quod statuamus. Adde quod aliis de causis (not. 1) haec dedicatio ad aliquem ex decem primis regni annis referenda est. Ceterum idem sine dubio homo in papyro Graeco Parisino alterius a. Chr. n. saeculi (Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 1865 p. 367 n. 63, 164. 165) est, quem attulit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 702 not. 3: ὃν τρόπον καὶ κατὰ τὴν ὁμοίαν περίστασιν Ἱππάλου τοῦ τότε προκαθημένου τῆς χώρας προτρεψαμένου τοὺς στρατηγοὺς — ἐπιδέξασθαι τὰ τῆς ἀσχολίας. Nam hac circumlocutione ipsum qui hic ei tribuitur ἐπιστρατήγου magistratum indicari eo probabilius est, quia illic eum strategis imperare videmus, id quod cadit in epistrategum. At ille κυβερνήτης Ἵππαλος, a quo ventus nomen accepit quo uti ipse primus nautas docuerat (Periplus maris Erythraei 57 p. 298, 31 Müller. Hippalus ventus etiam apud Plinium N. h. VI, 101. 104 est, Hippalum mare s. Ἵππαλον πέλαγος ibid. VI, 172. Ptolemaeus IV 7, 12 p. 787, 8 Müller) manifesto alius est. Omnino nomen ceteroqui rarissimum in Aegypto non ita infrequens fuisse videtur. Cf. Pap. in the Brit. mus. I p. 18, 2. Fayûm towns and their papyri p. 227 n. XCI, 9. 36. Oxyrhynchos pap. II p. 195 n. XLV, 16. Notices et extraits des manuscrits XVIII 2, 1865 p. 286 n. 32, 27. p. 302 n. 39, 7. p. 329 n. 53, 27. 3 Cf. n. 99[1].
4 ΤΗΓΘΥ lapis. Idem officii nomen redit n. 133, 4. Ptolemaeus V Epiphanes totam Aegyptum in tres epistrategias divisit, quarum unaquaeque unum summum omnium quae in ea essent copiarum ducem (ἐπιστράτηγον) haberet, cui rursus parebant στρατηγοί singulorum nomorum militibus praefecti. Cf. Droysen Kleine Schriften II p. 383. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 65. Inde a Ptolemaei X Soteris II regno strategi et epistrategi munera cumulari solent. Cf. n. 168, 34: στρατηγῷ καὶ ἐπιστρατήγῳ. v. 49: [τῷ συγγε]νεῖ καὶ στρατηγῷ καὶ ἐπιστρατήγῳ τῆς Θ[ηβαΐδος]. 186, 2: ὁ συγγενὴς καὶ ἐπιστράτηγος καὶ στρατηγὸς τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. 190, 5: τοῦ συγγενοῦς καὶ στρατηγοῦ καὶ ἐπιστρατήγου καὶ θηβάρχου τῆς Θηβαΐδος καὶ τῆς Ἰνδι[κῆς κ]αὶ Ἐρυθρᾶς [θαλ]άσσης.

---

104 Basis quadrata marmoris albi, inventa Deli prope templum Apollinis. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 470

n. II (Syll.[1] 169. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 843 n. 1154). Cf. quae adnotavit M. L. Strack Mus. Rhen. LV p. 166 sqq. Gött. gel. Anz. 1900 n. 8 p. 647.

Χρύσερμον Ἡρακλείτου Ἀλεξανδρέα[1], | τὸν συγγενῆ[2] βασιλέως

Litterae ΑΞΠΣ. 1 Et nomen et condicio hominis suadent, ut eum referamus ad familiam eximia gratia apud Ptolemaeos florentem, cuius quattuor homines aliunde novimus, Ptolemaeum Chrysermi f., qui inter familiarissimos Ptolemaei IV Philopatoris (221—205 a. Chr. n.) fuit (Plutarch. Cleom. 36), huius duos filios qui a Delphis proxeni nominati sunt, Ptolemaeus a. 188/7, Glauco a. 185/4 a. Chr. n., denique nepotem Galestam Ptolemaei f., qui una cum patre hospitium publicum nactus est (cf. Syll.[2] 268, 132. 133. 186). Iam cum simplicissimum videretur ipsum huius stirpis auctorem Chrysermum hic agnoscere, olim titulum ad Ptolemaei III Euergetae aetatem rettuli. At cum multo recentiorem esse viderit Strackius (v. not. 2), aliam esse parentelae rationem apparet, quae potissimum sit latet. Haud improbabiliter sane illius antiqui Chrysermi filium Heraclitum, nepotem Chrysermum minorem quem hic habemus statueris. 2 De hoc honoris vocabulo, quod primum omnium hominum qui in aula Ptolemaeorum versabantur ordinem indicat, cf. J. G. Droysen Kleine Schriften II p. 369. G. Lumbroso Recherches sur l'écon. politique de l'Égypte p. 189 sqq. U. Wilcken Archiv für Papyrusforschung I p. 225 not. 1. Rara est eorum apud scriptores memoria; cf. Caesar B. Civ. III, 103, 2: *ibi casu rex erat Ptolemaeus, puer aetate, magnis copiis cum sorore Cleopatra bellum gerens, quam paucis ante mensibus per suos propinquos atque amicos regno expulerat.* Eo frequentius commemorantur in titulis (n. 105, 4. 132, 5. 133, 1. 135, 5. 137, 8. 139, 14. 15. 140, 1. 146, 3. 148, 2. 151, 1. 152, 1. 153, 1. 155, 4. 157, 1. 163, 3. 169, 4. 172, 3. 173, 2. 175, 4. 181, 3. 184, 2. 188, 1. 194, 3). Insigne ordinis commemoratur fibula aurea qua pallium in umero continebatur (cf. Joseph. Ant. XIII, 102 διδοὺς πόρπην χρυσέαν, ὡς ἔστιν ἔθος δίδοσθαι τοῖς τῶν βασιλέων συγγενέσιν) et mitra (Ἀπολλώνιος, ὁ Πτολεμαίου κοῦρος, ὃν εὐέρκται μίτραι ἐπηγλάϊσαν συγγενικῆς δόξης ἱερὸν γέρας carmen apud Wilckenum l. l.). Eos mensae regis adhibitos τὸ συγγενικὸν ἄριστον effecisse (Macc. III, 5, 39. 44) et Ptolemaeo XIII expulso una cum illius filia Berenice regnum gubernasse (Porphyrius apud Eusebium Chron. I p. 168, 20 Schoene) observat Lumbroso. Hos proximus excipiebat ordo τῶν ὁμοτίμων τοῖς συγγενέσι (177, 6), deinde sequebatur τῶν ἀρχισωματοφυλάκων (cf. n. 99[1]), tum τῶν πρώτων φίλων (cf. n. 99[3]), post hos τῶν φίλων (n. 115[3]), infimum denique locum tenebat τῶν διαδόχων classis (n. 100[5]). Sic post Peyronum Droysen, Lumbroso, Strack, nisi quod de mutua τῶν πρώτων φίλων et τῶν ἀρχισωματοφυλάκων ratione res nondum ad liquidum perduci potuit. At nuperrime eodem tempore P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 61 not. 206 et M. L. Strack Mus. Rhen. LV p. 166 sqq. perspexerunt a tertio a. Chr. n. saeculo hunc totum dignitatum aulicarum ordinem etiamtum alienum fuisse. Etenim nullas inveniri per quattuor primorum Ptolemaeorum regna alias nisi officiorum

Πτολεμαίου[3] | καὶ ἐξηγητὴν[4] καὶ ἐπὶ τῶν ἰατρῶν[5] | καὶ ἐπιστάτην τοῦ Μουσείου[6], || Ἄρειος Παμφίλου Ἀθηναῖος | καλοκἀγαθίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτὸν | Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ.

---

certorum et magistratuum designationes. Ptolemaeum Epiphanem (205—181 a. Chr.) demum circiter annum 190 a. Chr. n. haec omnia instituisse. Quod quoniam per idem illud tempus Epiphanes primus ex omnibus Ptolemaeis uxorem ex gente Seleucidarum duxisset, Antiochia Alexandriam translatum hoc institutum omnium maxime probabile esse, etsi nullum dum comparuisset testimonium quo iam ante illud tempus Seleucidas eo usos esse demonstraretur. Illos vero rursus partim, ut in συγγενῶν honore, Persica, partim, ut in ἀρχισωματοφυλάκων ordine, Macedonica exempla expressisse. Sed utut hoc est, hic titulus utique anno 190 a. Chr. n. antiquior haberi non potest. 3 Aut Epiphanes (205—181 a. Chr.), aut quod probabilius existimaverim Philometor (181—146 a. Chr.) designatur. Nam ne ad inferiora etiam tempora descendamus, obstare mihi videntur quae v. 4 de Musei cura scripta sunt. 4 Cf. Strabo XVII, 1, 12 p. 797 C τῶν δ' ἐπιχωρίων ἀρχόντων κατὰ πόλιν (Alexandreae) μὲν ὅ τε ἐξηγητής ἐστι, πορφύραν ἀμπεχόμενος καὶ ἔχων πατρίους τιμὰς καὶ ἐπιμέλειαν τῶν τῇ πόλει χρησίμων κτλ. Hanc negotii descriptionem homines docti de annona interpretati sunt, sed latius patuisse ius et officium exegetae indicio est papyrus Berl. gr. Urk. II p. 47 n. 388, 21 sqq. Εὐπορᾶς εἶπεν, ὅτε ἐσημάνθη, ὅτι ἐσφάγη [Σ]εμπρώνιος, ἔκειτο ζω[νία] τρία εἰς τὸ τρίκλινον ἐπὶ τρίποδι καὶ φιάλη ἀργυρᾶ καὶ σπον[δ]εῖ[ο]ν καὶ θυμιατήριον καὶ δίσ[κος μ]έγας, εἰσελθόντες τινὲς πρὸς τὴν Πτολεμαΐδα ἔλεγον· ἆρον ταῦτα ἐκ τοῦ μ[έ]σ[ου,] μὴ ὁ ἐξηγητὴς εἰσελθὼν ἐπ' [ἀν]α[γ]ραφῆς αὐτὰ ποιήσῃ. Strabo Alexandriae modo exegetam commemorat, cuius etiam in papyris mentio fit. Cf. Berliner gr. Urk. II p. 11 n. 362, IX, 10 Δημητρίου ἐξηγητεύσαντος τῆς Ἀ[λεξανδρ]έων πόλεως. Sed alias quoque urbes suos exegetas habuisse, quod ille nec dicit nec negat, videmus ex Oxyrhynchus pap. I p. 152 n. LXXXVIII, 10. 11 ἐξηγητεύσαντι τῆς Ὀξυρυγχειτῶν πόλεως. Etiam ibidem I p. 112 n. LIV, 5. p. 114 n. LVI, 1 editor iure magistratum oppidi Oxyrhynchi agnoscit. Ceterum procul habendus ab hac quaestione locus quem Lumbroso Recherches sur l'economie politique de l'Égypte p. 212 huc traxit, Plut. de Is. et Osir. 28 p. 362 A ἐπεὶ δὲ κομισθεὶς ὤφθη (ὁ κολοσσός) συμβαλόντες οἱ περὶ Τιμόθεον τὸν ἐξηγητὴν καὶ Μανέθωνα τὸν Σεβεννύτην Πλούτωνος ὂν ἄγαλμα, τῷ Κερβέρῳ τεκμαιρόμενοι καὶ τῷ δράκοντι, πείθουσι τὸν Πτολεμαῖον, ὡς ἑτέρου θεοῦ οὐδενὸς ἀλλὰ Σαράπιδός ἐστιν. Etenim hic ἐξηγητής appellatur usu pervulgato interpres iuris sacri, qua cum arte magistratum de quo verba facimus nullam nisi nominis necessitudinem habere sponte patet. Tres reliqui quos Strabo enumerat sunt ὑπομνηματογράφος (n. 147, 3), ἀρχιδικαστής (n. 136, 4), νυκτερινὸς στρατηγός. 5 Medici in Aegypto publicum officium magistratus simile habebant, cum ab aegrotis quidem mercedem nullam exigerent, sed salarium ex aerario acciperent, collectum ex stipendio hunc in usum populo imposito (ἰατρικόν). Cf. Diodor. I, 82, 3. U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 375. Quo minus mirum est eis omnibus unum summum praefectum, sine dubio arte et professione medicum, impositum fuisse.

6 Cf. Strabo XVII, 1, 8 p. 794 C.: ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος τότε μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν δ' ὑπὸ Καίσαρος. Quos sacerdotes quod eosdem fuisse cum bibliothecariis olim negavit G. Parthey Das al. Museum p. 57, id cum hoc titulo confirmatur tum n. 172, 5. 6, ubi vice versa bibliothecae praefectus commemoratur nulla addita Musei mentione.

---

105 Basis marmoris rubri inventa in delubro Veneris Paphiae. Ed. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. studies IX (1888) p. 233 n. 24. Sakellarios Κυπριακά I^2 p. 98 n. 65 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 248 n. 84).

Βασιλέα Πτολεμαῖον θεὸν Φιλομήτορα | βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Κλεοπά|τρας, θεῶν Ἐπιφανῶν[1], ---------|---- Ἀλεξανδρεὺς ὁ συγγενὴς[2] αὐτοῦ καὶ ‖ στρατηγὸς καὶ ἀρχιερεὺς[3] τῶν κατὰ τὴν νῆσον.

Litterae ΑΘΞΠΣ; ο minoris quam reliquae magnitudinis. 1 Ex parentum mentione editores non absurde coniecerunt, hanc statuam Ptolemaeo Philometori proximis post regni initium annis, antequam sororem in matrimonium duceret, i. e. intra annorum 181—172 a. Chr. spatium (cf. n. 106[1]) positam esse. 2 Cf. n. 104[2]. Nomen hominis v. 3 extr. 4 init. consulto deletum esse testantur editores; quod quin anno 146 a. Chr. n. factum sit, cum Ptolemaeus VIII Euergetes II regno potitus in fratris defuncti amicos et asseclas saeviret, vix dubitari licet, quia etiam in sex aliis cum eiusdem regis Philometoris (n. 121, 3. 122, 2. 123, 3) tum filii eius Eupatoris a patruo occisi (n. 125, 4. 126, 3. 127, 2) titulis plane gemina rasurae exempla occurrunt. 3 Cf. n. 84[1]. 230[2].

---

106 Lapis quadratus inventus a Brugschio prope vicum *Ghazi* situm in orientali ripa capitis Nili Rosettani, non procul ab eius initio, illatus in museum Berolinense. Ed. F. Krebs Nachr. von der Ges. der Wissensch. in Göttingen 1892 p. 536 n. III (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 250 n. 93).

Βασιλεῖ Πτολεμαίωι καὶ βασιλίσσηι | Κλεοπάτραι[1], θεοῖς Φιλο-

1 Hinc apparet, nuptias Philometoris et Cleopatrae sororis eius non post annum 172 a. Chr. n. (not. 3) factas esse. Quo anno cum is sedecim annos natus fuerit, certe ne multo ante quidem uxorem duxisse credibile est, ut satis confidenter ad illum ipsum annum huius matrimonii initium referri liceat.

μήτορσι, τοῖς | ἐγ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ | βασιλίσσης Κλεοπάτρας, θεῶν || Ἐπιφανῶν καὶ Εὐχαρίστων, | χρηματισταὶ[2] οἱ τὸ η' καὶ θ' L | κεχρηματικότες[3] ἐν τῶι | Προσωπίτηι καὶ τοῖς ἄλλοις | τοῖς μεμερισμένοις νομοῖς[4] || Ἡρακλέων Πυθαγόρου, |

---

2 De chrematistarum collegiis cf. E. Kuhn Die städtische und bürgerliche Verfassung des röm. Reichs II p. 484 sqq. G. Lumbroso Recherches sur l'économie politique de l'Égypte p. 183 sq. U. Wilcken ap. Droysen Kleine Schriften II p. 436 sq. Cum unicuique liceret de rebus et controversiis suis ipsum regem adire, in his querellis audiendis et disceptandis, qua de re sollenne est vocabulum χρηματίζειν, χρηματισμός, magna pars otii et laboris regis consumebatur neque tamen omnibus sine longa mora satisfieri poterat. Quare ne diutina absentia agri cultura neglegeretur, institutum est ut homines, qui regis vice fungerentur, per terram circumeuntes ubique incolis aures praeberent. Hi sunt χρηματισταί, quos Lumbroso non inepte cum *missis dominicis* Carolingorum et cum iudicibus pagorum (οἱ κατὰ δήμους δικασταί) reipublicae Atticae contulit. Unumquodque collegium complures nomos obire debebat (cf. not. 4). Eos ex iure Graeco iudicasse ac potissimum ad illorum tribunal confugisse eos, qui propter iudicum indigenarum (λαοκριτῶν) qui ubique erant et secundum leges Aegyptias iudicabant (cf. de eis Lumbroso Recherches sur l'économie politique de l'Égypte p. 257) lentitudinem ius suum impetrare non possent (A. Peyron papyri mus. Taurin. I p. 38 n. I, 7, 2 sqq. προσεπιδεικνύς, ὡς εἰ καὶ ἐπὶ λαοκριτῶν διεκρινόντο καθ' οὓς παρέκειτο νόμους, πρότερον εἶναι ἐπιδεικνύειν αὐτόν, ὡς ἐστὶν υἱὸς τοῦ τε Πτολεμαίου καὶ ἧς φησιν εἶναι μητρός, καὶ ὡς οἱ γονεῖς αὐτοῦ εἰσιν ὧν πρόφερονται συγγενῶν, πρὶν ἢ καθόλου ἀκουσθῆναι αὐτοῦ λόγον περί τινος πράγματος), haud absurde coniecit L. Cf. not. 5. A Ptolemaeo Philadelpho institutum esse hunc magistratum, testatur Aristeas in epistula ad Philocratem § 111, id quod confirmatur papyro leges huius regis de reditibus continente; cf. not. 6. 3 Anni per quos in magistratu fuerunt 174 et 173 a. Chr. n. sunt. Quod Krebsius dicit, hunc titulum ipsum se anno 172 a. Chr. incisum testari, ei oblocutus est J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 331 not. 2 nihil eiusmodi in tituli exemplo impresso legi monens. At hoc ut verbo tenus verum est, sic manifestum, qui post absolutum officium hoc monumentum dedicaverint, id non alio anno ac decimo regni, i. e. 172 a. Chr. n., fecisse. 4 I. e. et eis nomis qui praeterea illis attributi erant. Quod unus Prosopites nominatim commemoretur, id aut eo referendum esse, quod is maximus esset inter eos ad quos huius collegii negotia spectarent aut quod hoc monumentum intra nomum Prosopiten dedicatum esset, haud inepte coniecit Krebs. Sed nescio an alia explicatio praestet. Nam etsi chrematistae suo officio per nomos et oppida circumeuntes fungebantur, tamen collegium alicubi suam quasi sedem vel domicilium posuisse, ubi tabularium habebant, unde proficiscebantur et quo redibant, consentaneum est. Id videtur in nomo Prosopite fuisse. Ceterum recte Krebsius hoc titulo refelli iudicavit Peyronis coniecturam, unicuique epistrategiae suos

Νικόστρατος Δημητρίου, | Ἄρειος Διονυσίου[5], | καὶ εἰσαγωγεὺς[6] Ἀμύντας Ἀμύντου | καὶ γραμματεὺς Δημήτριος Ἀπολλωνίου ‖ καὶ ὑπηρέτης[7] Μεννέας Διονυσίου.

---

fuisse chrematistas, quae papyris Taurinensibus, quos ille edidit, sane commendari videbatur. Cf. Pap. Taur. I p. 2, 5—7 τοῖς ἐν τῇ Θηβαΐδι χρηματισταῖς cum titulis n. 168, 49 ἐπιστρατήγῳ τῆς Θ[ηβαΐδος]. 190, 5 στρατηγοῦ καὶ ἐπιστρατήγου καὶ θηβάρχου τῆς Θηβαΐδος. Praeterea Pap. Taur. III, 35 sqq. εἰς τοὺς ἀπὸ Πανοπολίτου μέχρι Συήνης χρηματιστάς. 5 Omnes homines qui hic recenserentur nomina mere Graeca gerere, eaque re confirmari quae Lumbroso de huius instituti vi ac natura acute coniecisset (not. 2) monuit Krebs. 6 Cf. Revenue laws of Ptolemy Philadelphus Col. 15, 4: ὅσοι τι τῶν βασιλικῶν διοικο[ῦσι .καὶ οἱ χρηματισ]ταὶ καὶ ὁ ε[ἰ]σαγωγ[εύς]. In papyro Taurinensi apud Peyronum II p. 69 n. XIII, 26, quem iudicium chrematistarum continere vidit Wilcken, subscriptum est δι' εἰσαγω(γέως) Ἀρτεμιδώρου. Apud Grenfellium An Alexandrian erotic fragment and other Greek papyri p. 72 n. XL, 1 sqq. Δίδυμος ὁ εἰσάγων τοῖς τ------ χρηματισταῖς ἐν Πτολεμαΐ[δι]. Fayûm towns and their papyri p. 101 n. XI, 25 τ[ο]ὺς ἐπὶ τῶν [τ]όπων χρηματιστάς, ὧν [εἰσα]γωγεὺς Δω[σ]ίθεος. Amherst papyri II p. 39 n. XXIII, 9 sqq. τῶν ἐν τῶι προειρημένωι νομῶι τὰ βασιλικὰ καὶ προσοδικὰ καὶ ἰδιωτικὰ κριν[όν]των χρηματ[ισ]τῶν, ὧν εἰσαγωγεὺς Δέξιος. Peyron papyri mus. Taurin. I p. 26 n. I 2, 5 sqq. τοῖς ἐν τῇ Θηβαΐδι χρηματισταῖς — ὧν ἦν εἰσαγωγεὸς Διονύσιος. p. 30 n. I, 3, 25 ὑπὸ τῶν ἐπιβαλόντων εἰς Διόσπολιν τὴν μεγάλην χρηματιστῶν, οἷς εἰσῆγεν Διονύσιος. II p. 2 n. III, 35 (Notices et extraits des manuscrits XVIII, 2, 1865 p. 213 n. 14, 35) τοὺς ἀπὸ τοῦ Πανοπολίτου μέχρι Συήνης χρηματιστάς, ὧν εἰσαγωγεὺς Ἀμμώνιος. p. 25 n. IV, 11 ὑπὸ χρηματιστῶν ὧν εἰσαγωγεὺς Ἀμμώνιος. De officii natura haec testimonia nihil certi nos docent. Praesidem chrematistarum interpretatur Krebs, sine dubio cogitans de Attico usu verbi εἰσάγειν et nominis εἰσαγωγεύς de eo magistratu penes quem est ἡγεμονία δικαστηρίου. At praeses sine dubio ante chrematistas, non post eos commemoratus esset. Quare praestat aliter intellegere; nempe apud regem homine opus fuisse qui eos, qui illum adire vellent, introduceret consentaneum est. Iam cum chrematistae regis vice fungerentur in audiendis subiectorum querellis, etiam hic institutum fuisse videtur, ut primum adirent introductorem, qui examinaret num omnino eorum causa eiusmodi esset, ut chrematistarum iudicio subiceretur. Quod utile ac fortasse plane necessarium erat ne illi ingenti negotiorum onere opprimerentur. 7 Cf. Aristeae ep. ad Philocratem § 111: πρὸ πολλοῦ δὲ ποιούμενος καὶ χρηματιστὰς καὶ τοὺς τούτων ὑπηρέτας ἐπέταξε κατὰ νομούς (νόμους codd., emendavit Letronne), ὅπως μὴ πορισμὸν λαμβάνοντες οἱ γεωργοὶ καὶ προστάται τῆς πόλεως ἐλαττῶσι τὰ ταμιεῖα, λέγω δὲ τὰ τῆς γεωργίας πρόσφορα. Hic pluralis ὑπηρέτας facilem quidem habet explicationem, quia de omnibus collegiis, non de uno, dicitur. Sed fieri etiam potest, ut ὑπηρετῶν nomine scriptor etiam εἰσαγωγέως et γραμματέως officia comprehendere voluerit, quippe qui ne ipsi quidem collegio intersint, sed adiutorum vicibus fungantur.

107 In coronide propyli templi diruti prope ripam Nili, ultra Philas, in loco qui Ptolemaeorum aetate Παρεμβολή vocabatur. Edd. Hamilton Aegypt. p. 43. Ex Saltii schedis Prokesch Erinnerungen aus Aegypten und Kleinasien II p. 71 (inde F. Osann Zeitschrift für Alterthumswissenschaft 1839 p. 51). Ex apographo Hamiltoni Letronne Recherches pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 20. Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte I p. 10 n. III (J. Franz C. I. G. 4979). Sinistram partem solam exhibet R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 91 n. 321 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 249 n. 87).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμ[αίου καὶ βασι]λίσσης Κλεοπάτρας, [τῆς ἀδελφῆς[1]] | καὶ γυναικός[2], θεῶν Φιλο[μητό]ρων, Ἴσιδι καὶ συ[ννάοις θεοῖς[3] τὸ πρόπυλον[4]].

Litterae ΘΠΣ. Alpha apud Lepsium v. 1 A est, v. 2 Α. 1 [τοῦ βασιλέως ἀδελφῆς] Hamilton, [τῆς βασιλέως ἀδελφῆς] Letronne. Sed recte regium nomen omisit Strack, quippe quod neque in titulis Philometoris (n. 111, 2. 113, 5. 114, 1) neque Euergetae II (n. 130, 2. 131, 1. 138, 2. 139, 2. 140, 3. 141, 2. 142. 156, 5) unquam addatur. Nam tituli 109, 2 ubi sane βασίλισσα Κλεοπάτρα ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφή legitur, alia est causa propter interpositam parentum mentionem. Illa vero observatio haud exigui momenti est propter coniecturam quae inde de versuum longitudine capi potest (not. 3). 2 Non post annum 172 a. Chr. Philometora germanam sororem Cleopatram in matrimonium duxisse certum est propter titulum n. 106, neque vero ante illum annum id factum esse probabile videtur propter teneram aetatem. Hic vero titulus proximo post nuptias tempore incisus videtur. Nam anno 170 a. Chr. Philometor in captivitatem abductus est ab Antiocho Epiphane, deinde cum libertatem recuperasset aliquot annos una cum fratre regnavit, per quod tempus utique in tali monumento ambo commemorari debebant; quo vero tempore rursus solus regnare coepit (163 a. Chr. n.) iam liberos habuisse videtur, qui si tum demum lapis positus esset, hic non magis omissi essent quam n. 110, 3. 111, 3. 112, 5. 113, 5. 114, 1. 115, 3. 121, 2. 3 Supplevit Hamilton. Cuius ratio duplici de causa displicuit Letronnio, primum quia sic inaequales evaderent versus. Nam si lapicida alterum breviorem esse voluisset, eum non initia versuum accurate unum infra alterum positurum fuisse, sed ita scripturam adornaturum, ut in initio et in fine aequum spatium vacuum relinqueret. Hoc sane recte observatum est, sed hoc incommodum vitatur cum rectiore versus prioris supplemento (not. 1), tum additamento a me v. 2 extr. adiecto (not. 4). Nunc igitur versus prior 55, alter 57 litteras habet. Quod contra si cum Strackio veram versus prioris restitutionem recipimus, alterius vero Letronnianam retinemus, hic illo septem litteris longior erit. Gravior est altera Letronnii ratio, quod ubique τοῖς συννάοις θεοῖς dicatur. Ac sane rectissime

nihil contra hanc regulam probare pronuntiat epigramma C. I. G. 5876, 1 Δεσποίνῃ Νεμέσει καὶ συννάοισι θεοῖσιν propter metrum; neque plus probant tituli qui θεοῖς συννάοις (Syll.² 762, 3) aut θεοῖς συννάοις καὶ συμβώμοις (Syll.² 758, 5. C. I. G. 2230, 7) appositionis vi nominibus propriis deorum adiungunt. At cf. Bull. de corr. Hell. XVI 1892 p. 70 n. 1: Θεᾷ καλῇ | ἐν Πανδοίτει | καὶ συννάοις | θεοῖς | Ἀμμωνάριον | Ἡρώδου ἀστὴ | ἀνέθηκεν, cuius tituli litteraturam Néroutsos editor primorum Ptolemaeorum temporis esse testatur; utique igitur Philometoris regno antiquior est. Quare etsi concedo solennem sermonis usum neglectum maiorem offensionem habere in templi propylo publico quam in dedicatione privata, tamen Hamiltoni supplementum recepi, quia Letronnii conatibus, qui in priore libro Σ(ά)[ράπιδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς], quod probavit Franzius, in collectione titulorum Aegypti (Ὀ)σ(ί)[ριδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς], quod recepit Strackius, restituendum iudicavit, praeter spatii rationes (v. supra) obstant litterae ΙΣΙΔΙΚΑΙΣΥ duorum testium, Hamiltoni et Saltii — nam apud Lepsium haec lapidis pars non est — consensu confirmatae. Quae cum in utraque Letronnii lectione satis violenter mutarentur, fuit cum leniore medela Ἴσι Δικαι(ο)σύ[νῃ] (cf. n. 83, 7. Syll.² 763, 4. Plutarch. de Iside et Osiride 3 p. 352 B) reponere conarer. Sed nunc praestare mihi videtur nihil omnino mutare. 4 Supplevi. De vocis notione cf. Letronne Recherches p. 24 sq. In Graecorum quidem architectura πρόπυλον (Syll.² 558, 13. 16. 17. 21. 26. 789, 56) προπύλαιον (Syll.² 537, 5), προπύλαια (Syll.² 518, 25 et perfrequenter apud scriptores) eandem rem significant, portam qua in aream sacram introitur. At in Aegypto ad aliud genus aedificii translatum est vocabulum πρόπυλον, quod Graeci omnino ignorabant, scilicet magnificas illas portas quae plane separatae a templo solae in vacua planicie extrui solebant; qualia πρόπυλα hoc templum Isidis tria habebat a tribus partibus. Neque vero simplices modo portas, sed etiam illas ingentes structuras, quas recentiores qui de Aegypti aedificiis disserunt pylonas vocare solent Diodori I, 47, 1 exemplum secuti, προπύλων nomine contineri videntur. Vice versa etiam de illis portis πυλών usurpatur; cf. C. I. G. 4948, 4 τὴν οἰκοδομὴν τοῦ πυλῶνος. Quis dedicaverit non indicatur, intelleguntur sine dubio incolae illius regionis. Alia huius generis exempla attulit Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 431 sqq.

---

108 Fragmentum basis marmoris caerulei inventum prope Salamina Cypri. Ed. H. A. Tubbs Journal of Hell. stud. XII (1891) p. 191 n. 45.

Δίκτυ[ν, τὸν στρατηγὸν τῶν ἐν Κύπρωι τασσομένων] | Κρητῶ[ν[1],

Litterae ΑΛΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Cf. n. 153, 3. Cretensibus Ptolemaei Philometoris potissimum regno arctiorem cum regibus Aegypti necessitudinem intercessisse alii tituli docent. Cf. n. 102, 11. 116, 23. Syll.² 929, 41. 43.

ἡ πόλις τῶν Σαλαμινίων, ἀρετῆς ἕνεκα, ἧς] | διατε[λεῖ ἔχων εἰς τὸν βασιλέα Πτολεμαῖον καὶ τὴν] | βασίλ[ισσαν Κλεοπάτραν, θεοὺς Φιλομήτορας[2], καὶ] ‖ εὐερ[γεσίας τῆς εἰς ἑαυτήν].

---

2 Horum nomina supplevit Tubbs (cf. not. 1), qui si verum vidit tituli origo annorum 172 (cf. n. 106[3]) et 146 a. Chr. n. terminis continetur.

---

109 Epistylium pronai templi quod fuit Antaeopoli (*Qaou el-kebir*), fractum in sex particulas. Cum nonnullae ex eis iam antea inventae et editae essent, primus omnes ed. Hamilton Aegypt. p. 268. Jomard Descript. Antaeop. in Descr. de l'Égypte p. 18. Champollion-Figeac Annales des Lagides II p. 119. 160. Append. p. 405 n. V. Walpole Travels II p. 592 n. 58 (Letronne Journal des Savants 1821 p. 181. Recherches pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 42. Recueil des inscr. Gr. et Lat. I p. 24 n. IV. p. 210 n. XX. J. Franz C. I. G. 4712. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 248 n. 81).

I [Βασιλεὺ]ς Πτολεμα[ῖο]ς Πτολεμαίου καὶ Κλεοπάτρας, θεῶν Ἐπιφανῶν κ[αὶ] Εὐχαρίστων, | [καὶ βασ]ίλισσα Κλεοπάτρα ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφή, θεοὶ Φιλ[ο]μήτορες[1], | [τὸ πρόν]αον[2] Ἀν-

---

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Neque ante nuptias Ptolemaei VI Philometoris et Cleopatrae sororis germanae (172 a. Chr. cf. 106[1]) neque post mortem regis (146 a. Chr.) pronaum exstructum esse sponte patet. Cave tamen tum etiam hunc qui aetatem tulit titulum (I v. 1—3) incisum esse existimaveris. Nam omnia quae hic leguntur eodem tempore i. e. anno 164 post Chr. n. exarata sunt. Tum M. Antoninus et L. Verus imperatores dedicationem, quae ex more in coronide templi fuerat, instaurandam curaverunt, sed alio loco, in epistylio, eique sine intervallo suam inscriptionem (II v. 3. 4) adiunxerunt. Hic illic in mediis vocabulis aliquot litterarum vacua spatia relicta sunt sive lapide casu quodam laeso sive ornamentis quae in epistylio sculpta erant excisis. Letronne. 2 ΑΟΝ Hamilton, Walpole. ΛΟΝ Jomard, qui [τὸ πρόπυ]λον supplevit. At [πρόν]αον fuisse ipsae aedificii relliquiae docent. Vocabulum sane plerumque masculini generis est (Strabo XVII, 1, 28 p. 805 Cas., ubi tamen codicum memoria inter μέγα et μέγαν fluctuat. Pausan. VIII, 32, 2. Lucian. de dea Syria 30). Sed inveniri etiam neutrum cum alibi (Schol. in Soph. Oed. Reg. 15. C. I. G. 2349*d*, 3. 4401, 3), tum in inscriptionibus templorum Aegyptiorum (C. I. G. 4716, 3. 4955, 4. 5), ubi masculinum omnino nusquam occurrit, observaverunt Letronne et Franz.

II ταίω[ι][3] καὶ τοῖς συννά[ο]ις θεοῖς. Αὐτοκράτορες Καίσαρες Αὐρή[λι]οι Ἀντωνῖνος | [καὶ Οὐῆρ](ο)ς[4] Σεβαστο[ὶ ἀν]ενεώσαντ[ο] τὴν στεγα[σ]τρίδα[5], ἔτους τετάρτο[υ][6] Π]α(ῦ)νὶ θ΄[7].

3 Non heroa Graecum, fabulis quidem de Hercule celebratum sed ne in ipsa quidem Graecia ullis sacris caerimoniisque cultum (cf. C. Wernicke ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2339 sqq. Oertel ap. Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie I, 1 p. 362), sed deum Aegyptium cuius fanum primarium erat in oppido inde Ἀνταίου πόλις vel Ἀνταίου κώμη appellato (Steph. Byz. Ἀνταιούπολις. Plut. de sollertia anim. 23 p. 976 B. Diodor. I, 21, 4. Pietschmann ap. Pauly-Wissowa I 2 p. 2343) hic designari verissime observavit Letronne. Cui deo Graeci ex more suo nomen Graecum imposuerunt, fortasse similitudine soni magis ducti quam dei natura aut fabulis quae de eo ferebantur. Sane quia Aegyptium nomen ignoramus nihil certi de hac quidem re pronuntiare licet. 4 ΕΣ Hamilton, Walpole. Σ Jomard. Supplementum certum est. 5 Non video cur cum Letronnio coronida modo, i. e. summum partis anticae fastigium quod supra epistylium est, neque vero totum pronai tectum interpretemur. Nam vox alibi adiective usurpata, a στέγη, στεγάζειν derivata, certe origine quidem ad hanc notionem exprimendam aptior est quam ad illam. Cf. στεγαστὴρ ὄροφος Pollux Onom. X, 172. κάλαμος X, 170. κέραμος VII, 124. X, 182. στεγαστρὶς διφθέρη Herodot. I, 194. Quod in hac notione usitatiore voce, veluti στέγη, στέγασμα, κατα-στέγασμα, ὄροφος, ὀροφή usuros fuisse imperatores existimat Letronnius, id mihi nullius momenti esse videtur quia quid illo potissimum tempore et loco usitatum aut inusitatum fuerit certa ratione discernere nequimus. 6 I. e. 164 p. Chr. n. 7 ΑΝΙΘ Hamilton. ΝΙΘ Pococke et Jomard. Supplementum Jomardi [Π]ανὶ θ[εῶι] luculenter refutavit Letronne, monens neque hic nomini dei locum esse post temporis indicationem, neque alium atque Antaeum hic commemorari potuisse deum; denique neminem ex eis qui lapidem vidissent, post Θ aliquid scriptum fuisse demonstrare. Letronnii emendationem recepi, etsi non plane certam esse recte iudicavit Franz; nam cum Α in uno modo apographo esset, fieri etiam posse ut [Παχῶ]ν ιθ΄ potius fuerit.

110 Basis longae partis sinistrae lapis inferior, fractus infra, laesus a superiore margine, effossus Therae in gymnasii in summo monte siti parte postica. Minusculis ex F. Hilleri von Gärtringen apographo ed. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 238 n. 60, imagine accurate delineata repraesentavit ipse Hiller Inscr. Gr. ins. mar. Aeg. III p. 110 n. 467. Cf. quae adnotaverunt P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 67. 68 not. 233. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I p. 206 n. 19.

[Βασιλεῖ Πτολεμαίωι καὶ βασιλίσσηι | Κλεοπάτραι, θεοῖς Φιλομήτορσι[1], καὶ τῶι υἱῶι] | αὐτῶν [Πτ]ολεμαίωι[2] καὶ θεοῖς Ἐ[πιφανέσιν[3] Ἀρίστιππος] | Θεοξένου Ἀλεξανδρεὺς[4] τῶν δ[ιαδόχων[5]], || ὁ τεταγμένος ἐπὶ Θήρας[6].

Litterae volgares praeter ΞΣ. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 Supplevit Meyer, cum et hunc titulum et n. 102 propter τῶν δ[ιαδόχων] et τῶν μαχίμων (102, 14) mentionem Epiphanis regno antiquiorem non esse demonstraret, hunc vero ipsum nullam in insulis maris Aegaei dominationem habuisse. 2 Idem esse videtur qui post patrem paullisper imperavit dum a patruo occideretur (cf. n. 125. 126. 127). Qui utique anno 172 a. Chr., quo pater Cleopatram in matrimonium duxit, aliquot annis minor fuit. In titulo n. 102 neque uxoris neque filii mentio fit, ita ut haec monumenta, etsi ad eundem hominem spectent, tamen non uno eodemque tempore dedicata esse appareat. 3 Suppleverunt Meyer et Strack. Cf. not. 1. 4 Cf. n. 102, 1. 5 Cf. n. 102, 2. 6 Cf. n. 102, 3.

---

111 Stela lapidis granitae leucophaei supra in arcum desinens. Ubi inventus sit lapis ignoratur; nunc est Parisiis in museo publico (*Louvre*). Villefossius Strackio misit ectypum eiusque lectionem cum ipso lapide contulit. Hoc exemplum ed. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 251 n. 95.

Βασιλεῖ Πτολεμαίωι καὶ βασιλίσσηι | Κλεοπάτραι τῆι ἀδελ[φῆι, θε]οῖς Φιλομήτορσ[ι,] | καὶ τοῖς τούτων τέκνοις[1] καὶ Ἄμμωνι | τῶι καὶ Χνού[βει κ]αὶ [Ἥ]ραι [τῆι κ]αὶ Σάτει || καὶ Ἑστίαι [τ]ῆ[ι καὶ] Ἀνούκ[ει] καὶ Διονύσωι | τῶι καὶ Πετ[ε]μπαμ[έ]ντει[2] κ[α]ὶ τοῖς ἄλλοις | θεοῖς[3] ὑπὲρ Βοήθου τοῦ Νικοστράτου |

1 Cum Philometor anno 172 a. Chr. n. Cleopatram sororem in matrimonium duxerit (cf. n. 106[1]), titulus qui plures eius liberos commemorat, necessario aliquot annis recentior habendus est. Sed cum is anno 170 a. Chr. n. in captivitate Antiochi Epiphanis versatus sit, 169—164 vero una cum uxore Cleopatra et fratre Ptolemaeo VIII Euergeta regnaverit, denique 164—163 exulaverit, donec a Romanis ipsi et uxori Aegyptus, fratri Cyrenae attribuerentur, vix ante a. 163 a. Chr. n. hanc dedicationem factam existimabimus, quam ut ad posteriorem partem illius regni referamus etiam insignis similitudo, quae titulo cum n. 130 intercedit, suadere videtur. 2 Eosdem quattuor deos eodem ordine enumeratos habes n. 130, 7—9, ubi vide notas 10—14. Illic quoque singuli bina nomina gerunt, Graecum et Aegyptium, sed ita ut Aegyptiae appellationes ubique priorem locum teneant. 3 Qui n. 130, 9. 10 quintum et sextum locum tenent Petensetis qui et Saturnus (Κρόνος) et Petensenis qui et Mercurius (Ἑρμῆς), hic intellegendi videntur,

Χρυσαορέως[4], τοῦ ἀ[ρ]χσω[μ]ατοφύλακος[5] | καὶ στρατηγοῦ καὶ [κτί]στου τῶν ἐν τῆ[ι] ‖ Τριακοντασχοίνωι[6] πόλεων Φιλομητορίδ[ος[7]] | καὶ Κλεοπάτρας[8], εὐ[ν]οίας ἕνε[κ]εν | ἧς ἔχων διατελ[εῖ] πρ[ός τε τὸν βασιλέα] | καὶ τὴν βασίλισσαν κ[αὶ τὰ τέκνα α]ὐτῶν | Ἡρώιδης Δημοφῶντος [Περγα]μηνὸς[9] ‖ τῶν διαδό[χω]ν[10] καὶ ἡγεμὼν ἐ[π' ἀ]νδρῶν[11] | καὶ φρούραρχος Συήνης [καὶ ὀρ]οφύλαξ[12] | καὶ ἐπὶ τῶν ἄνω τόπων [ταχθεὶς] καὶ | προφήτης τοῦ

---

neque vero soli, quia etiam illic sex nominum indici adiungitur καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐπὶ τοῦ Καταράκτου δαίμοσιν. 4 Manifesto ex Caria oriundus fuit homo, ubi foedus quoddam pagorum finitimorum (τὸ Χρυσαόρειον vel Χρυσαορικὸν σύστημα) communibus sacris colebat Iovem Chrysaora in templo prope Idriada sito. Inde regio Χρυσαορίς vocatur a Pausania V, 21, 10, τὸ Χρυσαορέων ἔθνος commemoratur in decreto Amphictionum n. 234, 11, ubi v. not. 11. Cf. praeterea Strabo XIV, 2, 25 p. 660 Cas. Steph. Byz. s. Ἰδριάς et Χρυσαορίς. Jessen ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III 2 p. 2484. Bürckner ibid. p. 2485. 5 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 6 Cf. Ptolem. Geogr. IV, 7, 10 (p. 783 Müller): τὴν δὲ ἀπὸ δυσμῶν τούτου τοῦ τμήματος τοῦ Νείλου ποταμοῦ χώραν κατέχουσι μετὰ τὸν Καταρράκτην τὸν μέγαν οἱ τὴν Τριακοντάσχοινον κατανεμόμενοι μεταξὺ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρέων καὶ τοῦ Νείλου ποταμοῦ, μεθ' οὓς ὁμοίως πρὸς μεσημβρίαν Εὐωνυμῖται. Ac Triacontaschoeni quidem nusquam praeterea apud scriptores mentionem fieri adnotat editor, Euonymitas vero commemorari a Plinio N. hist. VI, 184. Atqui cum septentrionalis Triacontaschoeni terminus Cataracta magno (*Wadi Halfa*) definiatur, ipsum triginta schoenorum i. e. nongentorum stadiorum numerum indicem esse regionem usque ad terminum australem terrae *Dar Sukkot* (20° 30′ lat. sept.) porrigi, ubi sit ad laevam Nili ripam locus *Soleb*. Inde igitur incipere Euonymitarum terram, quam quod Plinius *Aethiopum primam* regionem dicat, apparere Triacontaschoenum aliquando Aegypto adiunctam fuisse. Id re vera accidisse hic titulus docet, sed neutiquam per totum tempus interiectum inter Ptolemaei Philometoris regnum et Neronis principatum hunc statum rerum mansisse indicio est titulus abhinc aliquot annos erutus C. Cornelii Galli Sitzungsber. der Kgl. Ak. der Wissensch. zu Berlin 1896 p. 469 v. 8. 9: [τύ]ραννόν τε τῆς Τριακοντασχοίνου τοπαρχί[α]ς | μιᾶς ἐν Αἰθιοπίαι καταστήσας. Illa vero duo oppida mature deserta aut diruta videntur quandoquidem neque Ptolemaeus neque quisquam praeter hunc titulum eorum mentionem facit. 7 Supplevi. Φιλομητορίδ[ων] Strack, quod quid sibi velit non assequor. Nam in propatulo est duo oppida illic a Boëtho condita esse ex quibus alterum ab ipso rege, alterum a ab eius uxore nomen acciperet. 8 Non idem quidem, sed eiusdem fere nominis oppidum commemoratur a Strabone XVI, 4, 23 p. 780. XVII, 1, 25 p. 804 Cas. Nam ut Κλεοπάτρα et Κλεοπατρίς, sic etiam Φιλωτέρα, Φιλωτερία, Φιλωτερίς promiscue usurpantur. Cf. n. 35[2]. 9 n. 130, 3. 4 Ἡρώιδης Δημοφῶντος Βερενικεύς est, qua de ethnici varietate vide ibi not. 4. 10 Cf. n. 100[5]. 11 Cf. n. 115[6]. 12 Supplevit Strackius dubitanter.

Χν[ούβεως] κ[αὶ ἀρχι]στολιστ[ή]ς[13] | τῶν ἐν Ἐλεφαντίνηι [καὶ Ἀβάτωι][14] καὶ Φίλαις ‖ ἱερῶν καὶ οἱ ἄλλοι [ἱερε]ῖς -------ίας[15] | τοῦ Χνόμω [Ν]εβιήβ[16] [καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ] | θεῶν Εὐεργετῶν [καὶ θεῶν Φιλοπατό]ρων | καὶ θεῶν Ἐπιφανῶν καὶ θεοῦ Εὐπάτορος[17] | καὶ θεῶν Φιλομ[η]τόρων, οἱ τὴ[ν] σύν[ο]δον ‖ συνεσταμένο[ι εἰς τὸ ἐν Σήτει][18] ἱερό[ν,] | ὅπως ἄγωσι[ν εἰς τιμὴν Πτολεμαίου τ]ε τοῦ | βασιλέως κα[ὶ] τ[ῆ]ς [β]ασιλίσση[ς] καὶ τῶν | τέκνων αὐτῶ[ν] ἐ[νιαυσίας ἑ]ο[ρ]τὰς κα[ὶ] | τὴν γενέθλιον ἡμέ[ραν τὴν Βοή]θου[19] ‖ κατὰ τὸν κείμενον [βασιλικ]ὸν νόμο[ν·] | ὧν τὰ ὀνόματα ὑπ[ογέγραπται].

13 Stolistae vocantur in sacris Aegyptiis quorum officium est deorum simulacra vestire et exornare. Cf. n. 56, 4. 90, 6: οἱ εἰς τὸ ἄδυτον εἰσπορευόμενοι πρὸς τὸν στολισμὸν τῶν θεῶν. Plut. de Iside et Osiride 39 p. 366 F καὶ τὴν ἱερὰν κίστην οἱ στολισταὶ καὶ οἱ ἱερεῖς ἐκφέρουσι — εἶτα γῆν κάρπιμον φυρῶσι τῷ ὕδατι καὶ συμμίξαντες ἀρώματα καὶ θυμιάματα τῶν πολυτελῶν ἀναπλάττουσι μηνοειδὲς ἀγαλμάτιον· καὶ τοῦτο στολίζουσι καὶ κοσμοῦσιν κτλ., ibid. c. 20 p. 359 A: αἵ τε τῶν ναῶν διαθέσεις πῇ μὲν ἀνειμένων εἰς πτερὰ καὶ δρόμους ὑπαιθρίους καὶ καθαρούς, πῇ δὲ κρυπτὰ καὶ σκότια κατὰ γῆς ἐχόντων στολιστήρια. Eidem ἱεροστόλοι vocantur apud Plutarchum 3 p. 352 B, ἱεροστολισταί apud Porphyrium de abstinentia IV, 8. 14 Cf. n. 138[12]. 15 Post ἄλλοι usque ad finem versus Strack haec exhibet: ...ΙΣ Ν..ΥΛΙΑΣ. Primum verbum supplere conatus sum, reliqua non expedio. 16 Chnubis (v. 4. 18) vel Chnumis, qui in insula Elephantine nobilissimum delubrum habebat (cf. Strabo XVII, 1, 48 p. 817 Cas., ubi dei nomen Κνοῦφις scribitur. 168, 23 τοῦ Χνουβιείου), in sacris Χνο(υ)μὼ Νεβιήβ, i. e. Chnumis Magnus, appellabatur. Cf. n. 168, 32 ἱερεῦσι τοῦ Χνούβω Νεβιήβ. 59 [θεῶ]ι Χνούμω Ν[εβιήβ]. Sethe ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 2 p. 2349 sqq. 17 Cf. n. 125[1]. 18 Cf. n. 130[8]. 19 Supplevit Strack, nisi quod is [τοῦ Βοή]θου scripsit.

---

112 Ara rotunda marmoris candidi, ornata sertis et bucraniis, ex insula Thera in museum Parisinum delata. Post alios ex Odofredi Mülleri apographis ed. Boeckh C. I. G. 2451. Imaginem phototypam ectypi chartacei proposuit F. Hiller von Gärtringen Inscr. ins. mar. Aeg. III p. 110 n. 468 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 250 n. 91. F. Blass ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III, 2 p. 179 n. 4774).

Ὁ δᾶμος ὁ Θηραίων[1] | ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσας Κλεοπάτρας, | θεῶν Φιλοματόρων, ‖ καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν[2] | Διονύσωι[3].

Litterae volgares praeter Π et Σ, quod non plane parallela quidem habet brachia, sed paullulum modo divergentia. Ω minore mensura, ΘΟ non item. Hastarum fines lineolis transversis ornati. 1 Theraeos Ptolemaei Philometoris aetate in dicione regum Aegypti fuisse apparet ex n. 102, 3 το[ῦ τετ]αγμένου ἐπὶ Θήρας. 110, 5 ὁ τεταγμένος ἐπὶ Θήρας. 2 Cf. n. 111[1]. 3 Baccho potissimum dedicata videtur ara a populo Theraeorum, quia ad hunc deum stirpis suae originem referebant et propterea eius sacris prae aliis studebant Ptolemaei. Cf. n. 54, 5 et Satyri fragmentum ap. C. Müller F. Hist. Gr. III p. 164 fr. 21.

---

113 Basis quadrata marmoris leucophaei inventa Citii, translata Berolinum in museum regium. Post multos alios ex ipso lapide ed. Boeckh C. I. G. 2617. Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 54 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 252 n. 97).

Ἡ πόλις | Ἁγίαν Δαμοθέτου[1] Κρῆτα, τὸν ἀρχισωματοφύλακα[2] | καὶ ἐπὶ τῆς πόλεως[3], ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς βασιλέα Πτολεμαῖον[4] καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν ‖ τὴν ἀδελφήν, θεοὺς Φιλομήτορας, καὶ τὰ τέκνα | αὐτῶν[5] καὶ τῆς εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας.

Litterae volgares praeter ΑΠΣ. 1 Memorabile nomen, quod civem ascripticium (δημοποίητον, ut de adoptato et ποιητός et θετός dicitur) significat. Nam utique Δαμόθετος, non Δαμοθέτης nominativus est, quia aliter de homine Cretensi etiam in titulo non Dorico Δαμοθέτα scriberetur. 2 Cf. n. 99[1]. 3 Praefectus regius in oppidum Citiensium missus. Alibi hi ἐπιστάται vocantur. Cf. n. 44[3]. Qui praesidiis militaribus oppidorum praesunt (φρούραρχοι), eos recte ab his magistratibus distinxit Droysen Kleine Schriften II p. 398. Cyprum per totum Philometoris regnum in eius potestate mansisse, etsi frater natu minor favore populi Romani fretus insulam illi extorquere conatus esset, in volgus notum est. 4 Ptolemaeus Philometor (181—146 a. Chr. n.). 5 Cf. n. 111[1].

---

114 Ombis in templi parte interiore. Ed. Hamilton Aegypt. p. 75. Jomard Descr. Aeg. ant. V tab. 55 n. 16. Gau Inscr. tab. X n. 1. Wilkinson ap. Young Hieroglyphics II tab. 65 (Champollion-Figeac Annal. T. II p. 160. 405 n. 4. Walpole Travels p. 593 n. 59. Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 76. Recueil des inscr. Gr. et Lat. I p. 40 n. VI, tab. V*e*. J. Franz C. I. G. 4859). R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien

XII p. 82 n. 194 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 249 n. 88. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 859 n. 1238).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας τῆς ἀδελφῆς, θεῶν Φιλομητόρων, καὶ τῶν τούτων τέκνων[1] Ἀροήρει[2] θεῶι μεγάλωι | Ἀπόλλωνι[3] καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς[4] τὸν σηκὸν[5] οἱ ἐν τῶι Ὀμβίτηι[6] τασσόμενοι πεζοὶ καὶ ἱππεῖς καὶ οἱ ἄλλοι[7] εὐνοίας ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτούς.

Litterae ΑΘΠΣ. Lepsii exemplum omnium accuratissimum expressi, priorum editorum lectionibus discrepantibus non enotatis. 1 Cf. n. 111[1]. 2 Deus Aegyptiorum cuius nomen alibi etiam Ἀρούηρις et Ἀρώηρις scribitur, Aegyptiorum lingua *Har-wêr*, i. e. Horus natu maior (πρεσβύτερος Ὧρος apud Plutarchum, v. not. 3), in simulacris Aegyptiorum sive homo cum accipitris capite, sive sphinx eiusdem volucris capite insignis, cum duabus coronis. Cf. R. Pietschmann ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 2 p. 1487. Aliam eiusdem dei aedem Apollonopoli magna a Cleopatra eiusque filio Ptolemaeo X Sotere II dedicatam testatur titulus 167. 3 Cf. Plutarch. de Iside et Osiride 12 p. 355 F τὸν Ἀρούηριν, ὃν Ἀπόλλωνα, ὃν καὶ πρεσβύτερον Ὧρον ἔνιοι καλοῦσι. p. 356 A ἔνιοι δέ φασι καὶ τὸν Ἀρούηριν οὕτω γεγονέναι καὶ καλεῖσθαι πρεσβύτερον Ὧρον ὑπ' Αἰγυπτίων, Ἀπόλλωνα δ' ὑφ' Ἑλλήνων. Letr. Item Harpocrates, i. e. Horus infans, Apollo haud raro appellatur. Cf. Syll.[2] 762, 3 Σεράπει, Ἴσει, Ἀνούβει, Ἀπόλλωνι θεοῖς συννάοις. 764, 2 Ἔρωτι Ἁρφοκράτει Ἀπόλλωνι. C. I. G. 7045, 1 Μέγας Ὧρος Ἀπόλλων Ἁρφοκράτης. Denique etiam nomen in Aegypto usitatum Ὡραπόλλων hanc numinum coniunctionem testari adnotat Pietschmann. 4 In nonnullis anaglyphis templi illius alterutrum ex eis deis, qui principem locum tenebant (κυριώτατοι θεοί v. not. 5), in solio sedentem comitantur bini dei minoris ordinis. Hi sunt σύνναοι θεοί, quorum nomina ignoramus. 5 Non totum delubrum, sed dimidiam eius partem. Nam templum quod fuit Ombis ea re a reliquis Aegyptiorum fanis discrepare, quod in duas partes plane geminas dirimeretur, duplex haberet ornamentum globi alati in epistylio, et in anaglyphis paene ubique duos deos in thronis sedentes et ab hominibus adoratos repraesentaret, alterum accipitris, alterum crocodili caput gerentem, observarunt Chabrol et Jomard Description d'Ombos p. 4. 5. 81. Alterum ex his deis Aroërin esse caput avis (cf. not. 2) demonstrat, alter Suchus (*Sbk*) est; cf. Champollion Lettres écrites d'Égypte p. 110. Huic sine dubio in sinistra templi parte, quae ipsius erat, titulus dedicatorius exaratus erat plane geminus huius, quo dextra pars Aroëri consecratur. Letr. 6 Praeter extremam ad meridiem partem Aegypti, quae usque ad Philas patet, etiam contermina pars Nubiae hoc nomo comprehenditur; ibi fuerunt copiae peditum equitumque quae meridionales regni Aegypti fines tutarentur. Letr. 7 Cum πεζοὶ καὶ ἱππεῖς totum exercitum efficiant, difficile est dictu quinam alii praeter illos hic commemorari potuerint. Letronnius significat aut homines qui in administratione rerum militarium versentur aut praefectos

et magistratus civiles qui in illo nomo sint intellegi posse, sed illam interpretationem sibi quidem probabiliorem videri.

---

115 Lapis dimidia ex parte arena obrutus, Methanae Peloponnesi in littore maris. Edd. Dodwell Itin. II p. 282 (inde Boeckh C. I. G. 1191). F. Lenormant Mus. Rhen. XXI p. 395 n. 246 (inde P. Foucart ad Lebas Inscr. II 159 *k*. Syll.[1] 232). Lapide denuo examinato et duobus ectypis chartaceis confectis P. Jamot Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 190 n. 16 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 250 n. 92). Ex apographo et ectypo suo M. Fränkel C. I. Peloponnesi I p. 175 n. 854. Cf. quae adnotavit J. Six Mitth. des arch. Inst. in Athen XII (1887) p. 220 sqq.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας, θεῶν Φιλομ[η]||τόρων, καὶ [τ]ῶν τ[έκ]νων αὐτῶν [1] θεοῖς το[ῖς] | μεγάλοις [Τ]ί[μ]αιος [2] τῶν φίλων [3] [κ]αὶ οἱ συναπο||[στ]αλέντες α[ὐτ]ῶι παρεφεδρεῦσαι ἐξ Ἀλε||[ξ]ανδρείας ἐπὶ π[ᾶ]σι [4], οἱ ἡγ(ε)μ[όν]ες [5] ἐπ' ἀ[νδρῶν [6] | ἀπὸ ----]ίας ἕω[ς [7] --------------]

Litterae ΑΞΠΣϟ. Pro Ε aliquot locis Ę et Ɛ est. Cum et ante Lenormantum Dodwellus et post eum Jamotus et Fränkelius inscriptionem perquam mutilam invenerint, sponte patet Lenormanti exemplum, tam plenum ut ne una quidem littera desideretur, sed inde a v. 4 plane discrepans ab eis quae Jamoti Fränkeliique diligentia et oculorum acie perspecta sunt, omnino ficticium esse. 1 Cf. n. 111[1]. 2 ΓΙΓ ΛΙΟΣ. Supplevit Fränkel. 3 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 4 Supplevi, dubitans sane. Sed cum una modo littera interciderit, vix aliter restitui potest. Cum οἱ συναποσταλέντες etiam de omnibus militibus gregariis intellegi possit, nescio an ambiguitatis vitandae causa addatur ἐπὶ πᾶσι, i. e. ut omnibus qui illuc mitterentur praeessent. Duces igitur et adiutores summi praefecti significantur. De verbo παρεφεδρεῦσαι cf. Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 1865 p. 362 n. 63, 20: οἱ παρεφεδρεύοντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. p. 368 col. 7, 2. 3 τῶν παρεφεδρευόντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. v. 14 τῶν ἐ[ν] τῇ πόλει παρεφεδρευόντων. 5 ΗΓΥΜ..ΕΣ. Jamot ΗΓ.....ιΣ Fränkel. Supplevi et emendavi. Vocem ἡγεμών P. Meyer Das Kriegswesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 26 demonstravit perfrequenter quidem de quolibet militum duce usurpari, sed haud raro definite eum indicare qui proximo post στρατηγόν loco esset; id quod in hunc titulum perbene quadrat. Cf. etiam n. 69[3]. 6 Supplevi. De appellationum ἡγεμὼν ἐπ' ἀνδρῶν et ἱππάρχης ἐπ' ἀνδρῶν vi diversissimae ab hominibus doctis propositae sunt sententiae. Cf. Peyron Papyr. Taur. I Comment. p. 75 sqq. Boeckh ad C. I. G. 2621. G. Lumbroso Recherches sur l'écon. politique de l'Égypte p. 196 sqq. J. G. Droysen Kleine Schriften II p. 388. Grenfell Greek papyri in the Brit. Mus. I p. 40 sqq. P. Meyer Das

Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 26 sqq. Quas omnes repetere et examinare longum est. Maxime probabilis mihi quidem videtur Meyeri interpretatio; cum enim inter copias militares, quae regi praesto sunt, distingueretur exercitus paratus (σύνταγμα) et subsidium (ἐπίταγμα) compositum ex hominibus qui exercitati quidem essent in armis et quolibet tempore a rege evocari possent, sed tamen non perpetuo militarent, eos qui in illo exercitu ordines ducerent, additamento ἐπ' ἀνδρῶν a subsidii ductoribus distingui ille statuit. 7 Supplevi. Certos fines hic statui, intra quos illorum ducum imperium contineatur, probabile est, sed unde haec pendeant in medio relinquendum. Fortasse id post v. 7 intercidit, nam propter collocationem nolim ad παρεφεδρεῦσαι referre, etsi ei structurae illud ἐξ Ἀλε[ξ]ανδρείας non obstat, quod mea quidem sententia non a παρεφεδρεῦσαι, sed a συναποσταλέντες pendet.

---

116 Tabula marmoris subcaerulei, fracta supra et infra, eruta Deli. Ed. G. Fougères Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 230 n. 1.

----------- συγγνώ[μην --------------- | ------]αν γεγονόσιν ἀγνοήμα[σιν[1] -------------- | ---]ασθ' αὐτῶι συγγενικῶς καὶ [------------ | τ]οῖς τε πρότερον εἰς ἑαυτὸν πεπρα[γμέ]||νοις ἀκολούθως ὑπάρχων ὁ βασιλεὺς[2] [καὶ] | ὅσιος καὶ εὐσεβὴς καὶ πάντων ἀνθρώ[πων] | ἡμερώτατος ἐποήσατο τήν τε φιλία[ν καὶ] | τὴν εἰρήνην[3], κατὰ πάντα χρησάμενο[ς] | τοῖς πράγμασι

Litterae ΑΖΞΠΣ. 1 Supplevi. Vs. 1—3 de prioris temporis rebus gestis dici videtur, quo Ptolemaeus Philometor (not. 2) mitem et indulgentem se erga fratrem praestiterit (cf. Polyb. XXXIX, 18, 5), deinde transitur ad pacem post bellum Cyprium cum eo factam. 2 Cum Fougères in medio reliquisset, quinam potissimum rex intellegendus esset, P. Meyer Das Kriegswesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 67 n. 231 perspexit, Ptolemaeum VI Philometora (181—146 a. Chr.) esse. Etenim quominus ad tertium saeculum referamus praeter litteraturam Romanorum mentio (v. 10) obstat, inferiore vero aetate nihil actum est in quod ea quadrent quae hic referuntur. Quod si de bello fratrum Philometoris et Euergetae de insula Cypro (v. 12) hic dici manifestum est, uter ex fratribus hic et infra commemoretur non potest ambigi, quandoquidem tales honores a sociis victori, non victo decernuntur. Adde quod ea quae hic de moribus regis dicuntur, maxime v. 6 ὅσιος καὶ εὐσεβὴς καὶ πάντων ἀνθρώπων ἡμερώτατος, egregie conveniunt cum Polybii iudicio XXXIX, 18, 3: πρᾶος μὲν γὰρ ἦν καὶ χρηστός, εἰ καί τις ἄλλος τῶν προγεγονότων βασιλέων. 3 Cf. Polyb. XXXIX, 18, 6: μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἐπιβουλεύσαντος (Πτολεμαίου τοῦ Εὐεργέτου) τῇ Κύπρῳ, κύριος γενόμενος (Πτολεμαῖος ὁ Φιλομήτωρ) ἐν Λαπήθῳ τοῦ σώματος ἅμα καὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ κολάζειν ὡς ἐχθρόν, ὥστε καὶ δωρεὰς προσέθηκε παρὰ τὰς πρότερον ὑπαρχούσας αὐτῷ κατὰ συνθήκας καὶ τὴν

μεγαλοψύχως, προαι[ρούμε]||νος ἐν οἷς[4] μάλιστα χαρίζεσθαι καὶ Ῥωμ[αί|οι]ς[5]· ὅπως[6] οὖν καὶ οἱ συμμαχήσαντες | [ἐν] Κύπρωι βασι(λ)εῖ[7] Πτολεμαίωι καὶ μετε[σ|χη]κότες τῶν ἐνδόξων, ἐπισημαινόμε[ν|οι][8] μὲν τὰ καλὰ τῶν ἔργων καὶ ἄξια μνή[μ||ης φ]αίνωνται, μὴ ἐπιλανθανόμενοι δὲ | [καὶ τ]ῶν εὐεργεσιῶν τῶν γεγενημέ[νων | εἰς τ]ὰς ἑαυτῶν πατρίδας, ἀλλ' ἐπ' [αὐταῖς | τὰς ἀξίας] χάριτας ἀπονέμοντες [ἀεὶ τοῖς | εὐεργετήσασιν[9]·] τύχηι ἀγαθῆι, δεδ[ό||χθαι ἐπαινέσαι τὸν β]ασιλέα Πτολεμαῖο[ν, | καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσ]ῶι στεφάνωι, στῆ[σ|αι δὲ καὶ εἰκόνα τοῦ βασι]λέως καλλίσ[τ|ην ------------------------] ἐγ Κρήτ[ηι[10] | ---------------------------] εὐερ[γε------]

θυγατέρα δώσειν ὑπέσχετο. Quae pax inter fratres utique aliquanto post annum 161 a. Chr., quo in senatu de illorum discidiis deliberatum est (Polyb. XXXII, 1, 1), facta est; accuratius tempus definiri nequit. 4 Pro Attico ἐν τοῖς hoc dictum esse apparet, ut omnino inferiore aetate haud raro pronomen relativum locum articuli obtinuit. 5 Romani cum antea Philometoris socii fuissent (Polyb. XXXII, 1, 3), per illas de insula Cypro contentiones fratrem natu minorem favore et opibus suis adiuverant (Polyb. XXXI, 18, 6. XXXIII, 8, 6. 7). Quare ratio habenda erat victori, ne eorum animos offenderet rebus secundis sine moderatione usus. 6 Ante hoc vocabulum trium litterarum spatia vacua relicta sunt. 7 ΒΑΣΙΑΕΙ. 8 Cf. n. 51[7]. 9 Supplevi. 10 Inter illos συμμάχους regis (v. 11) multi videntur Cretenses fuisse. Nam de insulanorum illorum cum Philometore rege coniunctione constat; cf. n. 102, 11. Syll.[2] 929, 41. 43. Quare hic praecipi videtur ut statua quodam loco insulae Cretae, qui sine dubio in deperdita parte versus 23 aut 24 accuratius indicatus erat, erigatur.

---

117 Tabula marmoris Hymettii, fracta a superiore parte, inventa Athenis septentrionem versus a Theseo. Edd. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. XV (1891) p. 349 sqq. H. G. Lolling Δελτίον ἀρχαιολογικόν 1891 p. 51 sq. Ex apographo a Lollingio misso Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 112 n. 432 *b*.

--------------ιος εἶ[πε]ν· [ἐπειδὴ Νικήρατο]ς Ἀλε||[ξανδρεὺς εὔνους ἐστὶν τῶι δήμ]ωι τῶι Ἀθηναίων, κ[αὶ ἰδίαι τοῖς] παραγι||[νομένοις τῶ]ν [πο]λιτ[ῶν εὔχρηστ]ον ἑαυτὸν παρασκευάζει, τυγχάνει δὲ | [καὶ] τιμώμενος ὑπὸ Πτο[λεμαίο]υ τοῦ ἐπὶ Κύπρου

Litterae volgares praeter ΞΓ; sed ex ΑΕΘΩ fere ubique nihil aetatem tulit nisi ΛϹΟΟ.

στρατηγοῦ[1], ἐπαγγέλλε‖[τ]αι δὲ καὶ εἰς τὸ λοιπὸν [τὴ]ν αὐτὴν αἵρεσιν διαφυλάξειν, καὶ περ|ὶ τούτων ἀπομεμαρτυρήκασιν οἱ παραγεγονότες εἰς Κύπρον τῶν | πολιτῶν· ὅπως ἂν [ο]ὖν εἰδῶσιν ἅπαντες, ὅτι ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων εὐχά|ριστος ὢν διατελεῖ τοῖς εἰς ἑαυτὸν φιλοτιμουμένοις, ἀγαθεῖ | τύχει, δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ, τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τ[ὴν] ‖ ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν χρηματίσαι περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξ[υμ]|βάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τεῖ βουλεῖ, | ἐπαινέσαι Νικήρατον Νικηράτου Ἀλεξανδρέα, καὶ στεφανῶσαι | αὐτὸν θαλλοῦ στεφάνωι εὐνοίας ἕνεκεν καὶ φιλοτιμίας τῆς | εἰς τὸν [δ]ῆμον τὸν Ἀθηναίων. εἶναι δ[ὲ] αὐτὸν καὶ πρόξενον καὶ εὐ‖εργέ[τη]ν τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων· καὶ εἰς τὸ λοιπὸν δὲ τὴν αὐτὴ[ν] | αἵρε[σ]ιν διατηροῦντι πρὸς τὸν δῆμον[2] καὶ ἄλλο ἀγαθὸν εὑρέσθαι | [ὅ]του ἂν εἶ ἄξιος. ὅπως δ' ἂν καὶ ὑπόμνημα ὑπάρχει αὐτῶι περὶ τῆς πρὸς | τὸν [δ]ῆμον ε[ὐ]νοίας, ἀναγράψαι ⟨δὲ⟩ τόδε τὸ ψήφισμα τὸγ γραμμα[τέα] | τὸν κατὰ πρυταν[ε]ίαν ἐν στήλει λιθίνηι καὶ στῆσαι αὐτὴν ἐν τῶι ‖ τ[εμέν]ει τοῦ Δήμου καὶ τῶν Χ[αρί]των. εἰς δὲ τὴν ἀναγραφὴν τῆς | σ[τή]-

---

1 Lollingius haec intellexit de Ptolemaeo Agesarchi f. Megalopolitano (Polyb. XV, 25, 14. XVIII, 55, 6. 8), quem et Epiphanis et Philometoris aetate insulae Cypri rebus praefuisse persuasum habebat. At C. Müller F. hist. Gr. III p. 66 monuit, cum superiora testimonia ad Epiphanis regnum pertinerent, sane Polybium (non Diodorum, ut dicit Koehler ad h. l.) XXVII, 13, 1 in anni 172 a. Chr. n. rebus item Ptolemaeum Cypri praesidem commemorare, sed eum iniuria a Schweighäusero eundem haberi cum illo, siquidem non modo patris Agesarchi et patriae Megalopolis significatio hic abesset, sed etiam definite diceretur eum iam puerulo Ptolemaeo Philometore rege id munus suscepisse. Hic igitur Ptolemaeo Epiphane rege nondum Cypro praefuit, ut distinguendus sit a Megalopolitano et ab anno 181 a. Chr. illam praefecturam gesserit certe usque ad 172 a. Chr. Ad hunc probabiliter Müller refert narrationem libri Maccabaeorum II, 10, 12: Πτολεμαῖος γὰρ ὁ καλούμενος Μάκρων — κατηγορούμενος ὑπὸ τῶν φίλων πρὸς τὸν Εὐπάτορα (Antiochos V Eupator 164—162 a. Chr.) καὶ προδότης παρ' ἕκαστα ἀκούων διὰ τὸ τὴν Κύπρον ἐμπιστευθέντα ὑπὸ τοῦ Φιλομήτορος ἐκλιπεῖν καὶ πρὸς Ἀντίοχον τὸν Ἐπιφανῆ (175—164 a. Chr. n.) ἀναχωρῆσαι, μήτ' εὐγενῆ τὴν ἐξουσίαν ἔχων ὑπ' ἀθυμίας φαρμακεύσας ἑαυτὸν ἐξέλιπε τὸν βίον. Utrum in hoc decreto Ptolemaeus Megalopolita an Macro intellegeretur, Koehlerus quidem in medio relinquendum putabat. At propter ea quae in gemino Timarchi Salaminii decreto legimus (cf. n. 118[2]), natu minorem Ptolemaeum qui Philometoris mandatu Cyprum administraverit designari certum existimo. 2 Desideratur hic εἶναι αὐτῶι, unde pendeat dativus διατηροῦντι.

λ[η]ς καὶ τὴν ἀνάθεσιν μ[ερ]ίσαι τὸν ταμ[ί]αν τὸ γενόμενον ἀνά|λ[ω]μα. Ἡ βουλή, | ὁ δῆμος ‖ Νικήρατον | Νικηράτου | Ἀλεξανδρέ|α.

---

118 Tabula marmoris Hymettii fracta a superiore parte, inventa Athenis septentrionem versus a Theseo quod dicitur. Edd. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. XV (1891) p. 347. H. G. Lolling Δελτίον ἀρχαιολ. 1891 p. 53. Ex apographo a Lollingio transmisso Koehler C. I. Att. IV, 2 p. 113 n. 432 *c*.

-------- ἐ[πεψήφιζεν | ------------ καὶ] σ[υμπρόεδροι· | ἔδοξεν τῆι βουλῆι κ]αὶ [τ]ῶ[ι] δή[μωι[1] | ------------]ν Ῥαμνούσιος ε[ἶπεν· ἐπειδὴ | Τίμαρχος Τιμάρχου Σαλ]αμίνιος[2] εὔνους ἐσ[τὶν τῶι δήμ‖ωι τῶι Ἀθηναίων, καὶ ἰ]δίαι τοῖς παραγινομένοις τῶ[ν πολιτ|ῶν εἰς Σαλαμῖνα τ]ὴν ἐν Κύπρωι εὔχρηστον ἑαυτὸν [παρα|σκευάζει, καὶ πε]ρὶ τούτων ἀπομεμαρτυρήκασιν αὐτῶι [οἱ | παραγεγονότες] εἰς Σαλαμῖνα τῶμ πολιτῶν· ὅπως ἂν οὖν εἰ‖[δῶσιν ἅπαντ]ες, ὅτι ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων εὐχάριστος ὢν δια‖[τελεῖ το]ῖς εἰς ἑαυτὸν φιλοτιμουμένοις, ἀγαθεῖ τύχει, | [δε]δόχθαι τεῖ βουλεῖ, τοὺς λαχόντας προέδρους εἰς τὴν ἐπι|οῦσαν ἐκκλησίαν χρηματίσαι περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυμ|βάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τεῖ βουλεῖ, | ἐπαινέσαι Τίμαρχον Τιμάρχου Σαλαμίνιον, καὶ στεφανῶ‖σαι αὐτὸν θαλλοῦ στεφάνωι εὐνοίας ἕνεκεν καὶ φιλοτιμί|ας τῆς εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων. εἶναι δὲ αὐτὸν καὶ πρόξε|νον καὶ εὐεργέτην τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων· καὶ εἰς τὸ λοι|πὸν δὲ τὴν αὐτὴν αἵρεσιν διατηροῦντι πρὸς τὸν δῆμον[3] | καὶ ἄλλο ἀγαθὸν εὑρέσθαι ὅτου ἂν εἶ ἄξιος. ὅπως δ' ἂν καὶ ὑπό‖μνημα ὑπάρχει αὐτῶι περὶ τῆς πρὸς τὸν δῆμον εὐνοίας, ἀναγρά|ψαι τόδε τὸ ψήφισμα τὸγ γραμματέα τὸγ

Litterae volgares praeter ΞΠ. 1 Ex summa omnium rerum similitudine quae huic titulo cum n. 117 intercedit iure Koehlerus collegit, haec duo plebiscita non modo eiusdem temporis, sed adeo ab eodem homine in eisdem comitiis rogata esse. 2 Cf. v. 14. 29. Huius filius procul dubio est Σίμαλος Τιμάρχου Σαλαμίνιος, cuius statuam Stolus Theonis f. Atheniensis amicus dedicavit (n. 173, 4) rege Ptolemaeo X Sotere II (a. 116—81 a. Chr.). Quare hos patris honores Philometoris regno circiter 170 a. Chr. decretos esse statuendum est, non Epiphane etiamtum superstite, quod moneo propter Ptolemaeum Cypri praefectum qui non potest Agesarchi filius Megalopolitanus fuisse (cf. n. 117[1]). 3 Cf. n. 117[2].

κατὰ πρυτανείαν | ἐν στήλαις λιθίναις δυσίν, ὥστε ἀνατεθῆναι τὴμ μὲν | μίαν ἐν τῶι τεμένει τοῦ Δήμου καὶ τῶν Χαρίτων, τὴν δὲ ἄλ|λην ἐν Σαλαμῖνι ἐν τῶι τῆς Ἀθηνᾶς ἱερῶι· εἰς δὲ τὴν ἀνα||γραφὴν τῶν στηλῶν καὶ τὴν ἀνάθεσιν μερίσαι τὸν ταμί|αν τὸ γενόμενον ἀνάλωμα.

Ἡ βουλή, | ὁ δῆμος | Τίμαρχον || Τιμάρχου | Σαλαμίνιον.

---

119 Marmor leucophaeum subcaeruleum; Itani (*Erimopoli*) in insula Creta. Ed. J. Demargue Bull. de corr. Hell. XXIV (1900) p. 238 n. 1.

Φιλώτας[1] | Γενθίου[2] | Ἐπιδάμνιος, | τῶν πρώτων || φίλων[3] καὶ χιλί|αρχος[4] καὶ φρούραρ|χος[5], Διὶ Σωτῆρι | καὶ Τύχηι Πρωτο|γενήιαι ----[6]

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Nomen perfrequens in nummis Epidamniorum inde ab anno 229 a. Chr. usque ad finem saeculi a. Chr. secundi. Cf. Catalogue of Greek coins in the British Museum, Thessaly to Aetolia p. 68 n. 43. p. 70 n. 79. p. 71 n. 84. p. 73 n. 123. Illius vero saeculi etiam hunc titulum esse omnium maxime probabile est. Fuerunt quidem iam antea nonnunquam Ptolemaeorum exercitus in insula Creta (cf. n. 45, 7), sed perpetuum praesidium urbi Itaniorum tum demum impositum esse videtur, cum illi a Praesiis bello lacessiti auxilium Ptolemaei VI Philometoris implorassent (Syll.[2] 929, 37. 43). 2 Nomen Illyricum; notus est Genthius Illyriorum rex Persei in bello contra Romanos socius (Polyb. XXVIII, 8 sqq. XXIX, 3 sqq. XXX, 14, 1. XXXII, 18, 4. Liv. XL, 42 sqq. XLII, 26 sqq. XLIII, 19 sqq. XLIV, 23 sqq. XLV, 43, 6. 9). Ut fere in omnibus Graecorum coloniis transmarinis cives nonnullos nomina ex finitimorum barbarorum sermone repetita gerere videmus, sic inter magistratus Epidamniorum qui nummis inscribuntur plerique quidem nominibus Graecis utuntur, sed praeter nonnulla dubia duo sine controversia Illyrica occurrunt, Δάζιος (Catal. mus. Brit. Thessaly to Aetolia p. 68 n. 52) et Μονούνιος (ibid. p. 69 n. 55). 3 Cf. n. 99[1]. 4 Numeros binorum ternorumve milium militum in exercitu Ptolemaeorum singulis ducibus subiunctos divisos fuisse in bina ternave singulorum milium corpora, quibus praeessent χιλίαρχοι, haec vero rursus bipartita binos habuisse πενταχοσιάρχους sat multis papyrorum testimoniis probavit P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 25 sqq. Chiliarchi nomen et dignitatem ex regno antiquo Persarum in Alexandri et successorum exercitus pervenisse (Diodor. XVIII, 48, 4) monuit Dem. Qui quod coniunctionem huius officii cum praefectura praesidii alicuius, quam hic habemus, iam apud Persas usitatam fuisse Xenophontis testimoniis Oecon. 4, 7 et Cyrop. VIII, 6, 1 probare conatur, errare mihi videtur; nam utrobique χιλίαρχοι καὶ φρούραρχοι sic commemorantur, ut non

eosdem homines utroque officio fungi appareat. 5 Cf. n. 20, 2 cum not. 3. Itani oppidi praesidio Philotam praefuisse non est quod demonstretur. 6 ΓΕΝΗΙΑΙΙΝΑ lapis ex apographo Demarguii, qui Πρωτο|γένηι αι.. να legit. Sed mihi cognomentum Πρωτογένεια potius esse videtur; praecipue propter Plutarchi locum, quem ipse D. affert, Quaest. Rom. 107 p. 289 B: διὰ τί Ῥωμαῖοι Τύχην σέβονται Πριμιγένειαν, ἣν ἄν τις εἴποι Πρωτογένειαν; Sed quid in fine versus scriptum fuerit, non magis assequor quam primus editor. Nam Ἰ(τα)ν(ί)α[ι] emendare nimiae audaciae fuerit.

---

120 Inter rudera Naucratis antiquae. Ed. American journal of archaeology I (1885) p. 79.

Ἡ πόλις ἡ Ναυκρατιτ[ῶν [1]] | Ἡλιόδωρον (Δ)ωρίωνος [2] Φιλο[μη-

1 Cf. n. 89, 6. Naucratin Ptolemaeorum aetate mansisse neque vero post Alexandriam conditam desertam esse certissimis testimoniis constat. Cf. Polyb. XXII, 7, 6. XXVIII, 20, 10. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 11 not. 1. Etiam Strabo XVII, 1, 23 p. 803 Cas. oppidum ut etiamtum exstans commemorat. At utrum antiquam formam et dignitatem civitatis retinuerit necne disceptatur. Incertam rem esse iudicat Droysen Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 44 n. 3. Praefracte Naucratitas σύστημα πολιτικὸν τῷ Ἑλληνικῷ τρόπῳ habuisse negat J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 81 not. 1. Sed quod is dicit οἰκονόμος τῶν κατὰ Ναύκρατιν n. 89, 6 magis Aegyptiorum quam Graecorum morem redolere, id neque per se verum est, nam oeconomi etiam Graecarum civitatium fuerunt (cf. Syll.[2] 175, 7. 11. 15. 545, 41. 552, 39. 553, 10 sqq. 554, 5. 17. 902, 4), neque si vel maxime verum esset, hic quicquam momenti haberet. Nam si ille regius magistratus est, ut sane videtur, inde non sequitur civitatem senatu, comitiis, magistratibus suis caruisse. Et re vera talem fuisse condicionem Naucratitarum, quae est Lumbrosi Recherches p. 222 et B. Niesii Gesch. der gr. und maked. Staaten II p. 105 sententia, hic titulus docet. Etenim quomodo civitas (πόλις) statuam dedicare poterat nisi ex senatus aut comitiorum decreto? Etiam quod Lumbroso attulit argumentum in papyro Parisino Notices et extraits des manuscrits XVIII, 2 (1865) p. 347 n. 60 *bis*, 16. 37 τιμούχους Naucratitarum commemorari, neutiquam refutatum mihi videtur a Mahaffyo, qui negat magistratum civilem innui, quia negotium illic commemoratum ad sacra spectaret. At talia in civitatibus Graecis plerumque a magistratibus populi administrata esse constat, et vocabulum in oppidis Ionum antiquitus de summo magistratuum collegio usurpatum, ut Tei (Syll.[2] 523, 60), Sinopae (Syll.[2] 603, 13), Massiliae (Strabo IV, 1, 5 p. 179 Cas.), nonne probabilius est apud Naucratitas Milesiorum colonos (Strabo XVII, 1, 18 p. 801) ex antiquo rei publicae ordine conservatum, quam a Ptolemaeis regio magistratui impositum esse? Ceterum ethnicum Ναυκρατίτης etiam a Stephano Byz. s. v. Ναύκρατις affertur itemque apud Strabonem XVII, 1, 33 p. 808 Cas. legitur ἐν τῇ πόλει τῶν Ναυκρατιτῶν. 2 Emendavi. Λωριῶνος

τόρειον[3],] | τὸν ἱερέα τῆς Ἀθηνᾶς διὰ βί[ου καὶ] | συγγραφοφύλακα[4], ἀρετῆς καὶ [εὐνοίας] ‖ ἕνεκα τῆς εἰς αὐτήν.

---

editor. At hoc nomen inauditum est, illud quod lenissima mutatione reposui inter Graecos in Aegypto habitantes perfrequens. Cf. n. 74, 2. 130, 25. Oxyrhynchos Papyri II p. 285 n. CCLXXXIX Col. I, 2. II, 2. 4. p. 294 n. CCXCIV, 2. 32. 34. p. 304 n. CCCXII. Flinders Petrie papyri I p. 62 n. XXII, 2, 5. II p. 84 n. XXVII, 4. 7. 12. p. 156 n. XLVIII, 5. 14. Gr. pap. in the Brit. Mus. I p. 9, 22. 10, 12. 11, 33. 14, 3. 16, 7. 18, 2. 21, 2. 41, 102. 3 Supplevi. Cum is qui honore afficitur manifesto civis Naucratita sit, post paternae originis designationem nihil scriptum fuisse potest nisi demoticum. Atque Alexandriae quidem hoc fuisse vides ex n. 169, 3, Naucrati quin idem fuerit eo minus est quod dubitetur, quia Ptolemaei VI Philometoris aetate etiamtum Graecam civitatem ibi fuisse ex Polybii XXVIII, 20, 10 narratione discimus. Aliud vero quod ab his litteris incipiat demoticum inter superstites quidem Alexandrinorum et Ptolemaeensium pagorum appellationes nullum est. Sine dubio etiam in papyro Taurinensi apud Peyronum II p. 69 n. XIII, 5, ubi editor monstrum nominis Φιτοασητόρειος agnoscere sibi visus est, Φιλομητόρειος legi debet. In titulo cogitaveris sane etiam de Φιλο[πατόρειος]. 4 Cf. J. Franz C. I. G. III p. 294. E. Kuhn Die städtische und bürgerliche Verfassung des röm. Reichs II p. 494. G. Lumbroso Recherches sur l'économie pol. de l'Égypte p. 167 sqq. 263. Magistratus erat coram quo pacta de pecuniis mutuis dandis fieri et litteris consignari debebant, ut deinde hae litterae ab ipso conservarentur; in papyro Leidensi O ap. Leemans p. 76 sqq., ubi de pecunia anno 89 a. Chr. n. a Conuphi Petesis filio taricheuta Petheimuthi epigono Persae mutua data eius mentio fit. Item Flinders Petrie papyri II p. 99 n. XXIX *b*, 6: ἀνενήνοχεν ἐφ' ἡμᾶς Ἀπολλώνιος ὁ συγγραφοφύ(λαξ) συγγραφὴν ἣν ἔφη συγγεγράφθαι πρὸς Ἡλιόδωρον. Cf. etiam ibid. p. 66 n. XXI *b*, 6. p. 100 n. XXIX *c*, 7. *d*, 7. p. 154 n. XLVII, 33. 37. Amherst papyri II p. 53 n. XLIII, 18. p. 192 n. CLXI. In papyro Leidensi ap. Leemans I p. 77 pap. O, 30 contractui de pecunia mutua danda subscribitur συγγραφοφύλαξ Ἡρακλείδης. Haud raro sane ἀγορανόμοι easdem partes agunt in eiusmodi contractibus, quas alibi συγγραφοφύλακες, nec perspicuum est quaenam inter utrosque intercedat ratio. Simillimum institutum in multis Graecorum civitatibus fuit, de quo doctissime disputavit R. Dareste Bull. de corr. Hell. VI 1882 p. 241 sqq. Plerumque quidem χρεωφύλακες, χρεωφυλάκιον appellatur. Sed Darestius nonnunquam vocem multo latius patentem ἀρχεῖον de hoc potissimum magistratu usurpari, alias alia, veluti γραμματοφυλάκιον, ἡ φυλακὴ τῶν γραμμάτων, τεθμοφυλάκιον (θεσμοφυλάκιον), ῥητροφύλακες (Suidas s. v.) in usu esse demonstravit.

---

121 Basis lapidis granitae, quae olim tribus statuis destinata erat, tum vero arae ecclesiae Copticae sustinendae inserviebat, in insula *Hesseh* meridiem versus a Philis. Edd. Sayce Academy 1895

p. 23 n. III. (American journal of archaeology X 1895 p. 384. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 248 n. 82*a*).

Βασιλέα Πτολεμαῖον[1] καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν[2], | θεοὺς Φιλομήτορας, καὶ Πτολεμαῖον τὸν υἱὸν αὐτῶν[3] | Ἶσις καὶ Ὧρος[4].

Litterae volgares praeter ΘΠ. Post v. 2 tres versus de industria excisi sunt, quorum in locum alia manus grandibus litteris substituit Ἶσις καὶ Ὧρος. 1 Ptolemaeus VI Philometor (181—146 a. Chr.). 2 Cleopatra Philometoris soror germana quae fratri nupsit anno 172 a. Chr. aut paullo prius (cf. n. 106[1]). 3 Hic idem esse videtur filius quem habes n. 125. 126. 127. Eum sub ipsum regni paterni finem a patre socium regni ascitum esse ex nummo Paphi ut quidem videtur cuso, qui eundem annum et trigesimum sextum (ΛC) et primum (A) significat collegit M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 37. Quae ad neminem ex Ptolemaeis commode referri nisi ad Philometora; huius igitur annum postremum (146/5 a. Chr. n.) simul primum filii una cum patre regnantis fuisse. Cave tamen ad illum annum hunc lapidem rettuleris; immo quod filius neque βασιλεύς neque Εὐπάτωρ dicitur, monumentum paullo antiquius existimandum est. 4 De litura cf. n. 123[2]. Hic et n. 122, 2 pro hominis nomine eraso duae deorum appellationes incisae sunt, ne titulus mancus maneret, satis inepto consilio, quandoquidem deos regum statuas dedicare a solenni usu plane abhorret.

---

122 Lapis erutus Syenae in foro (*bazar*) die 10. m. Martii 1883. Ed. E. Miller Revue archéol. Troisième sér. II (1883) p. 181 n. 4. G. Botti Notices des monuments exposés au musée d'Alexandrie n. 131 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 248 n. 82).

Βασιλέα Πτολεμαῖον, θεὸν | Φιλομήτορα[1], Ἶσις καὶ Ὧρος[2].

Litterae volgares praeter ΑΘοΠΣ. Hic ut n. 121 extrema verba Ἶσις καὶ Ὧρος locum antiquioris scripturae consulto deletae tenent. 1 Ptolemaeus VI Philometor (181—146 a. Chr. n.). 2 Cf. n. 121[4]. 123[2].

---

123 Basis magna fracta in duas partes, inter rudera templi Apollinis Hylatae in insula Cypro. Edd. L. Ross Arch. Zeitung 1845 p. 103. Sakellarios Κυπριακά p. 77. Leycester Transactions of the Royal society of litt. VII p. 386. Pieridis ibid. p. 396. Ex apographo suo W. H. Waddington apud Lebas Inscr. III 2808,

Βασιλέα Πτολεμαῖον[1], θ[εὸν Φιλο]μήτορα, τὸν ἐγ βασιλέως | Πτολεμαίου καὶ βασιλί[σσης] Κλεοπάτρας, θεῶν Ἐπιφανῶν, | ----------[2].

Litterae volgares praeter ΘΣ. Post hos duos versus sequebantur tres alii, qui de industria excisi sunt. 1 Ptolemaeus VI Philometor (181—146 a. Chr. n.). 2 In hoc titulo Cyprio Ptolemaei Philometoris itemque in tribus filii Ptolemaei Eupatoris in eadem insula repertis (125. 126. 127) plane eadem ratione postremi versus, qui nomen eius qui dedicaverat continebant, data opera excisi sunt cum reliqua omnia religiose conservarentur. Quod nullo modo ad casum referendum est sed statuendum certa de causa hominis cuiuspiam nomen, ubicumque in titulis reperiebatur, deletum esse. Neque causa dubia videtur; nempe homo ille cum apud Philometora magna auctoritate floruisset et post eius mortem filii impuberis iura tueri conatus esset, necato infante ipse quoque a Ptolemaeo VIII Euergeta supplicio affectus et memoria eius quantum fieri poterat deleta est. Plane eadem ratio duorum Philometoris monumentorum in meridionalibus Aegypti regionibus repertorum n. 121. 122 est, nisi quod illic in locum humani nominis erasi duorum numinum appellationes substitutae sunt.

---

*124 Ptolemaide Cyrenaicae, lapis templi Romanorum aetate exstructi pavimento insertus. Ed. Pacho Itin. Marm. Cyren. tab. LXXIV. Interpretatus est Letronne Journal des savants 1828 p. 260 et ap. Pacho p. 398 sq. (J. Franz C. I. G. 5185. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 249 n. 86).

[Β]α[σ]ιλέα [Πτ]ολε(μ)αῖον[1], [τ]ὸ[ν] βα[σ]ιλ[έως] | Πτολεμαίου κα[ὶ βα]σιλ(ί)σσ[η]ς[2] Κλεο|[π]άτρας ἀδελ[φ]όν[3], θεὸν (Φ)ιλομήτορα[4], | ἡ π[ό]λις.

Litterae volgares praeter ΑΠΣ, si modo apographo fides habenda est. 1 ΙΙΟΛΕΙΥΑΙΟΝ. Restituit Letronne, cui omnino per totum titulum debentur supplementa et emendationes. 2 \ΣΙΛΣΣ.Σ. 3 Ptolemaeus et Cleopatra Ptolemaei VI Philometoris frater et soror sic coniunguntur, ut titulum illo etiamtum superstite, quo tempore sororem in matrimonio habebat, incisum non esse sponte pateat. Immo post Philometoris mortem (146/5 a. Chr.) cum Ptolemaeus VIII Euergetes uxorem duxisset fratris viduam, Ptolemaeenses hanc statuam erexisse certum est. Sed satis probabiliter Letronnius coniecit, decretum de hoc monumento dedicando factum esse priusquam Philometor diem supremum obiret. Ceterum ΑΔΕΛΙΟΝ traditur. 4 ΙΛΟΜΗΤΟΡΑ. De collocatione huius cognominis cf. quae adnotavi n. 92[1].

125 Basis inventa inter rudera templi in vico *Apello* sito prope Curium Cypri. Edd. Sakellarios Κυπριακά I[2] p. 72 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 253 n. 101). Leycester Transactions of the R. society of litt. VII p. 388. Pieridis ibid. p. 396. Ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 2809.

Βασιλέα Πτολεμαῖον, θεὸν Εὐπάτορα[1], | τὸν ἐγ βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης | Κλεοπάτρας, θεῶν Φιλομητόρων, | ------------[2].

Litterae volgares praeter ΘΣ. Infra v. 3 quattuor versus consulto deleti. 1 Post hunc titulum repertum non amplius ambigi potest, quisnam fuerit Ptolemaeus Eupator. Sine dubio hoc nomen eum Ptolemaei VI Philometoris filium indicat qui cum post patris mortem paullisper regis nomen gessisset, a patruo Ptolemaeo VIII Euergeta II occisus est (146/5 a. Chr.). Quae R. Lepsius Abh. der Ak. zu Berlin Phil.-hist. Cl. 1852 p. 464 sqq. Briefe aus Aegypten p. 409 sqq. coniecit de Ptolemaeo Eupatore Ptolemaei V Epiphanis filio natu maximo qui inter patrem et fratrem Philometora per breve tempus regnasset, ea etsi cum aliorum tum Alfredi de Gutschmid ap. Sharpe Gesch. Aegyptens I p. 242 not. 1. p. 255 not. 1 assensum tulerunt, tamen post hunc titulum inventum amplius teneri nequeunt, praesertim cum titulos 126. 127, etsi parentes non nominent, tamen ad eundem ac n. 125 Philometoris filium spectare propter geminum liturae genus certum sit. Nullus igitur fuit praeter hunc rex Ptolemaeus Eupator. 2 De his versibus excisis cf. n. 123[2].

---

126 Lapis inventus in parietinis Paphi veteris, translatus Vindobonam in museum imperiale. Ed. Jos. de Hammer Topogr. Ansichten auf einer Reise in die Levante p. 179 n. 49 et in aere ad p. 151 (Boeckh C. I. G. 2618. Sakellarios Κυπριακά I[2] p. 101 n. 84. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 253 n. 102). Cf. Letronne Recherches sur l'Égypte p. 416.

Βασιλέα Πτολεμαῖον, | θεὸν Εὐπάτορα[1], | -------------[2] Ἀφροδίτηι.

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 Cf. n. 125[1]. 2 De liturae causa cf. quae exposui n. 123[2].

---

127 Basis marmoris rubri inventa in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journ. of Hell. studies IX (1888) p. 235 n. 34.

[Βασιλέα Πτολεμαῖον, θεὸν Ε]ὐπάτορα[1], | --------- | --------[2].

Litterae ΑΟΠ. 1 Cf. n. 125[1]. 2 De versibus excisis cf. n. 123[2].

128 Lapis a Jomardo repertus in oppido *Cairo*. Ex Jomardi apographo ed. Champollion-Figeac Annales des Lagides II p. 407 (Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 313. Descript. Aeg. antiq. V tab. 52 n. 22. J. Franz C. I. G. 4698. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 255 n. 105).

Βασιλέα Πτολεμαῖον, θεὸν Εὐεργέτην[1], | θεῶν Ἐπιφανῶν Ἀπολλόδωρος Ἀέτου | τῶν πρ(ώ)των[2] φίλων[3], ὁ ἐπιστάτης καὶ | γραμματεὺς[4] τῶν κατοίκων[5] ἱππέων.

Litterae ΘΠΣ. 1 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 2 ΠΡΟΤΩΝ. 3 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 4 De scribis exercituum qui administrationi pecuniariae praesunt cf. n. 102[5]. 5 Cf. Polyb. V, 65, 10: συνήχθη δὲ καὶ Θρᾳκῶν καὶ Γαλατῶν πλῆθος, ἐκ μὲν τῶν κατοίκων καὶ τῶν ἐπιγόνων εἰς τετρακισχιλίους, οἱ δὲ προσφάτως ἐπισυναχθέντες ἦσαν εἰς δισχιλίους, ὧν ἡγεῖτο Διονύσιος ὁ Θρᾷξ. XV, 25, 17 δύο γὰρ ἔσχε προθέσεις ὑπὲρ ταύτης τῆς ἐπιβολῆς (Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ), μίαν μὲν ἀποχρῆσθαι τοῖς ξενολογηθεῖσιν εἰς τὸν πρὸς Ἀντίοχον πόλεμον, ἄλλην δὲ τοὺς ἀρχαίους καὶ προϋπάρχοντας ξένους ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν χώραν φρούρια καὶ τὰς κατοικίας ἀποστεῖλαι, τοῖς δὲ παραγενομένοις ἀναπληρῶσαι καὶ καινοποιῆσαι τὴν θεραπείαν καὶ τὰ περὶ τὴν αὐλὴν φυλακεῖα κτλ. Utrobique distingui mercennarios recens conductos ab eis qui iampridem a regibus in terra Aegypto domicilia acceperint (κάτοικοι) et qui ex his nati sint (ἐπίγονοι) apparet. Sed illi antiquioris aetatis, de quibus Polybius hic verba facit, sine dubio non alii sunt ac milites quibus Ptolemaeus II Philadelphus in nomo Arsinoïtico (*Fajjûm*) colonias militares constituit eorumque posteri. Quod contra Ptolemaeus V Epiphanes (205—181 a. Chr.) demum, cum illae coloniae sublatae essent, aliud genus κατοίκων constituit, militum Macedonum Graecorumque qui emeritis ordinariis stipendiis in praediis (κλήροις), quae passim per diversos regni nomos acceperant (cf. οἱ ἐν τῷ Ἡρακλεοπολίτηι συγγενεῖς κάτοικοι Greek papyri in the Brit. Mus. I n. 23, 7. τοῦ περὶ Θήβας, ἐν Διοσπόλει τῆι μεγάληι et alibi, cf. Meyer p. 69 sqq.) habitabant, sed si quando opus esset quasi subsidii loco evocabantur. De toto instituto cf. J. G. Droysen Kleine Schriften II p. 377. U. Wilcken apud eundem p. 436. G. Lumbroso Recherches sur l'écon. polit. de l'Égypte p. 225. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten § 15 p. 68 sqq. Hic haud improbiliter statuit, Polybium suae aetatis usu sermonis deceptum κατοίκων et ἐπιγόνων nomina ad illos tertii a. Chr. n. colonos, qui proprie κληροῦχοι vocati essent, transtulisse.

129 Tabula lapidis alabastri inventa in Aegypto inferiore, exstat Berolini in museo. Edd. E. Miller Revue archéol. Nouv. sér. XXX (1875) p. 111 n. V. Th. Mommsen Ephem. epigr. IV p. 25 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 262 n. 130). C. I. Lat. III Suppl. n. 6583.

Βασιλίσσης καὶ βασι|λέως[1] προσταξάντων | ἀντὶ τῆς προανακει|μένης περὶ τῆς ἀναθέσε||ως τῆς προσευχῆς[2] πλα|κὸς ἡ ὑπογεγραμμένη | ἐπιγραφήτω· | Βασιλεὺς Πτολεμαῖος Εὐ|εργέτης[3] τὴν προσευχὴν || ἄσυλον. | *Regina et* | *rex iusser(un)t.*

Litterae Α (sed v. 1 altero et tertio loco Α) ΘΞΠΕ (sed v. 2 altero loco C) Ω. Vs. 2 ΩΕ et ΩΝ, vs. 3 ΝΑ ligatae. 1 Regem et reginam, qui dedicationis oratorii Iudaici olim a Ptolemaeo Euergeta factae titulum instaurari iuberent, in Aegypto regnasse locus tituli, tertio a. Chr. n. saeculo non antiquiores esse litteratura, imprimis propter ligaturas, docet. Quae res coniuncta cum ordine nominum, ex quibus regina et in Graeco et in Latino titulo priorem locum tenet, indicio est Zenobiam eiusque filium Vaballathum designari. Regium nomen Zenobiae quidem tribuitur in compluribus titulis Palmyrenis (v. indicem), Vaballatho vero in nummis, de quorum inscriptione *v(ir) c(larissimus) r(ex) im(perator) d(ux) R(omanorum)* post Mommsenum commentatus est A. v. Sallet Num. Ztschr. XV p. 331. Mommsen. 2 Cf. n. 96[4]. 3 Dubium esse utrum Ptolemaeus III Euergetes I (246—221 a. Chr. n.) an Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr.) significaretur; hoc quidem probabilius esse iudicavit Mommsen. Cf. tamen Addenda ad n. 96.

---

130 Cippus rectangulus cum anaglypho crateram et utrimque singulos thyrsos repraesentante, repertus inter rudera templi exigui quod est in insula Catarrhactarum, cui antiquitus insulae Bacchi nomen fuit, hodie *Essehel*, translatus Francofurtum ad Moenum, ubi est in bibliotheca. Edd. Rüppel, Fundgruben des Orients V, 4 p. 433. Adhibito Gauii apographo Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 341 sqq. Accuratius etiam ex ectypo chartaceo a Th. Voemelio transmisso idem Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Ég. I p. 389 n. XXXII cum imagine lithographa tab. XVII (J. Franz C. I. G. 4893. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 256 n. 108).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] καὶ βασιλίσσης | Κλεοπάτρας τῆς

Litterae ΑΒΞΣ. Pro Ε et Σ per maximam tituli partem constanter usurpatis in laterculi nominum subiuncti columna dextra aliquotiens Є et C occurrunt. 1 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.).

ἀδελφῆς[2], θεῶν Εὐεργετῶν, | καὶ τῶν τέκνων[3] Ἡρώιδης Δημοφῶντος | Βερενικεύς[4], ὁ ἀρχισωματοφύλαξ[5] καὶ στρατηγός[6], || καὶ οἱ συνάγοντες[7] ἐν Σήτει τῆι τοῦ Διονύσου | νήσωι[8] βασιλισταί[9], ὧν τὰ ὀνόματα ὑπόκειται, | Χνούβει τῶι καὶ Ἄμμωνι[10],

---

2 Cum titulum eius temporis non esse, quo rex duas Cleopatras simul in matrimonio habebat, appareret, Letronnius sub finem regni potius, Cleopatra II defuncta, quam initio, antequam Cleopatram III in matrimonium duceret, hanc dedicationem factam coniecit. Etenim pluralem τῶν τέκνων in priorem uxorem non quadrare, quia ex ea unum modo filium habuisset; neque vero τῆς ἀδελφῆς impedire, quominus de Cleopatra III cogitaremus, quandoquidem hoc honoris vocabulum esset, quo reginae etiam si regum sorores non essent ornari consuevissent. Hoc in universum quidem verum est (cf. n. 60[3]); sed cum per multos annos nominibus βασίλισσα Κλεοπάτρα ἡ ἀδελφή et βασίλισσα Κλεοπάτρα ἡ γυνή mater et filia distinctae essent, illa vixdum defuncta hanc ἀδελφῆς nomine significari neutiquam credibile est. Quare Cleopatram II intellego et titulum ad aliquem ex prioribus Euergetae annis refero; nam hanc priorem uxorem filios duos regi peperisse certum est (cf. n. 144[1]). Quae sententia ni plane fallor collato titulo n. 111 Philometore etiamtum regnante inciso haud mediocriter confirmatur. Videtur igitur paullo posterius, quam fere credebatur, divortium inter regem et priorem uxorem factum esse. 3 Cf. not. 2. 4 In eiusdem hominis dedicatione n. 111, 14 [Περγα]μηνός est. Sed haec ethnici variatio nihil habet insoliti (cf. n. 79[2]. 151[1]). Ethnicon vero utique hic habendum est Βερενικεύς, etsi idem nomen gessisse demum civitatis Ptolemaeensium discimus ex n. 49, 15. Nam demoticis cives non utuntur peregre; quare si Ptolemaide Berenicensium pago ascriptus fuisset Herodes, necessario hic Πτολεμαιεύς appellandus fuit. Berenicen vero Herodis patriam oppidum Aegypti potius intellegendum putat Letronne, quam Cyrenaicae, quia aliter ad Βερενικεύς accuratiorem definitionem addi exspectaremus. 5 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 6 Summum praefectum exercitus qui meridionales Aegypti terminos custodiebat recte interpretatur Letronnius; idem est στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος, quem sane Letronnius ab illo distinguere videtur. 7 Non intransitivum hoc esse verbum, sed transitivum per ellipsin usurpatum, observat Letronne. Sunt Basilistae qui synodum colligunt vel habent; ac potissimum quidem de epulis et comissationibus verbum hac ellipsi usurpari monuit L. Cf. Athenaeus VIII p. 365 c: ἔλεγον δὲ συνάγειν καὶ τὸ μετ' ἀλλήλων πίνειν καὶ συναγώγιον τὸ συμπόσιον et versus a scriptore allatos. Theophrast. Charact. 30 συναγόντων παρ' αὐτῷ de cena collaticia quae apud quempiam hominem fit. Neque vero hic quoque de conviviis potissimum sodalium cogitaverim cum Letronnio, sed de quolibet eorum conventu, neque τὰς συμβολάς mente suppleverim, sed τὴν σύνοδον. 8 Hoc igitur fuit et Aegyptiacum et Graecum illius insulae, quae nunc *Essehel* vocatur, nomen Ptolemaeorum aetate. 9 Sodalitas cultorum regis et regiae domus. Ἀτταλιστάς qui Attalum I, Εὐπατοριστάς qui Mithradaten Eupatora colerent ex titulis n. 325, 4. 326, 1 sqq. 367

Σάτει τῆι καὶ Ἥραι[11], | Ἀνούκει τῆι καὶ Ἑστίαι[12], Πετεμπαμέντει[13] τῶι καὶ | Διονύσωι[14], Πετενσήτει[15] τῶι καὶ Κρόνωι, Πετενσήνε[ι][16] ‖ τῶι καὶ Ἑρμεῖ[17], θεοῖς μεγάλοις, καὶ τοῖς

---

notos esse observat L., collegia instituta ad exemplum eorum quae antiquos Graecorum deos colerent ut Διονυσιασταί, Ἡρακληϊσταί, Παναθηναϊσταί alii. Sed vix recte eandem fuisse opinatur technitarum Dionysiacorum synodum. Nam ludorum scaenicorum nullum hic deprehendimus vestigium. Longe aliam viam ingreditur G. Lumbroso Recherches sur l'économie politique de l'Égypte p. 106 not. 8 et p. 227 sqq., qui βασιλιστάς corpus vel numerum (*compagnie*) militum esse opinatur. At quod in papyro Taurinensi primo legitur Σεσώσιος ρ̄ (i. e. ἑκατὸν) φιλοβασιλιστῶν προθύμων, id ipsum ambiguum est, neque probavit L. ibi militum corpus significari, sed sumpsit. Apud Athenaeum V 197 a vero, ad quem ille praeterea provocavit, omnino nihil eiusmodi legitur. Adde quod συνάγοντες ad sodalitatem melius quadrat quam ad numerum militarem. Ceterum qui illam societatem habeant, milites esse non improbabile est. 10 Ammonem cum Iunone principem locum tenere inter numina quibus sodalitas dedicationem facit consentaneum est, siquidem eisdem stela Syenensis apud Letronnium tab. XIII n. 9 cum titulo AMMONI · CHNVBIDI · ET · IVNONI · REGINAE dedicata est. Tertia accedit Anucis quae et Vesta. Haec prior trias maioris dignitatis eo discernitur ab altera, quod propria nomina Aegyptia deorum Graecis praemittit, cum illic Graece modo verum nomen, Aegyptiace vero circumlocutio quaedam incipiens a *peten*, quod est 'qui pertinet ad' incipiens ponatur. Illos tres principales vero frequenter imaginibus expressos inveniri in monumentis prope Syenen repertis testatur G. Wilkinson Manners and customs IV p. 266 sq., ad quem provocat Letronne. 11 Hoc pugnare videtur cum Herodoti testimonio II, 50: ὅτι γὰρ δὴ μὴ Ποσειδέωνος καὶ Διοσκούρων, ὡς καὶ πρότερόν μοι ταῦτα εἴρηται, καὶ Ἥρης καὶ Ἱστίης καὶ Θέμιος καὶ Χαρίτων καὶ Νηρηΐδων, τῶν ἄλλων θεῶν Αἰγυπτίοισι αἰεί κοτε τὰ οὐνόματα ἐστὶ ἐν τῇ χώρῃ. Sed non magis quam huic titulo cum Herodoto convenire scriptoribus Alexandrinis monet Letronne. Cf. Manetho ap. Porphyrium de abstinentia II, 55 p. 180, 9 Nauck: ἐθύοντο δὲ τῇ Ἥρᾳ. Diodor. I, 13, 2 τινὰς δὲ (τῶν ἐπιγείων θεῶν) ἰδίαν ἐσχηκέναι προσηγορίαν, Ἥλιον τε καὶ Κρόνον κτλ. — πρὸς δὲ τούτοις Ἥραν καὶ Ἥφαιστον, ἔτι δ' Ἑστίαν καὶ τελευταῖον Ἑρμῆν. Vides igitur post Herodotum etiam amplius progressum esse illud Graecorum studium suos deos apud Aegyptios aliasque barbaras nationes reperiendi. 12 Cf. not. 11. 13 I. e. deo qui pertinet ad Amentem, quae est Aegyptiaca Orci appellatio. Letronne. 14 Quia Osirin eundem ac Bacchum esse sibi persuaserant Graeci, hic deus inferorum (not. 13) Διόνυσος appellatur. L. 15 'Qui pertinet ad Setin'; est igitur deus tutelaris insulae in qua hic titulus inventus est (v. 5). Graeco nomine sane ea Baccho potius vindicatur, sed utrumque deum ibi delubrum habuisse hic videmus. 16 'Qui pertinet ad Senen'. Insulam vicinam huic Bacchi, hodie *Begeh* vel *Bageh* vocatam, in hieroglyphicis vero inscriptionibus Snem vel Senem, inter loca sanctissima totius Aegypti antiquitus habitam esse observat Champollion

ἄλλοις τοῖς | ἐπὶ τοῦ Καταράκτου[18] δαίμοσιν[19] τὴν στήλην κα(ὶ τ)ὰ[20] | πρὸς τὰς θυσίας καὶ σπονδὰς τὰς ἐσομένας | ἐν τῆι συνόδωι κατὰ τὰς πρώτας ἐνάτας τοῦ | μηνὸς ἑκάστου[21] καὶ τὰς ἄλλας ἐπωνύμους ἡμέρας ‖ δι' ἑκάστου εἰσενηνεγμένα χρήματα, ἐπὶ | Παπίου τοῦ Ἀμμωνίου προστάτου καὶ | Διονυσίου τοῦ Ἀπολλωνίου ἱερέως τῆς συνόδου

a Ἡρώιδης Δημοφῶντος[22]
Ἑρμίας Ἀμμωνίου
Παπίας Ἀμμωνίου[23]
Διονύσιος Ἀπολλωνίου[23]
Φιλάμμων Φιλάμμονος
Ἀμμώνιος Ἀπολλωνίου
Πετεαρόηρις[24] Φανούφιος
Δωρίων Ἀπολλωνίου
Ψένχνουβις Πελλίου[25]
Πανίσκος Κεφάλωνος
Ψενπόηρις Πετήσιος
Πρώταρχος Πρωτάρχου
Πρωτίων Ἡρακλείδου
Σαραπίων Ἀπολλωνίου

Lettres écrites d'Égypte p. 166, quod affert Letronne. 17 Etiam aliis locis in confinio Aegypti et Nubiae sitis deum aliquem magno studio cultum esse constat, quem Graeci eundem cum Mercurio suo existimabant, veluti Pselchi (hodie *Dakkeh*). Cf. n. 131, 2. 3. 202, 7. 8. 203, 3. 204, 5. 205, 5. 206, 1. 207, 4. 208, 6). Letr. 18 Catarrhactes primus quem dicunt, paullo infra insulam quae hoc monumentum habet. 19 Numina inferioris ordinis δαίμονας hic esse, cum θεοί superiorem habeant, Letronnius opinatur. Et hanc distinctionem posteriore tempore frequentem esse nemo fere ignorat. At hic τοῖς ἄλλοις suadet ut deos in universum intellegamus, inter quos tamen eos potissimum nominatim afferri quibus maxima dignitas tribuatur sponte patet. Inter ea numina, quae non singillatim enumerantur, Nilum fuisse coniecit Letronne propter Heliodori Aethiopicorum locum X 1 p. 273, 31 Bekker: ἐπεὶ δὲ εἰς τοὺς Καταρράκτας ἀφίκετο, θύσας τῷ Νείλῳ καὶ θεοῖς ἐνορίοις, ἐκτραπεὶς τῆς μεσογαίας μᾶλλον εἴχετο. 20 ΚΑΠΑ. Emendavit Letronne. 21 Unoquoque mense eo die qui est nonus primae decadis. Letronne. 22 Cf. v. 3. 23 Cf. v. 16. 17. 24 Nomen Aegyptium, cuius alteram partem efficit dei appellatio Ἀρόηρις (cf. n. 114, 1. 167, 2). Memorabile est hic nomina patris filiorumque aut utraque Graeca aut (v. 24. 26. 28. 33. 34. 44) utraque Aegyptia esse, dummodo Πελλίας (v. 26. 34. 44), quod nullam habet certam in Graeco sermone originis explicationem, cum Letronnio Aegyptium existimemus. 25 Cf. not. 24.

Διονύσιος Κεφάλωνος
Πάχνουβις Τοτέους
Πελλίας Πελλίου[26]
b Σαραπίων Ἀμμωνίου, Ἀμμώνιος Ἀπολλωνίου[27]
Ἀσκληπιάδης Πτολεμαίου, Ξεινιάδης[28] | [Σω]κράτου
Διονύσιος Ἀμμωνίου, Ἁρμόδιος Βασιλείδου
Νησιώτης[29] -------
Διονύσιος Ἀμμωνίου[30]
Ἀσκληπιάδης Διονυσίου
Διονύσιος Σ(ω)κράτου[31], Εὐμένης Διονυ[σίου]
Ἀπολλώνιος Ἰτάρου
Πελλίας[32] Ζμενιχνούβιος[33].

26 Cf. not. 24. 27 Sic Letronnii exemplum typis minusculis expressum, secundum Rüppellii et Gauii lectionem; ΑΜΜΩΝΙΗΜΗΜΟΥ eiusdem tabula. 28 ΞΕΙΝΙΔΑΗΣ Letronnii tabula. 29 ΝΗΣΙΩΤΗΣΙ tabula Letronnii, qui fortasse νησιώτης [ἐκ Κύπρου] fuisse conicit. At cum Νησιώτης notum nomen proprium sit, ethnicum vero praeterea in hoc recensu sodalium compareat nullum, sine dubio quae a dextra exstant litterae reliquiae initium paterni nominis faciebant. 30 Sic Letronnii tabula, cum in exemplo minusculo antiquiores secutus Ἀπολ[λωνί]ου exhibeat. 31 ΣΑΚΡΑΤΟΥ tabula, quod Letronne retinet, iniuria si quid video. Sed utrum Λακράτου an Σωκράτου incidere voluerit quadratarius sane dubitaveris. 32 Cf. not. 24. 33 ΣΜΕΜΧΝΟΥΒΙΟΣ tabula Letronnii, in qua Μ pro ΝΙ perperam incisum esse videtur; Σ nescio an recte se habeat.

---

131 Pselchi (*Dakkeh*) in templo. Post alios edd. Letronne Recueil des inscr. I p. 33 (J. Franz C. I. G. 5073). Omnium accuratissime R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 96 n. 402. Eisenlohr ap. Baedeker Oberägypten p. 352 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 257 n. 110).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολε[μαίου[1] καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας τῆς

Litterae ΑΕΕΘΞΠΣ. Vs. 3 fin. ^Ξ '*sic*' Lepsius. 1 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr.). Quem cum constet annos regni sui numerasse ab eo tempore, quo post Antiochi Epiphanis ex Aegypto decessum (170 a. Chr. n.) una cum fratre Philometore rex appellatus est, quintus et trigesimus Euergetae annus 136 a. Chr. n. est. Letronne.

ἀδ]ελφῆς[2], | θεῶν Εὐεργετῶν, [καὶ τῶν τέκνων[3], θεῶι μεγίστωι Ἑρμῆι τῶι] καὶ | Παοτπνούφι[δι[4] καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς, L] λέ.

2 Cleopatra II Ptolemaei Epiphanis filia, quae fere 172 a. Chr. n. fratri natu maiori Philometori, post illius mortem vero a. 146 a. Chr. n. minori Euergetae nupsit. Mox repudiata est, cum Euergetes Cleopatram III, illius ex priore marito Philometore filiam, in matrimonium duceret, fere 143 a. Chr. n. (cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 198 not. 25). Aliquot annis post rursus utraque regina, ἡ ἀδελφή et ἡ γυνή, cum Euergetae nomine coniunctim recensentur (cf. n. 138[7]); sed etiam postea tituli ita fluctuant, ut identidem modo sororem modo neptem dimisisse et rursus revocasse videri possit rex, ut re vera visus est Strackio. Contra quem J. P. Mahaffy History of Egypt IV. The Ptolemaic dynasty p. 189 sq. disputavit monens non tantam fidem papyris aut graece aut demotice scriptis habendam esse quantam ille habuisset, sed probabile esse, praesertim in regionibus longinquis, scribas, qui tales litteras conficerent, praescripta ex antiquioribus eiusdem generis litteris transtulisse unice securos utrum tum ipsum una regina esset an duae. Sed anno 136 a. Chr. n. unam maiorem Cleopatram, regis sororem, regio nomine usam esse huic titulo accurate inciso in delubro publico credere debemus. 3 Non necessario hoc ad utrumque coniugem una refertur. Nam tum temporis iam ex altera uxore liberos fuisse Ptolemaeo Euergetae constat (cf. n. 132[3]). Priorem sane, quae ipsius soror germana erat ac tum cum ei nuberet iam paullo provectior aetate, nomine magis quam re uxorem fuisse existimat J. P. Mahaffy History of Egypt IV. The Ptolemaic dynasty p. 184 not. 1. At utut iudicamus de fide eorum quae singillatim a scriptoribus narrantur de Ptolemaeo Memphite Euergetae et Cleopatrae II filio (cf. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 44), quin re vera etiam ex priore uxore liberos procreaverit Ptolemaeus Euergetes II dubitari non sinit titulus 144, ubi vide not. 1. 4 Mercurius Aegyptiorum, ipsorum lingua *Thoth*, cognomine Παῦτνουφις vel Παότνουφις colebatur, quod ex Champollionis (Lettres écrites d'Égypte p. 150) interpretatione significat eum 'cuius cor bonum est'. Letronne. Cf. titulum eiusdem templi infra n. 206, 1: θεῷ μεγίστῳ Ἑρμάῳ Παῦτνούφιδι.

---

132 Tabula marmoris calcarii, Alexandriae in museo. Edd. G. Botti Notice des monuments exposés au musée gréco-romain d'Alexandrie n. 132. M. L. Strack Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 229 n. V (Die Dynastie der Ptolemäer p. 257 n. 109. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 858 n. 1233). Cf. quae adnotavit J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 394 sqq.

Litterae ΑΙΘΞΠΣ; ο reliquis aliquanto minor.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] κα[ὶ] | βασιλίσσης Κλεοπάτρας τῆς γυναι[κός,[2]] | θεῶν Εὐεργετῶν, καὶ τῶν τέκνων α[ὐτῶν[3]] | Σωτήριχος Ἰκαδίωνος Γορτύνιος τῶ[ν] ‖ ἀρχισωματοφυλάκων[4] ὁ ἀπεσταλ|μένος ὑπὸ Πάωτος τοῦ συγγενοῦς[5] κα[ὶ] | στρατηγοῦ τῆς Θηβαΐδος[6] ἐπὶ τὴν συνα[γω]|γὴν τῆς πολυτ[ε]λοῦς λιθείας[7] καὶ ἐπὶ τῶν | πλῶν καὶ παρεξόμενος τὴν ἀσφάλειαν το[ῖς] ‖ κατακομίζουσι ἀπὸ τοῦ κατὰ Κόπτον ὄρου[ς[8]] | τὰ λιβανωτικὰ

---

1 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). Quadragesimus unus regni annus (v. 13) est 130 a. Chr. n. (cf. n. 131[1]). 2 Cleopatra III Philometoris filia. Nam priusquam hanc duceret, sane prior uxor aequo iure γυνή atque ἀδελφή vocari potuit, sed post alteras nuptias semper ἀδελφήν Cleopatram natu maiorem, γυναῖκα minorem esse tenendum est. Quo tempore hic titulus dedicatus est, Alexandrini rebellaverunt et Cleopatram II, quae tum cum fratre vel maxime dissentiebat, unam reginam constituerunt (cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 184). Sed interea aliae partes regni, ac praecipue quidem ut hic titulus indicat meridionales regiones, in fide regis et reginae natu minoris permanserant. 3 Tum omnes quos novimus Ptolemaei VIII Euergetae II ex altera uxore Cleopatra III liberi iam nati fuisse videntur. Certe filii natu maximi, qui postea Ptolemaeus Soter II appellatus est, natales in diem 12. m. Februarii 142 a. Chr. n. incidere ratione tam ingeniosa quam probabili demonstravit Brugschius; neque Ptolemaeus cum quattuordecim post huius tituli aetatem annis fato fungeretur liberos impuberes reliquisse videtur. Cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 199 sq. 4 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 5 Cf. n. 104[2]. 6 Qui omnibus militibus in Thebaide et vicinis Nubiae regionibus ad tutandos meridionales Aegypti fines collocatis praeest simili condicione ac strategus insulae Cypri (n. 84[1]). Per tempora turbulenta et periculosa plenior potestas ei a rege tribui solebat (στρατηγὸς αὐτοκράτωρ τῆς Θηβαΐδος). Cf. n 147[7]. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 89 sq. 7 Cf. Diodor. I, 46, 4: τὴν δι' ἐλέφαντος καὶ λιθείας πολυτέλειαν. Strabo XVI, 4, 22 p. 780 Cas. προσοικειοῦσθαι δὴ διενοήθη (Aelius Gallus praefectus Aegypti) τούτους (Arabas) ἢ καταστρέφεσθαι· ἦν δέ τι καὶ τὸ πολυχρημάτους ἀκούειν ἐκ παντὸς χρόνου, πρὸς ἄργυρον καὶ χρυσὸν τὰ ἀρώματα διατιθεμένους καὶ τὴν πολυτελεστάτην λιθείαν. Item frequens est nomen λιθεία in Periplo maris Erythraei (λιθεία ὑαλῆ c. 7 p. 264, 4 Müller. 17 p. 271, 16. ὀνυχίνη 48 p. 293, 12. 51 p. 294, 17. λιθεία διαφανής 56 p. 298, 23. 61 p. 302, 5). Libri manuscripti ubique λιθία habent, quod editores retinuerunt. At apparet nihil in hac quidem causa valere codicum scripturas collatas cum testimonio tituli accurate incisi alterius a. Chr. n. saeculi. In deserto inter Copton et Myos hormon τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλά ἐστιν — καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν. Strabo XVII, 1, 45 p. 815 Cas. Item Diodorus I, 33, 3 insulam Meroën λίθων πολυτελῶν γένη παντοδαπά habere praedicat. 8 Iam Pharaonum antiquorum temporibus via mercatoribus maxime frequentata ab oppido Copto (*Kuft*) ad Nilum sito per montes desertos et saxosos ad littus sinus

φορτία[9] καὶ τἆλλα ξένια | Πανὶ Εὐόδωι[10] καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς | πᾶσι καὶ πάσαις. L μα', Θὼθ ι'.

Arabici ducebat. Quaecunque igitur ex Arabia aliisque orientalibus regionibus importabantur, illic quo asinorum vel camelorum ope transvecta erant, in naves imponebantur. Accuratiora de hoc commercio, quale imperatorum Romanorum aetate fuit, docet titulus Bull. corr. Hell. XX (1896) p. 169 n. II. Flinders Petrie Koptos p. 27. Nunc quoque eadem via mansit, nisi quod Nilum paullo inferiore loco ubi oppidum *Kene* (Caenepolis) situm est attingit. Cf. Baedeker Oberägypten p. 82. 111. 9 Haec sunt ἀρώματα quorum mentionem facit Strabo (cf. not. 7). 10 Cf. n. 38[3].

133 Marmor Delo Oxonium translatum. Titulus editus est Marm. Ox. n. 26 Maitt. cum Prideauxii interpretatione p. 87 sqq. Lapide a sinistra magis detrito titulum ed. Chandler Marm. Ox. II, 42 (Boeckh C. I. G. 2285. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 258 n. 114). Cf. Champollion-Figeac Annales des Lagides II p. 406. Dorville Misc. Obs. VII p. 49 sqq. Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 276 sqq. 321 sqq.

[Πολέ]μαρ(χ)ον[1], συγγενῆ[2] | βασιλέως Πτολεμαίου Εὐεργέτου[3] |

Litterae volgares praeter ΘΠΣ, si apographis fides habenda est. 1 In priore editione marmorum Oxoniensium ΜΑΡΚΟΝ est, Chandlerus vero nihil iam praeter ΟΝ agnovit. Iam illud nomen Romanum retinuerunt Prideaux Chandler Letronne Strack. Ac quod hic quidem ad n. 170, 1. 2 Μᾶρκος Ἐλευσίνιος ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου Σωτῆρος provocat, non magni momenti est, quia ille titulus aliquot decenniis recentior et homo manifesto alius, alia patria et condicione est. Hic si omnino nomen Romanum locum haberet, Μάαρκον certe exspectaremus. Dicat quispiam hominem nobilem aulae Alexandrinae qui Marcus appellaretur nomen dedisse insulis quarum mentionem faceret Plin. N. h. VI, 169: *sinus insulis refertus*; *ex iis quae Marcu vocantur*, *aquosae*, *quae Eratonos* (cf. C. I. G. 4901. 4902 Ἐράτωνος τοῦ συγγενοῦς), *sitientes*. At haec lectio in editionibus antiquitus conservata cum librorum memoria neutiquam concinit, qui exhibent *Matreu* E (quem sequitur Detlefsen) *maru* DF, *mar//* R. Neque omnino credibile est, litteras a Prideauxio lectas integrum nomen efficere, quia sic primus versus iusto brevior fieret, et ipsa positura litterarum indicat initio aliquid deesse. Quare Boeckhius, cuius sententiam probant G. Lumbroso Recherches sur l'éc. pol. p. 189 not. 1 et J. P. Mahaffy The Empire of the Ptolemies p. 384 not. 1, [Πολέ]μαρ[χ]ον aliudve aliquanto longius nomen fuisse coniecit. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116). Etsi uxoris nomen (not. 4) tempori accuratius definiendo non aptum est, tamen ex condicione hominum qui dedicaverunt (not. 7) haud improbabiliter collegeris hanc statuam per eandem occasionem ac n. 135 erectam esse (127 a. Chr. n.).

καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας[4] καὶ | ἐπιστράτηγον[5] ‖ Λ(ε)ύκιος[6] καὶ Γάϊος Πέδιοι Γαΐου υἱοὶ | Ῥωμαῖοι[7] ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ | καλοκἀγαθίας καὶ τῆς εἰς ἑαυτοὺς | εὐνοίας Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι[8].

4 Utra intellegatur Ptolemaei Euergetae uxor, hic non indicatur addito vocabulo ἀδελφή aut γυνή. Si de tituli aetate recte statuimus (not. 2), unam modo coniugem commemorari non mirabimur, quando idem n. 135, 7 usu venit. Videtur utrumque monumentum dedicatum esse, priusquam Ptolemaeus cum Cleopatra natu maiore in gratiam rediret, ut utrobique minor intellegenda sit. 5 Cf. n. 103[4]. 6 ΛΥΚΙΟΣ Prideaux, . ΥΚΙΟΣ Chandler. 7 Homines qui nec gentis nobilis sunt neque cognomen habent neque ullo magistratus aut honoris vocabulo appellantur, quin negotiatores Romani Alexandriae consistentes habendi sint non est dubium. Cf. n. 135, 1. 8 Praeter morem Λητοῖ omissum esse, quod Boeckhius monet, certum est. Nam ex litterarum dispositione apparet hunc versum a dextra integrum esse non minus quam reliquos omnes.

---

134 Prope Citium Cypri in parietinis castelli. Nunc dextra pars periisse videtur, sinistra Londinium pervenit in museum Britannicum. Hanc ed. C. T. Newton Greek inscr. in the British Museum II p. 153 n. CCCLXXXVI, totum titulum Pococke Inscr. ant. P. I c. 3. s. 1 p. 32 n. 3 (Boeckh C.I.G. 2621. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 260 n. 122).

Μελαγκόμαν Φιλοδάμου Α⟨χ⟩ιτωλόν, τ[ὸ]ν γενόμενον | ἐπὶ τῆς πόλεως[1], ἡγεμόνα[2] καὶ ἱππάρχην[3] | ἐπ' ἀνδρῶν[4] καὶ ἱερέα

Litterae ΑΟΠΣΩ. 1 Cf. n. 44[3]. Qui civitati alicui regis iussu praeest aut sic appellatur (cf. n. 155, 2 ἐπὶ Σαλαμῖνος), aut ὁ τεταγμένος ἐπὶ Θήρας (102, 3. 110, 5), aut ἐπιστάτης (n. 44, 7). Cave ἐπὶ τῆς πόλεως ἡγεμόνα coniungas, ut Strackius fecisse videtur cum comma quo Boeckhius distinxerat omitteret. Etenim titulum simpliciter ὁ ἐπὶ τῆς πόλεως esse v. 5 demonstrat. Primum igitur pater hoc officio functus est, tum cum ad maiores honores (not. 2) ascenderet, in illo inferiore munere filium successorem habuit, cuius rei geminum exemplum videmus in Seleuci et Theodori titulis (n. 155, 2. 156, 2 sqq.). Etiam participium γενόμενον ad unum ἐπὶ τῆς πόλεως pertinet; praefectus urbis enim fuerat, ἡγεμὼν καὶ ἱππάρχης ἐπ' ἀνδρῶν etiamtum erat cum statua erigebatur. 2 Strategi imperio subditus est, sed maius imperium habet quam ei qui singulorum oppidorum praesidiis praesunt. Cf. n. 69[3]. 3 Cf. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 27 not. 91, qui statuit inde a Philometoris regno ἡγεμὼν ἐπ' ἀνδρῶν et ἱππάρχης ἐπ' ἀνδρῶν nonnunquam dignitatis, non veri officii militaris appellationes esse. Sed in hoc titulo nihil est, quod id indicet, dummodo eum sic interpretemur ut not. 1 exposui. 4 Cf. P. Meyer p. 26 sq.

θεῶν Εὐεργετῶν[5], Ἀριστὼ | Δίωνος Κρῆσσα τὸν (π)ατέρα[6] τοῦ : ἀνδρὸς αὐτῆς || Μελαγκόμου τοῦ ἐπὶ τῆς πόλεως[7] : καὶ τὰ τούτων | παιδία.

5 I. e. Ptolemaei VIII Euergetae II (146—116 a. Chr. n.) cum uxore Cleopatra aut alterutra aut utraque. 6 ΤΑΤΕΡΑ Pocockii apographum, in quo uno haec tituli pars servata est. 7 Cf. not. 1.

---

135 Basis statuae inventa Deli ad finem septentrionalem porticus Philippi. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 107 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 258 n. 113). Cf. quae adnotaverunt S. Reinach Bull. de corr. Hell. XIII (1889) p. 120. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 346 cum not. 1.

Ῥωμαίων οἱ εὐεργετηθέντες ναύκληροι | καὶ ἔμποροι[1] ἐν τῆι γενομένη καταλή|ψει Ἀλεξανδρείας[2] ὑπὸ βασιλέως | Πτολεμαίου θεοῦ Εὐεργέτου[3] || Λόχον Καλλιμήδου[4], τὸν συγγενῆ[5] βασι|λέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης | Κλεοπάτρας[6], ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ | εὐεργεσίας τῆς εἰς ἑαυτοὺς | Ἀπόλλωνι.

Litterae ΑΘΠΞΣ. 1 Cf. n. 133[7]. 2 Ex tribus temporibus, de quibus omnino hic cogitari posset, 170 a. Chr., quo Euergetes primum regnare coepisset, 145 a. Chr., quo post fratris mortem Cyrenis Alexandriam profectus regnum et matrimonium Cleopatrae II viduae nactus esset, et 127 a. Chr. n., quo repressa rebellione urbem et regnum totius Aegypti recuperasset, hoc postremum hic solum in censum venire iudicavit Homollius, quia in illas res ante gestas vocabula κατάληψις Ἀλεξανδρείας neutiquam caderent. Nam anno 170 a. Chr. iam fuisse Alexandriae Euergetam cum rerum potiretur, anno 146 vero non vi et armis cepisse urbem, sed Romanorum ope cum sorore in gratiam reductum nullo prohibente introiisse. Recte haec probavit Reinach, nec video quo iure Mahaffy titulum ad tempora priora referat. 3 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 4 Cf. n. 137, 8. 138, 2. 139, 15. Eundem στρατηγὸν τῆς Θηβαΐδος (n. 132[6]) recenseri in papyro anni 127 a. Chr. n. edito a Letronnio Fragmens inedits d'anciens poètes p. 29 n. IV (Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 1865 p. 160 n. 6, 6) monuit Franzius ad C. I. G. 4896 (n. 137—139). Vides quam bene haec conveniant cum eis quae Homollius de huius tituli aetate docuit. 5 Cf. n. 104[2]. 6 Cf. n. 133[4].

---

136 Pars superior basis marmoris candidi eruta Deli meridiem versus a templo Apollinis. In aversa parte alius titulus. Ed.

Th. Homolle Bull. de corr. Hell. II (1878) p. 398 n. 4 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 274 n. 169).

Ο δᾶμος ὁ Θηραίων | Διονύσιον Τιμώνακτος Μυλασέα, τῶν | βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσας Κλεοπάτρας[1] | πράτων φίλων[2] καὶ ἀρχιδικαστάν[3], ἀρετᾶς ἕνεκα ‖ τᾶς εἰς αὑτὸν θεοῖς.

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 In tanta utriusque nominis frequentia vix pro certo definiri licebit, utrum Ptolemaeus V Epiphanes (204—181 a. Chr. n.) an alteruter ex eius filiis intellegendus sit. Nam ad inferiora etiam tempora vix licet descendere. 2 Cf. n. 104[2]. 3 De hoc magistratu cf. Strabonis locum quem ascripsi n. 104[4]. Archidicastae officium hereditatis iure a patre in filium transire consuevisse Letronne collegit ex titulo quem ipse ediderat Recueil des inscriptions Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 372 n. CCCLII: Γάϊος Ἰούλιος Διονύσιος | ἀρχιδικαστής, Θέωνος | ἀρχιδικαστοῦ υἱὸς | καὶ πατήρ, ἤκουσα Μέμνο|νος ὥρας πρώτης. At cum multa officia Romanorum demum imperio hereditaria facta esse constet, de Ptolemaeorum aetate nihil certi inde effici licet. De ipso magistratu G. Lumbroso Recherches sur l'économie politique de l'Égypte p. 213 provocat ad Diodorum I, 75. 76. Illic de praeside consilii triginta iudicum regiorum a Thebanis, Memphitis, Heliopolitanis electorum dicitur, quod antiquis Pharaonum temporibus fuerit. A quo diversum fuisse magistratum Ptolemaeorum et Romanorum aetatis, cuius hic mentionem invenimus, non est quod fusius demonstretur. Hunc Strabo dicit ipsius quidem aetate Alexandrinorum, non Aegyptiorum res indicasse, atque utique hunc non fuisse in iudicum indigenarum numero constat. Sane non ab omni parte huic scriptoris testimonio convenit cum papyris. Nam ex his apparet, etiam ad reliquam Aegyptum officium eorum pertinuisse, eosque chrematistis aliisque iudicum regiorum collegiis praefectos fuisse; frequens enim est appellatio ἀρχιδικαστῇ καὶ πρὸς τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν χρηματιστῶν καὶ τῶν ἄλλων κριτηρίων (Berl. gr. Urk. I p. 238 n. 241, 1. 2. II p. 114 n. 455, 1. p. 226 n. 578, 9. 10. p. 263 n. 614, 10. Oxyrhynchos papyri II p. 248 n. CCLXVIII, 11. p. 272 n. CCLXXX, 1 sqq.). Alexandriae eum sedem habuisse consentiens cum Strabone testatur Oxyr. pap. II p. 229 n. CCLX, 11. 12 τῷ Σαραπίωνο[ς] ἀρχιδικαστοῦ [β]ήματι ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, unde simul editor elucere recte iudicat, iniuria Milneum Hist. of Egypt V. Under Roman rule p. 196 eas modo lites ad archidicastae forum rettulisse, quae inter diversorum nomorum homines essent. Nam hic utrumque litigantium Oxyrhynchitam esse. Haud raro ἱερεὺς (καὶ) ἀρχιδικαστής scribitur, ut alii quoque magistratus civiles cum sacerdotio coniungi solent, velut strategia insulae Cypri (n. 93[3]. 230[2]). Cf. Berl. gr. Urk. II p. 226 n. 578, 7 ἱερεὺς καὶ ἀρχιδικαστής.

137—139 In basi obelisci lapidis granitae quem dicunt, tribus gradibus impositi et hieroglyphis ornati, quem Bankesius repperit

Philis in insula ante propylum templi Isidis; nunc est in Britannia (*Kingston-Hall*, *Dorsetshire*). Titulum infimo loco scriptum (n. 139) ed. Caillaud Voyage à l'Oasis de Thèbes tab. VIII, 7 (Letronne Journal des savants 1820 p. 718. 1821 p. 659. 1822 p. 211. Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 297 sqq.). Interim in Britannia lapide purgato inventae sunt titulorum 137 et 138 reliquiae. Has ex Bankesii apographo a Leakio transmisso edidit Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte I p. 333 n. XXVI. XXVII. Deinde R. Lepsius horum duorum titulorum apographum Bankesianum denuo cum lapide contulit, quam collationem publici iuris fecit Letronne in Addendis p. 469 sqq. (J. Franz C. I. G. 4896). Lapide iterum examinato titulos retractavit U. Wilcken Hermae XXII p. 1 sq. (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 253 n. 103). Cf. quae adnotavit J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 398 not. 1.

(137)

[Βασιλεὺς Πτολεμαῖος καὶ βασίλισσα Κλεο|πάτρα ἡ ἀδελφὴ καὶ βασίλισσα Κλεοπάτρα ἡ γυνή, | θεοὶ Εὐεργέται[1], τοῖς ἱερεῦσι τῆς ἐν τῶι Ἀβάτωι | καὶ ἐν Φίλαις Ἴσιδος θεᾶς μεγίστης καὶ θεῶν || Ἀδελφῶν[2] καὶ θε]ῶν Εὐεργετ[ῶν καὶ θεῶν Φιλοπατόρων | καὶ θε]ῶν Ἐπιφανῶν καὶ θεοῦ Εὐπάτορος[3] [καὶ θεοῦ Φιλο]|μή-

---

Litterae ΑΞΠΠΣ; Ο et Θ modo eiusdem cum reliquis mensurae, modo minores. 1 Regis et reginae has litteras esse demonstravit ideoque eorum nomina hic reposuit Wilcken, cum Letronnius propter 139, 14 eas a Numenio ad sacerdotes datas opinatus sic supplere conatus esset: [Τοῖς ἱερεῦσι τῆς ἐν τῷ Ἀβάτῳ καὶ ἐν Φίλαις Ἴσιδος Νουμήνιος ὁ συγγενὴς καὶ ἐπιστολογράφος καὶ ἱερεὺς Ἀλεξάνδρου καὶ θεῶν Σωτήρων καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ θε]ῶν Εὐεργετ[ῶν κτλ.]. At de illa Numenii mentione cf. not. 20, ratio vero quae inter tres epistulas intercedit manifesto haec est: Cum sacerdotes ad regem et reginas litteras n. 139 dedissent, illi rescripto n. 138 Locho mandaverunt ut eorum precibus morem gereret, et huius epistulae apographum simul cum responso suo (n. 137) ad sacerdotes remiserunt. Ceterum titulos n. 137 et 138, qui non incisi, sed rubro colore picti erant, nunc totos evanuisse refert Wilcken testis oculatus. 2 Reges et reginae quae hic enumerantur in numero θεῶν συννάων Isidis quae Philis colebatur fuerunt. W. 3 De Ptolemaeo VII Eupatore, qui anno 146 a. Chr. n. post patris Philometoris mortem per breve tempus puer cum matre Cleopatra regnavit, cf. 125[1]. Hic ut alibi (cf. 168, 16) in serie regum divinis honoribus affectorum non suo loco recensetur, ante patrem, post quem regno potitus est. Ni fallor mera neglegentia peccatum est.

τορος[4] καὶ θεῶν Εὐεργετῶν χαίρειν· τῆ[ς γεγραμ]‖μένης ἐπιστολῆς πρὸς Λόχον[5] τὸν συγγενέα[6] [καὶ] | στρατηγὸν τὸ ἀντίγραφον ὑποτετάχαμεν. ἐπιχω‖ροῦμεν δὲ ὑμῖν καὶ τὴν ἀνάθεσιν ἧς ἠξιοῦτε στήλης | [π]ο[ιήσ]ασθα[ι]. ἔ[ρ]ρ[ωσθε. L . ., Παν]ή[μ]ου β΄, Παχὼν κβ΄.

(138)

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος καὶ βασίλισσα Κλεο|πάτρα ἡ ἀδελφὴ καὶ βασίλισσα Κλεοπάτρα ἡ γυνή[7] | [Λό]χωι τῶι ἀδελφῶι[8] χαίρειν· [τῆς δεδομένη]ς ἡ(μ)ῖν[9] | [ἐντεύξε]ως[10] παρὰ τῶν ἱ[ερέων τῆς ἐν τῶι Ἀβάτ]ωι[11] καὶ [ἐν ‖ Φίλ]αι(ς)[12] Ἴσι(δ)ος[13] ὑποτε[τάχαμέν σοι τὸ] ἀντίγρα[φον. | κ]αλῶς ο[ὖν] ποιήσ(ει)ς[14] συν[τάξας, καθάπερ] (ἀξ)[ιοῦσι[15], μηδέ|ν]α ἐνοχλεῖν αὐτοὺς [περὶ ὧν προφέρονται | παρ᾽ ἕκαστον.] ἔρρωσο.

---

4 Non θεῶν Φιλομητόρων ut n. 106, 2. 107, 2. 109, 2. 111, 2. 24. 112, 4. 113, 5. 114, 1. 115, 2. 121, 2. 125, 3. 168, 33, quia Cleopatra II, quae Philometoris uxor fuerat, tum temporis in Euergetae II matrimonio versabatur, ut θεῶν Εὐεργετῶν nomine contineretur. 5 De Locho Callimedis filio, qui occurrit in papyro anni 127 a. Chr. n. et in titulo 135, 5 qui eiusdem anni esse videtur, vide illic not. 4. 6 Cf. n. 104[2]. 7 Euergetam II una cum utraque uxore Cleopatra II sorore germana et Cleopatra III illius filia regnasse intra annorum 127—117 a. Chr. n. spatium constat; et sunt qui omnes titulos quicumque βασιλίσσης Κλεοπάτρας τῆς ἀδελφῆς καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας τῆς θυγατρός mentionem faciant huic decennio tribuant (v. Letronne ad hunc titulum et Fougères Bull. de corr. Hell. XI p. 250 sqq.). Atque etsi fortasse iam antea paullisper hi tres coniunctim regnaverunt, hunc certe titulum non antiquiorem esse etiam propter Lochi nomen (not. 6) probabile est. 8 In titulis 135, 5 et 137, 8 idem συγγενής appellatur, unde apparet ἀδελφοῦ vocabulum non alium maiorem dignitatis gradum significare, sed in allocutione regem benevolentiae suae ostentandae causa pro τῷ συγγενεῖ blandiore nomine uti. Cf. n. 168, 26. 9 ΗΝΙΝ. 10 Vox ἔντευξις proprie ipsum negotium regem adeundi significat, deinde transfertur ad libellum, preces et querellas continentem, qui per eam occasionem regi traditur. Responsum regis, quod ad eiusmodi libellum datur, χρηματισμοῦ nomine indicatur. Sic in titulo Fayûm towns and their papyri p. 48 v. 20 sqq. legitur: ὑπ᾽ ἐμοῦ στήλῃ ἀνατεθεί[σῃ], περιέχουσα τῆς ἐντεύξεως καὶ τοῦ πρὸς αὐτὴν χρηματισμοῦ τὸ ἀντίγραφον (cf. n. 139, 18). V. Lumbroso Recherches sur l'éc. politique de l'Égypte p. 180 sqq. 11 Insula exigua prope Philas, quae Osiridis sepulcrum habere existimabatur ideoque nulli nisi sacerdoti accessum dabat, unde nomen accepit. Cf. Diodor. I, 22, 3. Plutarch. de Iside et Osiride 20 p. 359 B. Seneca Nat. quaest. IV, 2, 7. Lucan. Pharsal. X, 323. Letronne. Franz. 12 ΑΙ>. 13 ΙΣΙΛΟΣ. 14 ΠΟΙΗΣΗΣ. 15 ΙΛΕ, quae videntur litterarum ΡΑΞ reliquiae esse.

(139)

Βασιλεῖ Πτολεμαίωι καὶ βασιλίσσηι Κλεοπάτραι | τῆι ἀδελφῆι καὶ βασιλίσσηι Κλεοπάτραι τῆι γυναι|κί, θεοῖς Εὐεργέταις[16], χαίρειν οἱ ἱερεῖς τῆς ἐν τῶι Ἀβά|τωι καὶ ἐν Φίλαις Ἴσιδος θεᾶς μεγίστης· ἐπεὶ οἱ παρεπι||δημοῦντες εἰς τὰς Φίλας στρατηγοὶ καὶ ἐπιστάται | καὶ θηβάρχαι[17] καὶ βασιλικοὶ γραμματεῖς καὶ ἐπιστάται φυ|λακιτῶν[18] καὶ οἱ ἄλλοι πρα[γ]ματικοὶ πάντες καὶ αἱ ἀ|κολουθοῦσαι δυνάμεις καὶ ἡ λοιπὴ ὑπηρεσία ἀναγκά|ζουσι ἡμᾶς παρουσίας[19] αὐτοῖς ποιεῖσθαι οὐχ ἑκόντας, || καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου συμβαίνει ἐλαττοῦσθαι τὸ ἱερὸν καὶ | κι[ν]δυνεύειν ἡμᾶς τοῦ μὴ ἔχειν τὰ νομιζόμενα πρὸς τὰς | γινομένας ὑπέρ τε ὑμῶν καὶ τῶν τέκνων θυσίας | καὶ σπονδάς, δεόμεθ' ὑμῶν θεῶν μεγίστων, ἐὰν | φαίνηται, συντάξαι Νουμηνίωι[20] τῶι συγγενε[ῖ] κα[ὶ ἐπιστο]||λογράφωι, γράψαι Λόχωι[21] τῶι συγγενεῖ καὶ στρατηγῶι τῆς | Θηβαΐδος μὴ παρενοχλεῖν ἡμᾶς πρὸς ταῦτα μηδ' ἄλ|λωι μηδεν(ὶ)[22] ἐπιτρέπειν τὸ αὐτὸ ποιεῖν, καὶ ἡμῖν διδόναι | τοὺς καθήκοντας περὶ τούτων χρηματισμούς[23], ἐν οἷς | ἐπιχωρῆσαι ἡμῖν ἀναθεῖναι στήλην, ἐν ἧι ἀναγράψομεν || τὴν γεγονυῖαν ἡμῖν ὑφ' ὑμῶν περὶ τούτων φιλανθρωπίαν, | ἵνα ἡ ὑμετέρα χάρις ἀείμνηστος ὑπάρχει παρ' αὐτῆι[24] εἰς τὸν | ἅπαντα

---

16 Cf. not. 7. 17 Cf. n. 190[4]. 18 Cf. n. 85[3]. 96[2]. 19 Paullo insolentius παρουσίας ποιεῖσθαι hic non eadem vi ac παρεῖναι usurpatur, sed ut significet 'id praestare, quod παρουσία exigit'. Nam utique παρουσία non sacerdotum intellegitur qui haec scribunt, sed magistratuum, de quibus queruntur. Atque eiusmodi hominum potentium adventum in oppidum aliquod gravia onera magnosque sumptus inflixisse U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 274 sq. cum huius tituli testimonio tum papyrorum locis quibusdam probavit. Sic in papyro Grenfelliano II n. XIV b quae propter διοικητοῦ alicuius παρουσίαν praestanda sunt commemorantur, Flinders Petrie Papyri II p. 129 n. XXXIX e, 18 est ἄλλον (στέφανον) παρουσίας, i. e. impensae in coronam quae propter adventum regis datur. Non fere aliter rem se habuisse in provinciis imperii Romani praeter alia docet titulus Scaptoparenorum Syll.[2] 418. Cf. etiam Lumbroso Recherches sur l'écon. pol. de l'Égypte p. 315. 20 Ab hoc, quippe qui ἐπιστολογράφος regius esset, litterae n. 137 regis nutu ac nomine scriptae sunt, neque aliud hic petunt sacerdotes, nisi ut eiusmodi epistula ad se detur. Wilcken. Similiter in titulo Fayûm towns and their papyri p. 48 v. 13 sqq.: προστάξαι Ἥριδι τῶι συγγενεῖ καὶ ὑ[π]ομνηματογράφωι, ὅπως γράψηι τῶ[ι] τ[ο]ῦ νομοῦ στρατηγῶι. De epistolographi officio cf. Droysen Kleine Schriften II p. 397. 21 Cf. not. 5. 22 ΜΗΔΕΝΕ ΓΙΤΡΕΓΕΙΝ. 23 Cf. not. 10. 24 Sic Bankes, ΠΑΡΑΥΤΗΙΧ Caillaud. παρ' αὐτῆ[ς] emendavit Letronne, quem sequuntur Franz et Strack. Sed hoc

χρόνον. τούτου δὲ γενομένου ἐσόμεθα καὶ ἐν | τούτοις καὶ τὸ ἱερὸν τὸ τῆς Ἴσιδος εὐεργετημένοι. | εὐτυχεῖτε.

quid sibi velit non perspicio, cum dativus αὐτῆι facile ad Isidem deam referatur, etsi ea in proxime superioribus enuntiatis sane nusquam commemoratur.

---

140 Basis quadrangula marmoris albi inventa Deli. Ed. G. Fougères Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 249 n. 2 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 259 n. 118).

Κρόκον[1], τὸν [σ]υ[γγε]νῆ[2] βασιλέως | Πτολεμαίου καὶ [βασιλ]ίσσης | Κλεοπάτρας τῆς ἀδελφῆς καὶ | βασιλίσσης Κλεοπάτρας τῆς ‖ γυναικὸς[3] καὶ ν[α]ύ[αρ]χον καὶ στρατηγὸν | αὐτοκράτορα[4] καὶ ὑπέρ[τατον][5] καὶ ἀρχιε|ρέα τῶν κατὰ Κύ[πρ]ον[6], ἡ σύνοδος τῶν | ἐν Ἀλεξανδρείαι πρεσβυτέρων ἐ|γδοχέων[7] εὐνοίας ἕνεκεν καὶ ‖ δικαιοσύνης τῆς εἰς ἑαυτὴν | καὶ τοὺς ἄλλους ξένους, | Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ.

Litterae volgares praeter ΞΠΣ. 1 Eiusdem hominis titulus honorarius in templo Veneris Paphiae erutus est, cf. Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 247 n. 92: Κρόκον, τὸν συγγενῆ [τοῦ βασιλέως] | καὶ ἐπιστά[τ]ην καὶ ------ ------ | καὶ στρατη[γ]ό[ν, εὐνοίας ἕνεκα τῆς εἰς] | βασιλέα [Πτολεμαῖον ----]. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Ptolemaeus VIII Euergetes II cum uxore utraque. De tempore cf. n. 138[7]. 4 Cf. n. 147[7]. 5 Supplevit Fougères. Insolite sane hoc dictum est, sed cum ναυάρχου καὶ στρατηγοῦ καὶ ἀρχιερέως vocabula tum temporis coniuncta unum idemque summi Cypri insulae praefecti officium significent, fieri nullo modo potest, ut inter haec alius muneris significatio interponatur. Quare nec Strackii ὑπ[οδιοικητήν] nec P. Meyeri (Heerwesen der Ptolemäer und Römer p. 89 n. 325) ὑπ[ομνηματογράφον] probare possum, praesertim cum ΥΠΕΡ enotaverit Fougères et illa supplementa iusto longiora sint. Nam reliqui quidem versus inter 23 et 31 litteras fluctuant, hic apud Fougèrium 31 habet, ex Strackii supplemento 34, ex Meyeri adeo 38. 6 Cf. n. 152[3]. 7 Alterum titulum monumenti ab hoc collegio dedicati exhibet Fougères Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 252 n. 3 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 258 n. 115): [--- ἡ σύνοδ]ος τῶν ἐν Ἀλε[ξανδρείᾳ πρεσ]βυτέρων ἐγδοχέων [εὐνοίας ἕν]εκεν τῆς εἰς ἑαυτὴν [Ἀπόλλ]ωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ. Ex dedicationibus Deliis nota sunt collegia ἐγδοχέων Laodicensium (Bull. de corr. Hell. I p. 285) et ἐμπόρων καὶ ναυκλήρων καὶ ἐγδοχέων Berytiorum (Bull. de corr. Hell. VII p. 467 sqq.). Negotiatores quorum ope inter mercatores (ἐμπόρους) et dominos navium (ναυκλήρους) convenit, ἐγδοχεῖς appellantur, quia merces ab illis accipiunt ut his tradant.

141 Lapis inaedificatus in oppido Co in pariete domus privatae prope coemeterium Graecum. Primum editus est titulus in ephemeride cui inscribitur Ὅμηρος, anno 1874. Deinde accuratissime exscriptum exhibuerunt Paton et Hicks Inscr. of Cos p. 122 n. 73 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 254 n. 104). Cf. quae adnotavit J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 385 not. 2.

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] καὶ βασίλισσα | Κλεοπάτρα ἡ ἀδελφὴ καὶ βασίλισσα | Κλεοπάτρα ἡ γυνή[2], θεοὶ Εὐεργέται, | Ἱέρωνα Σίμου τῶν πρώτων φίλων[3], || ἐπιτροπεύσαντα τῶν τέκνων ἡμῶν[4], | ἐτείμησαν στεφάνωι χρυσέωι καὶ (ε)ἰκό|νι χρυσέηι ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς αὐτοὺς καὶ τὰ τέκνα.

Litterae ΑΘΣΩ. Fines hastarum apicibus ornati. 1 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 2 Cf. n. 138[7]. 3 Cf. n. 104[2]. 4 Non recte Mahaffy mihi videtur ex huius officii mentione colligere, eo tempore monumentum confectum esse, quo liberi etiamtum impuberes essent. Nam aoristus indicat, tutelam tum iam finitam fuisse. Ceterum cum ex utroque matrimonio liberos habuerit Ptolemaeus Euergetes (cf. n. 130[3]. 131[3]), neque inter utriusque uxoris filios magnum aetatis discrimen intercesserit (v. 132[3] comparatum cum n. 144[1]), nihil obstat quominus ἡμῶν de rege et utraque regina coniunctim interpretemur.

---

142 Philis in insula in parte interiore pronai eius sacelli, quod est orientem versus a templo magno. Ex Bankesii schedis ed. Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 89 sqq. Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte I p. 46 n. VII (G. Parthey de Philis insula p. 56. J. Franz C. I. G. 4895). R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 85 n. 209 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 254 n. 103*a*).

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] καὶ βασίλισσα Κλεοπάτρα ἡ ἀδελφὴ καὶ βασίλισσα Κλεοπάτρα ἡ γυνή[2], θεοὶ Εὐεργέται, Ἀφροδίτηι[3].

Litterae ΑΘΠ. Unum esse versum Lepsii delineatio monstrat, cum in Corpore Inscriptionum in duos divisus sit. 1 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 2 Cf. n. 138[7]. 3 Ex quinque templis quorum parietinae exstant in insula Philis hoc, quod orientem versus a magno Isidis delubro situm est, longe minimum erat, non plus quam metrorum quinque latitudine cum duabus columnis inter antas pronai. In eo templo

Partheyius de Philis insula p. 55 invenit titulum ----ιερτία ἐπόησε [τ]ῆ[ι] Ἀφροδείτῃ, unde iam Letronnius recte collegerat in Bankesii descriptione neutiquam accurata tamen hoc templum intellegendum esse. Idem sine dubio verum vidit cum statueret ab ipso Ptolemaeo Euergeta eiusque uxore hoc sacellum exstructum esse. Nam eum antiquum fanum numinis cuiuspiam Aegyptii ad deam Graecam transtulisse propter ea quae de illius erga Aegyptios favore cognita haberemus plane incredibile existimandum esse.

---

143 Basis marmoris caerulei eruta Salamine Cypri. Titulus evanidus, sed ita ut tamen legi possit. In altera lapidis planicie titulus Romanae aetatis. Ed. H. A. Tubbs Journal of Hell. stud. XII (1891) p. 195 n. 52 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 273 n. 161).

Πτολεμαῖον[1], βασιλέως[2] υἱόν, | τὸν στρατηγὸν καὶ ναύαρχον | καὶ ἀρχιερέα[3] καὶ ἀρχικύνηγον[4], | τὸ κοινὸν τῶν ἐν Κύπρωι || τασσομένων Θραικῶν[5] | καὶ τῶν συμπολιτευομένων[6].

Litterae ΑΘΠΣ. Hastae extremae apicibus ornatae. 1 Perquam probabilis est P. Meyeri (Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 98 not. 347) sententia, hic designari Ptolemaeum νέον Φιλοπάτορα, Ptolemaei Euergetae et Cleopatrae II filium, de quo cf. n. 144[1]. Quae sententia si recte se habet, titulus paullo antiquior videtur anno 121 a. Chr. n., quo ille a summo imperio militari et civili insulae Cypri ad regiam dignitatem ascendit. 2 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 3 Cf. n. 84[1]. 4 Cf. n. 99[2]. 5 Corpus Thracum mercennariorum qui in insula Cypro stationem habebant praeterea nusquam commemoratur, sed singillatim passim Thracum qui in exercitu Aegyptiaco militabant mentio fit. Cf. Polyb. V, 34, 8. P. Meyer Heerw. der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 10. 15. 22. 23. 24. 37 sq. 93 sqq. 6 Idem Ionum communi adiungitur n. 145, 3. Sine dubio ei mercennarii, qui origine ad nullam ex eis gentibus pertinebant, quae concilia sua habebant in exercitu Cyprio, tamen alicui ex illis sodalitatibus se aggregabant. Hi sunt οἱ συμπολιτευόμενοι.

---

144 Basis marmorea eruta Deli. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 223 n. 17 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 264 n. 138).

[Βασιλεὺς Πτολεμαῖος[1] βασιλέως Πτολεμαίου | Εὐ]εργέ-

Litterae ΑΠΣ. 1 Cum Euergetae filius diceretur, non facile diiudicatu esse, uter ex eius filiis designaretur, Ptolemaeus X Soter II an Ptolemaeus XI Alexander I, monuit Hom. At facile est demonstratu, ex his

του[2] βασίλισσαν Κλεοπάτραν Εὐεργέτιν[3], | [τὴν τ]οῦ[4] πατρὸς μὲν γυναῖκα, ἐμαυτοῦ δ[ὲ] | ἀνεψιάν[5], εὐχαριστίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτήν[6], ‖ [Ἀπόλλωνι,] Ἀρτέμιδι, [Λητοῖ].

---

neutrum hic in censum venire. Nam ei filii germani fuerunt Cleopatrae III Philometoris filiae, cuius statuae haec subscripta fuerunt. Iam quis quaeso credet filium qui matris imaginem dedicet eam in titulo basi inciso ʻpatris quidem sui uxorem, suam ipsius vero consobrinamʼ appellare? Immo totus tituli tenor auctorem dedicationis Ptolemaei quidem Euergetae filium fuisse docet, sed uxoris qua is tum utebatur non item. Restat igitur ut de filio Euergetae ex priore uxore Cleopatra II intellegamus; nam legitimam quidem coniugem Euergetes praeter has duas habuit nullam, spurius vero regis filius profecto reginam non in titulo honorario suam consobrinam appellasset. Sane si Euergetae et Cleopatrae II filius fuit qui haec scripsit, Cleopatrae III non modo privignus et frater patruelis, sed etiam frater uterinus fuit. Sed haec necessitudo nescio an propter discidia familiae regiae taceatur, quia dedicationis tempore prior uxor ab Euergeta repudiata erat. Ceterum cum vix explorari possit, utrum a viro an a femina statua dedicata sit (cf. not. 5), etiam de filia cogitari licet, sed reliqua omnia quae disputavi manent. Si vero filius fuit, proclive est de Ptolemaeo Memphite cogitare, qui Ptolemaeo VIII Euergetae II ex priore uxore natus anno 145 aut 144 a. Chr. n., anno 130 a. Chr. vero ab ipso patre tum cum illius matre acerrimas inimicitias exercente occisus est. (Diodor. XXXIII, 13. XXXIV, 14. Iustin. XXXVIII, 8, 13). Nam utut haec singillatim exaggerata sunt, tamen iniuria Mahaffyum negare fuisse omnino filium ex maiore Cleopatra susceptum hic ipse titulus docet. Quem nolim tamen de Ptolemaeo Memphite interpretari, qui et quattuordecim annos natus periit neque regio nomine usus videtur. At Ptolemaeum aliquem inde ab anno 121 a. Chr. n. in insula Cypro regnasse, qui neque Ptolemaeus X Soter II neque Ptolemaeus XI Alexander I esse possit, quorum uterque Euergetae ex altera uxore Cleopatra III filius fuerit, M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 47 sqq. 177 sqq. ex nonnullis nummis, titulis, actorum praescriptis probabiliter collegit. Eundem existimat θεὸν νέον Φιλοπάτορα, qui inde ab anno Euergetae quinquagesimo altero (119 a. Chr. n.) in papyris et titulis inter Alexandri successores divinis honoribus affectos recensetur proximo ante θεοὺς Εὐεργέτας loco (cf. n. 168, 16. 28. 33); hunc vero, cum Ptolemaeum Sotera II constet Cleopatrae III filium natu maximum fuisse, necessario ex priore Euergetae matrimonio repetendum. Quae omnia permagnam probabilitatem habere mihi videntur, ideoque confidenter ad hunc Ptolemaeum retulerim titulum. Qui priusquam regio nomine praeditus Cyprum gubernaret, patris auspiciis strategi totius insulae officium sustinuisse videtur. Cf. n. 143[1]. 2 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 3 Cleopatra III, Philometoris et Cleopatrae II filia, Euergetae II uxor altera. 4 Supplevit Strack. [Εὐεργέτ]ου Hom. contra morem. 5 Supplevit Homolle. δ[ὲ μητέρα καὶ] ἀνεψιάν Strack, cui neque spatium sufficit neque credibile est matrem eius qui haec dedicavit hic significari, sed novercam (not. 1), id quod verbis τοῦ πατρὸς

μὲν γυναῖκα circumscribitur, quia μητρυιά minus fausti ominis appellatio est. Cum Ptolemaei Philometoris filia fuerit regina, Euergetae fratris illius filius is qui statuam erigendam curavit, recte illa huius soror patruelis (ἀνεψιά) vocatur. 6 Utrum hic erratum sit ἑαυτήν pro ἑαυτόν incidendo, an vice versa v. 3 perperam ἐμαυτοῦ pro ἐμαυτῆς scriptum sit, difficile est diiudicatu; illam tamen sententiam probabiliorem existimo, quia error levior est.

---

145 Basis marmoris albi; exigua pars anguli sinistri superioris periit. In delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 242 n. 60.

[- - - - - - -, τὸν συγγενῆ τοῦ | βασι]λέως[1] καὶ στρατηγὸν καὶ ναύαρχον | [κα]ὶ ἀρχιερέα[2], τὸ κοινὸν τῶν ἐν τῆι νήσωι | [τ]ασσομένων Ἰώνων[3] καὶ τῶν | συνπολιτευομένων[4] εὐεργεσίας || [ἕ]νεκεν τῆς εἰς ἑαυτό.

Litterae ΑοΠΣ. Initium tituli fuit in alio lapide qui huic olim impositus erat. 1 Cf. n. 104[2]. 2 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 159[3]. 3 Commune Ionum mercennariorum in insula Cypro praeter hunc titulum nusquam commemorari videtur. Cf. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 93. 4 Cf. n. 143[6].

---

146 Basis marmoris rubri, in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 242 n. 65.

Τὸ κοινὸν τῶν ἐν τῆι νήσωι | τασσομένων Λυκίων[1] Διασθένη[2], | τὸν συγγενῆ τοῦ βασιλέως[3], | φιλαγαθίας ἕνεκεν.

Litterae ΑΘοΣ. 1 Lycii inter mercennarios, qui in insula Cypro stationem habebant, etiam in aliis titulis commemorantur. Cf. n. 147, 5. 162, 4. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 259 n. 117, 3. 2 Cf. A. Peyron papyri mus. Taurin. I p. 28 n. I 2, 26 sq. καὶ περὶ τοῦ αὐτοῦ ἔθνους ἐτύγχανεν Διασθένης ὁ στρατηγήσας γεγραφώς. In summa nominis raritate et nobili hominis condicione quae hic titulo τὸν συγγενῆ, illic officio strategi indicatur, vix dubium est quin idem utrobique homo commemoretur. Ille papyrus anno Ptolemaei VIII Euergetae II quinquagesimo quarto, i. e. 116 a. Chr. n., conscriptus est. 3 Cf. n. 104[2].

---

147 Basis marmoris rubri fracta in duas partes, eruta in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 238 n. 43.

[---------φ]άν[τ]η[ν][1] Λ[υκ]ουρ[γί]δα[2], (τ)[οῦ ἱερέως[3] | Μ]ούσης[4] Πιερίδος καὶ Ὑπερείας[5] | καὶ ὑπομνηματογράφου[6] καὶ στρατηγοῦ |

Litterae ΑΘΟΠΣ. 1 ΑΝιΗΙΙ lapis. Supplevi, mulieris nomen veluti Εὐφάντην, Ξενοφάντην fuisse ratus. Sed potest etiam ----αν, τὴν fuisse, etsi sic substantivum θυγατέρα desideramus, cui supplendo nusquam locus est. Uxoribus et filiabus ducum a militibus mercennariis statuas poni etiam alibi videmus. Cf. n. 159. 160. 161. 162. 2 Supplevi. ΛΥ..ΟΥΡ_ΛΑ lapis. Genetivum nominis Λυκουργίδας agnosco. Forma dorica in -α cadens in titulo volgari inferioris aetatis sermone concepto nullam habet offensionem. Cf. Olympia V p. 309 ad n. 179. 3 Supplevi. Cum post Α nominis proprii ιι enotentur ab editoribus, etiam lenius ἱ[ερέως] suppleveris. At neque spatium sic expleri videtur, neque articulo caretur sine molestia. 4 Supplevi. . ΟΥΣΙΙΞ lapis, quae reliquiae coniunctae cum epiclesi Πιερίδος de supplemento dubitari non patiuntur. Nam quod ad Πιερίδος editores mentionem iniciunt tituli n. 257, 4. 19, ubi de Seleucia Pieriae dicitur, id ab huius inscriptionis argumento alienissimum est. Musas inde ab Hesiodo Theog. 53 τὰς ἐν Πιερίῃ Κρονίδῃ τέκε πατρὶ μιγεῖσα Μνημοσύνη per totam antiquitatem Graecam et Romanam innumeris locis Pieridas vocari in volgus notum est, sed memorabile est unius Musae sacerdotium. Nam ut ab initio unam fuisse deam Musam probabile ac paene certum est (cf. O. Bie ap. Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie II p. 3239), ita illius antiquissimae religionis vestigia non exstant nisi in invocationibus poetarum et Graecorum et Latinorum ubi *Musa* (vel *Pieris*) haud raro occurrit nulla distinctione addita. At in sacris quod sciam nullum usquam observatur eius rei vestigium. Cum non definiatur, ubinam ille homo sacerdotio Musae functus sit, id coniectura diiudicare lubricum est. At si reputaveris reliquos omnes honores non ad cuiuslibet civitatis magistratus, sed ad regiam Aegypti administrationem spectare, proclive est hoc de Museo Alexandrino ab regibus instituto interpretari. Nam ei sacerdotem praefuisse Strabo refert (XVII, 1, 8 p. 794 Cas.: ἔστι δὲ τῇ συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος τότε μὲν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, νῦν δ' ὑπὸ Καίσαρος), quem Musarum sive Musae sacerdotem fuisse luce clarius est. Hunc ex hominibus nobilissimis aulae regiae electum esse praeter hunc titulum n. 104, 4 docet; nam quod illic ἐπιστάτην τοῦ Μουσείου dicitur, sacerdotio non commemorato, hic vice versa ἐπιστάτου officium non definite indicatur, id mihi impedire non videtur quominus utriusque hominis condicionem eandem fuisse statuam, praesertim cum etiam uterque unum ex summis in urbe Alexandria magistratibus gesserit, ille ἐξηγητοῦ, hic ὑπομνηματογράφου. Cf. n. 104[4]. 5 Hyperiam fontem Pheris Thessaliae fuisse veterum scriptorum testimonio constat. Cf. Homer. B, 734. Z, 457. Pindar. Pyth. IV, 222. Sophocles fr. 825, 2 Nauck[2]. Strabo IX, 5, 6 p. 432. 18 p. 439 Cas. Steph. Byz. s. v. Ὑπερησία. Eius nympham Pheraei in nummis suis repraesentare solebant (cf. Catal. of Greek coins in the British Museum, Thessaly to Aetolia p. 48 n. 21. 22, Tab. X, 16. J. B. Head Historia nummorum p. 262, ad quem provocat W. Drexler apud Roscherum Lex. der gr. u. röm. Mythologie I 2 p. 2841). Sed utrum hic illa

αὐτοκράτορος τῆς Θηβαΐδος[7], τὸ κοινὸν ‖ τῶν ἐν τῆι νήσωι τασσομένων Λυκίων[8].

---

nympha designetur, an altera Musae epiclesis accedat ad Πιερίδα, dubium est. Nam Musis fontes quosdam velut Aganippen et Castaliam in deliciis fuisse, ut adeo inde cognomen eis tribueretur (νύμφαι Κασταλίδες Παρνάσιον αἶπος ἔχοισαι Theocrit. VII, 148. *Castalidum decus sororum* Martial. IV, 14, 1. *per genium Famae Castaliumque gregem* VII, 12, 10) notissimum est, at de Hyperea quod sciam alibi nihil eiusmodi memoriae proditur. 6 Cf. Strabonis locum quem attuli n. 104[4]. Hic idem usu venit atque in exegeta, ut geographus definite de uno Alexandreae hypomnematographo verba faciat, sed neutiquam neget, alibi quoque eiusmodi magistratus fuisse; hoc vero docent papyri; cf. Oxyr. pap. I p. 113 n. LV, 1. 2. p. 118 n. LIX, 6. 22. 7 Idem habes in titulo item in insula Cypro invento Journal of Hell. stud. IX p. 244 n. 71. At alibi simpliciter στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος dicitur, ut n. 132, 7. 168, 50. Item qui insulae Cypri rebus praeest plerumque quidem στρατηγός appellatur, sed nonnunquam hic quoque αὐτοκράτωρ additur. Cf. n. 140, 6. 156, 2. Quod vix aliter interpretari licet atque ut statuamus per tempora periculosa et turbulenta summis exercituum praefectis maiorem quam volgo potestatem de gravissimis rebus sine regis mandato decernendi tributam esse. Cf. P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 89 cum not. 324. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 396 not. 1 dubitat, an στρατηγὸς αὐτοκράτωρ idem sibi velit ac στρατηγὸς καὶ ἐπιστράτηγος n. 168, 35. 50. Sed id mihi improbabile videtur cum aliis de causis, tum quia ἐπιστράτηγος in Aegypto plus semel invenitur, in insula Cypro vero nunquam. 8 Cf. n. 146[1].

---

148 Basis marmoris rubri inventa in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. studies IX (1888) p. 232 n. 20.

Τὸ κοινὸν τῶν ἐν τῆι νήσωι τασσομένων | Κιλίκων[1] Ἕλενον[2],

---

Litterae ΑΘΣ; ο aliquanto minore modulo exarata. 1 Cilices milites mercennarii in insula Cypro praeterea occurrunt n. 157, 3 (cf. ibi not. 4) et ap. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 258 n. 116, 2. 2 Idem homo alterum monumentum in eodem Veneris fano a sacerdotibus dedicatum habebat cum hoc titulo: Ἕλε[νο]ν, τὸν συγγενῆ καὶ τροφέα τοῦ | βασιλέως κα[ὶ σ]τ[ρα]τ[ηγ]ὸν καὶ ἀρχιερέα | τῆς νήσου, οἱ [ἱερεῖ]ς τῆς Παφίας | Ἀφροδίτης εὐεργε[σίας ἕ]νεκα τῆς εἰς ἑαυτούς. Quo iure ad Ptolemaei Alexandri II regnum Heleni praeturam referat P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 93, non video. Nam sane titulus 181 utique alterutro ex eis Ptolemaeis, quibus Alexander cognomen erat, regnante scriptus est, at in eo non Helenus ipse, sed eius filius Ἰσίδωρος Ἑλένου Ἀντιοχεύς nominatur.

τὸν συγγενῆ[3] καὶ τροφέα[4] | τοῦ βασιλέως καὶ στρατηγὸν καὶ ἀρχιερέα | τῆς νήσου[5], φιλαγαθίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτούς.

Quare hunc titulum haud exiguo temporis spatio antiquiorem esse apparet neque improbabile est eum Ptolemaei VIII Euergetae II regno (146—116 a. Chr.) vindicandum esse. Cf. etiam not. 4. 3 Cf. n. 104[2]. 4 Cf. n. 256, 1. Hoc non magis quam σύντροφος τοῦ βασιλέως (n. 247[2]) honoris aut dignitatis vocabulum est, sed eum indicat cuius re vera aliquae partes fuerunt in regis educatione. Sane hoc ad Ptolemaeum Euergetam II referri non poterit, nam qui eum educavit vix post annum 200 a. Chr. n. natus esse potuit; atqui sic nimium temporis intervallum inter patrem et filium, qui Ptolemaeo Alexandro regnante floruit, intercederet (cf. not. 2). Quod si de filio Ptolemaei VIII Euergetae II, qui cum patre aliquantisper Cypri insulae regnum tenuit (n. 143, 1. 144, 1) haec interpretabimur, ratio temporum optime constabit. 5 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 159[3].

149 Pars sinistra basis marmoreae rotundae, in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 244 n. 74.

----- | . . . ο[ν][1] ἐκ το[ῦ . . . .] | Καλλικλέ[ους . . . .] | ὁ ἀρχισωμ[ατοφύλαξ[2] καὶ ἐπὶ[3]] | τῶν ἐν Ἀλε[ξανδρείαι ὅπλων[4]] || καὶ διδάσ[καλος μαθημάτων[5]] | τακτικῶν, [εὐεργεσίας ἕνεκα] | τῆς εἰς ἑα[υτόν].

Litterae ΑΟΣ. 1 ΟΙΙ. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Supplevi. 4 Supplevi non sine haesitatione, quia haec officii appellatio alibi quod sciam nusquam occurrit. Sed et spatii rationibus accommodata est et homini qui simul rerum tacticarum praeceptor praedicatur optime convenire videtur. 5 Suppleverunt editores Angli.

150 Lapis erutus Delphis. Supra hunc titulum alius decreti honorifici relliquiae. Ed. L. Couve Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 248 n. III (J. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschr. II p. 878 n. 2737).

Ἀγαθᾶι τύχαι. | [Ἄρχο]ντος Πατρέα[1], βουλευόντων τὰν πρώταν

Litterae volgares praeter ΞΠΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Patreas Andronici f. archon fuit eodem tempore, quo Andronicus et Amyntas sacerdotium Apollinis Pythii gesserunt. Cf. Wescher-Foucart Inscr. rec. à Delphes 23 (Dialektinschr. II, 1688). 24 (D.-I. 1689). 25 (D.-I. 1690). 269 (D.-I. 1934). Bulletin de corr. Hell. XVII p. 352 n. 23. Illorum vero sacerdotii

ἑξάμηνον Ἀστυόχου, Ἀρχελ[ά|ου·] ἔδοξεν τᾶι πόλει τῶν Δελφῶν ἐν ἀγορᾶι τελείωι· ἐπειδὴ παραγενόμ[ενοι | οἱ ἀ]ποσταλέντες θεωροὶ[2] ποτὶ τὸν βασιλῆ Πτολεμαῖον[3] Ἀστύοχος, Εὐαγόρα[ς || ἀπάγ]γελλον[4] τᾶι πόλει διότι Σέλευκος Βίθυος Ἀλεξανδρεὺς[5] ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢ[ν δια|τελεῖ[6]] ποτὶ τὸ ἱερὸν καὶ τὰν πόλιν τῶν Δελφῶν καὶ περὶ πλείστου ποιείμενος[7] [τὰν | ποτὶ τοὺ]ς θεοὺς εὐσέβειαν καὶ αὐτοσαυτὸν εὔχρηστον ἐμ παντὶ καιρῶι παρα-σ[κευά|ζων καὶ] κοινᾶι τᾶι πόλει καὶ ἰδίαι τοῖς εὐτυνχανόντοις τῶν πολιτᾶν εἰς ἅ κά τις αὐτ[ὸν πα|ρακαλῆι,] καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις Δελφῶν ποτὶ τὸν βασιλῆ Πτολεμαῖον συνεργεῖ με[τὰ || πάσης προ]θυμίας ἐν οἷς κα τυγχάνωντι χρείαν ἔχοντες, καὶ λέγει καὶ πράσσει τὰ συν[φέ|ροντα διὰ π]αντὸς παρὰ τῶι βασιλεῖ περί τε τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος τῶν Δελφῶν· περὶ [δὴ | τού-των ἀγα]θᾶι τύχαι δεδόχθαι τᾶι πόλει τῶν Δελφῶν, ἐπαινέσαι Σέλευκον Βίθυος Ἀλ[εξ|ανδρῆ ἐπὶ τ]ᾶι προαιρέσει ἂν ἔχων διατελεῖ ποτί τε τὸ ἱερὸν καὶ τὰν πόλιν, καὶ στεφαν[ῶσαι αὐ|τὸν δάφνας] στεφάνωι τᾶς παρὰ τοῦ θεοῦ[8], καθὼς πάτριόν ἐστι Δελφοῖς· ὑπάρχειν δὲ αὐτῶι [καὶ || ἐκγόνοις προξ]ενίαν, προμαντείαν, προδικίαν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν, προεδρίαν ἐν πᾶσι τοῖς ἀγών[οις οἷς | ἁ πόλις τίθη]τι, καὶ τἆλλα ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις. ἀναγράψαι δέ τὸ ψά|[φισμα τόδε τοὺς ἐπιμελητὰς τῶ]ν Σωτηρίων[9] Ἀνδρομένη, Φιλοκράτη, καὶ ἀναθέμεν ἐν τῶι ἱερῶι ἐν τῶ[ι | ἐπιφανεστάτωι τ]όπωι.

---

tempus proxime excipit illud, quo Amyntas et Tarantinus (170—157 a. Chr.) eodem officio functi sunt. Sequitur ut paucis post 157 a. Chr. n. annis Seleuco hi honores decreti sint. Couve. 2 Quod non πρέσβεις, sed θεωροί dicuntur, indicio est mandata eorum ad res sacras spectasse. Iam cum v. 17 negotium decreti lapidi incidendi curatoribus Soteriorum iniungatur, perquam probabiliter Couvius coniecit has ferias ab illis indictas esse. 3 Ptolemaeus VI Philometor (181—146 a. Chr. n.). Cf. not. 1. 4 Sic scribere malui quam [ἐπάγ]γελλον cum editoribus, quia illud solenne est de eis quae legati domum redeuntes nuntiant. 5 De ethnico cf. n. 151[1]. 6 ⊣ΙΓoΤΙ. Supplevit et emendavit Couve. 7 Cf. Syll.[2] III p. 235. 8 Cf. Syll.[2] 215, 8. 291, 22: ἡ πόλις ἡ Μεγαρέων δάφνης στεφάνῳ παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ τῆς πόλεως ἀρχηγέτου. 9 Cf. not. 2.

---

151 Pars antica basis magnae marmoris leucophaei subcaerulei, fortasse Laconici, fracta in decem partes plerumque inter se contingentes, eruta Olympiae meridiem versus a Philippeo, ubi

omnia fragmenta inaedificata erant in muro aetatis Romanae. Ed. K. Purgold Archaeol. Zeitung XXXIX 1881 p. 184 n. 408. Imaginem tituli accurate delineatam habes Olympia V p. 425 n. 301 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 261 n. 125).

[Σέλ]ευκον Βίθυο[ς Ῥ]όδιον[1], [τὸν] συγγενῆ[2] βασιλέως Πτολεμα[ί]|ο[υ][3] καὶ στρατηγὸ[ν] τῶν κα[τὰ] Κύπρον καὶ ναύαρχον καὶ ἀρχιερέ[α[4],] | οἱ ἐν Κύπρω[ι] στρατευόμε[ν]οι Ἀχαιοὶ κ[α]ὶ οἱ ἄλλοι Ἕλληνες | ἀρετῆς ἕν[εκ]εν καὶ εὐεργεσ[ία]ς τῆς εἰς [α]ὐτοὺς [Δι]ὶ Ὀλυμπίωι.

Litterae ΑΘΠΣΥ. 1 Cf. n. 150, 5. 12, ubi idem homo Ἀλεξανδρεύς vocatur. Quam ethnici mutationem P. Meyer Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 79 ad notum Ptolemaei Euergetae II in Alexandrinos odium rettulit. Eo coactum Seleucum, qui Philometore regnante etiamtum Alexandrinus fuisset, proximo regno civitatem mutasse. At nunquam non licuit eadem aetate duarum aut adeo plurium civitatium Graecarum civem esse, quare non est cur hic aliam vim habere statuamus hanc ethnicorum fluctuationem ac multis aliis locis manifesto habet (cf. n. 79[2]). Verum id memorabile est, omnes Seleuci titulos ethnico carere praeter hos duos, qui soli inter omnes extra regni Ptolemaeorum terminos exarati sunt. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr.). Nam Philometore etiamtum superstite, ut quondam opinabar, hoc monumentum dedicatum esse nunc mihi improbabile videtur, quia reliqui tituli in quibus συγγενής et στρατηγὸς καὶ ναύαρχος appellatur Seleucus (n. 152, 2. 153, 1. 155, 4. 5. 159, 1—3. 160, 3), ad unum omnes minore fratre regnante scripti sunt. Iniuria vero olim ex Polybio XXXIII, 8, 7 collegi, Euergeten a Romanis adiutum Cyprum re vera cepisse, cum potius tum Philometor insulam fortiter defendisse et usque ad mortem tenuisse videatur. Nam quae Polybius XXXIX, 18, 6 de minoris fratris captivitate, de maioris erga illum clementia, de pacto fratrum et Euergetae sponsalibus narrat, ea non ad prius nescio quod tempus referenda sunt, sed ipsum finem fraterni de illa insula belli indicant. Quare etiam quae de Seleuco Euergetae mercennariorum per illud bellum duce conieci, nunc abicienda sunt, praesertim cum per multa deinceps regna exercitus, quorum summum imperium tenebat στρατηγὸς τῶν κατὰ Κύπρον, illic fuisse tituli demonstrent. Cf. etiam 159[3]. 4 Cf. n. 84[1]. 93[3].

---

152 Lapis inventus inter parietinas Curii in insula Cypro, in colle silvoso horae intervallo a vico *Piskopi* occidentem versus. Ed. Vidua Inscr. ant. tab. 32, 2 (Letronne Journal des Savants 1827 p. 127. Boeckh C. I. G. 2622. E. Oberhummer Sitzungsber. der Kgl. Bayer. Akad. d. W. 1888 p. 328 C. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 260 n. 123).

Σέλευκον Βίθυος, τὸν συγγενῆ τὸν βασιλέως [1], | τὸν στρατηγὸν καὶ ναύαρχον καὶ ἀρχιιερέα [2] | τ(ῶ)ν [3] κατὰ τὴν νῆσον, Κουριέων [4] ἡ πόλις | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς βασιλέα || Πτολεμ(αῖ)ον [5] καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν | τὴν ἀδελφὴν καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν | τὴν γυναῖκα [6], θεοὺς Εὐεργέτας, | [τῆς] τε (εἰς) [7] αὐτὴν εὐεργεσίας.

Litterae volgares praeter ΘΠΣ, si modo apographo fides habenda est. Ante versum primum aliquot litterarum vestigia (ΣΥΓΙΓΙΕ... V), quae manifesto alius antiquioris monumenti sunt. 1 Cf. n. 104 [2]. 2 Cf. n. 84 [1]. 93 [3]. 3 Emendavi. TON Viduae apographum. Editores accusativum singularis servarunt, sed ἀρχιερεὺς τῶν κατὰ τὴν νῆσον (τῶν κατὰ Κύπρον) alibi invenitur (cf. n. 159 [3]), ἀρχιερεὺς ὁ κατὰ τὴν νῆσον nusquam. Accedit quod etiam in aliis Viduae aliorumque apographis O perperam pro Ω scriptum deprehendimus, ut ΤΟΝΛΥΙΙΩΝ 99, 9. ΠΡΟΤΩΝ 128, 3. ΤΕΧΝΙΤΟΝ 161, 6. 4 Oppidum insulae Cypri, cuius haud infrequens est apud scriptores Graecos memoria. Cf. Herodot. V, 113. Strabo XIV, 6, 3 p. 683 Cas. Ptolemaeus V, 13, 2. Steph. Byz. s. v. 5 ΠΤΟΛΕΜΕΟΝ, errore sine dubio a Vidua, non a lapicida commisso. Ptolemaeum VIII Euergeten II (146—116 a. Chr.) esse ex coniuncta sororis et uxoris mentione (not. 6) apparet. Ceterum Seleucum, quem n. 150, 4 indicat iam apud Ptolemaeum Philometora magna gratia floruisse, Euergetae II regno summum in insula Cypro imperium nactum esse mireris, quoniam ille amicos fratris defuncti eximia saevitia persecutus sit. At fuisse nonnullos, qui etsi a maioris fratris partibus stetissent, tamen post illius mortem in minoris gratiam se insinuarent neque per se improbabile est et exemplo plane gemino Numenii, qui anno 164 a. Chr. a Philometore et Euergeta Romam missus erat legatus (Polyb. XXX, 17, 1), postea vero minoris fratris epistolographus fuit (n. 139, 14) probavit L. Couve Bull. de corr. Hell. XVIII p. 253 sq. 6 Cf. n. 138 [7]. 7 ΓΤΕΑΥΤΗΝ Vidua. Boeckh emendavit [καὶ τῆς] (εἰς) αὐτήν, cum sumeret ΓΤΕ pro ΕΙΣ errore lectum esse. Quod a literarum similitudine satis magnam habet probabilitatem, at sex litteras v. 8 initio reponere non licet, a dextra vero omnes versus integri sunt. Quare nescio an praestet ΕΙΣ errore omissum, reliqua vero omnino recte exscripta statuere, ut Γ ex Ε restare iudicetur. Omnium lenissima medela sane esset [εἵ]ς τε αὐτήν, sed non videtur τῆς v. 4 simul ad εὐνοίας eiusdem versus et ad εὐεργεσίας v. 8 referri posse.

---

153 Tabula marmoris caerulei ex vico *Knodora* insulae Cypri, a Salamine septentrionem et occidentem versus sito, Augustam Taurinorum in museum delata. Edd. L. Ross Mus. Rhen. VII 1850 p. 519 n. 14 (Arch. Aufs. II p. 627). Lumbroso Atti della reale acad. di Torino 1869 p. 684. Lebas-Waddington Inscr. III 2757 (E. Oberhummer Sitzungsber. der Kgl. Akad. d. Wiss. zu München

1888 p. 328 D. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 260 n. 124).

Σέλευκον, τὸν σ[υγ]γενῆ τοῦ β[ασιλέως[1], τὸν στρατηγὸν] | καὶ ναύαρχον καὶ ἀρχιερέα[2], τὸ κο[ινὸν τῶν ὑπ' αὐτὸν] | τασσομένων Κρητῶν[3] ἀρετῆς [ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς] | βασιλέα Πτολεμαῖον[4] καὶ βασίλισσ[αν Κλεοπάτραν τὴν ἀδελφὴν] || καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν τὴν γ[υναῖκα[5], θεοὺς Εὐεργέτας,] | καὶ τὰ τέκνα[6], καὶ τῆς εἰς τὸ κο[ινὸν εὐεργεσίας].

1 Cf. n. 104[2]. 2 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 3 Cf. n. 108, 2. 116, 23 cum not. 10. 4 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 5 Cf. n. 138[7]. 6 Cf. n. 130[2].

---

154 Basis quadrata marmoris cani a sinistra fracta, inventa in parietinis Salaminis Cypri (*Famagusta*), unde per Angelatum interpretem ad Sackium comitem atque inde in museum Berolinense pervenit. Ed. Vidua Inscr. ant. tab. 28, 3 cf. p. 34. Tractavit Letronne Journal des savants 1827 p. 168 sq. Ex ipso lapide, primo modo versu ex Angelati schedis paullulum suppleto, ed. Boeckh C. I. G. 2625.

[----------, γ]υνὴ[1] (Σε)λεύκου[2], τοῦ | [ἐπιστάτου καὶ[3]] γραμματέως τῶν δυνάμεων[4], | ----ότιμον Ἑκαταίου | [τὸν ἑ]αυτῆς πατέρα.

Litterae ΑΠΣ. Ὦ μέγα v. 2 primo loco ceteras litteras magnitudine aequat, duobus reliquis multo minore modulo exaratum est. 1 Boeckhius non magis quam Vidua quicquam scripturae ante Y invenit. Quare quod Angelatus exhibet tituli initium ΤΗΥΣΜΥΝΗ, unde Boeckhius coniectura ----ῦσ(α, γ)υνὴ elicere conatus est, perquam dubiae fidei mihi videtur. 2 ΗΛΕΥΚΟΥ. Emendavi, cum priores ἡ Λεύκου, insolito articuli usu, retinuissent. 3 Supplevit Letronne ex n. 128, 3 ὁ ἐπιστάτης καὶ γραμματεὺς τῶν κατοίκων ἱππέων. Postea cum Seleucus ad summum Cypri insulae imperium militare evectus esset, Theodorus filius in scribae munere ei successit. Cf. 155, 2. Ceterum et ex hoc inferiore magistratu et inde quod honoris vocabula τῶν πρώτων φίλων, τὸν συγγενῆ hic desiderantur, hunc uxoris titulum reliquis omnibus praeter n. 150, qui Seleuci mentionem faciunt, antiquiorem esse colligendum est. Quare aut Philometoris regno etiamtum dedicatus est, aut certe per primos post 146 a. Chr. n. annos. 4 Hoc nomen summum scribam vel quaestorem universi exercitus qui in terra aut regione aliqua stationem habebat indicat; ei rursus parent peditum equitumque

diversi generis γραμματεῖς, eadem ratione atque sub imperatoris (στρατηγοῦ) imperio singuli duces singulis corporibus et numeris militaribus praesunt. Itaque hic γραμματεὺς τῶν δυνάμεων non alius est ac qui n. 155, 2 ὁ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν νῆσον γραμματείας τῶν πεζικῶν καὶ ἱππικῶν δυνάμεων appellatur, ita ut appareat etiam in hoc inferioris gradus officio, ut postea in summo strategi munere, Theodorum filium Seleuco patri successisse.

---

155 Basis inventa Arsinoae Cypri (Πόλις τῆς Χρυσοχόου), delata Parisios in museum publicum (*Louvre*). Ex ectypo chartaceo ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2781 (E. Oberhummer Sitzungsberichte der Kgl. Akademie der Wiss. zu München 1888 p. 327 B).

[Ἀρ]σινοέων[1] ἡ πόλις | [Θεόδωρ]ον[2] τῶν πρώτων φίλων[3] καὶ ἐπὶ Σαλαμῖνος[4] καὶ ἐπὶ τῆ[ς] | κατὰ τὴν νῆσον γραμμ[α]τείας τῶν πεζικῶν καὶ ἱππικῶν δυ[νάμεων[5],] | τὸν υἱὸν τὸν Σ[ελ]εύκου το[ῦ] συγγενοῦς[6] το[ῦ β]ασιλέ[ως, ‖ τοῦ] στρατηγοῦ καὶ ναυάρχ[ου κ]αὶ ἀ[ρχι]ερέως τῶν κατὰ τὴν νῆσον[7], | [ἀρετῆς ἕνεκε]ν κ[αὶ εὐνοίας ἧ]ς ἔχ[ων δια]τελ[εῖ εἰ]ς [β]ασιλέα | [Πτ]ολ[εμαῖον[8] καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν τὴν ἀδελφὴν κ]αὶ βασίλισσ[αν] | Κλεοπάτ[ραν τὴν γυναῖκα[9], θεοὺς Εὐεργέτας, καὶ τ]ὰ τέκν[α α]ὐτῶν, | κ[αὶ τ]ῆς εἰς ἑαυ[τὴν εὐεργεσίας].

Litterae volgares praeter Σ et semel v. 8 Π, cum reliquis locis Ϝ sit. 1 Marium oppidum antiquum in septentrionali insulae Cypri litore situm (cf. scriptorum locos a G. Hirschfeldio ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 1278 allatos et Syll.[2] 539, 18 χαλκοῦ Μαριέως) postea nomen Arsinoë accepit, ab Arsinoë Ptolemaei Philadelphi uxore ut quidem videtur. Cf. Strabo XIV, 6, 3 p. 683 Cas. Plinius N. h. V, 130. Ptolemaeus V, 13, 4. Steph. Byz. s. v. Ἀρσινόη· ἑβδόμη Κύπρου, ἡ πρότερον Μάριον λεγομένη. s. v. Μάριον, πόλις Κύπρου, ἡ μετονομασθεῖσα Ἀρσινόη. Cf. Droysen Gesch. des Hellenismus III, 2 p. 328. G. Hirschfeld ap. Pauly-Wissowa l. l. 2 Hoc nomine, quod redit n. 157, 1. 158, 1. 161, 2. 162, 1, lacunam accurate expleri monet Wadd. 3 Cf. n. 104[2]. 4 Cf. n. 134[1]. 5 Cf. n. 154[4]. 161[5]. 6 Cf. n. 104[2]. 7 Cf. n. 152[3]. Post haec verba Oberhummer [Δήμητρος ἱερῶ]ν inserere vult (ἱερῶν iam Waddington); at neque substantivo ἱερῶν opus est, quod etiam a reliquis eiusmodi titulis abesse solet, neque Cereris sacra hic in censum veniunt, quia summum illud sacerdotium, quod cum praefectura insulae Cypri coniunctum est, nunquam dei mentionem additam habet et manifesto non alius dei est ac regis et domus regiae. Titulus apud Oberhummerum p. 336 n. 17, ad quem ille provocat, ἡ ἀρχιέρ(ε)ια τῶν κατὰ Κύπρον Δήμητρος ἱερῶν, cur ad idem atque hic officium sacrum referri nequeat, in propatulo est. 8 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 9 Cf. n. 138[7].

156 Marmor fractum a dextra; a sinistra hic lapis quidem integer est, sed attingebat eum alius qui periit. In oppido *Kuklia* insulae Cypri. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 246 n. 89 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 261 n. 126).

[Θεόδωρον] Σελεύ[κου[1], τὸν συγγενῆ | τοῦ βασιλέως[2], τὸν στρα-τηγ]ὸν αὐτοκρά[τορα[3] καὶ | ἀρχιερέα τῆς νήσ]ου[4], ἡ πόλις ἡ Σα[λαμινίων | εὐνοίας ἕνεκεν ἧς ἔχων δια]τελεῖ εἴς τε β[ασιλέα Πτολεμαῖον[5] ‖ καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν τ]ὴν ἀδελφὴν κ[αὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν | τὴν γυναῖκα[6], θεοὺς Εὐεργέ]τας, καὶ τὰ τέ[κνα αὐτῶν[7], καὶ | τῆς πρὸς ἅπαντας φιλαγαθίας καὶ δι]-καιοσ[ύνης].

Litterae ΑοΠΣ. 1 Cf. n. 155[2]. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Cf. n. 147[7]. 4 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 5 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 6 Cf. n. 138[7]. 7 Cf. n. 130[2].

---

157 Basis marmoris rubri inventa in delubro Veneris Paphiae. Edd. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2796. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 225 n. 2 (E. Oberhummer Sitzungsber. der Kgl. Bayer. Akademie d. W. 1888 p. 327 A. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 261 n. 127).

Θεόδωρον[1] Σελεύκου, τὸν συγγενῆ τοῦ βασιλέως[2], | τὸν στρα-τηγὸν καὶ ναύ[αρχον κ]αὶ ἀ[ρχιερέα[3],] | τὸ κοινὸν τῶν ἐν τῆι νήσωι τασσομένων Κιλίκων[4] | εὐε[ρ]γεσίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑ[αυ]τό.

Litterae ΑΘΣ. 1 Sic Waddington, ΘΕΟΔΟΤΟΝ editores Angli. Qui cum de discrepantia lectionis nihil dicant, nescio an calami lapsu alterum nomen pro altero substituerint. Utique Θεόδωρον recte se habere probant n. 158, 1. 161, 2. 162, 1. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 159[3]. 4 Cum ΜΑΚΩΝ aut ΜΑΧΩΝ in lapide agnoscere sibi videretur Waddington, Macarum gentem hic nominari sibi persuasit. Fuerunt sane vel duae huius nominis nationes, altera in Arabia ad sinum Persicum incolens (cf. Strabo XVI, 3, 2 p. 765 Cas. Steph. Byz. s. v. Μάκαι. Plinius N. h. VI, 98), altera ad Syrtin minorem in confiniis Cyrenaicae (cf. Herodot. IV, 175. Scylax Peripl. 109 p. 84. 85 Müller. Diodor. III, 49, 1. Ptolemaeus Geogr. IV, 3, 6 p. 642, 4 Μάκαι οἱ Συρτῖται. Plinius N. h. V, 34). Hanc unam, si omnino nomen recte lectum esset, hic in censum venire posse perspexit Wadd. (Cf. Lebas Inscr. III 1906 *a*, 50. 51 cum illius adnotatione.) At ΚΙΛΙΚΩΝ

potius scriptum esse editores Angli, cum identidem vario lumine lapidem examinassent, pro certo pronuntiarunt. De Cilicibus in Cypro insula stipendia merentibus cf. n. 148[1].

---

158 Marmor fractum ab inferiore parte, quod quondam baseos ex compluribus lapidibus compositae partem a sinistra extremam efficiebat, iuxta murum meridionalem delubri Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 233 n. 23. Sakellarios Κυπριακά I p. 95 n. 52 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 261 n. 128).

Θεόδωρο[ν[1], τὸν συγγενῆ τοῦ βασιλέως[2]] | καὶ στρατηγ[ὸν καὶ ναύαρχον καὶ ἀρχιε]||ρέα τῆς νήσ[ου[3], -------- ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοί]|ας, ἧς ἔχων δια[τελεῖ εἰς βασιλέα Πτολεμαῖον[4] καὶ βασίλισσαν] || Κλεοπάτραν [τὴν ἀδελφὴν καὶ βασίλισσαν Κλεοπάτραν τὴν γυναῖκα[5], | θ]εοὺς Εὐεργέ[τας, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν[6], καὶ τῆς εἰς ἑαυτ.. εὐερ]|γεσίας ἕ[νεκεν].

Litterae ΑΘΤΣ. 1 Cf. n. 157[1]. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 4 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.). 5 Cf. n. 138[7]. 6 Cf. n. 130[2].

---

159 Paphi novae. Ed. Lebas Inscr. III 2786 (E. Oberhummer Sitzungsberichte der Kgl. Ak. d. W. zu München 1888 p. 329 G. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 262 n. 129).

Ἀρτεμώ, τὴν θυγ[ατέρα Σελεύκου[1], τοῦ συγγενοῦς] | τοῦ βασιλέως κ[αὶ στρατηγοῦ καὶ ναυάρχου] | καὶ ἀρχιερέως[2] τῆ[ς νήσου[3], ἱέρειαν βασιλίσσης[4]] | Κλεοπάτρας θεᾶ[ς[5], τὸ κοινὸν τῶν κατὰ τὴν νῆσον || τ]ασσομένων ----------

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Cf. n. 160, 2. 2 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 3 Supplevi. τῆ[ς Ἀφροδίτης τῆς Παφίας καὶ] | Κλεοπάτρας θεᾶς editores. At hic de illo summo insulae sacerdotio dici, quod inde a Ptolemaei VIII Euergetae II regno cum strategi et nauarchi officiis constanter coniungitur, manifestum est. Quod sacerdotium nequaquam Veneris Paphiae est, sed ad divinos honores regis et regiae domus spectat. Omnino in eo significando nusquam dei aut deae cuiuspiam mentio fit, sed aut simpliciter ἀρχιερεύς dicitur (n. 143, 3. 145, 2. 151, 2. 153, 2. 157, 2. 160, 4. 161, 4. 162, 3) aut adicitur τῆς νήσου (93, 4. 148, 3. 156, 3. 158, 2. Bull. de corr. Hell. IX p. 109, 2), τῶν κατὰ τὴν νῆσον (n. 105, 5. 152, 2. 155, 5), τῶν κατὰ Κύπρον (n. 140, 6). 4 Supplevi. 5 Cleopatra III, Ptolemaei Philometoris et Cleopatrae II

filia, Ptolemaei Euergetae II uxor altera, videtur intellegenda. Nam mater nescio an huius tituli, qui utique in postremam partem regni Euergetae II incidit, aetate non iam superstes fuerit. Sacerdotium simile commemoratur in papyro apud Grenfellium An Alexandrian erotic fragment and other Greek papyri p. 30 n. XII, 11 [ἐφ' ἱερει]ῶν βασιλίσσ[ης Κλεοπά]τρας Θ[ε]οδώρ[ας τῆς ----].

---

160 Chytris Cypri. Ed. Palma di Cesnola Cyprus p. 416 n. 10 (E. Oberhummer Sitzungsber. d. K. Ak. d. W. zu München 1888 p. 329 F).

Ὀλυμπιάδα, τὴν θυγατέρα | Ἀρτεμῶς[1], τῆς Σελεύκ[ου τῶν] | πρώτων φίλων[2], τοῦ στρα[τηγοῦ] | καὶ ναυάρχου καὶ ἀρχιε-[ρέως,[3]] ‖ θυγατρός, ἡ πόλις ἡ -------

Litterae volgares praeter ΘΠΣ, si fides habenda est Cesnolae. Is versu 3 fin. ΣΤΑ et v. 5 init. ΦΥΓΑ exhibet mero typothetae errore; minusculis utrobique veram lectionem sine uncis praebet. 1 Cf. n. 159, 1. Artemo Seleuci f. nupsit viro, cuius nomen ignoratur, et filiam enixa est Olympiada. Hanc rursus in matrimonium duxit ipsius avunculus Theodorus Seleuci f. (n. 161, 2. 162, 1. H. Roehl ap. Bursian Jahresbericht über die Fortschritte der Alterthumsw. XXXVI p. 53). 2 In reliquis omnibus Seleuci titulis, qui omnino eiusmodi honoris vocabulum habent, ille semper nobilissimo omnium ordini τῶν συγγενῶν τοῦ βασιλέως ascribitur (n. 151, 1. 152, 1. 153, 1. 155, 4. 162, 2. 3). Quod hic τῶν πρώτων φίλων dicitur, id cave rettuleris ad ascensum ex inferiore ordine in superiorem, ut Theodorus illius filius re vera primum τῶν πρώτων φίλων fuit, deinde συγγενής factus est (n. 155[2]). Nam sic hic titulus ad eadem superiora tempora, quorum sunt n. 150 et 154, referendus esset, quod fieri nequit cum quia hic iam summa illa στρατηγοῦ καὶ ναυάρχου καὶ ἀρχιερέως munera ei tribuuntur, tum quia neptis eius hic iam adulta aetate est et nupta, ut appareat extrema Seleuci senectute aut adeo post eius obitum hoc monumentum dedicatum esse. Mero igitur errore, qui minus mirus in titulo Cyprio est quam in Alexandrino esset, τῶν πρώτων φίλων pro τὸν συγγενῆ τοῦ βασιλέως exaratum existimo. 3 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 159[3].

---

161 In oppido *Famagusta* insulae Cypri, in fronte interiore portae qua ad mare itur. Edd. Pococke Inscr. ant. P. I c. 4 s. 1 p. 42 n. 4. Vidua Inscr. ant. p. 35, tab. 30, 2 (Boeckh C. I. G. 2619. E. Oberhummer, Sitzungsberichte der K. Akad. d. W. zu München 1888 p. 328 E). Cf. quae exposuerunt Letronne Journ. des savants 1827 p. 170 et W. H. Waddington ad Lebas III, 2796 (Explication des inscr. p. 644).

Ὀλυμπιάδα τ[ὴν --------[1], γυναῖκα δὲ] | Θεοδώρου τοῦ [Σελεύκου[2], τοῦ συγγενοῦς τοῦ] | βασιλέως, τοῦ στ[ρατηγοῦ καὶ ναυάρχου] | καὶ ἀρχιερέως[3], τὸ κοι[νὸν[4] τῶν κατὰ] ‖ Κύπρον γραμματ[έων[5] καὶ τῶν Διονυσιακῶν[6]] | τεχνιτ(ῶ)ν[7].

Litterae volgares praeter ΘΠΣ, si apographis fides habenda est. 1 Hic patris nomen fuit, quod ignoramus. 2 Cf. n. 160[1]. 3 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 159[3]. 4 TOK.TO Pococke. TOKOI Vidua. In his τὸ κοι[νόν] latere, quae est Letronnii et Waddingtoni sententia, a litterarum similitudine multo probabilius est, quam το[ῦ] κ[α]τ[ὰ], quod placuit Boeckhio. At huius restitutio το[ῦ] κ[α]τ[ὰ] | Κύπρον γραμματ[έως τῶν περὶ τὸν Διόνυσον] | τεχνιτ[ῶ]ν etiam aliis de causis admitti nequit. Etenim sic et versus quartus multo brevior fit quam propter vicinos versus eum fuisse probabile est, et coniunctio summae totius insulae praefecturae cum officio scribae collegii artificum Dionysiacorum omnino incredibilis est. 5 Scribas technitarum Dionysiacorum intellegit Letronne ideoque supplet γραμματ[έων τῶν Διονυσιακῶν] | τεχνιτῶν. At cum τὸ κοινὸν τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν perfrequenter commemoretur, quis tandem credet, horum scribas rursus suum κοινόν, diversum ab illo, habuisse? Quare rectius Waddington duo κοινά, alterum scribarum, alterum artificum, distinguit, quae nihil commune habebant nisi quod hanc statuam una dedicabant. Ac scribas quidem militares peditum equitumque, quorum summum praefectum Theodorum Olympiadis maritum fuisse ex n. 156 sqq. appareat, hic designari videri, neque quicquam obstare quominus eorum aliquod κοινόν fuisse sumamus. 6 Hic Letronnium sequi malui quam Boeckhium et Waddingtonum propter ea quae ex reliquis versibus de lacunae ambitu discimus. Etenim τῶν περὶ τὸν Διόνυσον (Boeckh) sine dubio aliquot litteris longius est quam debet, τῶν περὶ Διόνυσον vero sine articulo (Waddington) cum sermonis usu pugnat. 7 TEXNITON.

---

162 Basis marmoris rubri fracta utrimque, in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 239 n. 47.

[Ὀλυμπιάδα[1], τ]ὴν Θεοδώρου τοῦ [συγγενοῦς[2] τοῦ | βασιλέ]ως, τοῦ στρατηγοῦ κ[αὶ ναυάρχου[3] καὶ | ἀρχιερέ]ως[4], γυναῖκα, τὸ κοι[νὸν τῶν ἐν | τῆι νήσωι] τασσομένων Λ[υκίων[5]].

Litterae volgares praeter ΘοΣ. 1 Supplevi ex n. 160, 1. 161, 1. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Supplevi. Editores τοῦ στρατηγοῦ κ[αὶ ἀρχιερέ]ως, quod neque spatii rationibus neque illius aetatis usui accommodatum est. 4 Cf. n. 84[1]. 93[3]. 159[3]. 5 Cf. n. 146, 2 cum adnotatione.

163 Basis apposita parieti domus cuiuspiam, Palaepaphi (*Kuklia*) iuxta ecclesiam Ἀποστόλου Λουκᾶ. Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 2793.

Ἡ πόλις ἡ Παφίων | Ἀριστονίκην τὴν Ἀμμωνίου, γυναῖκα δὲ Ἀριστοκράτους | τοῦ συγγενοῦς[1] καὶ ὑπομνηματογράφου[2] κ[α]ὶ τῶν κατὰ Κύπρον | περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν[3], φιλαγαθίας ἕνεκεν τῆς ‖ εἰς ἑαυτήν.

Litterae volgares praeter ΑΣ. 1 Cf. n. 104[2]. 2 Cf. n. 147, 6 et Strabonis locum quem ascripsi n. 104[4]. 3 Cf. n. 161, 6. 164, 4. 166, 4. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 260 n. 121, 2.

---

164 Basis marmoris caerulei, in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 250 n. 105. Sakellarios Κυπριακά I[2] p. 100 n. 78 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 259 n. 120).

Ἀφροδίτηι Παφίαι | τὸ κοινὸν τὸ Κυπρίων[1] Ποτάμω[να] Αἰγύπτ[ου[2],] | τῶν ἐν Πάφωι γεγυμνασιαρχηκότων | καὶ ἡγη-τορευκότων[3] καὶ τῶν περὶ τὸν ‖ Διόνυσον καὶ θεοὺς Εὐεργέτας τεχνιτῶν[4], | εὐνοίας χάριν.

Litterae ΑΘΟΠΣ. 1 Cf. n. 165[1]. 2 Nomen Αἴγυπτος n. 165, 2 integrum exstat, ut non liceat hic Αἰγυπτ[ίου] supplere. Illud autem rarum quidem est neque vero inauditum. Cf. Olympia V p. 319 n. 189, 1. Pausan. VI, 12, 6. Polyaen. VI, 8. 3 Ad Hesychium s. v. ἀγήτωρ· ὁ Ἀφροδίτης θυηλῶν ἡγούμενος ἱερεὺς ἐν Κύπρῳ provocant editores Angli. 4 Cf. n. 163[3]. Deorum Euergetarum nomen Baccho adiunctum utique Ptolemaei VIII Euergetae II regno (146—116 a. Chr.) non antiquius esse demonstrat monumentum. At nescio an de rege et regina proxime defunctis potius quam de superstitibus hoc accipiendum sit. Certe titulos technitarum Dionysiacorum Ptolemaeenses qui praescripta habent ἔδοξεν (τοῖς) τεχνίταις τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον καὶ θεοὺς Ἀδελφούς (n. 50, 1. 51, 1) multo probabilius est Ptolemaei III Euergetae quam Ptolemaei II Philadelphi regno exaratos esse (cf. n. 50[1]). Quare Ptolemaei X Soteris II aut Ptolemaei XI Alexandri I aetati hoc monumentum vindicaverim. Cf. etiam n. 166[5].

---

165 Basis marmoris caerulei, in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 249 n. 102.

Ἀφροδίτηι Παφίαι τὸ κο[ινὸν τὸ Κυπρί]ω[ν[1]] | Ποτάμωνα Αἰγύπτου[2], τὸν ἀντισ[τρ]ά[τ]ηγον[3] τῆς | νήσου καὶ ἐπὶ τῶν μετάλλων[4], τὸν γυμνασίαρχον[5], | εὐνοίας χάριν.

Litterae ΑΟΠΣ. 1 Supplevi. τὸ [κοινὸν τῶν ἐν τῇ νήσ]ωι editores. At neque sic indefinite de militibus qui in insula stationem habebant dici licuit, neque vestigia Ω'', quae in fine versus exstant, ad ΩΙ referri licet, sed utique ex ΩΝ restare existimanda sunt. Neque quicquam offensionis habent duae statuae a Cypriis eidem homini positae, praesertim cum diversis honorum titulis, qui temporum quo dedicatae sunt discrimen indicare videntur. 2 Cf. n. 164, 2. 3 Vicarius strategi. Idem officium n. 86, 7 verbis συναποσταλεὶς διάδοχος — τῶι στρατηγῶι indicari videtur. Cf. ibi not. 5. 4 Insulam Cyprum metallis, aeris potissimum, abundasse in volgus notum est. 5 Cave inde quod n. 164, 3 γεγυμνασιαρχηκότων est, hic vero τὸν γυμνασίαρχον, collegeris illum titulum hoc recentiorem esse. Nam quod ille municipales modo honores enumerat, hic vero vicarium praefecti regii praedicat Potamona, id necessario contrarium temporis ordinem statuere cogit. Nam nulla alia de causa illic taceri potest ἀντιστρατήγου τῆς νήσου officium, nisi quod tum eo Potamo nondum fungebatur. Gymnasiarchia igitur iterata esse videtur.

166 Marmor caeruleum inventum inter rudera Paphi veteris, translatum in museum Britannicum. Ed. Jos. de Hammer Topogr. Ansichten auf einer Reise in die Levante p. 180 n. 50 (Boeckh C. I. G. 2620). Multo accuratius C. T. Newton Greek inscr. in the British museum II p. 152 n. CCCLXXXV (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 259 n. 119).

Ἀφροδίτηι Παφίαι | ἡ πόλις ἡ Παφίων Κάλλιππον Καλλίππου, δὶς γραμμα|τεύσαντα τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου καὶ ἠρχευκότα[1]

Litterae volgares praeter ΑΣ et ΘΟΩ reliquis minores. 1 Hoc totidem litteris exstare testatur N., cum Boeckh dubitanter ἀρχι[ερεύ]οντα supplevisset. Non sine dubitatione archontis magistratum significari statuit N. At aliud subesse monstrat titulorum Coorum usus. Cf. Paton and Hicks, Inscr. of Cos p. 100 n. 44, 1 sqq. τοίδε ἐστεφανώθην ἀρχεύσαντες καὶ τὰ ἱερὰ ἐχθύσαντες κατὰ τὰ πάτρια ταῖς Νύμφαις καὶ δεξάμενοι τὸς φυλέτας ἀξίως τᾶν θεᾶν; sequuntur viginti sex virorum nomina. p. 234 n. 367, 87: τ[οὶ δὲ] ἀρχεύοντες καὶ τοὶ ἐπιμήνιοι διδόντω τὰς μερίδας ἀντεφορῶντες ἐκ τοῦ λευκώματος. v. 110: αἰ δέ κά τις τῶν ἀ[ρχευόν]των ἀπειθῇ τοῦδε τοῦ ψαφίσματος. p. 273 n. 384, 2: [ἐπε]ι[δὴ] Περικλῆς Νικάρχου αὐ[τὸς ὑ]π[ομ]είνας ἀρχεύειν τάς τε θυσίας ἐξέθυσε τοῖς θεο[ῖς] μεγαλομερῶς καὶ ἀξίως αὐτοῦ τε καὶ τ[ῶ]ν φυλετᾶν. Hi tituli neque unum hominem, sed collegium satis frequens, illo nomine significari, et eius officia ad rem sacram, maxime ad sacrificia et ferias, spectasse

τῆς | πόλεως καὶ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον καὶ θεοὺς Εὐεργέ||τας[2] τεχνιτῶν[3], τὸν γραμματέα τῆς πόλε[ω]ς[4], γυ[μνα]||σιαρχήσαντα καλῶς τὸ ιβ' L[5].

---

demonstrant, ut nulla nisi nominis similitudo eis intercedat cum archonte summo reipublicae magistratu. Coi sane tribuum sacra curant, sed ut ἐπιμήνιοι, ἱεροποιοί aliique id genus magistratus eodem nomine et pagorum et tribuum et senatus et totius populi fuerunt in Graecorum civitatibus haud paucis, sic ἀρχεύοντα hic urbis Paphiorum et simul synodi technitarum (cf. not. 3) videmus Callippum. 2 Cf. n. 163[3]. 164[4]. 3 Genetivus, pendens ille quidem ab ἠρχευκότα, particula καὶ v. 4 adnectitur illi τῆς πόλεως. Nam quod N. vult, scribam synodi technitarum hic appellari Callippum, id cum verborum collocatione pugnat. Etenim τῶν τεχνιτῶν — τὸν γραμματέα in eiusmodi titulo plane inauditum est. 4 Cum τῶν τεχνιτῶν (not. 3) ad priora pertineat, sequitur ut τῆς πόλεως cum γραμματέα, non cum γυ[μνα]σιαρχήσαντα coniungatur. 5 Ptolemaei VIII Euergetae II (146—116 a. Chr. n.) regno manifesto non antiquior est lapis; sed ne illius quidem temporibus incisus esse videtur. Nam cum θεοὶ Εὐεργέται utique ante Philometoris mortem et Euergetae nuptias commemorari nequeant, illius annus duodecimus iam 159/8 a. Chr. n. est. Quare de alterutro ex filiis potius cogitandum erit; atque Ptolemaei X Soteris II quidem annus duodecimus 106/5 est (cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 202 not. 35), quo tempore is Aegypto expulsus imperium Cypri tenebat, cum Cleopatra III mater una cum minore filio Ptolemaeo XI Alexandro Alexandriae regnaret. Eo anno hic titulus exaratus est; nam de Alexandri quidem anno duodecimo (103/2 a. Chr.) noli cogitare in monumento Cyprio, quandoquidem insula tunc quoque in maioris fratris potestate fuit.

---

167 Apollonopoli parva (*Kus*) in coronide. Post alios accuratissime ed. Vidua Inscr. p. 19 tab. XVIII, 1 (Letronne Journal des savants 1821 p. 593. 1823 p. 353. 1827 p. 22. Recherches sur l'Égypte p. 95. Recueil des inscr. Gr. et Lat. d'Égypte I p. 49 n. VIII, tab. V*b*. J. Franz C. I. G. 4716*e*. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 262 n. 131).

Βασίλισσα Κλεοπάτρα[1] καὶ βασιλεὺς Πτολεμαῖος[2], θεοὶ μεγάλοι

Litterae volgares praeter ΘΣ et semel (v. 1 init.) Ь pro B. 1 Matrem cum filio, non uxorem cum marito una regnantem hic haberi nominum ordo indicio est. Quod quoniam hi Φιλομήτορες καὶ Σωτῆρες appellantur, quin mater quidem Cleopatra III, Ptolemaei VI Philometoris et Cleopatrae II filia, Ptolemaei VIII Euergetae II altera uxor sit, non est dubium. Quam primo cum maiore natu filio Ptolemaeo X Sotere II coniunctam rerum

Φιλομήτορες | [καὶ Σωτῆρ]ες[3], καὶ τὰ τέκνα, Ἀροήρει[4] θεῶι μεγίστωι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς.

---

potitam esse (a. 116—108 a. Chr. n.), deinde illo expulso cum minore Ptolemaeo XI Alexandro regnum continuasse (108—101 a. Chr. n.) constat. 2 Ptolemaeum X Sotera II recte intellegere videntur Letronne Franz Strack. Nam sane Cleopatra anno 108 a. Chr. una cum regno etiam cognomina Φιλομήτωρ et Σωτήρ a maiore filio in minorem transtulit, sed in eo vix omissum esset ὁ καὶ Ἀλέξανδρος. Sequitur ut annorum 116 et 108 a. Chr. terminis tituli origo contineatur. 3 ΕΥΣΕΒΕΙΣ P. Lucas et Hamilton, manifesta interpolatione; ΙΟΕΣ Vidua, ⌝Ρ⌒⌝ Jollois et Villiers in tabula apud Letronnium, D⁻⌝ Pococke. Ρ.Σ Jomard. [καὶ Σωτῆρ]ες restituit Letronne. 4 Tertiae litterae superior modo arcus exstat, ut ambiguus haereas, utrum Ο an Ω fuerit. Ceterum de hoc deo cf. n. 114[2].

---

168 Lapis granites quem dicunt, inventus Syenae (*Assuan*), translatus Londinium in museum Britannicum. Edd. Sayce Proceedings of the society of biblical archaeology 1877 p. 203. M. L. Strack Mitth. des arch. Inst. in Athen XX (1895) p. 327. J. P. Mahaffy Hermathena XXII (1896) p. 273 (Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 264 n. 140). Cf. quae disputaverunt Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 407 sqq. et A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 55.

Litterae ΑΘΞΠΣ; ζῆτα v. 9 Ι est, v. 10 Ζ. Post v. 59 olim etiam sedecim versus sequebantur, epistulae VII finem et aliam (VIII) integram continentes, sed ex eis lapide detrito tam exiguae supersunt relliquiae, ut eas hic repetere operae pretium non videatur. Quae hic exprimimus septem instrumenta ad tria negotia spectant: A. Cum Ptolemaeus X Soter II Elephantinen adiret, sacerdotes dei Chnumo Nebieb ab eo petiverunt ut certa quaedam frumenti pensio sibi quotannis ex regiis horreis daretur, idque impetraverunt. De hac re tenemus: I v. 1—14 relationem de regis Elephantinen adventu beneficioque ab eo concesso. II v. 14—25 litteras Cleopatrae III reginae et Ptolemaei filii ad sacerdotes, quibus de eo beneficio certiores fiunt. III v. 26—31 litteras eorundem regum de eadem re ad Phommutem strategum Thebaidis. B. Iam quattuor mensibus ante iidem sacerdotes nescio quid aliud a regibus petiverant atque item impetraverant. Huc spectant IV v. 32—35 epistula reginae et regis ad sacerdotes. V v. 36—38 epistula reginae et regis ad Hermocratem, qui ante Phommutem strategus Thebaidis fuerat. VI v. 39—51 litterae petitoriae ad regem. C. Aliquot annis prius, etiamtum regnantibus Ptolemaei X patre Ptolemaeo VIII Euergeta II cum uxore Cleopatra III, item sacerdotes reges adierant cum precibus, de quibus propter mutilam lapidis condicionem nihil certius explorari

I [Βασιλεὺς Πτολεμαῖος μ]έγας[1] θεὸς Φιλομήτω[ρ Σωτὴρ[2] -----
------------- | -------------------------- Μ]εσορῆι τοῦ
δευτέρου ἔτους[3] ἐξ ἧς ε[--------------- | --------------
ἀπὸ τῶν κατὰ Συήνη]ν τόπων πάντες ἀπήντησαν μεταστ[άντες
ἐκ --------------------------- | --------------------
εἰς τὴν ν]εόκτιστον πόλιν Ἐλεφαντίνην[4] πρῶ[τον μὲν ---------

licet. Harum litterarum petitoriarum reliquiae sunt VII v. 52 sqq. Quod non secundum tempora, quibus conscriptae sunt hae litterae, in lapide se excipiunt, sed contrario ordine, id ex sollenni more fit, quia recentissimum ex his instrumentis reliquis omnibus lapidi incidendis ansam dedit. Cf. Syll.[2] 152 cum notis meis. 1 Cf. n. 94[2]. 2 Ptolemaeum X Sotera II (cf. n. 167[2]) et matrem Cleopatram III Ptolemaei Philometoris filiam R. Lepsius Abh. d. Ak. zu Berlin 1852 p. 455 sqq. in tabula I ad annum 113 a. Chr. cognomina Φιλομήτορες Σωτῆρες inter diem 1. m. Thoth a. 114 et diem 9. mensis Epiph anni 113 a. Chr. demum assumpsisse statuit, id quod hoc anni 115 a. Chr. (not. 3) titulo redargui adnotat Strack. Ceterum cum hic unus rex commemoretur, v. 15. 26. 32. 36. 39 vero una cum matre, inde recte Str. collegit, iter illud a rege solo susceptum, sed decretum regium tamen utriusque nomine datum esse. 3 Secundus regni Ptolemaei X annus a die 20. m. Septembris 116 a. Chr. ad diem 19. eiusdem mensis a. 115 a. Chr. pertinet. Primus igitur mensis Mesore dies est d. 15. m. Augusti, postremus d. 14. m. Septembris a. 115 a. Chr. n. 4 Elephantine iam ab Herodoto multis locis (II, 17. 18. 29. 30. 69. 175. III, 19) definite πόλις vocatur. Reliqui praeter illum scriptores, qui urbem in illa insula sitam commemorant, sane ad unum omnes Ptolemaei X aetate recentiores sunt. Cf. Diodor. I, 88, 7: ὑπὲρ πόλιν τὴν ὀνομαζομένην Ἐλεφαντίνην. Strabo XVII, 1, 48 p. 819: ἡ Ἐλεφαντίνη ἐν τῷ Νείλῳ προκειμένη τῆς Συήνης νῆσος ἐν ἡμισταδίῳ καὶ ἐν ταύτῃ πόλις ἔχουσα ἱερὸν Κνούφιδος. Iosephus Bell. IV, 611: ὁ δὲ Νεῖλος ἀναπλεῖται μέχρι τῆς Ἐλεφάντων καλουμένης πόλεως. Mela I, 9, 51: *ad Elephantinen urbem Aegyptiam.* I, 9, 60: *viginti milia urbium Amasi regnante habitarunt et nunc multas habitant . earum clarissimae procul a mari Sais, Memphis, Syene, Bubastis, Elephantine et Thebae.* Atque id fortasse non indignum quod commemoretur, Agatharchidem Cnidium, qui sane ante huius tituli aetatem scripsit, de mari rubro 22 εἶτα Ἐλεφαντίνη habere sine oppidi mentione. Iam Strackius quidem paullo ante Ptolemaei Soteris II regnum dirutam fuisse urbem, ab illo vero restitutam opinatur. At fortasse aliter haec difficultas expediri potest. Etenim magnificentissimum delubrum dei Chnumis iam ante Herodoti aetatem fuisse in illa insula certissimum est; circa id vero multa alia privata aedificia fuisse in quibus homines habitarent pro sacrorum Aegyptiorum ratione probabile est. Haec omnia coniunctim ab Herodoto oppidum (πόλιν) appellari potuisse eo certius est, quia haec vox necessario in rebus Aegyptiacis alia vi usurpanda erat atque ea cui Graeci assueverant. Nam civitates liberae Graecorum more institutae in Aegypto tum temporis quidem erant nullae. Ne Ptolemaeorum quidem

---------------- ‖ --------------------------- ἐ]ποιήσατο τὰς πρεπούσας θυσίας κ[αὶ σπονδὰς ---------------------- | ---------------------------] ὁ μέγας θεὸς Νεῖλος ἀνήκει[5] ἐλθὼν [------------------------------- | ------ θύσας ἐφ' οὗ[6] ἱδρύσ]ατο[7] βωμοῦ τῆι τε μεγίστη θεᾶι Ἥραι[8] τελ[9]------ -------------- | -----------------------ν παραλαβὼν δὲ τοὺς συγγενεῖς[10] καὶ το[ὺς φίλους | -----------------------

aetate multae erant; sed paullatim sane aliquot constitutae sunt. Quare ut Ptolemaeum Philometora etiam ultra Elephantinen duo oppida, Philometorida et Cleopatram, condidisse didicimus ex n. 111, 10. 11, sic idem aut a Ptolemaeo VIII Euergeta II aut ab eius successore Ptolemaeo X Sotere II factum esse arbitror. Neque neglegendum est, n. 111, 19 Elephantinen quidem sic commemorari, ut eam tum dirutam non fuisse appareat, sed tamen oppidum non appellari. Quid quod Philas, quae ultra Elephantinen sunt neque manere poterant illa a nescio quibus hostibus deleta, intra annorum 127—117 a. Chr. spatium integras fuisse et in regum potestate docent tituli n. 138, 5. 139, 4. Wilcken [θ]έοκτιστον supplere mavolt. 5 Collato titulo antiquissimo et notissimo mercennariorum Psammetichi II Inscr. gr. ant. 482, 3: ἦλθον δὲ Κέρκιος κατύπερθε, υἷς ὁ ποταμὸς ἀνίη suspiceris, hic quoque dici regem eo usque progressum esse quo Deus Nilus adire pateretur. Sed tamen quomodo ἀνήκει ab ἀνίημι derivare liceat in titulo ceteroqui neutiquam barbare scripto non video, ideoque in praesenti tempore verbi ἀνήκω acquiescendum est, sententia sane obscurissima. 6 Supplevi. 7 Supplevit Mahaffy dubitanter. 8 Cf. n. 111, 3. 4 Ἄμμωνι τῶι καὶ Χνού[βει κ]αὶ [Ἥ]ραι [τῆι κ]αὶ Σάτει. n. 130, 7: Χνούβει τῶι καὶ Ἄμμωνι, Σάτει τῆι καὶ Ἥραι. Cf. etiam not. 33. 9 Sic Mahaffy. τε Α--- Strack. Sed utique simplici τε medio interposito duo nomina coniungi nequeunt, neque τε — τε eiusmodi tituli sermoni convenit. Quare Ἀνούκει (n. 111, 5. 130, 8) hic nullus est locus. Syllabam τελ fuit cum ad verbum τελέω referrem, ut fere θυσίαν ἐφ οὗ ἱδρύσ]ατο βωμοῦ τῆι τε μεγίστη θεᾷ Ἥρᾳ τελ[έσας esset. Sed simplex sic inusitatum, plerumque συντελεῖν vel ἐπιτελεῖν dicitur. Τελ[είαι] vix probabile in titulo huius aetatis et terrae. 10 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 11 Cf. Herodot. II, 28: τοῦ δὲ Νείλου τὰς πηγὰς οὔτε Αἰγυπτίων οὔτε Λιβύων οὔτε Ἑλλήνων τῶν ἐμοὶ ἀπικομένων εἰς λόγους οὐδεὶς ὑπέσχετο εἰδέναι, εἰ μὴ ἐν Αἰγύπτῳ ἐν Σάϊ πόλι ὁ γραμματιστὴς τῶν ἱρῶν χρημάτων τῆς Ἀθηναίης. οὗτος δ' ἔμοιγε παίζειν ἐδόκεε φάμενος εἰδέναι ἀτρεκέως· ἔλεγε δὲ ὧδε, εἶναι δύο ὄρεα ἐς ὀξὺ τὰς κορυφὰς ἀπηγμένα, μεταξὺ Συήνης τε πόλιος κείμενα τῆς Θηβαΐδος καὶ Ἐλεφαντίνης, οὐνόματα δὲ εἶναι τοῖσι ὄρεσι τῷ μὲν Κρῶφι τῶι δὲ Μῶφι· τὰς ὦν δὴ πηγὰς τοῦ Νείλου ἐούσας ἀβύσσους ἐκ τοῦ μέσου τῶν ὀρέων τούτων ῥέειν, καὶ τὸ μὲν ἥμισυ τοῦ ὕδατος ἐπ' Αἰγύπτου ῥεέιν καὶ πρὸς βορέην ἄνεμον, τὸ δ' ἕτερον ἥμισυ ἐπ' Αἰθιοπίης τε καὶ νότου. — οὕτω μὲν δὴ ὁ γραμματιστής, εἰ ἄρα ταῦτα γινόμενα ἔλεγε, ἀπέφαινε, ὡς ἐμὲ κατανοεέιν δίνας τινὰς ταύτῃ ἐούσας ἰσχυρὰς καὶ παλιρροίην κτλ. Quem fidem nullam habere sacerdotum narrationi cum luce clarius sit, sane levitatis crimen cadit in Strabonem sic de

------] ἐν αἷς ἡ τοῦ Νείλου πηγὴ ὀνομαζομέ[νη[11] ---------- ---------------- ‖ -------------------------------]ύρας καὶ ἀποδοὺς τῶι Νείλωι τὰ νομιζ[όμενα[12] ---------------- ---------- | ------------------------]ων εὐωχηθεὶς ἐπὶ τοῦ Ἡραίου[13] τῆι τε ἐκτ[ισμένηι πόλει[14] -------------------- | ----------------------------- φιλ]άνθρωπα, περὶ ὧν ἐπιχωρῆσαι ἀναστῆσ[αι στήλην, ἐν ᾗ ἀναγραφήσεται τὰ ὑπὸ | τῶν βασιλέων προστεταγμένα, ἵνα ἀ]είμνηστον τὸ ὄνομα αὐτοῦ τε καὶ βασ[ιλίσσης Κλεοπάτρας[15], θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων, | ----------------------- ὑπ]άρχῃ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον[16], κυριεύουσί[17] τ[ε πάσης χώρας ἧς ὁ ἥλιος ἐφορᾶι[18]].

II [Βασίλισσα Κλεοπάτρα καὶ βασιλεὺς Πτολεμ]αῖος τοῖς ἐν Ἐλεφαντίνηι ἱερεῦσι το[ῦ Χνούβω Νεβιὴβ[19] καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ θεῶν | Εὐεργετῶν καὶ θεῶν Φιλοπατόρων καὶ θεῶν Ἐ]πιφανῶν καὶ θεοῦ Εὐπάτορος[20] καὶ θεῶ[ν Φιλομητόρων καὶ θεοῦ νέου

eo iudicantem XVII, 1, 52 p. 818. 819 Cas.: πολλὰ δ' Ἡρόδοτός τε καὶ ἄλλο φλυαροῦσιν, ὥσπερ μέλος ἢ ῥυθμὸν ἢ ἥδυσμά τι τῷ λόγῳ τὴν τερατείαν προσφέροντες· οἷον καὶ τὸ φάσκειν περὶ τὰς νήσους τὰς πρὸς τῇ Συήνῃ καὶ τῇ Ἐλεφαντίνῃ (πλείους δ' εἰσὶ) τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου εἶναι. Neque vero sumendum est, etiamtum anno 115 a. Chr. n. sacerdotes Chnubis aut tam stultos fuisse ut tales fabellas ipsi crederent, aut tam impudentes ut eas ab aliis credi vellent, cum superior Nili cursus ultra Syenen et Elephantinen tum iam haud exigua ex parte accurate notus esset. Immo additamentum ὀνομαζομένη prodit, nomen modo fontis Nili illi loco ex antiqua narratiuncula haesisse; vix multo aliter res se habet in patria nostra de fonte Danuvii. 12 De sacrificiis deo Nilo oblatis dici in propatulo est, quorum mentio fit etiam apud Heliodorum Aethiopicorum X 1 p. 273, 31 Bekker: ἐπεὶ δὲ εἰς τοὺς Καταρράκτας ἀφίκετο, θύσας τῷ Νείλῳ καὶ θεοῖς ἐνορίοις, ἐκτραπεὶς τῆς μεσογαίας μᾶλλον εἴχετο. Cf. n. 130[19]. 13 Cf. not. 7 et 33. 14 Supplevit Mahaffy coll. v. 4. 15 Cf. n. 167[1]. 16 Cf. n. 139, 19 sqq. ἐπιχωρῆσαι ἡμῖν ἀναθεῖναι στήλην, ἐν ᾗ ἀναγράψομεν τὴν γεγονυῖαν ἡμῖν ὑφ' ὑμῶν περὶ τούτων φιλανθρωπίαν, ἵνα ἡ ὑμετέρα χάρις ἀείμνηστος ὑπάρχει παρ' αὐτῆι εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον. 17 Hoc sive pro tertia persona pluralis indicativi sive pro participii dativo habueris, non video quomodo structurae enuntiati accommodari possit. Quare nescio an soloece pro coniunctivo κυριεύωσι a particula finali pendente incisum sit, etsi sic quoque sententia habet quod displiceat. 18 Supplevit Strack. 19 Cf. n. 111[16]. 20 Cf. n. 125[1]. Etsi et hic et alibi in serie Ptolemaeorum divinis honoribus affectorum Ptolemaeus Eupator non suo loco post parentes Deos Philometoras comparet, sed ante eos, tamen haec non idonea causa est, cur duos Ptolemaeos, quorum utrique Εὐπάτωρ cognomen fuerit, distinguamus. Nam etiam aliis nominibus illae enumerationes non ubique recte se habent, praecipue in eis qui per exiguum modo tempus regnaverunt.

Φιλοπάτορος[21] καὶ θεοῦ | Εὐεργέτου[22] καὶ θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων χαί]ρειν· παραγεγονότες εἰς τοὺς καθ' ὑμ[ᾶς τόπους ------------------------------ | ----------------- ----------------] δ' ἐπὶ τῆς συνορίας τῶν Αἰθιόπων[23] καὶ ἔχο[ντες ------------------------------ | ------------------ ----------------- κ]ατὰ λόγον ἐπιτελεῖσθαι τοῖς θε(ο)ῖς[24] τὰ νομι(ζ)ό[μενα[25] ---------------------------- ‖ ------------- ---------------]ν ἀνηκόντων ἐπιτελεῖσθαι πρός τε τα[-------- ---------------------- | ------------------------- τὴν ὑπ]οκειμένην[26] σύνταξιν[27] δίδομεν ὧν[28] κατ' ἔτος [------------- --------------- | ---------------------------- ἄν]ευ τιμῆς ἀρτάβας διακοσίας[29] ἐπιχωροῦμε[ν[30] ------------------------| βασιλέως Πτολεμαίου καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτ]ρας τῆς ἀδελφῆς[31] ἐπί τε τοῦ Χνουβιείου[32] καὶ Σ[ατιείου[33] -------------

21 Supplevit Strack ex v. 33. 22 Supplevit Strack. Cf. not. 41. 23 Cf. n. 206, 1 sqq. Ἑρμάῳ Παϋτνούφιδι, Αἰγύπτου συνορίην καὶ Αἰθιόπων μετέχοντι. 24 ΘΕΘΙΣ. 25 ΝΟΜΙΞΟ. 26 I. e. ὑπογεγραμμένην, ut saepe in titulis aetatis Ptolemaeorum. 27 Cf. n. 90[53]. 28 Sic cum Mahaffyo scribere malui quam διδομένων cum Strackio. Vix est quod moneam, ὧν per attractionem pro τούτων ἃ dici et verbum regens enuntiati relativi in lacuna post κατ' ἔτος intercidisse, veluti δεήσει δίδοσθαι aut simile. 29 Ducentarum artabarum numerum in collatione eorum, quae alibi ex fisco regio templis attribui solerent, tam modicum esse, ut neutiquam inter ampliora et magnificentiora delubra illud habendum esset, observavit Strack. 30 ἐπιχωρουμέ[νας ἤδη ὑπὸ βασιλέως Πτολεμαίου θεοῦ Εὐεργέτου καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτ]ρας τῆς ἀδελφῆς Mahaffy. Sic sane commode hic versus cum proximo coniungitur, neque omnino dubium esse potest, quin beneficii iam a Ptolemaeo Euergeta II et uxore in sacerdotes collati hic mentio facta sit. At sic necessario ἐπικεχωρημένας aut ἐπιχωρηθείσας dicendum fuit, praesens qua ratione defendi possit non video. Quare praestare visum est hic ἐπιχωροῦμε[ν scribere ut versu proximo superiore δίδομεν. 31 Manifestum est hic de prioris cuiusdam regis decreto mentionem inici, quem aut Ptolemaeum VI Philometora aut Ptolemaeum VIII Euergeten II esse maxime probabile est. Cave tamen haec de eis litteris intellegas quae infra a versu 53 incisae fuerunt. Nam illic rex Ptolemaeus Euergetes II una cum altera uxore Cleopatra III nominatur, cum hic, si modo ille potissimum rex designetur, vox ἀδελφῆς necessario ad ea tempora referenda sit, quibus unam sororem Cleopatram II in matrimonio habebat. 32 Cf. n. 111[16]. 130[10]. 33 Supplevit Strack ex n. 111, 4 [Ἥ]ραι [τῆι κ]αὶ Σάτει. 130, 7 Σάτει τῆι καὶ Ἥραι. Idem igitur delubrum est quod v. 11 Ἡραῖον appellatur. Quae vicissitudo nominis Graeci et Aegyptiaci nihil habet offensionis; eodem plane modo in decreto Rosettano alternant Φθᾶ et Ἥφαιστος. Cf. n. 90[6].

---------- | -------------------------- κατὰ τὴν] πρὸς ἡμᾶς [ε]ὔνοιαν καὶ μεγαλομερῶς ἐπὶ το[-------------------------] ‖ -------------------------- ἔρρωσθ]ε. ἔτους δευτέρου, Ὑπερβερεταίου[34] [. ., Μεσορῆ . .[35]].

III [Βασίλισσα Κλεοπάτρα καὶ βασιλεὺς Πτολεμαῖος] Φομμοῦτι[36] τῶι ἀδελφῶι[37] χαίρειν· ἐρρώμεθα, [εἰ δ' ἔρρωσαι καὶ τἆλλα κατὰ λόγον ἐστίν, | εἴη ἂν ὡς βουλόμεθα. τῆς γεγραμμένης παρ' ἡμῶν ἐ]πιστολῆς πρὸς τοὺς ἐν Ἐλεφαντίνηι ἱερεῖ[ς τοῦ Χνούβω Νεβιὴβ καὶ θεῶν Ἀδελφῶν καὶ θεῶν | Εὐεργετῶν καὶ θεῶν Φιλοπατόρων καὶ θεῶν Ἐπιφ]ανῶν καὶ θεοῦ Εὐπάτορος[38] καὶ θεῶν Φιλομητό[ρων[39] καὶ θεοῦ νέου Φιλοπάτορος[40] καὶ θεοῦ Εὐεργέτου[41] καὶ θεῶν | Φιλομητόρων Σωτήρων ὑποτετάχαμέν σοι τὸ ἀντίγραφο]ν. καλῶς οὖν ποιήσεις συντάξας προνοηθῆν[αι ὅπως τεύξονται ὧν ἀξιοῦσι[42] ------ ‖ -------------

34 Duodecimus anni Macedonici mensis; is in anno antiquo lunisolari ante ipsum aequinoctium auctumnale locum habebat. Sed Ptolemaeo X regnante quidem hoc nihil iam erat nisi aliud nomen eius mensis, qui in anno Aegyptiaco eundem, i. e. duodecimum locum tenebat. Cf. not. 53. 54. 35 Supplevit Strack. Cum ex v. 35 appareat aliisque testimoniis comprobetur, tum temporis iam mensium Macedonicorum nominibus nihil significari solitum esse nisi menses Aegyptiacos qui eundem in anni ordine locum tenerent, sequitur ut duodecimus fastorum Aegyptiacorum mensis Μεσορῆ hic nominatus fuerit. Qui anno Ptolemaei X Euergetae II altero pertinebat a die 14. m. Augusti ad diem 14. m. Septembris a. 115 a. Chr. n. 36 Idem homo συγγενὴς καὶ ἐπιστράτηγος καὶ στρατηγὸς τῆς Θηβαΐδος est in papyris Taurinensibus (A. Peyron pap. mus. Taur. Aeg. II p. 34 n. V, 1. p. 35 n. VI, 1. p. 36 n. VII, 1), ut observaverunt Strack et Mahaffy. Cf. etiam initium epistulae a Mahaffyo ex papyro Musei Britannici CCCCI editae Hermathena XX 1895 p. 251 (Greek papyri in the Brit. mus. II p. 13): Φομμοῦτι συγγενεῖ καὶ ἐπιστρατήγωι καὶ στρατηγῶι τῆς Θηβαΐδος παρὰ Ἀπολλωνίας τῆς καὶ Σενμούθεως καὶ Ἀφροδισία[ς] τῆς καὶ Ταχράτιος, ἀμφοτέρων Δρύτωνος θυγατέρων, κατ[οι]κουσῶν ἐν Παθούρει. Quare collatis versibus 36 et 49 apparet, eum Hermocrati in his honoribus successisse inter mensem Aprilem et Septembrem anni 115 a. Chr. Ceterum nominativum Φομμοῦτι esse opinatur Strack, Φομμοῦς Mahaffy, id quod mihi quidem probabilius videtur. 37 Cf. n. 138[8]. 38 Cf. not. 20. 39 Cleopatra II hic cum natu maiore ex fratribus et maritis Ptolemaeo VI Philometore uno nomine comprehenditur nulla alterius matrimonii habita ratione. 40 Cf. not. 48. 41 Supplevit Strack hic et v. 16. 17. 33. Etsi huius quidem regis nomen nusquam aetatem tulit, tamen quin singularis numerus fuerit non est quod dubitetur. Etenim ex duabus uxoribus prior cum priore marito Ptolemaeo VI nomine θεῶν Φιλομητόρων (not. 39), altera cum filio natu maximo Ptolemaeo X θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων appellatione comprehenditur. 42 Supplevit Wilhelm.

----- καὶ ἐπιμελούμενο]ς[43] ἵν' ὑγιαίνῃς. ἔρρωσο. ἔτους δευτέρου, Ὑπε[ρβερεταίου . ., Μεσορῆ . .[44]]. | ὑπετάγη ἡ π[45].

IV [Βασίλισσα Κλεοπάτρα καὶ βασιλεὺς Πτολεμαῖος τοῖς ἐν] Ἐλεφαντίνῃι ἱερεῦσι τοῦ Χνούβω Νεβιῆβ καὶ θεῶ[ν Ἀδελφῶν καὶ θεῶν Εὐεργετῶν καὶ θεῶν Φιλοπατόρων | καὶ θεῶν Ἐπιφανῶν καὶ θεοῦ Εὐπάτορος[46] καὶ θεῶν Φιλο]μητόρων[47] καὶ θεοῦ νέου Φιλοπάτορος[48] καὶ θεοῦ [Εὐεργέτου[49] καὶ θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων χαίρειν· | -------------------------------- στ]ρατηγῶι[50] καὶ ἐπιστρατήγωι[51] περὶ τῶν κατὰ τὴν Σ[ῆτιν[52] νῆσον

---

43 Sic Wilhelm, Strack; ἐπιμελόμενο]ς Mahaffy. De sententia cf. Notices et extr. des manuscrits XVIII 2, 1865 p. 286 n. 32, 30 sqq. Flinders Petrie papyri II p. 27 n. XI 1, 8: ἐπιμελοῦ δὲ καὶ σαυτοῦ ὅπως ὑγιαίνῃς. Notices et extraits des manuscrits XVIII 2, 1865 p. 362 n. 63, 18. 19: ἐπιμελόμενος δὲ καὶ σαυτοῦ ἵν' ὑγιαίνῃς. Grenfell An Alexandrian erotic fragm. and other Gr. pap. p. 60 n. XXX, 9. 10 ἐπιμελ[όμενο]ι δὲ καὶ ἑαυτῶν ἵν' ὑγιαίνητε. p. 67 n. XXXV, 7. 8. Grenfell and Hunt, New classical fragments and other papyri p. 61 n. XXXVI, 19. 20. 44 Cf. not. 34. 35. 45 Post Π nihil unquam amplius scriptum fuit. Huic ad Phommutem epistulae subiunctum erat exemplum litterarum a regina et rege ad sacerdotes datarum (II v. 15—25), quod hic non repeti quia ante iam eadem epistula ex exemplo quod ipsi sacerdotes acceperant lapidi incisa est manifestum est. Sic rectissime rem explicavit Strack. Neque vero cum eo lapicidae hoc additamentum vindicaverim, immo ipsi epistulae regiae haec verba subscripta fuisse videntur. Cur non absoluta sint, non perspicitur. Sed certe illud HΠ non licet pro compendio scripturae consulto adhibito haberi, immo in medio incidendi negotio substitisse lapicidam manifestum est. Voluerat sine dubio ὑπετάγη ἡ π[ρὸς τοὺς ἱερεῖς ἐπιστολή] aut simile aliquid exarare. 46 Cf. not. 20. 47 Cf. not. 39. 48 Nomine θεὸς νέος Φιλοπάτωρ post Ricardum Lepsium (Abh. der phil.-hist. Cl. der Kgl. Akademie d. Wiss. zu Berlin 1852 p. 468) A. v. Gutschmid ad Sharpii Hist. Aegypt. p. 268 not. 1 aliique Ptolemaei VI Philometoris et Cleopatrae II filium significari statuerunt, qui anno 146/5 post patris mortem paullisper infans regnavisset. At eum potius nomine Εὐπάτωρ usum esse tituli 125. 126. 127 (cf. not. 20) docuerunt. Quare illum potius Ptolemaei VIII Euergetae II ex priore uxore Cleopatra II filium, qui sub finem regni paterni primo strategus, deinde rex insulae Cypri constitutus est (cf. n. 143[1]. 144[1]) haec nomina gessisse statuit Strackius. Is sine dubio ante patrem supremum diem obiit; nam illum filios legitimos non reliquisse nisi Ptolemaeum X Sotera II et Ptolemaeum XI Alexandrum I, utrumque ex altero matrimonio, plane constat. Itaque recte et ordine Ptolemaeus Neos Philopator in divorum regum recensu ante patrem Euergetam collocatur. 49 Cf. not. 41. 50 De strategis nomorum cf. n. 184[2]. 51 Cf. n. 103[4]. 52 τοῖς κατὰ τὴν Συ[ήνην Mahaffy. At Strackius observavit in ectypo ΣΙ dispici et hastam directam tam exiguo intervallo a Σ distare ut Υ

ἱερῶν ---------------------- ‖ ---------------------- ἔτου]ς δευτέρου, Δαισίου τρίτῃ[53], Φαρμουθὶ τρ[ίτηι][54].

V [Βασίλισσα Κλεοπάτρα καὶ βασιλεὺς Πτολεμαῖ]ος Ἑρμοκράτει τῶι ἀδελφῶι[55] χαίρειν· τ---------------------------------- | ------------------------------ των, παρεχομένων δὲ τὰς ἐν τῆι αὐλῆι χρεί[ας ---------------------------- | ------------------------------ γ]ινέσθω οὖν καθάπερ ἀξιοῦσι[56]. ἔρρωσ[ο].

VI [Βασιλίσσηι Κλεοπάτραι καὶ βασιλεῖ Πτολεμαίωι, θ]εοῖς Φιλομήτορσι Σωτῆρσι, χαίρειν οἱ ἀπο[[57]---------------------------- ---------- ‖ ------------------------------ κα]ὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ Συήνην ὅρους τὰς χρείας [παρεχόμενοι[58] ------------------------------ | ----------------------------------]τι ἐξ ἀρχαίων καὶ ὄντος τῶν πρώτων λογ[59] ------------------------------ | ------------------------------ ηι ἱερᾶς γῆς νήσου καλουμένης Ψώαν ἱερω ------------------------------ | ------------

fuisse nullo modo possit, ideoque supplevit ex n. 130, 5. 6 ἐν Σήτει τῇ τοῦ Διονύσου νήσῳ. Mahaffyi supplemento etiam id obstare videtur, quod v. 40. 54 κατὰ Συήνην legitur sine articulo. 53 Daesius est octavus anni Macedonici mensis, in antiquis fastis respondens fastorum Atticorum Thargelioni, Iulianorum fere Maio (Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV 2 p. 2014). Sed hic nihil est nisi alterum nomen octavi Aegyptiorum mensis. Cf. M. L. Strack Mus. Rhen. LIII p. 418 sqq., qui hunc morem inde a Ptolemaei VIII Euergetae II regno constanter teneri certissimis argumentis docuit, ut unis iam fastis Aegyptiis uterentur, sed nomen Macedonicum quod ex ordine numerorum cuique mensi Aegyptio responderet ascriberent. 54 τε[τάρτηι] Sayce et Mahaffy. Sed relliquias litterae in ectypo conspicuas ad P non minus commode referri posse testatur Strack, et fastorum rationem qualem per illam aetatem fuisse constat (not. 53) unam Strackii lectionem tolerare in propatulo est. Pharmuthi est octavus anni Aegyptiaci mensis; cuius dies tertius cum totius anni sit ducentesimus tertius decimus, annus secundus Ptolemaei X vero a die 21. m. Septembris a. 116 a. Chr. n. initium ceperit, ille in diem 21. m. Aprilis a. 115 a. Chr. n. incidit. 55 Cf. v. 26. n. 138[8]. 56 Cf. n. 56[82]. 57 ἀπο[σταλέντες] Strack, qui ante οἱ interpunxit. Sed mihi hic nominativus etiam ad praescripta epistulae pertinere videtur, quia aliter omnino non indicatum esset, a quibusnam hominibus ea ad reginam et regem mitteretur. 58 Utrum hic, ut Strackio videtur, eidem sacerdotes Chnumis quorum ad res litterae I—III spectant designentur, an ut Mahaffyus vult aliud genus officialium non sacerdotalium, pro certo diiudicari nequit. Huic quidem sententiae scripturae reliquiae favent, sed tamen illa videtur praeferenda, quia improbabile est, litteras de aliorum nescio quorum hominum rebus huic lapidi incisas esse. 59 ΛΟ Strack. ΛΟΓ Mahaffy.

------------------------ ενοι δὲ τὴν ταύτης προστασίαν διὰ παχ------------------------------ | ----------------------- --------------αι[60] τῶν ἄλλων τῶν τὸν τόπον κατοικούν[των ------------------------------- ‖ ----------------------] ελειν, ἀνατεθῆναι δὲ καὶ ἐν τῶι ἐπι[φανεστάτωι τόπωι[61] στήλην, ἐν ἧι ἀναγρα|φήσεται ---------------------------τὰ] γεγονότα[62] ὑπὸ τοῦ πατρὸς[63] φιλάνθρω[πα ------------------ ------------------- | --------------------------------- ὑπὸ] τοῦ πατρὸς προστεταγμένα καὶ περὶ ἡ[μᾶς[64] ----------------- ----------- | ------------------- δεόμεθ' οὖν ὑμῶν] θεῶν Νικηφόρων[65] καὶ αἰωνοβίων[66] εἰ δοκ[εῖ προστάξαι -----------, τῶι συγγενεῖ[67] καὶ | ἐπιστολογράφωι[68], γράψαι Ἑρμοκράτει τῶι συγγε]νεῖ καὶ στρατηγῶι καὶ ἐπιστρατήγωι[69] τῆς Θ[ηβαΐδος --- -------------------- ‖ ------- ἵνα εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον χά]ριτας ὀφείλωμεν[70]. εὐτυχεῖτε. [-----------|---------------- ἐπιστ]ολῆς ἀντίγραφον ὑπόκειται, ὅπως κατακολουθῆ[τε[71] ----- --------------------------------- | ---------------------- ---- ὑ]πετάγη ἡ προκειμένη[72] ἐπιστο[λή].

60 Sic Strack, O Mahaffy. 61 Supplevi ad exemplum permultorum omnium regionum et omnium fere temporum titulorum. ΕΠΙ Þ habet Strack, ἐπις, sed ita ut postremam litteram incertam significet, Mahaffy. Atque hic quidem a supplendo omnino abstinuit, Strackius vero ἐν τῷ ἐπὶ [τοῦ κατὰ Συήνην ὄρους scripsit, qua in lectione, praeterquam quod cum litterarum relliquiis ab ipso enotatis minus bene convenit, illud ἐν τῷ sic indefinite dictum sine substantivo displicet. 62 πε]ριγεγονότα Mahaffy et Strack. Hic litteram Ρ certam non esse indicat, ille de supplemento dubitat. Ac sane περιγίγνεσθαι huc quadrare non videtur. 63 Pater designari videtur regis Ptolemaei X Soteris II Ptolemaeus VIII Euergetes II, neque eius beneficia (φιλάνθρωπα) alia esse atque ea quae litteris VII (v. 53 sqq.) ab eo petiverunt sacerdotes. 64 Supplevi, dubitans sane; ἡ[ς Strack; Mahaffy intacta reliquit. 65 Cf. n. 89, 3. 66 Cf. n. 90[14]. 67 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 68 Cf. n. 139, 14. 69 Cf. n. 103[4]. 70 ΩΜΕΝ Strack, qui sane litteram Ω incertam indicat. ομεν Mah. 71 Strack κατακολουθη[θῆι. Obscurum sane est, quid subscriptum fuerit epistulae, nisi illae ipsae litterae petitoriae ad Ptolemaeum VIII Euergetam II et Cleopatram utramque fuerunt, quae in hoc lapide statim sequuntur. Harum exemplum reginae et regi transmittere utile videbatur, quia prioris regum beneficii etiam in tenore litterarum mentionem fecerant. Utique haec de subiunctis aliis litteris epistulae partem esse, non a lapicida addita existimaverim. 72 ΠΡΟ in Strackii exemplo non est, cum Mahaffyus versum integrum exhibeat. Tamen ille quoque [προ]κειμένη restituit, neque quicquam aliud relinqui videtur, etsi praepositionis vis qualis hic sit non assequor. Utique [ὑπο]κειμένη legi nequit propter intolerabilem tautologiam.

VII [Βασιλεῖ Πτολεμαίωι καὶ βασιλίσσηι Κλεοπάτραι τῆι ἀδελφῆι] καὶ βασιλίσσηι Κλεοπάτραι τῆι γυ[ναικί], θεοῖς Εὐεργ[έταις[73], χαίρειν | --------------------------------] οἱ ἐπὶ τοῦ κατὰ Συήνην ὄρους·[74] π[ολλ]ὰ εἴπομεν ευ[------------------------ ‖ ---------------------------- ὑμ]ῖν καὶ τοῖς τέκνοις ὑγίει[αν . . . . .]ν[75] εὐγηρίαν[76] ν[---------------------------- | ------ ------------------------ ἐν Ἐλ]εφαντίνηι ἱεροῦ δεδοξασμένου ἐξ ἀρχαίων καὶ -------------------------------- | --------- ----------------------ς καὶ αὐστηροῖς τόποις παρορίοις τῆι Αἰθιοπίαι[77] θ[--------------------------------- | ----------- ---------------------- π]έρα[78] τῆς παρ' ὑμῶν μεγαλομερείας προήγμεθα προ[--------------------------------- | ---------- ------------------ θεῶ]ι Χνούμω Ν[εβιήβ][79], γεωργουμένης δ' εἰς τὸ ἐν Ἐλ[εφαντίνηι ἱερόν[80]-----------].

---

73 Litterae a sacerdotibus, qui Elephantinae erant, ut quidem videtur, ad Ptolemaeum VIII Euergeten II eiusque uxorem alteram Cleopatram III datae; ad postremum decennium eius regni probabiliter referuntur. 74 Cf. not. 58. 75 ὑγίει[αν μορφῆ]ν εὐγηρίαν Wilhelm. ὑγίει[άν τε κα]ὶ εὐγηρίαν Mahaffy. 76 Cf. Aristot. Rhetor. I 5 p. 1361 b, 26 εὐγηρία δ' ἐστὶ βραδυτὴς γήρως μετ' ἀλυπίας· οὔτε γὰρ εἰ ταχὺ γηράσκει, εὔγηρως, οὔτ' εἰ μόγις μέν, λυπηρὸς δέ. In titulis inter bona quae cui precamur hoc commemorari alibi non memini. Contra ὑγίεια καὶ εὐετηρία coniungi solent; sed huius vocis notio hic minus apta, et consensu Strackii et Mahaffyi lectio plane confirmari videtur. 77 Cf. v. 18. 78 Supplevit Wilhelm. 79 De agro quodam, qui huius dei esset, dictum fuisse videtur. 80 I. e. ita aratur, ut fructus inde percepti ad delubrum Chnumi quod est Elephantinae perveniant.

---

169 Basis lapidis syenitae nigri, Alexandria Romam delata in museum Aegyptiacum Vaticani. Edd. Gau Inscr. tab. X n. 28. Amati Giornale arcadico m. Mai. 1822 p. 256. Ex ectypo chartaceo, quod R. Lepsius miserat, J. Franz C. I. G. 4678. Lapide denuo collato M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 263 n. 133.

[Βασιλέα Πτ]ολεμαῖον | [θεὸν Σω]τῆρα[1] Ἀπολλώνιος | --------

---

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 Ptolemaeus X Soter II, qui Aegypti quidem regnum tenuit ab a. 116—108 et 88—81 a. Chr., Cyprum vero etiam eo quod interiectum erat tempore in potestate habuit. Cf. n. 167[2].

--ως Φιλομητόρειος[2], | [ὁ συγγεν]ῆς[3] καὶ ἀρχεδέατρος[4], || [τὸ]ν ἑαυτοῦ εὐεργέτ[ην].

---

2 Pagus (δῆμος) urbis Alexandriae aut Ptolemaei VI Philometoris (181—146 a. Chr.) honoris causa institutus et denominatus, aut ipsius Ptolemaei X, qui item cognomine Φιλομήτωρ usus est. Cf. n. 167, 1. 168, 1. 18. 39. 174, 4. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 264 n. 137, 1. Idem demoticum etiam Naucrati fuisse probabile est, si modo recte restitui titulum n. 120, 2. 3 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 4 Cf. n. 181, 4. J. G. Droysen Kleine Schriften II p. 369. G. Lumbroso Recherches sur l'économie politique sous les Lagides p. 205 sq. Officium ἐδεάτρου ex aula Persica in Alexandri regnum translatum ipse conditor regni Aegyptiaci apud illum gesserat. Cf. Athenaeus IV p. 171 b: Χάρης γοῦν ἐν τῇ γ' τῶν ἱστοριῶν (Scr. rer. Alex. M. p. 116 fr. 6 ed. Müller) Πτολεμαῖόν φησι τὸν Σωτῆρα ἐδέατρον ἀποδειχθῆναι Ἀλεξάνδρου. Sed tum iam ἐπιστάτης τῆς ὅλης διακονίας hic fuit, quum antiquitus ἐδέατρος nihil nisi praegustatorem (προτένθην, προγεύστην) significasset. In Lagidarum vero aula iam plures ἐδέατροι nominati sunt, quibus omnibus praeesset ἀρχεδέατρος. Huius praeter titulos etiam in Aristeae epistula § 182 mentionem fieri primus perspexit Letronne Journal des sav. 1828 p. 105 cum certissima emendatione Νικάνωρ δὲ ὁ ἀρχεδέατρος rescriberet pro eo quod codices exhibent ὁ ἀρχιητρός.

---

170 Basis inventa Deli; infra hunc titulum inversa positura quattuor versus antiquioris inscriptionis, quae ad rationes pecuniarum sacrarum pertinebat. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 341 n. 52 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 263 n. 134). Cf. quae disputavit M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 207 n. 20.

Ὁ ἱερεὺς Μᾶρκος Ἐλευσίνιος | ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | Σωτῆρος[1], τοῦ πρεσβυτάτου[2] | υἱοῦ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ ||

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Ptolemaeus X Soter II, qui a. 116—108 a. Chr. n. in Aegypto, a. 108—88 a. Chr. illinc expulsus in insula Cypro, a. 88—81 a. Chr. n. rursus in Aegypto regnavit. 2 Ut hic, sic Sotera II maximum natu Euergetae II filium esse etiam in titulo Didymeo quem ed. B. Haussoullier Revue de philol. XXIII (1899) p. 27 n. 28 (Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 210 n. 10, 33. 34) enuntiatur verbis hisce: ἄλλαι τέσσαρες (φιάλαι) βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ πρεσβυτάτου υἱοῦ ὁλκῆς Ἀλεξανδρείων ΤΚΗ-------. Quod cum a more abhorreat, haud improbabiliter Strackius cum Soter Aegypto expulsus itemque Cyrenarum imperio a fratre spurio Ptolemaeo Apione privatus esset, ipsum eiusque asseclas aetatis notam addidisse quo clarius appareret legitimum quidem totius regni heredem illum esse, non Alexandrum et Apionem fratres. Quod si probabimus, monumentum non multo post a. 108 a. Chr. dedicatum opinabimur.

δευτέρου Εὐεργέτου[3], Ἄμμωνι | χαριστήριον, κλειδουχοῦντος | Ἀρίστωνος τοῦ Αἰγίωνος Μυρρι|νουσίου, κανηφορούσης δὲ | Πρωτογενείας τῆς Ἀριστέου ‖ τοῦ Ἀριστέου Μαραθωνίου θυγατρός.

3 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr. n.).

---

171 Basis quadrata, Deli in arce. Edd. Kumanudis Ἀθηναίου II p. 132. Lebègue Revue archéol. Nouv. sér. XXV (1873) p. 111 n. 14. Recherches sur Délos p. 156 n. V (Syll.[1] 249. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 263 n. 132. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 844 n. 1162).

Βασιλέα Πτολεμαῖον Σωτῆρα[1] | βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου | Εὐεργέτου[2] Ἄρειος Πτολεμαίου Ἀλεξανδρεύς, | τῶν πρώτων φίλων[3], τὸν ἑαυτοῦ εὐεργέτην, ‖ Διὶ Κυνθίωι καὶ Ἀθηνᾶι Κυνθίαι.

Litterae volgares praeter ΘΞΠΣ. 1 Ptolemaeus X Soter II (116—88 a. Chr. n.). Cf. n. 167[2]. 2 Ptolemaeus VIII Euergetes II (146—116 a. Chr.). 3 Cf. n. 104[2].

---

172 Basis marmoris rubri fracta a sinistra, in delubro Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 240 n. 50. Sakellarios Κυπριακά I[2] p. 97 n. 60 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 263 n. 136).

Ἀφ[ρο]δίτηι Παφίαι | [ἡ π]όλις ἡ Παφίων Ὀνήσανδρον Ναυσικράτους[1], | [τὸν σ]υνγενῆ[2] καὶ ἱερέα διὰ βίου βασιλέως Πτολεμαί|[ου θεοῦ Σ]ωτῆρος[3] καὶ τοῦ ἱδρυμένου ὑπ' αὐτοῦ ἱεροῦ Πτολε‖[μαείου[4], τὸν] γραμματέα τῆς Παφίων πόλεως, τεταγμένον δὲ | [ἐπὶ τῆς ἐν Ἀ]λεξανδρείαι μεγάλης βυβλιοθήκης[5], εὐνοίας | [ἕνεκεν.]

Litterae ΑΘΞΠΣ. 1 Sine dubio Paphius fuit origine, cum propter ethnicum omissum, tum propter honores infra commemoratos. 2 Cf. n. 104[2]. 3 Ptolemaeus X Soter II. Cf. n. 167[2]. 4 Sine dubio hoc templum et Onesandri sacerdotium Paphi locum habebat. 5 Hominem Cyprium (not. 1) qui reliquis qui hic recensentur honoribus (v. 3—5 cum not. 4) in patria functus est, bybliothecae Alexandrinae praefectum esse non erit cur miremur, praesertim si cum editoribus Anglis sumemus, anno

88 a. Chr. cum rex ex insula Cypro, quae tum una ei parebat, Alexandriam rediret et Aegypti regno denuo poteretur, Onesandrum cum eo illuc transvectum praemium fidelitatis illud nobilissimum munus accepisse.

---

173 Basis marmoris albi fracta in tres partes, Deli. Infra hunc titulum sex disticha elegiaca mutila. Ed. G. Fougères Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 253 n. 4 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 263 n. 135).

Στόλος Θέωνος Ἀθηναῖος, | ὁ συγγενὴς[1] βασιλέως | Πτολεμαίου τοῦ δευ[τέρου] | Σωτῆρος[2], Σίμ[α]λο[ν] || Τιμάρχου Σαλ[αμί]νιον[3], | τὸν ἑαυτοῦ | φί[λ]ον, | Ἀπόλλω[νι].

Litterae volgares praeter ΑΘΣ. 1 Cf. n. 104[2]. 2 Ptolemaeus X Soter II, Ptolemaei VIII Euergetae II et Cleopatrae III filius natu maximus (116—81 a. Chr.). Cf. n. 167[2]. 3 Pater huius, Timarchus Timarchi f. Salaminius ex insula Cypro, ab Atheniensibus collaudatus et coronae honore affectus est Ptolemaeo VI Philometore (181—146 a. Chr. n.) regnante. Cf. n. 118, 4. 14.

---

174 Basis marmoris albi, Paphi novae (*Baffa*) in insula Cypro. Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 2784 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 264 n. 139). Cf. quae disputavit Strack p. 205 sqq.

[Βασίλισσ]αν Βερενίκην[1], τὴ[ν | βασιλέ]ως Πτολεμαίου[2] κ[αὶ | βασ]ιλ[ίσ]σης Κλεοπάτρας[3], θ[εῶν | Φιλ]ομητόρων[4].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Cf. Pausanias I, 9, 3 Ἀθηναῖοι δὲ — χαλκοῦν καὶ αὐτὸν (Ptolemaeum X Sotera II) καὶ Βερενίκην ἔθηκαν, ἣ μόνη οἱ γνησία τῶν παίδων ἦν. Ea patruo Ptolemaeo XI Alexandro I nupsit anno 99 a. Chr. n. aut paullo prius. Cf. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 205. Postea regnavit primo cum patre usque ad eius mortem (a. 81 a. Chr.), deinde per semestre sola, denique undeviginti dies cum privigno Ptolemaeo XII Alexandro II, a quo interempta ferebatur priusquam ipse a militibus occideretur; alii et Alexandri II et Berenices necem ad fratrem Ptolemaeum XIII Auletam rettulisse videntur. Cf. A. von Gutschmid ap. Sharpe Gesch. Aegyptens II p. 16 not. 2 ed. Germ. Hic titulus utique non tum incisus est, cum in patrui matrimonio versabatur, sed aut intra annorum 88—81 a. Chr. spatium aut per illud tempus quo post patris mortem sola rerum potita est. 2 Ptolemaeus X Soter II, qui 116 a. Chr. n. patri Ptolemaeo VIII Euergetae II successit, a. 81 a. Chr. n. fato functus est. 3 Primam uxorem Soter II habuit Cleopatram IV sororem, quam anno fere 115 a. Chr. a matre Cleopatra III

coactus est repudiare et minorem Selenen in matrimonium ducere. Sane haec quoque altero nomine Cleopatra vocata videtur, sed Berenice, quippe quae ante annum 99 a. Chr. patruo Alexandro I nupserit, sine dubio ex priore Soteris matrimonio procreata erat. 4 Cognomen Φιλομήτωρ Soteri II tribuitur n. 167, 1. 168, 1. 17. Cleopatra sane, quae utrobiqe θεῶν Φιλομητόρων Σωτήρων nomine cum illo comprehenditur, non ut hic soror eademque uxor regis est, sed mater.

---

175 Fragmenta duo lapidis nigri accurate inter se contingentia. Dextra pars periit, sed ectypum chartaceum ab H. Brugschio confectum exstat in bybliotheca Gottingensi; sinistra pars anno 1895 a Wilbourio in vico *Dime* sito ad lacum *Birket el-Qurun* in regione *Faijûm* empta Parisios pervenit. Cum primus U. Wilcken suspicatus esset, eiusdem lapidis esse, J. P. Mahaffy coniunxit et edidit Hermathena XXI (1895) p. 243 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 265 n. 141).

Ὑπερ βασιλίσσ[η]ς Κλεοπάτ[ρας,] | θεᾶς Εὐεργέτιδος[1], κ[αὶ] βασιλέως Πτολεμαίο[υ] | τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου, θεοῦ Φιλομήτορος[2], | [Ἴ]σιδι Σονονάει[3] θε[ᾶι] μεγίστηι, καὶ ‖ Ἁρποχράτηι[4] καὶ Πρεμά[ρ]ρει[5], θεοῖς Εὐχαρίστοις, | Διονύσιος Δημητρίου

1 Cleopatra III, Ptolemaei Philometoris filia, post mariti Ptolemaei VIII Euergetae II mortem primo cum filio natu maiore Ptolemaeo X Sotere II (cf. n. 167[2]), deinde cum minore Ptolemaeo XI Alexandro regnavit ab anno 108 a. Chr. n. usque ad mortem 101 a. Chr. n. Cognomen Εὐεργέτις, quod hanc reginam gessisse ex papyris demoticis perspexisset Wilckenus, hic primum in monumento Graeco inventum esse adnotavit Mahaffy. 2 Ptolemaeus XI Alexander in insula Cypro quidem iam ab anno 114 a. Chr. n. regnum tenuerat, a quo tempore per totum imperii tempus annos numerabat, sed Aegypto anno 108 a. Chr. demum potitus est, cum mater fratrem maiorem imperio huius terrae privasset et Cyprum migrare coëgisset, ipsum vero in regni societatem assumpsisset. Quod commune matris filiique regnum illius nece anno 101 a. Chr. n. finitum est, Alexander usque ad annum 88 a. Chr. n. regnare perrexit. Cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 203 sqq. Appellationem Φιλομήτωρ, sine dubio una cum regno a maiore fratre, qui eam frequenter gesserit (n. 167, 1. 168, 1 sqq. 174, 4), in minorem translatam tamen in huius titulis perraro usurpari adnotat Mahaffy. Sed cf. n. 177, 3. 178, 2. 179, 2. 3 Cognomen Isidis ceteroqui ignotum. 4 Cf. n. 62[3]. Syll.[2]. 559[5]. 5 Eiusdem dei nomen occurrere Flinders Petrie papyri II p. 141 n. XLIII, 66, ubi nemus palmarum circa aram dei *Premanres* in vico Apolloniade nomi Arsinoïtae commemoratur, observat Mahaffy addens U. Wilckenum nomen de rege Amenemhat III, cuius nomen regium *Marres* vel *Manres* fuisset, inter deos relato interpretari.

κ[α]ὶ Θασ[ῆ]ς Φίλων[ος ἡ] γυνὴ | καὶ τὰ τέκνα τὴν εἰς τ[ὴ]ν ἀπὸ τοῦ δρόμου[6] | Πρεμαρρείους[7] ἄγουσαν εὐθεῖαν ὁδὸν ἐπ[ὶ] | τὸν νάβλα[8] καὶ τὰς γεφύρας πρὸς εὐχέ[ρειαν] ‖ ὠδοποιημένην εἰς ἀμφότ[ε]ρα τὰ ἱερὰ τή[ν τε | δα]πάνην καὶ τὸν βωμό[ν[9]] | L ιγ´ τὸ καὶ ι´[10] Ἐπεὶφ | κγ´[11].

---

6 Cf. n. 178[11]. 7 Forma nominis obscura. Mahaffy pro Πρεμαρρέους incisum opinatur, quem genetivum eiusdem nominis esse ac dativum Πρεμάρρει v. 5. Possis etiam Πρεμαρρείου ad adiectivum derivatum spectans ς finali auctum statuere declinationum confusione; ita sane post δρόμου desideres τοῦ. Utique δρόμον ad aram vel aedem dei Premarris ducentem recte intellegere videtur Mahaffy. Sed τὴν εἰς τ[ὴ]ν ἀπὸ v. 7 plane turbatam structuram indicant, cum unum modo feminini generis nomen ὁδὸν praesto sit. Maxime probabile est, auctorem tituli primum τήν ad δαπάνην v. 11 referre voluisse, deinde vero anacoluthia propter ambitum eorum quae interiecta sunt proclivi τήν τε interposuisse. 8 Apud scriptores instrumentum musicum hoc nomine appellatur. Cf. Athen. IV 175 b τοῦ καλουμένου νάβλα, ὅν φησι Σώπατρος ὁ παρῳδὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ δράματι Πύλαι Φοινίκων εἶναι καὶ τοῦτον εὕρημα. λέγει δ' οὕτως· οὔτε τοῦ Σιδωνίου νάβλα λαρυγγόφωνος ἐκκεχόρδωται τύπος. Deinde ex eiusdem alio dramate et ex Philemonis Moecho testimonia afferuntur. Strabo X, 3, 17 p. 471 Cas. καὶ τῶν ὀργάνων ἔνια βαρβάρως ὠνόμασται, νάβλας καὶ σαμβύκη καὶ βάρβιτος καὶ μάγαδις καὶ ἄλλα πλείω. Accusativus νάβλα pro νάβλαν hic profecto nullam habet offensionem, sed significationem aliunde notam ab hoc loco alienissimam esse recte dicit Mahaffy. Nescio an proprium loci vel aedificii alicuius nomen fuerit, quod aliqua formae similitudine illius instrumenti musici admoneret. 9 Inconcinne et ineleganter quidem res quarum ratio plane diversa est, δαπάνη et βωμός, sic per τε — καὶ coniunguntur, sed quid sibi voluerit qui titulum composuit tamen apparet, nempe Dionysium et viae muniendae sumptus tolerasse et aram eius rei monumentum consecrasse. 10 Annus Cleopatrae (not. 1) tertius decimus idemque Ptolemaei Alexandri (not. 2) decimus 105/4 a. Chr. n. est. 11 Anni Aegyptiaci mensis undecimus a chronologis recentioribus plerumque Ἐπιφὶ vocatur, sed hanc formam rarissimam esse, plerumque vero bisyllabam Ἐπείφ vel Ἐπίφ usurpari non sine variationibus ut Ἐφίπ, Ἐφείπ, Ἐφείφ, Ἐπείπ, Ἐπίπ, haud dissimili tenuis et aspiratae vicissitudine atque in nomine Ἁρποχράτης, Ἁρφοκράτης, Ἁρποκράτης, docuit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 809. Dies vigesimus tertius mensis Epiph anno 105/4 a. Chr. n. est d. 7. mensis Augusti a. 104 a. Chr. n.

---

176 Stela lapidis calcarii albi; supra titulum discus solaris alatus, infra crocodilus. In regione Aegypti quae vocatur *Faijûm*. Ed. J. P. Mahaffy Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 147 n. 1 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 265 n. 143).

Ὑπὲρ | βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ | ἐπικαλουμένου Ἀλεξάνδρου[1] | Σούχωι[2] θεῶι μεγάλωι ‖ μεγάλωι[3] τόπος τῶν | τὸ β′ L[4] ἐφηβευκότων | τῆς Ἀμμωνίου αἱρέσεως, | οὗ μέτρα νότου ἐπὶ βορρᾶν | ιγ′, λιβὸς ἐπ᾿ ἀπηλιώτην[5], ‖ ἕως ψυγμοῦ[6]. L ις′[7] Φαμ(ενὼθ) ια′[8].

Litterae ЄΘΠΣ. Vs. 10 in nomine mensis per compendium scripto M super A collocatum est. 1 Cf. n. 175[2]. 2 Hic est deus crocodili figura (Aegyptiaca nominis forma *Sbk*), qui in metropoli nomi Arsinoitae Crocodilopoli sive Arsinoë colebatur. Cf. Strabo XVII, 1, 38 p. 811 Cas.: παραπλεύσαντι δὲ ταῦτα ἐφ᾿ ἑκατὸν σταδίους πόλις ἐστὶν Ἀρσινόη, Κροκοδείλων δὲ πόλις ἐκαλεῖτο πρότερον· σφόδρα γὰρ ἐν τῷ. νομῷ τούτῳ τιμῶσι τὸν κροκόδειλον, καί ἐστιν ἱερὸς παρ᾿ αὐτοῖς ἐν λίμνῃ καθ᾿ αὑτὸν τρεφόμενος, χειροήθης τοῖς ἱερεῦσι, καλεῖται δὲ Σοῦχος. Etiam in vicis nomi Arsinoïtae delubra huius dei fuisse apparet ex Flinders Petrie papyri II p. 2 n. II 1, 18: [ἐν τ]ῷ ἐν Εὐημερίαι Σουχιείωι. Feriae Σουχεῖα commemorantur Berl. gr. Urk. I p. 246 n. 248, 12. 28, ipsius dei mentio perfrequens est in papyris. In papyro inedito Berolinensi 6591 II hominem, qui domum cum impluvio in illo oppido emerit, τὴν διδραχμία(ν) τοῦ Σούχου θεοῦ μεγάλο[υ] μεγάλο[υ] pendere refert U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 360. 3 Haec geminatio adiectivi a Graeco sermone plane aliena vel in titulis Aegypti Graece conscriptis rara est. Praeter 178, 3 cf. 90, 19 Ἑρμῆς ὁ μέγας καὶ μέγας et titulum dedicatorium qui editus est Fayûm towns p. 32 n. I, 2 sqq. τὸ πρόπυλον Πνεφερῶτι καὶ Πετεσούχωι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς μεγάλοις μεγάλοις. Sine dubio ex Aegyptiorum more assumpta est. Quod contra appellationibus θεὸς μέγας vel μέγιστος (θεὰ μεγάλη, μεγίστη) de deis Aegyptiis usurpatis nihil est frequentius. Saepius sane illud μέγας μέγας invenitur in papyris, ex quibus exempla attulit M. L. Strack Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX 1894 p. 215. 4 Ptolemaei Alexandri annus secundus est 113/2 a. Chr. n. Sed hic titulus quattuordecim annis post demum incisus est (v. 10), neque ille anno 113 solus regnavit, sed una cum matre Cleopatra III. Cf. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 185. Quare nescio an hic ephebiae potius quam regni annus alter intellegendus sit. 5 Hic incuria lapicidae numerum cubitorum (cf. n. 179[7]) excidisse statuit Mahaffy, recte sine dubio. Cf. n. 178, 11. 6 Vox praeterea ipsum negotium refrigerandi aut exsiccandi significans hic manifesto de loco usurpatur, cf. n. 178, 11. Mahaffyus de significatione dubius haeret, sed fortasse locum ubi nescio quae res torreatur aut exsiccetur intellegendam esse coniicit. Quae opinio ni fallor et confirmatur et accuratius definitur testimonio papyri Berl. gr. Urk. II p. 113 n. 454, 8 sqq. ἐπῆλθάν τινες — οἷς γεωργοῦμεν — περὶ κώμην Βούβαστιν καὶ ἐβάσταξαν ἡμῶν θήκας λαχανοσπέρμ[ο]υ εἰς ἕτερον ψυγμὸν οὐκ [ἔλα]ττον θηκῶν δέκα δύο. Leguminum semina in fundo eius qui haec scripsit disposita ut exsiccarentur in alium eiusdem generis locum translata erant. Neque pugnat cum hac sententia alius papyrus in quo idem nomen recurrit, Flinders Petrie papyri II p. 110 n. XXXII, 3 sqq.: περὶ Ἀ[φροδίτ]ης Βερενίκης πόλεώς σου παραγενομένου τῆι ιθ′ τῶι ψ[υγμῶι] καὶ

ἡμῶν ἐπιδικνυόντων σοὶ τὴν φυτήαν. Θεοδότου [δὲ] τοῦ φύλακος ἀκολουθοῦντος ἡμῖν συνετάξαμεν αὐτῶι ἀπο-----ψαντα φυλάσσειν τὸν ψυγμόν· παραγενομένου [δὲ] αὐτοῦ εἰς τὸν ψυγμὸν εὗρεν Πτολεμαῖον τὸν Πτολεμαίου [τῶν χ]ερσιτῶ[ν...]ν καὶ Πνεφέρω[τα] Ὥρου τῶν ἐγ Βουβάστου κατοικο[ύντω]ν συμ[ψ]ῶντας τὸν ψυγμὸν κτλ. v. 18 Πνεφέρωτι τῶι συμψήσαντ[ι τὸν] ψυγμόν. Praeterea vocabulum legitur Berl. gr. Urk. I p. 16 n. 10, 8 ψυγμοῦ καὶ διαψειλ(ώσεως?), quod obscurum est, sed certe de eadem re dicitur, de qua ibid. p. 274 n. 277 col. II, 5 legimus διὰ ψυγμάτων καὶ διὰ ψειλῶν. 7 Sextus decimus Ptolemaei Alexandri annus est 99/8 a. Chr. n. 8 Septimus anni Aegyptiaci mensis. Eius dies undecimus illo anno fuit d. 27. m. Martii a. 98 a. Chr. n.

---

177 Stela lapidis granitae nigri cum aëtomate, inventa ab H. Brugschio inter parietinas templi siti prope vicum *Dime* ad oram septentrionalem et occidentalem lacus *Birket el-Qurun* in regione *Faijûm*, delata in museum regium Berolinense. Ed. F. Krebs Nachrichten von der Ges. der Wiss. zu Göttingen 1892 p. 533 n. II (J. P. Mahaffy Hermathena XXI 1895 p. 160 A. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 268 n. 144).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολε|μαίου τοῦ καὶ Ἀλεξάν|δρου, θεοῦ Φιλομήτορος[1], | Ἀπολλώνιος Ἰσχυρίωνος ‖ γραμματεύων Πανταλέ|οντι[2] τῶν ὁμοτίμων τοῖς | συγγενέσι[3] καὶ οἰκονό|μωι σιτικῶν[4] τῆς

1 Cf. n. 175[2]. 2 Dativum a γραμματεύων pendere, ut Apollonium Pantaleonti scribae officium praestitisse indicaretur, monuit Krebs. 3 Cum συγγενῶν (n. 99[1]. 104[2]) certus numerus esset, ei qui regibus illo honore digni videbantur, cum tamen nullus in eo ordine locus vacaret, in praesentia inter ὁμοτίμους τοῖς συγγενέσι recepti sunt, dum in illum gradum ascendendi facultas daretur. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 214 not. 2. Redit haec appellatio in papyris. Cf. Grenfell et Hunt New classical fragments and other Greek and Latin papyri p. 41 n. XXIII, 1: παρ' Ἑρμώνακτος τῶν ὁμοτίμων τοῖς συγγενέσι καὶ ὑποδιοικητοῦ (108 a. Chr. n.). Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 1865 p. 219 n. 15 col. I, 20 ἐπέδωκα κατ' αὐτῶν ὑπόμνημα Ἑρμίᾳ τῶν ὁμοτίμων τοῖς συγγενέσι καὶ στρατηγῷ καὶ νομάρχῃ. Similis videtur infimi τῶν διαδόχων ordinis vis et origo fuisse. Cf. n. 100[5]. 4 Plane discretae fuerunt apud Ptolemaeos administrationes pecuniarum redeuntium, quae per mensam argentariam regis numerabantur, et frugum, quae in horrea regia inferebantur. Cf. n. 90, 12 ἀνατέθεικεν εἰς τὰ ἱερὰ ἀργυρικάς τε καὶ σιτικὰς προσόδους. 14. 15 τὰς προσόδους τῶν ἱερῶν καὶ τὰς διδομένας εἰς αὐτὰ κατ' ἐνιαυτὸν συντάξεις σιτικάς τε καὶ ἀργυρικάς. 21 ὑπομείνας δαπάνας ἀργυρικάς τε καὶ σιτικὰς μεγάλας. Amherst papyri II p. 35 n. XXXI, 6. 7: πρός τε τὴν σιτικὴν μίσθωσιν καὶ τὴν ἀργυρικὴν πρόσοδον. Oxyrhynchos papyri II p. 291 n. CCXCI, 3 sqq. τ[ὴν] ἔκθεσιν τοῦ ιβ' ἔτους Τιβερίου Καί[σαρ]ος

Ἡρακλεί|δου μερίδος[5] τὸ ιη´ L[6] ‖ κατηρτίσατο δίδοσθαι | παρά τε ἑαυτοῦ καὶ τῶν | διὰ τῆς μερίδος ἀσχο|λουμένων ὑπ' αὐτοὺς[7] | καὶ εἰς τὸν μετέπειτα ‖ χρόνον κατ' ἔτος πυροῦ | ἀρτάβας ρπβ L´, ὃ καὶ κα|τήρξατο ἀπὸ νουμηνίας | τοῦ Θῶυθ τοῦ ιθ´ L[8] εἰς τὸ | ἀρτοκόπιν Σοκνοπαίωι[9] καὶ ‖ Νεφερσῆι[10] θεοῖς μεγίστοις.

Σεβαστοῦ σειτικὴν καὶ ἀρ[γ]υρικὴν εὐθέως γράψον. Berl. gr. Urk. II p. 182 n. 538, 19. 20: τῶν δημοσίων πάντων τοῦ κ[λήρου τῶν τε σιτι]κ[ῶν] καὶ ἀργυρικῶν. Iam οἰκονόμον σιτικῶν nomi alicuius hic habes, in papyro Taurinensi VI, 5 vero ὁ πρὸς τῇ οἰκονομίᾳ τῶν ἀργυρικῶν τοῦ Παθυρίτου est. Krebs. 5 Nomum Arsinoïten propter magnitudinem in tres partes divisum fuisse, quibus μερὶς Ἡρακλείδου, μερὶς Θεμίστου, μερὶς Πολέμωνος nomina essent, ex papyris aetatis Romanae pridem notum erat. Sed cum Wilckenus Observ. p. 12 id Ptolemaeorum aetate iam fuisse coniecisset, haec sententia confirmata est cum hoc titulo tum papyris Flinders-Petrii in quibus iam Ptolemaei III Euergetae (246—221 a. Chr. n.) regno frequens est harum divisionum memoria (cf. Flinders Petrie pap. II index p. 199). Cf. Wilcken Gr. Ostraka I p. 429. Unicuique ex his tribus partibus praeerat μεριδάρχης, cuius victui destinati erant reditus ex vectigali quod ὑπὲρ μεριδαρχίας appellabatur. Wilcken I p. 383. 6 Ptolemaei XI Alexandri I annus duodevigesimus est 97/6 a. Chr. n. Ceterum accusativum τὸ ιη´ ἔτος a participio γραμματεύων pendere recte statuit Krebs. 7 Krebsius τῶν ἀσχολουμένων de mercatoribus intellegit, ὑπ' αὐτοὺς vero cum eis quae proxime subiciuntur καὶ εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον coniungit sic interpretatus 'et superstitibus ipsis et in posterum tempus'. At illud ni plane fallor potius ἐφ' ἑαυτῶν esse debebat, et aliud monstrat titulus geminus n. 179, 10: καὶ τῶν ὑπασχολουμένων ἐν τῇ οἰκονομίᾳ διὰ τῆς μερίδος, unde apparet ὑπ' αὐτοὺς ab ἀσχολουμένων pendere et significari ministros quibus magistratus utantur in redituum et expensarum administratione. Pluralis αὐτούς ad Pantaleonta oeconomum et Apollonium eius scribam referendus est. 8 Ptolemaei Alexandri annus undevigesimus est 96/5 a. Chr. n. Cuius dies initialis, primus mensis Thoth, incidit in diem 16. mensis Septembris 95 a. Chr. n. 9 Hoc nomen Aegyptiace *Sbk n pa a* i. e. 'Sobk (Σοῦχος n. 176, 4. 178, 3) insulae' esse vidit Brugschius. Etenim pagum nomi Arsinoïtae in loco hodierni *Dime* situm antiquitus re vera in insula lacus fuisse, cum hodie sane aliquantum ab eius littore distet, ex relliquiis murorum quibus quondam ora lacus munita erat apparet. Cum igitur deus a loco ubi colebatur nomen compositum traxisset, vice versa pagus ipse ab eius sacris nomen Σοκνοπαίου νῆσος accepit, haud infrequens illud quidem in papyris. Krebs. 10 Isidis cognomen agnovit Krebs provocans ad rationes pecuniarum sacrarum Romanae aetatis (Berliner Urkunden I, 1 nr. 1, 26) ubi Εἶσις Ν[ε]φ[ορσ]ῆς commemoratur. Praeterea eiusdem deae sacra, item cum Socnopaei coniuncta, commemorantur Amherst papyri II p. 42 n. XXXV, 3. 33, ubi genetivus Ἴσιος Νεφορσῆτος est, et ibidem p. 49 n. XLI, 3, ubi Ἴ[σ]ιος

[N]εφορσείους legitur. Greek papyri in the British Museum II p. 112 n. CCCLIII, 9 [Ἴσι]δος Νεφορσῆους; idem habes Berl. gr. Urk. I p. 289 n. 296, 14. II p. 235 n. 590, 14. Hic sane ubique altera syllaba vocalem ο, non ε habet, sed cum titulo consentit papyrus Berl. gr. Urk. I p. 329 n. 337, 5 Εἴσ[ιδος Ν]εφερσῆτος. Brugschius vidit hanc appellationem Aegyptiacam (*nfr-s*) significare deam quae pulchro throno utatur (εὔθρονον).

---

178 Tabula lapidis calcarii albi mollis. Litterae neglegenter incisae, intra eas hic illic vestigia coloris rubri. In museo oppidi *Cairo*. Edd. M. L. Strack Mitth. des arch. Inst. in Athen XIX (1894) p. 212 n. I. J. P. Mahaffy Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 148 n. 2 (Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 265 n. 142).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμα[ίου] | τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου θεο[ῦ Φι]|λομήτορος[1] Σούχῳ[2] θεῷ με[γά]|λῳ μεγάλωι[3] ὁ τόπος τῶν τὸ . .[4] || ἠφηβευκότων [τ]ῆς Ἀσκλη[πι]|άδου τοῦ Ἀσκλ[η]πιάδου αἱρέσ[ε]|ως, προστατοῦντος καὶ γραμ|ματεύοντος Πτολεμαίου τοῦ | Πτολεμαίου, ᾧ[ι][5] μέτρα νότου || ἐπὶ βορ(ρ)ᾶν[6] πήχ(εις)[7] ιδ', λιβὸς[8] ἐπ' ἀπ[η]λιώ|[τ]ην πήχ(εις)[9] κβ'[10] ἕως δρόμου[11], L ιθ[12] | Μεχεὶρ κ'[13].

Litteras ΑΕΘΠΣΩ exhibet Strack, ΑϵΘΠϹω Mahaffy. In Ξ consentiunt apographa. Praeterea uterque ubique volgarem formam Y habet, nisi quod initio totius tituli apud Strackium V est. 1 Cf. n. 175[2]. 2 Cf. n. 176[2]. 3 Cf. n. 176[3]. 4 TOLΓ fuisse videri, sed pro certo nihil agnosci nisi TOIΞ testatur Mahaffy, cum Strackius TDI . . exhibeat, sed D incertum esse referat. Procul dubio hic anni significatio fuit, TO . L, sed qui potissimum numerus restituendus sit, in medio relinquendum videtur. 5 ΩN Mahaffy, Ω . Strack, qui tamen etiam Ω certum non esse significat. Huius supplementum ᾧ[ι] recepi, quoniam hoc necessario ad τόπος refertur, ut pluralis tolerari nullo modo possit. Sane 176, 8 οὗ est, sed uterque casus hic aeque bene se habet. 6 BOPAN editor uterque. 7 M̅IΔ Mahaffy, Ω͡IΔ Strack. Quod lectionis discrimen indicio est admodum obscuratum esse hoc signum. Strackius cubiti siglum esse sibi persuasit illum semicirculum, quem hic supra Ω et v. 11 supra H agnoscere sibi visus est. At quid sic sibi volent Ω et H? Immo Mahaffyus, qui utrobique M͡ legit, mihi propius a vero abesse videtur. Nempe M facile nonnullis lineolis evanescentibus natum esse potest ex ₧ aut simili quadam litterarum ΠΗΧ ligatura. Quare hic quattuordecim, v. 11 viginti aut viginti duos cubitos significari pro certo habeo. 8 Hanc vocem integram et recte scriptam exhibet Mahaffy, cum Strackius nihil nisi A . BOΣ legerit. 9 Cf. not. 7. 10 Sic Strack, K Mahaffy. 11 Magnam viam lapidibus stratam qua in templum introitur, quae ab utraque parte seriem sphingum habet, necessariam partem

delubri Aegyptiaci esse et relliquiae templorum quae exstant docent et Strabo XVII, 1, 28 p. 805 Cas. exponit eadem quam hic legimus δρόμου voce usus: τῆς δὲ κατασκευῆς τῶν ἱερῶν ἡ διάθεσις τοιαύτη· κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν εἰς τὸ τέμενος λιθόστρωτόν ἐστιν ἔδαφος, πλάτος μὲν ὅσον πλεθριαῖον ἢ καὶ ἔλαττον, μῆκος δὲ καὶ τριπλάσιον καὶ τετραπλάσιον, ἔστιν ὅπου καὶ μεῖζον· καλεῖται δὲ τοῦτο δρόμος, καθάπερ Καλλίμαχος εἴρηκεν 'ὁ δρόμος ἱερὸς οὗτος Ἀνούβιδος'. διὰ δὲ τοῦ μήκους παντὸς ἑξῆς ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλάτους σφίγγες ἵδρυνται λίθιναι, πήχεις εἴκοσιν ἢ μικρῷ πλείους ἀπ' ἀλλήλων διέχουσαι, ὥσθ' ἕνα μὲν ἐκ δεξιῶν εἶναι στίχον τῶν σφιγγῶν, ἕνα δ' ἐξ εὐωνύμων. Strack. Cf. etiam n. 56, 52: ἐπὶ τῶν ἱδρυμένων ὑπ' αὐτῶν βωμῶν ὑπὲρ ἑκάστου ἱεροῦ τῶν πρώτων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν τοῦ δρόμου et Plutarch. de Is. et Osir. 20 p. 359 A: αἵ τε τῶν ναῶν διαθέσεις πῇ μὲν ἀνειμένων εἰς πτερὰ καὶ δρόμους ὑπαιθρίους καὶ καθαρούς, πῇ δὲ κρυπτὰ καὶ σκότια κατὰ γῆς ἐχόντων στολιστήρια (cf. n. 111[13]), θηκαίοις (Θηβαίοις cod., em. Bouhier) ἐοικότα καὶ σηκοῖς. 12 Annus est 96/5 a. Chr. n. 13 Cum Mechir sextus sit fastorum Aegyptiacorum mensis, eius dies vigesimus anno Alexandri undevigesimo d. 3. m. Aprilis 95 a. Chr. n. est.

---

179 Lapis granites niger, ex vico *Dime* sito ad lacum *Birket el-Qurun* regionis *Faijûm* delatus in museum oppidi *Cairo.* Ed. J. P. Mahaffy Hermathena XXI (1895) p. 162 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 268 n. 145). Cf. quae exposuit Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 414 sqq.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου, θεοῦ Φιλο|μήτορος[1], καὶ Λυσανίου τοῦ | συγγενοῦς[2] καὶ στρατηγοῦ[3] ‖ καὶ ἐπὶ τῶν προσόδων[4] τοῦ | Ἀρσινοΐτου[5], L κ' Ἀθὺρ ζ'[6] | ἐπ' Ἀνικήτου οἰκονόμου[7] σιτικῶν[8] | τῆς Ἡρακλείδου μερίδος[9] κατηρ|τίσθη δίδοσθαι παρά τε ἑαυτοῦ ‖ καὶ τῶν ὑπασχολουμένων[10] ἐν | τῆι οἰκονομίαι διὰ τῆς μερίδος | κατ' ἐνιαυτὸν ἀπαρχὴν

---

1 Cf. n. 175[2]. 2 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 3 De strategis nomorum cf. n. 184[2]. 4 Cf. n. 238[8]. 5 Pagus Arsinoïtes circa Moeridem lacum situs caput habuit Crocodilopolin quae postea Arsinoë cognominata est. Cf. Strabo XVII, 1, 4 p. 789. 1, 35 p. 809 sqq. 6 Vigesimus Alexandri annus 95/4 a. Chr. n. est; Hathyr tertium locum tenet in mensium Aegyptiorum serie; eius dies septimus d. 20. m. Novembris 95 a. Chr. n. est. 7 Cf. n. 89[3]. 102[9]. Manifesto igitur Anicetus eodem magistratu functus est ac Pantaleo n. 177, 5. Mahaffy cum v. 1—5 a reliquo titulo separaret et anno 95/4 a. Chr. negotium pridem gestum huic tabulae incisum statueret, Anicetum non paucis annis ante Pantaleonta in officio fuisse sumpsit. At Wilcken in litteris ad illum datis omnia uno tenore legenda et Anicetum Pantaleontis successorem habendum esse iudicavit, id quod multo probabilius est. 8 Cf. n. 177[4]. 9 Cf. n. 177[5]. 10 Cf. n. 177[7].

εἰς τὸ | ἱερὸν τοῦ μεγίστου θεοῦ Σοχνο|παίου[11] πυροῦ ἀρτά(βας) ρπβ∟΄, ὥστε ‖ εἰς ἑκάστην ἡμέραν τοῦ ἐνιαυ|τοῦ πυροῦ ∟· οἱ δὲ μεταληψόμε|νοι τὴν χρείαν[12] μετρήσουσι κα|τ᾽ ἔτος εἰς τὸ ἱερὸν τὰς ἴσας ἐπι|λαμβάνοντες τὴν κατακειμέ‖νην ὑπὸ τοῦ Ἀνικήτου ἐν τῶι ἱερῶι | γραφὴν τοῦ κατ᾽ ἄνδρα[13].

11 Cf. n. 177[9]. 12 I. e. ii qui in reliquum tempus in horum qui nunc sunt officialium locum succedent. χρεία igitur hic negotium, μεταλαμβάνειν non participem esse, sed idem fere quod διαδέχεσθαι significat, quae vis ex verbi simplicis et praepositionis notionibus commodissime derivatur (cf. μεταφέρειν, μετοικίζεσθαι). Cf. Polyb. V, 40, 6: μεταλαβὼν τὴν ἀρχὴν (Antiochus III post fratris Seleuci III necem) αὐτὸς ἐβασίλευσε. 13 Laterculus ab Aniceto in templo collocatus erat continens summas frumenti quas quisque ex officialibus dare deberet ut illae annuae 182 1/2 artabae conficerentur. Sine dubio non nomina continebat eorum qui tum erant — nam quid id profuturum erat posterioribus? — sed appellationes officiorum. Ceterum quaenam ratio inter titulos 177 et 179 intercedat difficile est diiudicatu. Duobus deinceps annis duas dedicationes omnibus nominibus plane pares inter se, sed alteram ab officiali ordinis inferioris, alteram ab oeconomo regio, factas esse perquam improbabile est. Quare Mahaffy statuit, hoc instrumento illud antiquius corrigi simul et tolli. Etenim Apollonium Ischyrionis filium, per quem res acta esset, arrogantia se ipsum auctorem dedicationis praedicasse, qua re animadversa a magistratu superiore hanc stelam pro illa substitutam esse. Perquam acute hoc excogitatum est. Sed mireris sic non deletum esse lapidem n. 177.

180 Philis in propylo templi magni. Edd. Gau Inscr. Nub. tab. IX n. 3 (Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 147). Jomard Descr. Aeg. Antt. T. V tab. 55 (J. Franz C. I. G. 4897 *a* cum Addendis p. 1218). Letronne Recueil d'inscr. Gr. et Lat. de l'Ég. II p. 19 n. LVIII. R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 86 n. 231 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 268 n. 146).

Βασιλέω[ς Πτολεμαίου] | τοῦ καὶ Ἀ[λεξάνδρου[1]] | τὸ προσ[κύνημα] | καὶ τῆ[ς βασιλίσσης[2]] ‖ καὶ τ[ῶν τέκνων[3]] | παρὰ τ[ῆι κυρίαι

Litterae ΑΛΛΑЄΜΠϹω. 1 Cf. n. 175[2]. 2 In matrimonio habebat Ptolemaeus XI Alexander I filiam fratris Ptolemaei X Soteris II Berenicen, cui etiam Cleopatrae nomen fuit. Cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 205 sq. Primam eius mentionem occurrere in papyris anni 99 a. Chr. n. ideoque aut eo ipso anno aut aliquo ex proxime superioribus nuptias fuisse videri observavit R. Lepsius, Abhandlungen der Kgl. Akademie

Ἴσιδι] | ἔγραψ[αν ------] | Σωπ[άτρου[4] καὶ] | Χαιρ[ήμων ὁ υἱὸς] || αὐτ[οῦ L--] | Με[χεὶρ--[5]].

zu Berlin 1852 p. 459 probante Strackio. Ceterum de Berenice cf. n. 174[1]. 3 Unam Alexandri et Berenices filiam commemorat Porphyrius ap. Eusebium Chron. I p. 166, 2 Sch. καὶ φεύγειν ἠνάγκασαν μετὰ γυναικὸς καὶ θυγατρὸς τῆς Λυκίας εἰς πόλιν Μύραν. Praeterea de filio Alexandro II cogitari potest, quare recte Strackius negat ex hoc titulo quicquam certi de aliis praeter illam unam filiabus colligi licere, etsi fuisse plures veri non dissimile sit propter Appiani locum Civ. I, 102: Σύλλας δὲ καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Ἀλεξάνδρου — ἐψηφίσατο βασιλεύειν Ἀλεξανδρέων, ἐρήμου τῆς ἀρχῆς ἀνδρὸς οὔσης καὶ τῶν γυναικῶν ὅσαι βασιλείου γένους ἀνδρὸς συγγενοῦς δεομένων. 4 Restituit Letronne, sed nomen incertissimum esse fatendum est, quandoquidem Lepsius ΟΟΠ/ habet, Bailie Є.Π, Gau ΟΟΤΟΣ, alterum ex exemplis a Letronnio adhibitis ΟΟΙΙ, alterum ΟΟΤL.. 5 ΜЄС Bailie, ΜΟ Gau, Lepsius, unum exemplum Letronnianum, ΗС alterum.

---

181 Basis marmoris albi inventa extra murum orientalem delubri Veneris Paphiae. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 227 n. 5. Sakellarios Κυπριακά I² p. 101 n. 80 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 269 n. 149).

Βασιλέα Πτολεμαῖον θεὸν | Ἀλέξανδρον[1] Ἰσίδωρος Ἑλένου[2] | Ἀντιοχεύς, ὁ συγγενὴς[3] καὶ | ἀρχεδέατρος[4], εὐ[εργε]σ[ί]ας ἕνεκεν.

Litterae ΑΘοΠΣ. 1 Ptolemaeum XI Alexandrum I, Ptolemaei VIII Euergetae II et Cleopatrae III filium natu minorem, intellegunt editores Angli; eum enim annis 114—108 a. Chr. una cum matre et fratre Ptolemaeo Sotere II regnasse ita, ut illi Aegyptum, ipse Cyprum teneret. Strackius, etsi id verum esse possit, tamen θεὸν Ἀλέξανδρον ab illius titulis alienum esse observat, qui potius ὁ καὶ Ἀλέξανδρος habeant (cf. n. 175, 2. 177, 2. 178, 2. 179, 2. 180, 2. 257, 1. 2 ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ ἐπικαλουμένου Ἀλεξάνδρου n. 176, 1 sqq.), ideoque ad Ptolemaeum XII Alexandrum II titulum referre mavult. At hic anno 80 a. Chr. non plus quam undeviginti dies regnavit (Appian. Civ. I, 102. Euseb. chron. I p. 166, 37 ed. Schöne. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 206 not. 39), ut non probabile sit eius monumentum aetatem tulisse; illud θεὸν vero quod medium duobus nominibus interponitur cum omnino ab usu solenni abhorreat, nihil conferre potest ad discernendum uter ex duobus regibus cognominibus hic designetur. Adde quod quae de Isidori patre scimus (not. 2) multo melius quadrant si haec per annos 114—108 a. Chr., quam si anno 80 demum incisa statuimus. Quare ad priorum editorum rationes redeundum existimo, praesertim cum certe similitudinem quandam cum hoc titulo habeat papyrus Parisinus Notices et

extraits des manuscrits XVIII, 2 (1865) p. 130 n. 5 col. I, 1 βασιλέως Πτολεμαίου θεοῦ Φιλομήτορος Σωτῆρος Ἀλεξάνδρου. 2 Cf. Journal of Hell. stud. IX 1888 p. 248 n. 94, 3. 5. 10. Pater Helenus est supra n. 148, 2 et Journ. of Hell. stud. IX 1888 p. 251 n. 109, 1. 3 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 4 Cf. n. 169[4].

---

182 Stela marmorea cum aëtomate inventa Hermupoli Magna (*Aschmunein*), exstat Alexandriae in museo. Ed. P. Jouguet Bull. de corr. Hell. XX (1896) p. 177. Cf. eiusdem additamenta Bull. XX p. 465 et XXI (1897) p. 166 (Repetivit M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung I 1900 p. 207 n. 21).

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου[1] καὶ [βα]σιλίσσης [Κλεοπάτρας τῆς

Litterae volgares praeter ΑΣ. Infra hunc titulum dedicatorium laterculus nominum eorum qui hoc opus consecraverunt amplissimus per tres columnas dispositus. Eos milites esse cum ex voce παρεφ[εδρ]ε[ύοντ]ες v. 2 apparet, tum ex siglis quae nominibus nonnullorum ascribuntur ΗΓ^Ρ i. e. ἡγ(εμῶν) ρ' (ἀνδρῶν), idem qui alibi ἑκατόνταρχος vocatur, et Ν i. e. πεντηκόνταρχος. Denique in infima tertiae columnae parte novus nominum ordo incipit a titulo ἐγλελοχισμένοι μαχαιροφ(όροι) βα(σι)λ(ικοί). Nomina plerumque Graeca sunt, sed nonnulla occurrunt barbara, ut Ζαβίνας, Ζάββδηλος, Ἀβδῆς (genet. -έους), Μάλιχος, Ἀβδοκώς, Ὥσβεις, Ὀρόντας, Βησᾶς, Τάης, Ῥάεσος, Πετεσοῦχι(ς), neque improbabile est, quod Strackius coniecit, haud paucos qui hic in militia nominibus vere Graecis gloriarentur tamen origine Aegyptios fuisse; quare negavit ex hoc laterculo certo colligi licere, ut Jouguetus fecerat, etiamtum initio primi a. Chr. n. saeculi paene nullos nisi Graecos in exercitu regio fuisse. 1 Ptolemaeus XIII, qui volgo Auletes vocatur, Ptolemaei X Soteris II filius spurius, regno potitus est anno 80 a. Chr. post necem Ptolemaei XII Alexandri II, expulsus anno 58 a. Chr., ab A. Gabinio in regnum restitutus a. 55, mortuus a. 51 a. Chr. n. Ad hunc spectare titulum Jouguetus, qui primo ad Ptolemaeum X Sotera II eiusque matrem Cleopatram III rettulerat, perspexit cum quia mater ante filium, non post eum nominanda fuit, tum quia Φιλαδέλφων nomen in hos non quadrat. Per totum regnum Φιλοπάτωρ καὶ Φιλάδελφος vocatus est. At νέου Διονύσου nomen ex eis titulis, qui anni significationem habent, non praebent n. 184 (anno 8 regni, 73 a. Chr. n.) et n. 185 (anno 12 regni, 69 a. Chr. n.), cum inveniatur anno undevigesimo (62 a. Chr.) n. 186 et vigesimo tertio (58 a. Chr.) n. 187. Quae cum re bene convenit quod ex reliquis titulis ei qui Cleopatrae (Tryphaenae) nomen habent n. 182. 183, illo cognomento carent, cum n. 191, quem certis de causis ad postremum regni decennium rettuli, id habeat. De uno titulo n. 192 ambigas, sed quia peregrinae civitatis est, vix quicquam certi de aetate ex omisso nomine colligi licebit. Veri simile igitur est eum post mortem prioris uxoris (not. 2) demum νέον Διόνυσον vocatum esse. In nummis, qui omnium fere eius regni annorum aetatem

καὶ Τρυφαίνης[2], θεῶν Φιλοπατό|ρ]ων καὶ Φιλαδέλφων, οἱ παρεφ[εδρ]ε[ύοντ]ες[3] [ἐν Ἑρμουπόλει τῆι μεγάλῃι καὶ οἱ συμπολι|τ]ευόμενοι[4] κτίσται[5], ὧν τὰ ὀνό[ματα ὑπόκειται, ἱδρύσαντο---

tulerunt (cf. Greek coins in the British Museum, Ptolemy Kings of Egypt p. 115 sqq.), hoc cognomen non legi in neutram partem quicquam momenti habet, quia talia omnino in Ptolemaeorum moneta omitti solent. Sed papyri qui id exhibent, quos noverim, anno 69 a. Chr. n. recentiores sunt. Cf. Oxyrhynchos papyri II p. 140 n. CCXXXVI *b*, 1 [βασιλεύον]τος Πτολεμ[αί]ου θεοῦ νέου Διονύσου [Φιλοπάτο]ρος Φιλαδέλφου ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου (64/3 a. Chr. n.). Fayûm towns and their papyri p. 304 n. CCXXXVI summarium editum est tituli, ubi eadem θεοῦ νέου Διονύσου Φιλοπ[άτορος Φιλαδέλφου] leguntur, ex anni numero vero prior modo littera K exstat, ita ut nihil certum sit nisi eum anno 61 a. Chr. non antiquiorem, anno 52 non recentiorem esse. 2 Cleopatra Tryphaena soror et uxor Ptolemaei Auletae primum commemoratur in papyro demotico die 12. m. Maii 78 a. Chr. n. (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 208 not. 41 a), postremum die 7. m. Augusti 69 a. Chr. (n. 185, 4). Per reliquum regnum etsi multi exstant papyri titulique Aegyptiaci et Graeci tamen nusquam regi uxoris nomen adiungitur, praeter pylonum trium delubri in oppido *Edfu* titulos (Ztschr. f. äg. Sprache VIII 1870 p. 16), qui opus primo die mensis Choiak anni quinti et vicesimi perfectum testantur a Ptolemaeo XIII novo Dionyso eiusque sorore et uxore Cleopatra Tryphaena. At eo die (27. m. Decembris a. 57 a. Chr.) Ptolemaeum Auletam in exilio versatum esse monet Strack, ideoque de uxore non plus fidei habendum titulo quam de rege ipso. Immo Cleopatram Tryphaenam 69 a. Chr. n. mortuam videri. Quod contra alii, ut Mahaffy, eam anno 58 a. Chr. n. etiamtum inter vivos fuisse statuunt et marito pulso gubernacula reipublicae arripuisse, ea defuncta vero filiam Berenicen ei successisse. At hoc nullo testimonio nititur. Nam cum Strabo XVII, 1, 11 p. 796 Cas. et Cassius Dio XXXIX, 13, 1 omnino nullam nisi Berenicen reginam per Auletae exilium noverint, Porphyrius testis gravissimus apud Eusebium I p. 167, 10 sqq. Schoene haec habet: ἐπί τε γὰρ τοῦ νέου Διονύσου εἰς τὰς αὐτοῦ θυγατέρας Κλεοπάτραν τὴν καὶ Τρύφαιναν καὶ Βερενίκην τριετὴς ὡς βεβασιλευκυίας ἀνεγράφη χρόνος. Cui cur diffidamus nulla est causa; nam quid est frequentius apud Ptolemaeos, quam matrem et filiam eadem nomina gerere? Sane si Strackii sententia vera est, tres Ptolemaei Auletae liberi minimi natu, Arsinoë et Ptolemaeus uterque, ex alio matrimonio cuius nusquam mentio fit procreati esse videntur. An hi omnes spurii fuerunt? 3 Cf. n. 115, 5. 4 Supplevi ad exemplum titulorum 143, 6 et 145, 4. [καὶ κοινῶς συμβουλ]ευόμενοι Jouguet. [καὶ κοινῶς πραγματ]ευόμενοι Strack. Sed participia παρεφεδρεύοντες et συμβουλευόμενοι vel πραγματευόμενοι per καὶ coniungi nequeunt, quia ratio syntactica plane diversa est, neque si consilium vel decretum de hoc delubro dedicando indicatur, praesentis participium sententiae accommodatum est. Quod contra [καὶ οἱ συμπολιτ]ευόμενοι κτίσται est 'et qui praeter ipsos milites illorum sodalitati interfuerunt et hoc fanum una cum eis condiderunt'. 5 In huius quidem tituli tenore nihil est, quod vocem

--- τὸν βωμὸν[6] | κ]αὶ τὸν περίβολον καὶ τὰ συ[νκύροντα[7] πάντα].

simpliciter de delubri conditoribus intellegi vetet (cf. not. 4). Quare κοινὸν τῶν κτιστῶν tituli Rev. arch. Nouv. Ser. XXI (1870) p. 171 quo iure Strackius a dubitationibus Lumbrosi Recherches sur l'écon. politique p. 372 aliquatenus certe vindicari existimet, non video. 6 Sic supplevit Jouguet, quia eo loco quo lapis inventus est relliquias arae agnoscere sibi videbatur. 7 Cf. n. 52, 1. 65, 9. 92, 5.

---

183 Philis. Ed. R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 83 n. 201 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 270 n. 153). Supplementa Strackii sunt.

Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ βασιλίσσης Κλε[οπάτρας, θε]ῶν | [Φ]ιλοπατόρων (κα)ὶ[1] [Φιλαδέλφω]ν[2] | -------------

Litterae volgares praeter Π (v. 3 Π) et Σ. 1 C \' I Lepsius, quod facile nonnullis ductibus evanescentibus ex ΚΑΙ oriri poterat. 2 Haec cognomina, quae certa ratione a Strackio suppleta sunt, titulum Ptolemaeo Auletae (cf. n. 182[1]) eiusque primae uxori Cleopatrae Tryphaenae (n. 182[2]) vindicant, ut annorum 80—69 a. Chr. n. terminis eius origo contineatur.

---

184 In insula Philis. Edd. Letronne (ex Lenormanti schedis) Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 47 n. LXXIX. Bailie Fasc. inscr. III p. 179 (J. Franz C. I. G. III Add. p. 1228 n. 4930 *b*). Accuratissime R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 89 n. 279.

Πτολεμαῖος Διονυ|σίου ὁ συγγενὴς[1] καὶ | στρατηγὸς[2] τοῦ μι|κροῦ

Litterae ϵΘΛΜΠCω. 1 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 2 De singulorum nomorum strategis cf. E. Kuhn Die städtische und bürgerliche Verfassung des röm. Reichs II p. 485 sq. G. Lumbroso Recherches sur l'économie politique de l'Égypte p. 260 sqq. G. Droysen Kleine Schriften II p. 385. U. Wilcken ibid. Add. p. 437. Hi initio non minus militum duces fuerant, quam reliqui omnes qui στρατηγῶν nomine utebantur, veluti qui Cypro praeerant (n. 84[1]), qui ad sinum Arabicum venationes habebant (n. 82[3]) aliique. Sed eis simul etiam summum per nomum suum rerum civilium arbitrium a regibus permissum erat. Et quo magis seditiones et bella intestina cessabant, eo minus momenti habebant militaria eorum officia, dum altero a. Chr. n. saeculo ad finem vergente magistratus mere civilis factus est. Apparet igitur

Διοπολίτου[3] ἥκω ‖ καὶ προσκεκύνηκα | τὴν μεγίστην θεὰν | κυρίαν Σώτειραν[4] Ἶσιν· | τὸ προσκύνημα[5] τῶν | τέκνων μου καὶ τῶν ‖ φιλούντων με. | Lη′ Φαμε(νὼθ) η′[6].

---

per Ptolemaeorum regnum nunquam praeter strategum, qui nomo praefuit, etiam nomarchae locum fuisse. Sane quae in papyro Taurinensi apud Peyronem I p. 24 n. I, 12. 14 leguntur Ἑρμίαι συγγενεῖ καὶ στρατηγῶι καὶ νομάρχηι, ea primo aspectu quispiam de duobus officiis tum forte uni homini mandatis interpretetur. Sed rectius Lumbroso statuit tum (117 a. Chr. n.) tam novam etiam fuisse condicionem strategiae a re militari omnino alienae, ut additamento καὶ νομάρχηι ab illa antiquiore et notiore vocabuli στρατηγός vi discernenda videretur. 3 Ut Μεγαλοπολίτης a Μεγάλη πόλις, Ἀνταιοπολίτης ab Ἀνταίου πόλις, sic a Διὸς πόλις recte Διοπολίτης formari, quam formam nummi nomorum, tituli, libri manuscripti confirmarent, cum in exemplaria impressa haud raro prava scriptura Διοσπολίτης irrepsisset, monuit Letronne. Etiam hic deterrimum ex apographis, Bailianum, ΔΙΟCΠΟΛΙΤΟΥ exhibet, cum Lenormant et Lepsius verum servaverint. Διόσπολις μεγάλη Thebarum nomen per Ptolemaeorum et Romanorum aetatem fuisse notum est, Διόσπολις μικρά aliquanto inferius ad sinistram Nili ripam prope vicum hodiernum *Hôu* (cf. Baedeker Oberägypten p. 79) sita erat. Hoc caput fuit nomi qui inde ὁ μικρὸς Διοπολίτης appellabatur. 4 In alio tituli eiusdem generis et loci C. I. G. III Add. p. 1221 n. 4900, 4 adeo Πανσώτ(ε)ιραν vocari Isin observavit Letronne. 5 Letronnius ante hoc nomen [καὶ πεπόηκα] aut tale quid desiderari monet. Sed nescio an haec breviloquentia potius sit quam error. 6 ᒪΗΦΑ$\overset{\epsilon}{\mathrm{M}}$Η Lepsius, cum Lenormant LΙΑ $\overset{E}{\mathrm{M}}$ $\bar{\mathrm{H}}$ legisset. Non igitur undecimus, sed octavus est annus Ptolemaei XIII qui volgo Auletes vocatur. Nam ad hunc regem anni numerum spectare certum est propter locum quo hic cum aliis similibus titulus inventus est. Itaque anno 74 a. Chr. haec scripta sunt.

---

185 Philis in insula, in propylo templi magni. Ex delineatione Huyoti ed. Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 136 sqq. Gau Inscr. Nub. tab. XI n. 5. G. Parthey de Philis insula tab. II n. 6 (J. Franz C. I. G. 4898). Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 52 n. LXXXI. Accuratissime R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 84 n. 288 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 270 n. 151).

Βασιλέως Πτολε|μαίου θεοῦ Φιλο|πάτορος Φιλαδέλφου[1] | καὶ

Litterae ΑΠΠΣΦΦ. 1 Cf. n. 182[1].

τῆς βασιλίσσης[2] ‖ καὶ τῶν τέκνων[3] | τὸ προσκύνημα | παρὰ τῆι Ἴσιδι τῆι | κυρίᾳ, ὃ ἔγραψεν | Λυσίμαχος πάρεδρος[4] ‖ L ιβ′[5], Μεσορῆ γ′.

---

2 Cleopatra Tryphaena, Ptolemaei Auletae soror ut quidem videtur. Cf. n. 182[2]. Eam anni 69 a. Chr. n. mense Augusto etiamtum inter vivos fuisse hic titulus docet (cf. not. 5) sed sub finem eiusdem anni decessit. Cf. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 210 not. 43. 3 Sex fuisse Ptolemaei Auletae liberos, quattuor filias et duos filios illis natu minores, docuit Letronne Recueil d'inscr. II p. 69 sqq. At ex his duae modo, Cleopatra Tryphaena minor et Berenice, quae per patris exilium 58—55 a. Chr. n. deinceps regnaverunt, sed ambae illo superstite perierunt, Tryphaena ignota de causa, Berenice ipsius patris crudelitate (cf. Strabo XVII 1, 11 p. 796 Cas. Cassius Dio XXXIX, 57, 1. 58, 3) ex primo regis matrimonio cum Cleopatra Tryphaena maiore (not. 2) natae esse possunt. Nam tertia, Cleopatra illa famosa, quam anno 69 a. Chr. n. natam testatur Plutarchus Anton. 86: ἐτελεύτησε δὲ Κλεοπάτρα μὲν ἑνὸς δέοντα τεσσαράκοντα ἔτη βιώσασα καὶ τούτων δύο καὶ εἴκοσι βασιλεύσασα, συνάρξασα δὲ Ἀντωνίῳ πλείω τῶν δεκατεσσάρων, quem locum Letronnius, quod mireris, neglexit, spuriam fuisse constat. Tres vero aetate minimi, Arsinoë et Ptolemaeus uterque, ex alio matrimonio procreati sunt, quippe quorum natales Cleopatrae Tryphaenae maioris morte posteriores esse plane constet. Quare hic pluralis τὰ τέκνα Cleopatram Tryphaenam et Berenicen, Auletae ex prima uxore filias, indicare videtur. 4 Qualem condicionem vel dignitatem vocabulum indicet, incertum esse monet Letronnius. Posse de iudiciali aliquo officio cogitari, sed fieri etiam posse ut homo qui in consilio regio sit significetur. Non inferioris ordinis hominem esse iure inde colligit, quod idem officium quo ille hic fungatur, alibi a Callimacho primi ordinis τῶν συγγενῶν homine geri videamus. Quem sane non aequiparari nobilitate ab hoc Lysimacho, quandoquidem huic neque illud neque omnino ullum ex similibus vocabulis, quae gradus dignitatis in aula regia indicent, addatur. 5 Die 8. mensis Augusti a. 69 a. Chr. n. Letr.

---

186 Philis in insula ad portam templi Isidis. Ex schedis Lenormanti ed. Letronne Journal des Savants 1842 p. 661 sqq. (J. Franz C. I. G. 4897 *b*). Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 34 n. LXXII. R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 85 n. 226 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 270 n. 152).

Litterae ΑΑΔΑΕΘΠϹϹω. Lepsii exemplum expressi praeter duos locos (v. not. 2. 4) ubi manifesto antiquiora apographa rectius se habent.

Καλλίμαχος[1] | ὁ συγγενὴς[2] καὶ ἐπι|στράτηγος[3] καὶ στρα|τηγὸς τῆς Ἰνδικῆς ‖ καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης[4] | ἥκω πρὸς τὴν κ[υ]ρίαν Ἶσιν | καὶ πεποίηκα τὸ προσκύνημα | τοῦ κυρίου βασιλ[έ]ος θεοῦ νέου | Διονύσου Φιλοπάτορ[ο]ς ‖ [καὶ Φιλ]αδέλφου[5], | L ιθ′[6], Παχ(ὼ)ν θ′[7].

---

1 Idem homo redit n. 190, 4. 12 et in titulo prope hunc inciso apud Letronnium Recueil II p. 44 n. LXXV: Κρόνιος Καλλι|μάχου ὁ συγγενὴς | ἥκω πρὸς τὴν κυρίαν | Ἶσιν. | L ι′ Μεχεὶρ ι′. Qui infra n. 194, 3 sqq. est Κα[λλ]ίμαχος ὁ συγγεν[ὴ]ς [καὶ ἐπιστάτης καὶ ἐπ]ὶ τῶν προσόδων τοῦ περὶ Θήβας [κ]α[ὶ γυ]μνασίαρχος καὶ ἱπ[πάρ]χης et pater eius cuius mentio illic fit v. 24: τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Καλλιμάχου τοῦ συ[γγ]ε[νοῦ]ς καὶ ἐπιστολο[γράφου], ex eis alteruter idem videtur cum eo quem hic habemus. Sed uter potissimum sit vix discernas· Nam temporis rationes, cum ille titulus fere viginti annis hoc recentior sit, cum utraque sententia conveniunt, officia vero quae illic utrique tribuuntur ab eis quae hic habemus haud leviter discrepant. 2 ΟϹΥΓΓЄΝΗϹ Letronne, Ο∾ΓЄΝΗϹ Lepsius. De huius vocabuli vi cf. n. 99[1]. 104[2]. 3 Cf. n. 103[4]. Sine dubio hic Thebaidis potissimum epistrategus intellegendus est, cum quia n. 190, 7 adiungitur καὶ θηβάρχου τῆς Θηβαΐδος, tum quia tutelam orae maris Erythraei plerumque magistratibus Thebaidis mandatum fuisse Letronnius ad h. titulum docuit. 4 Hic quoque ut n. 69, 6 sinum Arabicum intellegi inde patet quod Indici maris nomen adiungitur. Nam recte Letronnius statuit, volgo quidem unius Erythraei in huius curationis significatione mentionem fieri, quia sola ora quae inter Copton et Berenicen esset illi subiuncta esset, sed si quando ulterius ad meridiem usque ad ostium sinus Arabici extenderetur, Indici maris nomen adiungi solitum. Atqui latiore vi illae quoque regiones Erythraei maris nomine continebantur, quare si ea hic statueretur, Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης sensu cassum esset. Ceterum ΘΑΛΑϹϹΗϹ recte Letronne, ΘΑΛΑϹΗϹ Lepsius. 5 Cf. n. 182[1]. 6 L θ′ Letronnius, qui propterea titulum die 14. m. Maii anni 72 a. Chr. n. incisum dicit, qua cum re bene convenire opinatur, quod neque uxor neque liberi regis commemorentur. Nempe tum temporis eum etiamtum caelibem fuisse. At nunc ex papyro demotico didicimus, iam die 12. m. Maii anno 78 a. Chr. n. Ptolemaeum regem et Cleopatram Tryphaenam reginam una imperasse, ut appareat omissam uxoris et liberorum mentionem non recte interpretatum esse Letronnium. Quod idem ex titulo 187, 2 intellegitur, ubi illi non magis commemorantur, etsi anni 59 a. Chr. n. est, quo tempore rex iam quinque vel sex liberos habebat (cf. n. 185[3]). Ex altera parte nomen νέος Διόνυσος, quod nondum gessit Ptolemaeus anno regni duodecimo, in titulo anni noni mirum, undevigesimo legitimum est. Quare nullus dubito quin Lepsius recte ΙΘ legerit. 7 ΠΑΚΩΝ Letronne, ΠΑΧοΝ Lepsius. Dies est 12. m. Maii a. 62 a. Chr. n. Cf. not. 6.

187 Basis effigiei crocodili, lapidis granitae, inventae inter rudera Arsinoës oppidi in regione *Faijûm*. Ed. U. Wilcken Zeitschrift für ägyptische Sprache 1884 p. 136 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 270 n. 154).

L κγ´ Φαρμουθὶ ιβ´[1] ὑπὲρ βασιλέως μεγάλου | Πτολεμαίου θεοῦ νέου Διονύσου[2] | Πετεσοῦχον[3] | θεὸν μέγαν ‖ τὸν ἐπ' αὐτοῦ φανέντα[4] Παϋνὶ ιη´ (κ)α´[5] L | Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου Ταλέσ(ε)ως[6].

---

1 Mense Aprili anni 58 a. Chr. Eodem etiamtum anno regem in exilium iisse, sed ex hoc ipso titulo disci, id posteriore demum tempore anni factum esse adnotat Wilcken. 2 Cf. n. 182[1]. 3 Deus quem antea ignotum ex hoc demum titulo et papyro alterius aut tertii p. Chr. n. saeculi, ubi invenitur ἱερεὺς Πετεσούχου θεοῦ μεγάλου μεγάλου (cf. n. 176[3]) ἀειζώου κ(αὶ) ὡς χρηματίζει (Berl. gr. Urkunden I p. 145 n. 124, 7. 8) in lucem protulit Wilcken eiusque vim et naturam docte et sagaciter illustravit. Sacra eius, ut Suchi, cuius a nomine Πετεσοῦχος descendit, nomi Arsinoïtae propria erant, item crocodili figura repraesentabatur hic ut ille, ita ut effigies huius animalis hic ipsius nomine significetur. Quae ratio inter hos deos intercedat, nomen 'donum Suchi' significans demonstrat. Quod vero Wilckenius origine non verum deum, sed regem antiquum divinis honoribus affectum hunc esse statuit, cuius Plinius N. hist. XXXVI, 84 mentionem faciat de labyrintho haec narrans: *qui primus factus est ante annos, ut tradunt, MMMDC a Petesucho* (sic Wilcken, petesuchi, petesuci, petesuco codices) *rege sive Tithoë*, id diiudicandum quidem rerum Aegyptiarum peritis relinquo, sed non omnia eius argumenta valida esse tituli Graeci Aegypti docent, quos ille sane tum nondum novisse poterat. Nam primum quidem Πετεσοῦχος nomen humanum in nomo Arsinoïte perfrequens esse dicit, neque vero ullum exemplum sibi notum esse nominis divini sine ulla mutatione etiam ab hominibus gesti. At cf. n. 95, 3—5 θεοῦ μεγάλου Σεμενούφιος Σεμενοῦφις Φανεῦ(τ)ος. Neque nomina ex πετε- et dei cuiuspiam appellatione composita hominum modo esse, sed item deorum, luculentissime apparet ex titulis 111, 5. 6. 130, 8. 9. 10, ubi comparent Διονύσωι τῶι καὶ Πετεμπαμέντει, Πετενσήτει τῶι καὶ Κρόνωι, Πετενσήνει τῶι καὶ Ἑρμεῖ. Recentissimo tempore alia huius dei sacrorum testimonia epigraphica in lucem prodierunt. Cf. Fayûm towns and their papyri p. 32 n. I, 2. 3. p. 33 n. II, 3. n. III, 2: Πνεφερῶτι καὶ Πετεσούχωι. p. 34 n. IV, 3: Πετεσούχῳ θεῷ μεγάλῳ καὶ Πνεφερῶτι. 4 Anno et decem mensibus ante hunc titulum dedicatum ἐπιφάνεια dei Petesuchi facta esse credebatur. 5 βα´ lapis, emendavit Wilcken certissima ratione. Significatur igitur mensis Iunius anni 60 a. Chr. n. 6 Ταλεσως lapis; quod cum nullam habeat probabilem explicationem, Wilckenius quia hic originis significatio desideraretur emendavit, cum sumeret alicui ex permultis vicis, quos nomus Arsinoïtes habebat, Τάλεσις nomen fuisse.

188 Inscriptio multifariam laesa anaglyphis postea incisis, Philis in templo magno. Edd. Gau Monum. Nub. tab. XI n. 11 (J. Franz C. I. G. 4904). Accuratius C. Wescher Comptes rendus de l'acad. des inscr. VII 1871 p. 289. Omnium plenissime et accuratissime R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 86 n. 234.

Κάστο[ρ]ος το[ῦ συγ]γενοῦς[1] | καὶ πρὸ[ς τ]ῶι ἰδ[ίω]ι [λ]όγωι[2] καὶ | οἰκον[ό]μου το[ῦ] βα[σι]λέ[ως[3]] | καὶ τῆ[ς ἀ]δ[ελφῆ]ς[4] καὶ τῶν ‖ τέκνων[5] τ[ὸ] π[ροσ]κύ[ν]ημ[α] | παρὰ [τῆ]ι κυρίαι Ἴσιδι π[ε]ποίη[κε] | Τρύφω[ν]ος[6] συνεφήβου καὶ π[ρο]|κεχει[ρισ]μέ[ν]ου [ὑπ'] αὐ[το]ῦ. | L κε' Παϋνὶ κε'[7].

Litterae ΑЄΠΠΓω. 1 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 2 Romanorum aetate in Aegypto τὸν ἴδιον λόγον i. e. privatae imperatoris rei familiaris rationes, ab aerario publico discerni pridem notum erat, cum hoc institutum ut multa alia a Ptolemaeis ad Romanos transiisse conici quidem posset, sed nullo testimonio constaret dum hic titulus et n. 189 inventi sunt. Plerumque severa dicendi ratio in monumentis publicis servabatur, ut ἴδιος λόγος nihil significaret nisi rem, homo vero qui eam curaret aut ut hic ὁ πρὸς τῷ ἰδίῳ λόγῳ aut ὁ πρὸς τῷ ἰδίῳ λόγῳ τεταγμένος, ὁ γνώμων τοῦ ἰδίου λόγου, vocaretur, Romanorum aetate etiam ἐπίτροπος (*procurator*) ἰδίου λόγου. Cf. Journal of Hell. studies XXI 1901 p. 291 n. XII, 5 ἐπί(τροπος) Αἰγύπτου ἰδίου λόγου. At volgo ipse magistratus ἴδιος λόγος appellabatur, ut apud Strabonem XVII, 1, 12 p. 797 Cas. ἄλλος δ' ἐστὶν ὁ προσαγορευόμενος ἴδιος λόγος (ubi perperam Corais emendavit ἰδιόλογος) ὃς τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστιν· παρέπονται δὲ τούτοις ἀπελεύθεροι Καίσαρος καὶ οἰκονόμοι, μείζω καὶ ἐλάττω πεπιστευμένοι πράγματα. Haec breviloquentia nonnunquam etiam in titulos permanavit; cf. n. 408, 3 Μαξίμου Στατιλίου ἰδίου λόγου. 3 Oeconomum regium in papyris Parisinis, Notices et extraits des manuscripts XVIII, 4 p. 412, 4. 413, 3. 414, 3 commemorari observat Wescher. Ceterum cum Strabo (not. 2) oeconomos plures sub summo idiologi regimine fuisse testetur, mireris unum eundemque hominem utrumque officium sustinere. Quod nescio an ita potissimum expediatur ut statuamus idiologum cum plures essent rationum quas ille curabat provinciae aliquam ex his sibi ipsi administrandam sumpsisse, reliquas singulis oeconomis tradidisse. Sic certe ipse simul totius officii praefectus et unius partis oeconomus erat. Rex videtur Ptolemaeus XIII Novus Dionysus esse; cf. not. 7. 4 Uxor regis utique intellegitur, sive eius soror fuit natura, sive hoc honoris vocabulo appellabatur (cf. n. 60[3]). Sed quamnam mulierem tum Ptolemaeus Auletes in matrimonio habuerit ignoratur (cf. n. 182[2]). 5 Cf. n. 185[3]. 6 Cf. n. 189, 1. Genetivum hic per anacoluthiam poni manifestum est, cum nominativum desideres. Nam quin sententia sit, Tryphonem a Castore missum illius nomine et mandatu adorationem effecisse, nullo modo dubium esse potest. 7 Ad Ptolemaei XIII Auletae regnum, cuius vigesimus quintus

annus est 57 a. Chr. n., hoc rettulerunt Franz et Wescher, neque dissentire audeo, quia omnes reliqui eiusdem generis et eiusdem loci tituli ad eius aetatem spectant. Sed non debet silentio transiri difficultas, cuius illi sane mentionem non fecerunt. Namque anno 57 a. Chr. Ptolemaeus exul extra Aegyptum versabatur, regnabat vero eius filia. Sane etiam in oppidi *Edfu* templo in titulo eodem anno inciso item Ptolemaei anni numerantur neglegentia quadam, quam etiam hic notare debemus. Quod si facere nolis, unus ex inferioris aetatis Ptolemaeis, in quem hae temporis notae quadrent, Ptolemaeus XI Alexander I est, cuius quintus et vigesimus annus est 89 a. Chr. n. Diei nota in Lepsii delineatione ΚϾ est, lapide per mediam litteram fracto ut utrum Є an Θ fuerit non dispiciatur.

---

189 Philis. Postea eidem planiciei quae has litteras habebat incisus est titulus recentior, quo haec scriptura ita obscurata est, ut a Weschero demum observaretur, qui edidit Comptes rendus le l'académie des inscr. VII (1871) p. 287.

Τρύφων[1] ὁ παρὰ Κάστορος[2] | τοῦ συγγενοῦς[3] καὶ πρὸς τῶι | ἰδίωι λόγωι[4] καὶ οἰκονόμου το[ῦ] | βασιλέως[5] ἥκω πρὸς τὴν κυ||ρίαν Ἶσιν καὶ πεποίημαι τὸ προσ|κύνημα τῶν γονέων[6] καὶ τῶν | ἀδελφῶν καὶ τῶν φίλων | [καὶ τῶ]ν συνεφήβων | L κε´ Παϋν[ὶ κε´ [7]].

Litterae ΑΔΕΛΠϹΩ. 1 Cf. 188, 7. 2 Cf. 188, 1. 3 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 4 Cf. n. 188[2]. 5 Cf. n. 188[3]. 6 Nempe τῶν ἐμῶν. Nam cum mandatum exsecutus esset et Castoris adorationem n. 188 insculpsisset, hac occasione usus eodem mense atque ut quidem probabile est eodem die (v. 9) etiam suorum parentum, fratrum, amicorum, synephoborum nomine deam adoravit eiusque rei monumentum has litteras lapidi templi incidit. 7 Cf. n. 188[7].

---

190 In insula Philis in templo magno. Satis lacunosum titulum exhibuit Gau Monum. Nub. XI n. 10 (Letronne Journal des savants 1827 p. 620. J. Franz C. I. G. 4905). Adhibito pleniore Lenormanti apographo Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Égypte II p. 41 n. LXXIII. p. 44 n. LXXIV. Plenissime et accuratissime C. Wescher Comptes rendus de l'académie des inscr. VII 1871 p. 285 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 270 ad n. 152).

I Σαραπίων Δράκοντος | ἥκω πρ[ὸ]ς τὴν κυρίαν Ἶσιν | καὶ πεπόηκα τὸ προσκύνημα | Καλ[λ]ιμάχου[1] καὶ τῶν τέκνων || αὐτοῦ, τοῦ συγγενοῦς[2] καὶ | στρατηγοῦ καὶ ἐπιστρατήγου[3] | καὶ θηβάρχου[4] τῆς Θηβαΐδος, | ἐπὶ τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς[5] | θαλάσσης, || Lλ', Μ[εχε]ὶρ κα'[6]. |

II Τὸ προσκύνη[μα Τηλέ]φου[7] καὶ | τῶν παρὰ Κα[λλιμά]χου[8] πάν|των.

Litterae ЄΘΠCѠ. Versus 10—12 minore scriptura postea additi videntur. 1 Cf. n. 186[1]. Inter haec duo eiusdem Callimachi προσκυνήματα non viginti quidem, ut Letronnius prava illius tituli lectione deceptus statuit, sed decem anni intercedunt (cf. not. 6). 2 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 3 Cf. n. 103[4]. 186[3]. 4 De thebarchae officio cf. Droysen Kleine Schriften II p. 389. Qui quod non Thebaidis, ut visum erat Letronnio, sed unius urbis Thebarum praefectum regium agnovit, id confirmaverunt G. Lumbroso Recherches sur l'écon. pol. p. 239 et U. Wilcken in Addendis ap. Droysen p. 438. Videmus igitur eum qui totius Thebaidis rebus praeest, (ἐπιστράτηγον) simul strategi eius nomi in quo sedem habebat (στρατηγοῦ) et praefecti militaris ipsius urbis principalis (θηβάρχου) officium sustinere. Sane verborum structura, in qua τῆς Θηβαΐδος a θηβάρχου non minus pendere videtur quam a duobus reliquis nominibus, non potest non in gravem reprehensionem incurrere. 5 Cf. n. 186[4]. 6 Trigesimus Ptolemaei XIII Auletae annus idemque postremus est 51 a. Chr. n. Wescher. Ad hunc vero titulus certissima ratione refertur cum propter loci et argumenti communionem, qua is cum aliis eiusdem regni monumentis continetur, tum quia post Ptolemaeum X Sotera II, quo inscriptio utique recentior est, nemo ex Ptolemaeis triginta annos regnavit. 7 Supplevi. [αὐ]τοῦ Letronne, quod Wescheri lectione refutatur. [ἀδελ]φοῦ Wescher. Sed in hoc vocabulo neque articulo careri poterat, cui tamen supplendo spatium non sufficit, neque ipsius notio apta est. Neque enim familiam Callimachi hic intellegi, sed homines ab eo missos, qui postquam ipsius mandatum perfecerunt etiam suo nomine deam adorant (cf. n. 188. 189) ex v. 11 (cf. not. 8) apparet. 8 Supplevit Wescher. οἱ παρὰ Καλλιμάχου non possunt ei intellegi, qui generis originem ab eo repetunt, id enim ἐκ aut ἀπὸ Καλλιμάχου esset, sed qui illius missu Philas venerunt. τῶν πα[ιδίων Καλλιμά]χου Letronne, quod a Wescheri lectione litterarum servatarum abhorret.

---

191 Titulus scriptus litteris rubro colore pictis in basi alterius ex duobus obeliscis qui sunt in insula Philis. Edd. Hamilton Aegypt p. 52 (Walpole Travels p. 590. 55). Gau Inscr. Nub. tab. XI n. 4. Ex Jomardi apographo Champollion-Figeac Annal. Lagid. II p. 407 n. 9. Descr. Aeg. ant. V tab. 55 n. 7. (Letronne Recherches pour servir à l'hist. d'Égypte p. 134. J. Franz C. I. G. 4899. Letronne

Recueil d'inscr. Gr. et Lat. II p. 67 n. LXXXIX. R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 83 n. 203 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 270 n. 150).

Βασιλέως Πτολεμαίου, | θεοῦ νέου Διονύσου, | Φιλοπάτορος καὶ Φιλα|δέλφου[1], καὶ τῶν τέκνων[2] || τὸ προσκύνημα παρὰ τῇ κυ|ρίᾳ Ἴσιδι καὶ τοῖς συννάοις θε|οῖς Θεόδοτος Ἀγησιφῶντος | Ἀχαιὸς ἀπὸ Πατρῶν πεποί[ηκεν].

Litterae ΑΑΛΔЄΘΠϹΦϕѠ; litterae Α linea transversa haud raro evanuit, quod singillatim enotare supervacaneum videtur. Ο et Ο passim reliquis litteris minores. 1 Cf. n. 182[1]. 2 De liberis Ptolemaei Auletae cf. n. 185[3], unde apparet eorum mentionem nullam ansam dare aetati tituli accuratius definiendae, quia ignoramus quando rex priorem uxorem Cleopatram Tryphaenam duxerit et ex ea duas filias Tryphaenam minorem et Berenicen susceperit. At quod liberi commemorantur, mater eorum non item, id post illius mortem (69 a. Chr. n.) monumentum dedicatum arguit. Sed perbreve tempus inter Tryphaenae mortem et alteras nuptias intercessisse videtur, siquidem Arsinoë filia ex hoc matrimonio nata minor quidem fuit Cleopatra spuria sorore, quam anno 69 a. Chr. n. genitam Plutarchus refert, sed non multo minor, quoniam eam 48 a. Chr. n. iam adulta aetate virginem fuisse ex narratione de Caesaris bello Alexandrino apparet. Quare probabilius est, hoc monumentum post mortem alterius uxoris, cuius ne nomen quidem novimus, demum erectum esse. Ea vero non ante annum 59 a. Chr. n., quo minimus ex liberis Auletae, Ptolemaeus XV, natus est (Strack Dynastie der Ptolemäer p. 211) diem supremum obiit. Itaque intra annos 59—58 aut 55—51 a. Chr. titulum incisum existimo; nam interiecto spatio annorum 58—55 a. Chr. rex in exilio versabatur.

---

192 Marmor nigrum, in oppido Co in domo quae fuit Christophilis. Edd. A. Hauvette-Besnault et M. Dubois Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 227 n. 15. Paton et Hicks Inscriptions of Cos p. 123 n. 74 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 271 n. 155).

Βασιλέα μέγαν Πτολεμαῖον τὸ[ν] | Φιλοπάτορα καὶ Φιλάδελφον[1] ⟨ατ⟩ | Ἀπολλοφάνης καὶ Ἰλιάδης | ἄρξαντες[2] καὶ Ζηνόδωρος || ὑπὲρ τοῦ πολιτεύματος.[3]

Litterae ΑΞΠΣ. 1 Cf. n. 182[1]. Quo potissimum eius regni (80—51 a. Chr.) tempore monumentum dedicatum sit, accuratius definiri nequit. 2 Cuius civitatis magistratus hi sint, latet. Nam nomina neutiquam Coam originem indicare, ut vix queat dubitari quin lapis modici ambitus aliunde navi in illam insulam advectus sit, adnotant Paton et Hicks. 3 Ut non

modo magistratus, sed etiam totus populus statuam dedicasse videatur, cives unum privatum hominem deligunt, qui simul cum illis hoc officio fungatur.

---

193 Marmor candidum, inventum a Newtono in ecclesia diruta Panagiae, sita prope Branchidas in via inter vicos *Geronta* et *Karaköi*. Exstat in museo Britannico. In fronte hic titulus (*a* apud H.), in aversa parte alius (*b*) eiusdem generis, sed multo inferioris aetatis. Edd. C. T. Newton Discoveries at Halicarnassus, Cnidus and Branchidae p. 775 n. 60 tab. XVC. G. Hirschfeld Greek inscr. in the British Museum IV, 1 p. 90 n. DCCCCXXI (Versus 7—11 repetivit M. L. Strack Arch. für Papyrusf. I 1900 p. 208 n. 22). Cf. quae adnotavit B. Haussoullier Rev. de phil. XXIII (1899) p. 12 (Études sur l'histoire de Milet p. 181. 253).

[προφήτης· ----------- | Ἡγ]ημάνδρου[1] τοῦ Ἡγημάνδρου Δ---------

προφήτης· | -------- Σωπόλιδος, ἀνὴρ εὐσεβὴς καὶ | [φιλόδοξος,[2]] πρεσβεύσας δὲ καὶ εἰς Ῥώ||[μην καὶ ἀπο]καταστήσας[3] τήν τε πρό||[τερον ἐκκ]λησίαν τῶι δήμωι καὶ τοὺς νόμους[4], | [πρεσβεύσας] δὲ καὶ εἰς Ἀλεξάνδρηαν τὴν πρὸς | [Αἰγύπτωι[5]

Litterae ΑΘΞΠΣ. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 Nomen per illas potissimum regiones non inusitatum. Cf. Syll.2. 681, 3. 17. 23. 2 Supplevit Hirschfeld monens prophetis Apollinis Didymei ex usu haec duo attributa dari; cf. Gr. inscr. in the Br. mus. IV 1 p. 92 n. DCCCCXXII, 15. Lebas-Waddington Inscr. III, 242. 243. 244. 3 Supplevi; [καὶ] καταστήσας Hirschfeld. 4 Ademptam fuisse Milesiis a Romanis autonomiam et leges reipublicae liberae hinc demum didicimus. Qua poena quin affecti sint quia Mithridatis rebus faverant non est quod dubitetur. Sane nominatim de Milesiis nihil eiusmodi traditur; neque vero id mirandum est, siquidem Appianus Mithr. 23, ubi de Ephesiorum Pergamenorum Adramyttenorum Cauniorum Trallianorum ad Mithridatem defectione et Romanorum caede verba facit, ipse verbis ὧν ἔνια μὲν τοιάδε ἦν indicat, se pauca modo ex maiore numero exempla proferre. 5 Supplevit Hirschfeld, qui monet Newtoni supplementum τὴν πρὸς [βασίλισσαν Κλεοπάτραν καὶ πρ]ὸς βασιλέα et iusto longius esse et propter τήν, quod sic sensu cassum esset, reiciendum. Cum Alexandria magis iuxta Aegyptum quam in ea sita sit, illud πρὸς Αἰγύπτῳ omnino recte se habet. Quod Hirschfeldius huius usus exempla affert Joseph. Bell. Ind. VII, 409. Marin. vita Procli 8. 10, de Josepho quidem fallitur, nam apud eum περὶ Ἀλεξάνδρειαν τὴν ἐν Αἰγύπτωι est. At cf. Oxyrhynchus papyri I p. 75 n. XXXV, 9 [Ἀλεξ]ανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγύπτῳ.

πρ]ὸς βασιλέα Πτολεμαῖον[6] βασιλέως | [Πτολεμαίου] θεοῦ νέου Διονύσου[7] καὶ καταγαγὼν ‖ [εἰς τὸ[8]] μέγα θύρωμα ἐλέφαντος τάλαν|[τα τέσ]σερα μνᾶς εἴκοσι.

προφήτης· |----------ς Φιλίδου[9], ἐν δὲ τῶι αὐτῶι ἐν|[ιαυτῶι ὑδρο]φόρει[10] ἡ θυγάτηρ αὐτοῦ Χρυσῶι. ‖

προφήτης· | ----------- Ἀρτέμωνος, φύσει δὲ Ἀντιγόνου. |

[προφήτης·] Σώπολις Ἀντιγόνου.

6 Ptolemaeus XIV, maior ex duobus cognominibus Ptolemaei XIII (not. 7) filiis, frater famosae illius Cleopatrae, regnavit ab anno 51 ad 47 a. Chr. n., in universum quidem una cum sorore, sed per breve tempus, m. Iulio et Augusto anni 48 a. Chr., solus expulsa illa (Caesar B. Civ. III, 103. B. Alex. 26 sqq.). Cui tempori legationem vindicat Hirschfeld, sed recte Strack et Haussoullier negant ex eo quod rex solus commemoretur iure colligi, sororem tum regni fraterni participem non fuisse. Ceterum prophetam propterea Alexandriam missum, quia rex oraculum consulere vellet, Hirschfeldius sibi persuasit. At hac quidem de causa potius vice versa rex aut ipse aut per legatos ad oraculum venire debebat. Immo ut Romam, sic Alexandriam quoque missus est ille ut beneficium aliquod, ni fallor idem donum quod deinde re vera domum reportavit, a rege peteret. 7 Ptolemaeus XIII qui volgo Auletes appellatur (80—51 a. Chr. n.). 8 Supplevit Haussoullier, cum Hirschfeld καταγαγὼν [παρ' αὐτοῦ] μέγα θύρωμα scripsisset. Valvas portae ebore incrustatas fuisse etiam in Asclepieo Epidauriorum (Ch. Michel Recueil 584, 64. 65) adnotat Hauss. Portam maximam templi etiam Delphis (Gr. Dialektinschriften II n. 1953, 5) et Epidauri (Michel 584, 72. 74. 75. 79. 93. 110) τὸ μέγα θύρωμα appellari observat idem. 9 Idem nomen apud Plutarchum Themist. 5 traditum ab editoribus nonnullis iniuria sollicitari adnotat Hirschfeld. 10 Plena sacerdotii appellatio est ὑδροφόρος Ἀρτέμιδος Πυθίης n. 226, 1. Complures et eiusmodi sacerdotum et prophetarum Apollinis Didymei titulos habes Revue de philologie XXI 1897 p. 38 sqq.

---

194 Cippus lapidis granitae qui dicitur, inscriptus litteris Graecis et demoticis, Thebis Aegyptiis delatus Augustam Taurinorum in museum. Ed. A. Peyron Illustrazione di una stele Greca del R. museo Egizio di Torino, in Actis Acad. Taurin. XXXIV (J. Franz C. I. G. 4717. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 272 n. 157). Cf. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 463. 464 cum not. 2. 3.

[Βασιλευόντων Κλεοπ]άτρας θε[ᾶς] Φιλοπάτορ[ος[1] καὶ Π]τολε-

Litterae ΘΞΠΣ. ζῆτα v. 28 Ι est. 1 Cleopatra Ptolemaei XIII filia ex eis liberis, qui patri superstites fuerunt, natu maxima, post illius mortem a. 52/1 a. Chr. n. rerum potita est, anno 30 a. Chr. n. mortua.

μαίου τοῦ καὶ Κα[ί]σαρος, [θ]εοῦ Φιλοπάτορος, Φιλομή|[τορος[2], L ι' τοῦ καὶ β'[3], Ἀρτ]εμισί(ο)υ--[4], Φαμενὼθ[5] [--, ἔδο]ξε τοῖς ἀπὸ Διοσπόλεως τῆ[ς μεγάλης[6] ί]ερεῦσι το[ῦ | μεγίστου θεοῦ

2 Cleopatrae ex C. Caesare filius, qui volgo Caesario appellatur. Cf. Cassius Dio XLVII, 31, 5: ἥ τε Κλεοπάτρα διὰ τὴν συμμαχίαν ἣν τῷ Δολοβέλλᾳ ἔπεμψεν, εὕρετο τὸν υἱόν, ὃν Πτολεμαῖον μὲν ὠνόμαζεν, ἐπλάττετο δὲ ἐκ τοῦ Καίσαρος τετοκέναι καὶ κατὰ τοῦτο Καισαρίωνα προσηγόρευε, βασιλέα τῆς Αἰγύπτου κληθῆναι. Hoc videtur anno regni undecimo, 42/1 a. Chr. n., paullo ante proelium Philippense accidisse ex scriptoris narratione; sed cf. not. 3. 3 Cum Peyronus L ιγ' τοῦ καὶ δ' legere voluisset, Franzius L ι' τοῦ καὶ β' praetulit, Mahaffy vero non ante annum 37 a. Chr. n. haec scripta statuit. Etenim verissime dicit, hoc decretum ab aliis similibus tumido dicendi genere magnopere discrepare, quod vix aliunde atque ex M. Antonii, qui tali dictione delectaretur, iudicio et exemplo in litteras publicas regni Aegyptii permanasse credibile sit; atqui non ante illum annum tantam eius fuisse in illo regno auctoritatem. Quod argumentum mihi satis lubricum videtur. Plus tribuerim mentioni famis (v. 9. 14), a qua Peyronus et Franzius in tituli aetate exploranda profecti sunt. Eam enim iure eandem esse existimant, cuius Appianus mentionem iniciat Civ. IV, 61: ἡ βασιλὶς δὲ Κασσίῳ μὲν προύφερε λιμὸν ὁμοῦ καὶ λοιμὸν ἐνοχλοῦντα τότε Αἰγύπτῳ, διὰ δὲ οἰκειότητα τοῦ προτέρου Καίσαρος συνέπρασσε τῷ Δολοβέλλᾳ. 63: μετὰ δὲ Λαοδίκειαν ἐπ' Αἴγυπτον ὥρμα (ὁ Κάσσιος), πυνθανόμενος μὲν Κλεοπάτραν βαρεῖ στόλῳ διαπλευσεῖσθαι πρός τε Καίσαρα καὶ πρὸς Ἀντώνιον, ἐπινοῶν δὲ κωλῦσαί τε τὸν πλοῦν καὶ τίσασθαι τῆς γνώμης τὴν βασιλίδα, καὶ πρὸ τῶνδε αὐτὴν Αἴγυπτον ἐνθυμιζόμενος μάλιστα ἐν καιρῷ, τετρυμένην τε ὑπὸ λιμοῦ καὶ ξενικὸν στρατὸν οὐ πολὺν ἔχουσαν, ἄρτι τῶν Ἀλλιηνοῦ στρατιωτῶν ἀποστάντων. Eodem spectare Ioseph. contra Apion. II, 60: *putasne gloriandum nobis non esse, si quemadmodum dicit Apion famis tempore* (Cleopatra) *Iudaeis triticum non est mensa?* observavit Mahaffy. Famem anno 44 a. Chr. n. coepisse, anno proximo accessisse pestilentiam statuit Franz; quo eodem etiamtum anno haec decreta esse rectissime ex verbis ἐν τῷ ἐνεστῶτι ἔτει v. 14 colligit idem. Propterea decimum annum, qui est 43/2 a. Chr. n., reposuit, quem quod eundem alterum Ptolemaei Caesarionis esse vult, nititur Letronnii observatione Journal des Savants 1842 p. 717, qui illum iam nono regni anno (44/3 a. Chr. n.), aliquanto ante quam ex Dionis narratione videretur, a matre in regni societatem ascitum docuit. 4 ΕΜΙΣΙΩΥ. Artemisius est septimus fastorum Macedonicorum mensis, sed hic pro illius aetatis usu (cf. n. 168[53]) hoc non est nisi alterum septimi Aegyptiorum mensis Phamenoth nomen. 5 Septimus mensis anni Aegyptiaci. Cum decimus Cleopatrae annus (not. 3) a die 3. m. Septembris a. 43 a. Chr. n. initium ceperit, sequitur ut hoc decretum inter diem alterum et diem trigesimum unum mensis Martii a. 42 a. Chr. n. factum sit. 6 Thebae Aegyptiae per Ptolemaeorum et Romanorum aetatem semper Διόσπολις ἡ μεγάλη dicuntur, cum nomen urbis Graecis antiquitus familiare in sermone solenni non conservetur nisi in appellationibus quibusdam inde derivatis, ut ὁ περὶ Θήβας (τόπος), θηβάρχης, Θηβαΐς.

Ἀμο]νρασωνθὴρ[7] καὶ τοῖς πρεσβυτέροις[8] καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι· ἐπειδὴ Κα[λλ]ίμαχος[9] ὁ συγγεν[ὴ]ς[10] | [καὶ ἐπιστάτης καὶ ἐπ]ὶ τῶν προσόδων[11] τοῦ περὶ Θήβας[12] [κ]α[ὶ γυ]μνασίαρχος καὶ ἱπ[πάρ]χης, καὶ πρότερον παρ[αγενό||μενος ὑπὸ χαλεπῶν] καὶ ποικίλων περιστάσεων κατεφθαρμένην τὴν πόλιν ἔθαλψε [κηδε-μ]ονικῶς[13] [διατηρή|σας[14] αὐτὴν ἐ]ν τῆι πάσηι εἰρήνηι, τά τε τῶν μεγίστων καὶ πατρώιων θεῶ[ν ἱ]ε[ρ]ὰ εὐσεβῶς ἐ[ξ][15] ὑπ[ερ-χρεμα|μένων κινδύνων σώσας[16]] καὶ καθόλου πάντας ------ ----ησάμενος [--------- | εἰς ------ εὐ]|δ[αι]μονίαν[17] πάντα ἤ[γαγ]εν, ἀλήθειαν ---- εν ---- δικαίως ------------------- ---- | ------αι δὲ καὶ τοῖς κατ' εὐε[ργεσ]ία[ν -------------- -------------------------- || --------] καὶ [τ]ῆς σιτοδείας[18] ἐκ τῆ[ς ------] νομ[------------------------------------ | -------- ἐπιδ]οὺς μεγαλοψύχως ἑαυ[τὸ]ν αὐτόκλη[τον] ἐπὶ τῆι ἑκάστου τῶν ἐντοπίων [σωτηρίαι εἰσέ]φερε. πονήσας | [δ' ὑπὲρ αὐτῶν ὡς ὑπὲρ] οἰκείας πατρίδος καὶ τέκνων γνησίων σὺν τῆι τῶν θεῶν εὐμενείαι ἀνενλιπεῖς μὲν διηνεκῶς | [παρὰ τοῦτον τὸν χρόν]ον πάντας πάντων ἐτήρησεν, ἀνεπα[ισθή]τους δὲ τῆς περιστάσεως ἐξ ἧς[19] παρέσχεν εὐ[ωνίας[20] | τῶν ἐπιτηδείων[21]

7 Summus Thebarum Aegyptiarum deus, qui *Amon Ra* appellatur, a Graecis Ἄμμων vel Ζεύς. Compositum nomen idem atque hic est in papyro Greek papyri in the Brit. museum I p. 46 n. III, 28 sqq. ἔγραψεν Ὧρος Φάβιτος ὁ παρὰ τῶν ἱερείων τ[οῦ] Ἀμονρασονθὴρ καὶ τῶν συννάων θεῶν. 8 Post sacerdotes cur primum aetate provectiores ex civibus, deinde reliquus populus commemoretur, latet. 9 Cf. n. 186[1]. 190, 4. 12. 10 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 11 Cf. n. 179, 4. 12 Cum singuli νομοί suos strategos habeant, in Pathyriten nomum Thebaidis idem quidem cadit (στρατηγὸς τοῦ Παθυρίτου Pap. Taurin. I, 1, 12 al.), sed distinguuntur duae eius partes (τόποι), ὁ Παθυρίτης et ὁ περὶ Θήβας, quarum utraque sub strategi imperio ab epistata regitur. Cf. P. Meyer Das Kriegswesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 59 not. 203. ἐπιστάτης τοῦ περὶ Θήβας est Pap. Taur. I, 1. 13 Supplevi ex n. 56, 53. [εὐγνωμ]ονικῶς Franz. 14 Supplevi. [ἀποκατα|στήσας Franz. Sed si hoc verbum fuisset, εἰς εἰρήνην potius scripturum fuisse auctorem decreti existimo. 15 ΕΣΥΠ. 16 Franzii supplementum retinui, quia melius non succurrebat. Sed non ab omni parte placet. 17 Sic supplevi et ante ἀλήθειαν commate distinxi. Etenim quod Franzius posuit [εἰς] δ[αι]μονίαν πάντα ἤ[γαγ]εν ἀλήθειαν, id mihi quidem sensu cassum videtur. 18 Cf. not. 3. 19 Sic scribere malui, quam cum Franzio ἑξῆς, quod adverbium ab huius quidem loci tenore alienissimum mihi videtur. 20 Supplevi. Cf. Polyb. II, 15, 4 περὶ δὲ τῆς κατὰ μέρος εὐωνίας καὶ δαψιλείας τῶν πρὸς τὴν τροφὴν ἀνηκόντων. Potest sane etiam εὐ[τελείας] fuisse. 21 Supplevi. Franzius hoc totum enuntiatvm sic refinxit: ἀνεπα[ισθή]τους δὲ

καταλαβ]ούσης δὲ τὴν οὖσαν σιτόδειαν καὶ ἐν τῶι ἐνεστῶτι ἔτει[22] σκληροτέρας καὶ [μείζονος συμφορᾶς[23] ‖ τοῦ ἀέρος[24] τῆι νη]νεμίαι[25] μια[ινομένου][26] καὶ πολὺ μᾶλλον ὡς οὐδεπώποτε τοῦ δεινοῦ καθ' ὅλην ἐπ[ίτασιν βαρύνα]ντος | [τὴν χώραν ἔμπρ](ο)σθε[27], τῆς πόλεως κρινομένης[28] καὶ οὐθενὸς οὐδεμίαν ἰδίαν [βοήθειαν] προσ[ενεγκεῖν δυνα|μένου,] ἁπάντων δὲ διὰ τὴν ἀπορίαν λε[λιπ]οψυ[χ]ηκότων καὶ σύνεγγυς ἑκά[στου] πα[ρ]αιτ[ου]-(μ)[ένου[29] καὶ οὐθενὸς | συλλα]μβάνοντος, ἐπικαλεσάμενος τὸν καὶ τότε συμπαραστάντα αὐτῶι μέγιστον θεὸν [Ἀμον|ρασωνθ]ὴρ καὶ εὐγενῶς μόνος ὑποστὰς τὸ βάρος πάλιν ὥσπερ λαμπρὸς ἀστὴρ καὶ δαίμων ἀγαθ[ὸς τοῖς ἀπελ‖πίζουσι]ν ἐπέλαμψε[30]. τὸν γὰρ ἑαυτοῦ βίον ὁλοσχ[ερ]ῶς ἀν[έ]θετο τοῖς χρῆσθαι βουλομένοις, ἐ[πιφανέστατα δὲ | ἐβοήθησεν] τοῖς κατοικοῦσι τὸν περὶ Θήβας[31], καὶ διαθρέψας καὶ σώσας πάντας σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις κα[τὰ δύ|ναμιν ὡς ἐξ ἀντι]πάλων χειμώνων εἰς εὐδινοὺς[32] λιμένας ἤγαγεν· τὸ δὲ πάντων πρῶτον καὶ μέγιστον, [καὶ ἄλλων πολ|λῶν ποιούμενος τὴ]ν ἐπιμέλειαν, τῶν εἰς τὸ θεῖον ἀναπεμπομένων πάντων, ὡς ἐν[εδ]έ(χ)[ετο[33]] εὐσεβῶς καὶ ἀ[γρ]ύπνως | [παρὰ τὸν χρόνον τοῦτον ἐφ]ρόντισεν, ὥστε ἀφ' ὅ(τ)ου[34] ὁ πατὴρ

τῆς περιστάσεως ἑξῆς παρέσχεν εὐ[εργετῶν κατὰ δύναμιν]. At ut non dicam de ἑξῆς (not. 19), illa ἀνενλιπεῖς μέν — ἀνεπαισθήτους δὲ ab eodem verbo ἐτήρησεν pendere ipsa verborum collocatio monstrare mihi videtur. 22 Cf. not. 3. 23 Supplevit Franz. 24 Supplevi. 25 Supplevi, et hoc quidem nomen certum mihi videtur. 26 Supplevi non sine haesitatione. Nam ut nobis familiare est, corruptelam noxiam et aliquando funestam aëris miasma appellare, sic nominis μίασμα aut verbi μιαίνεσθαι in antiquis Graecorum litteris sic usurpati mihi certe exempla praesto non sunt. 27 ΩΣΘΕ. Emendavit et supplevit Franz. Scrupulum sane movet quod tanto intervallo hoc adverbium distat ab illo ὡς οὐδεπώποτε, quocum vi et sententia arctissime continetur. 28 Paullo obscurius hoc dictum est; putaverim κρινομένης idem fere esse atque ἐξεταζομένης: cum omnis civitas quasi examinaretur si quis forte auxilium ferre posset, nemo inventus est. Certe aliam quae huc quadret verbi κρίνεσθαι notionem video nullam. 29 ΠΑ[Ρ]ΑΙΤ[ΟΥ]Ν. 30 Cf. Syll.[2] 376, 33 ὁ τοῦ παντὸς κόσμου κύριος Νέρων — νέος Ἥλιος ἐπιλάμψας τοῖς Ἕλλησιν. 31 Cf. not. 12. 32 I. e. εὐδιεινούς. Quo tempore ει iam pronuntiatione ab ι non discrepabat, syllabas ιει in unam confundi solitas esse pronuntiando consentaneum est. Quare brevi fiebat, ut ne scriptura quidem distinguerentur. Inde hoc εὐδινός pro εὐδιεινός natum non minus quam κυρεία pro κυριεία, ταμεῖον pro ταμιεῖον, ὑγεία pro ὑγίεια. 33 Supplevi. ΩΣΕΝ . . ΕΑ . . . . ΕΥΣΕΒΩΣ lapis ex Peyroni testimonio; ὡς ἐν [καιρῶι γίνοιτο,] εὐσεβῶς Franz, quod supplementum traditis litteris non satis accommodatum est. 34 ΑΦΟΛΟΥ.

τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Καλλιμάχου[35] τοῦ συ[γγ]ε[νοῦ]ς καὶ ἐπιστολο-[γράφου[36] ‖ μετήλλαξε[37] διηνεκῶς πο]ηθῆναι τὰς τῶν κυρίων θεῶν κωμασίας[38] καὶ πανηγύρεις εὖ μάλα ὁσ[ίω]ς [--------------------- | ------- δι' ἃ δὴ δεδόχθαι [ἀ]γαθῆι τύχηι προσαγορεύεσθαι μὲν αὐτὸν σωτῆρα τῆς πόλεως, ἥ ἐστιν [τοῦ μεγίστου θεοῦ Ἀμονρασωνθήρ, | ἀναθεῖναι δὲ αὐτοῦ χρυσᾶς εἰκ]ό[νας] κατὰ τή[ν] γενέ(θλ)ι(ον) ἡμέρα(ν)[39] ἐν ἐπισήμοις τόποις τοῦ ἱ[ερ]οῦ [τοῦ μεγίστου θεοῦ] Ἀμονρασ[ωνθήρ. | στῆσαι δὲ καὶ ἀνδριάντας, ἕνα] μὲν τοὺς ἱερεῖς ἐκ σκληροῦ λίθου[40], δύ[ο δὲ τὴν ἄλλ]ην πό[λιν[41] ------] μεν [------------- τ]ὴν δὲ [ἡμέραν ἑορτά]ζ[ειν εἰς τ]ὸ λ[οιπ]ὸν | [ἐν τοῖς ἱεροῖς, καὶ νομίζειν ἐ]πώνυμον τὴν αὐτὴν ἡμέραν, καὶ θύειν τοῖς κυρίοις θεοῖς καὶ στεφανηφορεῖν καὶ (σ)υ[ντελεῖν[42] ἐν τοῖς ‖ ἱεροῖς τἆλλα τὰ νομιζόμενα.] τὸ δὲ ψήφισμα ἀναγράψαι ἐπὶ[43] στήλην λιθίνην τοῖς τε [Ἑλ]ληνικοῖς καὶ ἐγ[χ]ω[ρί]οις[44] [γρά]μμα[σ]ι, | [τὴν δὲ στήλην ἐπὶ] τῆς κρηπῖδος τοῦ αὐτοῦ ἱεροῦ θ[εῖ]ναι δημοσ[ίαι, καθότι τ]έτευχεν αὐτὸς τῆς παρ[ὰ το]ῦ [θ]ε[οῦ δυ]νάμεως εἰς σωτηρίαν, ὅ]πως εἰς τὸν αἰῶνα ἀείμνησ[τοι ὦσιν αἱ παρ' αὐτοῦ] εὐεργεσίαι[45].

35 'Avus paternus ipsius Callimachi' intellexit Peyron, ut nomen Καλλιμάχου hic eundem designaret, qui supra v. 3 nominatus erat. Rectius Franz τοῦ συγγενοῦς καὶ ἐπιστολο[γράφου] ad illius Callimachi patrem refert. Genetivus τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Καλλιμάχου igitur non ab ὁ πατὴρ αὐτοῦ Καλλιμάχου sed ab ὁ πατὴρ αὐτοῦ Καλλίμαχος repetendus est; et huius natu maioris Callimachi rursus pater fuit, de cuius sive morte sive alia qualibet re (not. 37) hic dicebatur. 36 Cf. n. 139, 14. 37 Supplevit Franz. Mireris sane, tempus per quod egregia pietate deorum caerimoniae feriaeque observatae sint, ab avi paterni morte computari. Nam id proclive erat sic interpretari, ipsum quidem Callimachum et patrem eius cognominem hoc erga deos officio diligenter functos esse, avum vero non item. Quare nescio an potius tempus significatum fuerit, quo ille avus munus aliquod iniisset. 38 Cf. Clemens Alex. Strom. V, 7, 44 p. 671 Pott.: ἐν ταῖς καλουμέναις παρ' Αἰγυπτίοις κωμασίαις τῶν θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα περιφέρουσιν. 39 ΕΣΤΟΣΙ ΚΑΤΑΤΗΙΓΕΝΕΣΙΩΙΗΜΕΡΑΙ. Recepi emendationem Franzii satis violentam, etsi suspicio mihi subnata est aliud nescio quid latere. 40 Cf. n. 90, 54. 41 ΤΗΝΠΟΜ. Supplevit et emendavit Franz. 42 ΚΑΙΕΥ. Supplevit et emendavit Franz. 43 Insolite hoc dictum, ut haud improbabile sit aut in incidendo aut in exscribendo erratum esse, praesertim cum ΕΠΙ et ΕΙΣ facile confundi potuerint. 44 Cf. n. 90, 54. 45 Cf. n. 139, 21: ἵνα ἡ ὑμετέρα χάρις ἀείμνηστος ὑπάρχηι παρ' αὐτῆι (τῆι Ἴσιδι). 168, 13. 14: [ἵνα ἀ]είμνηστον τὸ ὄνομα αὐτοῦ τε καὶ βασ[ιλίσσης Κλεοπάτρας — ὑπ]άρχηι εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.

195 Basis lapidis granitae qui dicitur, Alexandriae in museo. Edd. C. Wescher Bullettino dell' Inst. arch. Rom. 1866 p. 200. G. Botti Notice des monuments exposés au musée gréco-romain d'Alexandrie p. 135 (M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 272 n. 185).

Ἀντώνιον[1] μέγαν | κἀμίμητον[2] Ἀφροδίσιος | παράσιτος[3] τὸν ἑαυτοῦ θεὸν | καὶ εὐεργέτην, L ιθ´ τοῦ κ(αὶ) δ´,[4] ‖ Χοιὰχ κθ´.

Litterae ΑΘΘΠΣ. 1 M. Antonius triumvir, qui tum temporis (v. not. 4) apud Cleopatram reginam Alexandriae commorabatur. 2 Sic Botta, ΑΜΙΜΗΤΟΝ sine lacunae indicio Wescher. Laus est a more titulorum honorariorum, qui tamen in omni adulationis genere verbosissimi esse solent, aliena. Quare recte J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 467 not. 1 ad illud Antonii institutum rettulit, de quo verba facit Plutarchus Ant. 28: ἐκεῖ δὲ (ἐν Ἀλεξανδρείᾳ) μειρακίου σχολὴν ἄγοντος διατριβαῖς καὶ παιδιαῖς χρώμενον (τὸν Ἀντώνιον) ἀναλίσκειν καὶ καθηδυπαθεῖν τὸ πολυτελέστατον, ὡς Ἀντιφῶν εἶπεν, ἀνάλωμα, τὸν χρόνον. ἦν γάρ τις αὐτοῖς σύνοδος ἀμιμητοβίων λεγομένη· καὶ καθ' ἡμέραν εἱστίων ἀλλήλους ἄπιστόν τινα ποιούμενοι τῶν ἀναλισκομένων ἀμετρίαν. Huic synodo sine dubio interfuit Aphrodisius qui Antonii imaginem dedicavit. 3 Vocem volgari vi accipi posse negat Wescher, quia nemo in monumento publice proposito condicionem vitae neutiquam honestam ipse professurus fuerit. Sed fuisse etiam sollennem eiusdem vocabuli notionem cum deorum sacris coniunctam, notam illam quidem ex Athenaeo VI p. 234e, ubi Atheniensium plebiscitum affertur his verbis conceptum: τὰ δὲ ἐπιμήνια θυέτω ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. Quin eiusmodi parasitus sacrorum causa constitutus hic quoque significetur eo minus dubium esse, quia ex voce θεόν tum Alexandriae Antonio divinos honores habitos esse appareat. At hoc argumentum nullius momenti est, quoniam formula τὸν ἑαυτοῦ θεόν probat, non cultus et sacrorum significationem hic haberi, sed excessum adulationis qui eiusmodi hominem deceat. Neque omnino est cur non parasitum notissima illa vi intellegamus, praesertim propter ea quae not. 2 exposita sunt. Nam huius scurrarum et nepotum generis proprium est eis ipsis rebus gloriari quae aliis turpes videntur. 4 Ligaturam quae consonam particulae copulativae initialem Κ et notam numeralem Δ contineat hic in lapide esse docet Wescher. Quod contra pro illa ligatura Botta simpliciter litteram Α exhibet, sed (ἔτους) ιθ´ τοῦ α´ nullo modo explicari posse recte dicit M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 212. Eiusdem duplicis annos regni numerandi rationis, ex qua Cleopatrae anno adiungitur alius numerus quindecim annis ab illo discrepans, Strackius alia exempla affert; primum duos nummos, quorum alter ἔτους κα´ τοῦ καὶ ς´, alter L ς´ L ακ´ habet (Feuardent Numismatique de l'Égypte ancienne I p. 124 n. 444. p. 135 n. 448), deinde titulum 196, 13: L κ´ τοῦ καὶ ε´ Φαμ(ενὼθ) α´. His omnibus plane confirmari quae Porphyrius apud Eusebium Chron. I p. 170, 5 sqq. Schoene narraret:

τὸ δ' ἑκκαιδέκατον ὠνομάσθη τὸ καὶ πρῶτον, ἐπειδὴ τελευτήσαντος Λυσιμάχου τῆς ἐν Συρίᾳ Χαλκίδος βασιλέως, Μᾶρκος Ἀντώνιος ὁ αὐτοκράτωρ τήν τε Χαλκίδα καὶ τοὺς περὶ αὐτὴν τόπους παρέδωκε τῇ Κλεοπάτρᾳ. καὶ ἀπὸ τοῦδε καὶ τὰ τούτων ὕστερα ἔτη μέχρι τοῦ εἰκοστοῦ δευτέρου, ὃ καὶ τελευταῖον ἐγένετο Κλεοπάτρας, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον προστιθεμένου τοῦ ἀριθμοῦ ἐγράφετο, ὡς γενέσθαι τὸ δεύτερον καὶ εἰκοστὸν αὐτῆς τὸ καὶ ἕβδομον. Quod Strackius dicit, hic neutiquam causam duplicis numerandi rationis afferri, sed tempus modo idem notari, ei assentiri nequeo. Nam sive causalem sive temporalem vim particulae ἐπειδή tribuimus, utique nemo sanae mentis haec sic coniungere poterat nisi indicare volebat alterum numerum ad Aegypti, alterum ad Chalcidis regnum spectare. Cui testimonio cur non cum Th. Mommseno Staatsr. II p. 804 n. 1 fidem habeamus non video, praesertim cum M. Antonius in censum non veniat, quippe quem regem nunquam fuisse rectissime ipse Strackius dixerit, Caesario vero (Πτολεμαῖος ὁ καὶ Καῖσαρ n. 194, 1), quem regni socium Strackius hic agnoscit, iam ante pugnam Philippensem rex appellatus sit (Cassius Dio XLVII, 31, 5). Nam quod vocem βασιλεύς necessario hominem imperii participem significare negat Str., id probare nequeo, etsi de βασίλισσα idem certissimum est (cf. n. 151). Sed utut hoc quidem se habet, numerus uterque demonstrat, hoc monumentum anno 33 a. Chr. n. dedicatum esse.

---

196 In insula Philis in magno propylo. Edd. Hamilton Aegypt. p. 52 in duos titulos divisum (inde v. 1—7 repetivit Walpole Travels p. 591 n. 57). Ex Lenormanti et Wilkinsoni apographis Letronne Journal des savants 1843 p. 322 sqq. (J. Franz C. I. G. 4931. 4932). R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 88 n. 264.

Γάϊος Ἰούλιος Πάπειος ἔπαρχος[1] | ἥκω⟨ι⟩ καὶ προσκεκύνηκα
τὴν κυρί|αν Ἶσιν σὺν Ἰουλίωι τῶι υἱῶι καὶ ὑ|πὲρ Γαΐωνος[2]

Litterae ΑΕΘΕΠΠΠϹΩ. 1 Cave de praefecto Aegypti cogitaveris; etenim ex anni significatione (not. 7) apparet titulum non Romanorum dominatione, sed per suprema regni Cleopatrae tempora exaratum esse. Videtur igitur praefectus fabrum in exercitu Romano, quem tum temporis in Aegypto habebat Antonius, fuisse. Nam praefecti legionum, quod officium Franzius Papio tribuit, tum temporis nulli fuerunt. Letronnius C. Papii tribuni plebis a. 65 a. Chr. n. (Cic. de off. III, 11, 47), auctoris legis Papiae (Cic. pro Archia 5, 10. pro Balbo 23, 52. ad Att. IV, 16, 12. Cass. Dio XXXVII, 9, 5) filium hic agnoscit. Temporum rationes sane perbene conveniunt, sed nomen gentile Ἰούλιος huic opinioni neutiquam favere videtur et Πάπειος per diphthongum scriptum pro Latino *Papius*, quod *i* correptam habet, tam antiquo tempore offensioni est. 2 Filius maior natu patrem comitatus est, pro minore ille absente adorationem fecit. Cum Γαΐων Franzius comparat Καισαρίων. Similius est Μαρκίων ipsum quoque a praenomine derivatum. A cognominibus talia perfrequenter formantur veluti *Glabrio*, *Pollio*, *Rufio*.

τοῦ νεωτέρου υἱοῦ, ἔ‖τι δὲ καὶ σὺν τοῖς φίλοις καὶ συν|αποδήμοις[3] Συμμάχωι, Εὐμένει, | Ἀπολλωνίωι Χάρητος καὶ υἱῶι Ἀπελλᾶι | καὶ Ἀπίωνι ---------- καὶ[4] --------- καὶ[5] | κεντορίωσι Ρούφωι, Δημητρίωι, Νίγρωι, ‖ Οὐαλερίωι Λαβύωνι, Τερεντίωι | Νικάνορι, Βαρωνᾶτι, καὶ τῶν παι|δαρίων μου πάντων[6]. | L κ′ το(ῦ) καὶ ε′[7] Φαμ(ενὼθ) α′.

3 Hi itineris comites, qui omnes Graecis nominibus utuntur, non videntur milites esse; inter centuriones v. 10 sqq. longe praevalent nomina Latina. 4 ΚΑΙΛΙϹΜ Letronne ex Lenormanti exemplo; nihil nisi ΑΙΛ agnoscit Lepsius. 5 Hanc particulam Lepsius non iam invenit in lapide. 6 Genetivus dativis adiunctus confusione casuum inferiore aetate inter homines Graece loquentes frequentissima. Cf. n. 171. 7 Annum vigesimum a Caesaris nece eundemque quartum Aegypti a Romanis captae, i. e. 25 a. Chr. n. intellegit Letronne, cui assentitur Franz. At Augusto imperante annos in Aegypto a Divi Iulii morte numeratos esse incredibile est. Quod quoniam duplicem numerandi rationem, in qua inter duos numeros quindecim annorum intervallum est, de Cleopatrae regno certissimis testimoniis comprobatam habeamus (cf. n. 195 4), hunc titulum anni 32 a. Chr. n. esse omnium certissimum est.

197 Basis marmoris Hymettii, Athenis in turri Andronici. Edd. Stuart Ant. Att. III p. 1 (Boeckh C. I. G. 360. Franz El. epigr. Gr. p. 253 n. 101). Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 577. Ex Koehleri collatione W. Dittenberger C. I. Att. III, 555.

Ὁ δῆμος | βασιλ[έ]α Πτολεμαῖον[1], βασιλέως Ἰούβα[2] | υἱ[ό]ν, βασιλέως Πτολεμαίου ἔκγονον[3], | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυ‖τόν.

Litterae ΑΕΗΠΣ. 1 Patri Iubae II in Mauretaniae regno successit anno 23 p. Chr. n. (cf. Nipperdey ad Tac. Ann. IV, 5), Romanos in bello adversus Tacfarinatem gerendo adiuvit anno 24 (Tac. Ann. IV, 23. 24. 26), occisus est a C. Caesare anno 40 p. Chr. n. (Cassius Dio LIX, 25, 1. Sueton. Calig. 26. 35). In regno ipsius inventi sunt tituli monumentorum honorariorum C. I. Lat. VIII 8927. 9257. 9342 et libertorum VIII 9351. Rex Mauretaniae appellatur apud Plinium N. h. V, 11. XIII, 93 et Senecam de tranquillitate animi XI, 12. Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 105 n. 764. De eius cum Ptolemaeis Aegypti regibus necessitudine v. not. 3. 2 Iuba II eius Numidiae regis, qui apud Thapsum a Caesare victus mortem ipse sibi conscivit anno 46 a. Chr. n., filius, cum Augustum in bello Actiaco comitatus esset ab eo in regnum paternum restitutus (Cassius Dio LI, 15, 6), pro cuius parte anno 25 a. Chr. accepit Mauretaniam (Cassius Dio LIII, 26, 2. Strabo

VI, 4, 2 p. 288. XVII, 3, 7 p. 828 Cas. Tacitus Ann. IV, 5). Senex exacta aetate anno 23 p. Chr. n. decessit (cf. not. 1). Scriptor haud ignobilis. Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 156 n. 48. C. Müller Fr. hist. Gr. III p. 465 sqq. 3 Avus paternus Ptolemaei fuit Iuba I Numidiae rex (not. 1), maternus C. Antonius, avia materna Cleopatra Aegypti regina. Nam huius filiam Cleopatram Selenen Iuba in matrimonium duxit non post annum 20 a. Chr. n., ut demonstravit Th. Mommsen Ephem. epigr. I p. 276. Ex quo priore matrimonio regis Ptolemaeum natum esse constat. Nam quod Boeckhius huius tituli Ptolemaeum abnepotem, non nepotem illius Iubae qui ad Thapsum occiderit esse sumit, ita ut hic natu maior Ptolemaeus huius nepos, illius vero avus sit, is manifestus error est. Neque enim ulla ex parte dubium est quin Iuba qui a. 46 a. Chr. n. puerulus in triumpho ductus sit et qui 23 p. Chr. moriens filio Ptolemaeo Mauretaniae regnum reliquerit unus idemque homo sit. Avum paternum, quia Caesari et populo Romano bellum fecerit, maternum quia nec iusto matrimonio Cleopatram sibi iunxerit et eius memoria a senatu damnata sit, in originis significatione taceri apparet. Sed num sumemus eorum loco hic plane ficticim avum regem Ptolemaeum recenseri? Minime vero; etenim ἔκγονος nusquam avum significat, sed aut aliquem ex maioribus in universum aut proprie proavum (cf. Syll.[2] 373[6]). Atqui Cleopatrae pater fuit Ptolemaeus XIII Auletes, qui hic inter maiores Ptolemaei Mauretaniae regis non modo propterea recensetur, quia avi utriusque nomina necessario silentio premenda erant, sed etiam quia regis maxime intererat indicari ipsum cum nomine etiam originem a nobilissimis quondam Aegypti regibus repetere.

---

198 Xanthi Lyciae in fundamentis domus Turcicae. Ex Schoenbornii apographo ed. J. Franz C. I. G. 4269 *b*, ex suis Bailie Inscr. fasc. III p. 93. Lebas-Waddington Inscr. III, 1250.

[Βα]σιλέα Πτολεμαῖ[ον[1], | βασι]λέως Ἰόβα[2] [υἱόν, | Λυκίων] τὸ κοινόν.

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 Cf. n. 197[1]. 2 Cf. n. 197[2]. ΙΟΒΑΣ Schoenborn, quae flexio nominis in -ας cadentis insolita quidem est, sed neutiquam inaudita. Cf. Inscr. Gr. Sept. III, 423, 2. 456, 3. 484, 4. 521, 1. Syll.[2] 452[8]. At cum in Lebasii apographo Σ non sit, veri similius certe est hic quoque volgarem genetivi formam fuisse.

III.

Nubia et Aethiopia.

199 Aduli in sella marmoris albi quattuor pedibus innixa hanc inscriptionem priore parte saeculi p. Chr. n. sexti legit Cosmas Indicopleustes et transscriptam Cosmographiae Christianae suae inseruit. De prioribus editionibus vide quae adnotavi ad Ptolemaei Euergetae titulum ibidem ab eodem repertum n. 54. Hunc titulum solum ex codicibus Cosmae Florentino et Romano accuratissime edidit observationibus sagacissimis additis P. de Lagarde Nachrichten von der Ges. der Wissensch. in Göttingen 1890 p. 418 sqq. (Mittheilungen IV p. 193 sqq.). Praeterea cf. quae de eo commentati sunt Ph. Buttmann Museum für Alterthumswissenschaft II p. 105 sqq. B. G. Niebuhr Kleine Schriften I p. 400 sqq. Vivien de St. Martin, Journal Asiatique VI, 2 p. 328 sqq. A. Dillmann Abhandlungen der Kgl. Akad. der Wissenschaften zu Berlin 1877 p. 195 sqq. E. Drouin Revue archéol. Nouv. série XLIV 1882 p. 153 sqq. E. Glaser Skizze der Geschichte und Geographie Arabiens II p. 471—564. Th. Mommsen Röm. Geschichte V p. 599 not. 1. D. H. Müller Denkschriften der K. Akad. der Wiss. zu Wien XLIII 1893 III p. 3 sqq.

Duorum codicum Cosmae lectiones accurate exhibuit Lagarde: F Florentinus Laurentianus IX 28 saec. X. R Vaticanus Graecus 699. In universum sequor Laurentianum aliquanto accuratius exaratum; discrepantes lectiones plerumque enotavi: sed de orthographia prava Vaticani, qui ἔπιτα, ἡμίσιαν, βαθῖαι, βασιλίας, μεσόγια, πλῖστα, Ποσιδῶνι, ἔτι (pro ἔτει), εὐχαριστείαν, Ἄρεει — ἀποκρίμνοις, ἐπολέμισα, κτῖσιν, μέχρη, καθήσας, ἐμερησάμ[ην] — Κινεδοκολπίτας, παιδίων (pro πεδίων) — ἀθρύσας habet, cum F fere ubique veram scripturam retineat, hic semel monuisse sufficiat. Multis locis in utroque codice in margine (†), in R nonnunquam etiam in ipso tituli tenore (*), sed praemissa voce παραγραφή rubrica picta, scholia et adnotationes exstant, quae omnia in dextro cuiusque paginae margine ex Lagardii editione repetita exhibeo. Dispositionem tituli idem accuratissime observavit et litteris maiusculis Latinis singulas partes distinxit, quod commodissime institutum item ex eius exemplo retinui.

A ------ | μεθ' ἃ[1] ἀνδρείως[2]⟨ας⟩ |

---

1 Initium tituli ubi scriptum fuerit latet. Cosmam haec quidem dubitatio non turbabat, quia is titulum Ptolemaei III n. 54 hic continuari existimabat. Quare fieri poterat ut primos versus in angulo aliquo solii, quod omnino totum litteris Graecis coopertum erat, incisos non animadverteret. Hoc Dillmannus p. 195 iure probabilius existimavit, quam quod Niebuhrius item fieri potuisse statuit, ut initium in alio monumento tum iam deleto, veluti in statua a Christianis eversa, exaratum esset. Graviores sunt dissensiones de auctore tituli et tempore originis. Sane quod Cosmas ipse opinatus erat, haec quoque Ptolemaeo Euergetae deberi, id non poterat non gravissimas dubitationes movere cum quia Ptolemaeos Abessiniae et Arabiae regionibus, de quibus hic dicitur, potitos esse neque alibi traditur et multis de causis improbabile est, tum propter Adulidis emporii mentionem (cf. not. 70). Quare fuerunt qui vel de genuina monumenti origine dubitarent, quos luculentissime refutavit Buttmannus. At cum Saltius titulum n. 200 Axomi repperisset, iam quid rei esset perspectum est. Nempe solii titulum ab illo qui in tabula fuit (n. 54) plane separandum et regi cuipiam Axomitarum vindicandum esse cum Saltius pronuntiasset, omnes post eum interpretes probaverunt praeter Glaserum. Hic quidem potius de rege Himjaritarum, qui saeculo quinto p. Chr. n. fuerit, haec interpretatur, terrasque quas a se subactas glorietur magna ex parte non cum prioribus interpretibus in Africa, sed in Arabia quaerendas esse. At haec opinio gravissimis argumentis refutata est a Lagardio et Müllero. Etenim sedem quidem regni in occidentali, non in orientali sinus Arabici littore fuisse probant v. 25 πέραν τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης, quicquid argutatur Glaserus. Quid quod a regno suo terra in Aegyptum, mari vero in Arabiam perveniri dilucide indicat rex, cum si regia eius apud Homeritas fuisset contrarium exspectaremus? Etiam v. 36 κατῆλθον εἰς τὴν Ἀδουλί nemo qui nulla opinione praeoccupatus legerit alio referre poterit atque ad descensum ex editis Abessiniae regionibus ad littus maris. Atque ipsum quidem Axomitarum regnum esse praecipue ea, quae huius tituli v. 31. 36. 39 de Martis qui regiae stirpis auctor habebatur sacris leguntur, collata cum eis quae n. 200 et in titulis sermone indigenarum conceptis (cf. not. 63. 64) sunt, demonstrant. Sed quonam potissimum tempore et a quo Axomitarum rege monumentum erectum esset, de hac quidem quaestione in diversas partes abierunt homines docti. Ac Saltius quidem eundem Aeizanam Constantini Magni aequalem, qui titulum ab ipso inventum n. 200 exaraverat, etiam huius auctorem opinabatur. Verum enimvero cum regni Axomitarum condicio magnopere immutata, tum sermonis quo uterque titulus utitur indoles hunc illo multo antiquiorem probat. Immo quae Periplus maris Erythraei de illo regno eiusque rege Zoscale habet c. 5 p. 261, 8 Müller, ex eis apparet iam altera primi p. Chr. n. saeculi parte in illis regionibus reges fuisse opulentos et litterarum Graecarum haud ignaros, quibus praeter gentes mediterraneas etiam haud exigua pars orae maritimae pareret. Zoscalis igitur regno, i. e. Vespasiani imperio utique multo propior hic habendus est titulus quam

τὰ μὲν ἔγγιστα τοῦ βασιλείου[3] |

Constantini principatui. Sed cum Mommsenus monumentum Adulitanum paullo recentius existimasset peripli aetate, quia in hoc et Moschophagorum ora nondum regi Axomitarum, sed compluribus tyrannis pareret, et nullae commemorarentur in littore Arabico regis possessiones, Dillmannus et Müllerus oblocuti sunt, recte si quid video. Nam illarum regionum dominium cur non aeque probabile sit tempore interiecto a rege amissum quam comparatum esse, non intellego. At iure meritoque Niebuhrius, Dillmannus, Müllerus dicunt huius tituli argumentum nihil aliud esse ac narrationem de condito Axomitarum regno. Etenim fuerunt quidem iam ante hunc reges (v. 30 βασιλέων τῶν πρὸ ἐμοῦ). At hos perexiguae modo regionis regulos vel τυράννους, ut scriptor peripli loquitur, fuisse inde apparet, quod vel loca in proxima oppidi Axomis vicinitate sita a se demum subacta hic rex gloriatur (cf. not. 5. 6. 9. 11. 17). Unde efficitur, Zoscalem, cuius dominatio iam late pateret, non ante illum fuisse, sed aut huius ipsius esse monumentum Adulitanum, aut alicuius ex eis qui proxime ante eum regnassent. Niebuhrius utrum verum esset pro certo definiri posse negavit, Dillmannus hoc probavit, Müllerus illud. Qua in dissensione mihi gravissimum videtur Dillmanni argumentum, quod non leviter mutatas inter tituli et peripli tempora Arabiae occidentalis et meridionalis res appareret. Etenim in illa parte monumentum Adulitanum quidem etiamtum commemorare Sabaeos nequedum Homeritas, quorum tamen in periplo c. 23 p. 274, 10 iam ita mentio fieret, ut haud exiguas earum opes tum fuisse perspiceretur. Quare unum ex proximis ante Zoscalem Axomitarum regibus hic loqui ideoque titulum annorum fere 1—60 p. Chr. n. terminis contineri persuasum habeo. Cum Ptolemaeorum aetate Aethiopum circa Meroën et Napata opes floruissent hique frequentissimum cum Aegypto commercium exercuissent, harum omnium rerum commutationem consecutam esse bellum a C. Petronio contra Candacen reginam gesto a. 22 a. Chr. n. (Strabo XVII, 1, 54 p. 820 Cas. Cassius Dio LIV, 5, 4—6), quo regiones longe lateque vastatae multaque oppida deleta essent, monuit Dillmann. Etiamtum Nerone principe centurio explorandi causa missus oppida deserta et excisa, in ipsa Meroë pauca aedificia integra vidit (Plin. Nat. hist. VI, 181. 185). Quare per has regiones iam nulla exerceri poterat mercatura; quod quoniam maximi momenti erat aliam viam commercio inter Aegyptum et Africam meridionalem Indiamque aperiri, hac oportunitate usus unus ex regulis Abessiniae regnum Axomiticum condidit. D. 2 ἀνδριώσας R ἀνδρειώσας F, quod retinuit Lagarde. At ἀνδρειοῦν nihil est nisi ἀνδρεῖον ποιεῖν (τινα), quod hic sententiae adversatur. Ea vero barbaries, qua pro ἀνδρεῖον γενέσθαι vel εἶναι illud usurpatum esse quis crediderit, ab huius quidem tituli sermone aliena est. Qua de causa retinui quod Franzius et Müllerus ex tacita ut videtur lectionis traditae correctione scripserunt ἀνδρείως. 3 Regiam Axomi fuisse ex eis quae not. 1 disputata sunt perquam probabile fit. Quod oppidum, hodie *Aksum*, iam antiquitus nonnunquam per ου Αὔξουμις, Ἀξούμη (v. testimonia apud Pietschmannum in Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 2 p. 2634), situm est

μου[4] ἔθνη εἰρη|νεύεσθαι κελεύσας ἐπολέμησα καὶ ὑπέταξα μάχαις τὰ ὑπογε|γραμμένα ἔθνη· Γάζη[5] †[a] ἔθνος ἐπολέμησα, ἔπειτα Ἀγάμε[6] καὶ Σιγύην[7] †[aa], καὶ | νικήσας τὴν ἡμίσειαν πάντων τῶν παρ' αὐτοῖς καὶ αὐτῶν ἐμερισάμην[8]. Αὐὰ[9] *[b] ‖ καὶ Ζιγ-

†[a] σχόλιον· Γάζην λέγει τοὺς [Ἀ]ξωμίτας· ἄχρι [γὰρ καὶ] τοῦ νῦν Ἀγάζη αὐτοὺς ὀνομά[ζου]σι F

†[aa] σιγύην . . . . σουσκωῖτα . . . καὶ τὰ ἐγγὺς αὐτῶν ἔθνη F

*[b] Τιαμὰ[10] τοὺς λεγομένους

---

in terra quae hodie *Tigre* vocatur, i. e. in septentrionali parte editissimae illius regionis undique campis humilibus cinctae, quam fere Abessiniam vocare solemus. In litteris Graecis Romanisque Axomitarum populi mentio non fit ante Periplum maris Erythraei 4 p. 260, 12, oppidi Axomis non ante Ptolemaeum Geogr. IV, 7, 8 p. 778, 3 Müller: ἥ τε Ἀξούμη, ἐν ᾗ βασίλειον, neque id mirum quia ante ea quae hoc titulo narrantur fuit quidem sine dubio iampridem oppidum, sed tenuissimum et obscurissimum. Quod Lagardius propter glossam Cosmae ad Γάζη v. 3 negat, iam huius tituli aetate Axomin caput regni fuisse, mihi non persuasit (cf. not. 5). 4 Pronomen omittit R. 5 In F postea, sed a prima manu, ς finale additum est. Nomen gentis, quae vernacula lingua *Agʿâzi* vel *Geʿez* appellaretur, agnovit Montfaucon, probarunt St. Martin, Dillmann, Lagarde. Quod vero Lagardius ex Cosmae scholio, qui hos Axomitas esse dicit, regni caput antiquitus nondum Axomin (not. 3) fuisse colligit, probare nequeo. Etenim gentis nomen sine dubio labente tempore latius propagatum est, ut nihil miri habeat oppidum Axomin primo quidem p. Chr. n. saeculo etiamtum extra regionis Γάζη terminos fuisse, sed sexti initio iam eis comprehensum esse. Utique haec gens quaerenda est in mediterranea regione *Tigre* proxime Axomin, ut in censum non veniat *oppidum Gaxa*, quod Plinius N. hist. VI, 174 in ora maritima ultra Adulin commemorat. Dillmann. 6 Sic R, Ἀγάμη, cui voci postea ν adiunctum, η vero in rasura rescriptum videbatur Lagardio, F. Hodie quoque nomen *Agame* gerit pars terrae *Tigre* sita prope Axomin orientem versus. 7 St. Martin gentem *Txigam* in regione *Agaumeder* occidentem versus a lacu *Tsana* incolentem interpretatur. Sed recte Dillmannus observavit, illa loca nimis remota esse ab Axomi ad occidentem. Nam scriptor tituli, qui certum ordinem diligentissime servat, hic manifesto etiamtum in proxima vicinia regni antiqui versatur; ex verbis πέραν τοῦ Νείλου v. 7 recte colligitur, priora omnia ad terras citra Nilum i. e. Astaboram (not. 20), in dextra eius ripa sitas pertinere. 8 Sic F. In R. haec sunt: καὶ νικήσας τὴν ἡμίσιαν πάντων τῶν παρ' αὐτοῖς καὶ αυν ἐμερησάμ... 9 Cf. Nonnosus ap. C. Müller Fr. hist. Gr. IV p. 180: ὅτι διεστηκέναι φησὶ τὴν Ἄδουλιν τῆς Αὐξούμεως πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ὁδόν, ἀπιοῦσι δὲ εἰς τὴν Αὔξουμιν, Νοννόσῳ τε καὶ τοῖς μετ' αὐτοῦ μέγιστον ἐφάνη θέαμα περὶ χωρίον Αὔην προσονομαζόμενον· κεῖται δὲ ἡ Αὔη ἐν μέσῳ τῆς τε τῶν Αὐξουμιτῶν καὶ τῆς τῶν Ἀδουλιτῶν πόλεως. Oppidum *Adaua* (*Adua*, *Adowa*), quod hodie caput est terrae *Tigre*, agnovit Dillmann, cum sumeret recens nomen compositum

γαβηνὲ[14] καὶ Ἀγγαβὲ[15] †[bb] καὶ Τιαμὰ[16] καὶ Ἀθαγαοὺς[17] καὶ Καλαὰ[18] | καὶ Σεμῆνε[19] ἔθνος πέραν τοῦ Νείλου[20] ἐν δυσβάτοις καὶ χιονώδε|σιν ὄρεσιν[21] οἰκοῦντας, ἐν οἷς διὰ παντὸς νιφετοὶ καὶ κρύη | καὶ χιόνες

Τζιαμώ, καὶ τοὺς Γάμβελα[11] καὶ τὰ ἐγγὺς αὐτῶν[12] λέγει ἔθνη τὰ πέραν τοῦ Νείλου R[13]

†[bb] σχόλιον· τὰ ἐγγὺς Ἀδούλ-(εως) λέγει ἔθνη τῶν Τιγρητανῶν F

esse ex appellativo sermonis Aethiopici quem dicunt oppidum vel vicum significante et nomine *Aua*. Cum Nonnosi narratione hoc bene convenit, dummodo ἐν μέσῳ non dimidium itineris spatium significare, sed idem ac μεταξύ sibi velle statuas, quod profecto per sermonis leges licet. Adaua regione quidem re vera inter Axomin et Adulin est, intervallo vero multo propius ab illa quam ab hac abest. Müller mavolt hodiernum *Yeha* agnoscere, at haec coniectura nominis similitudine certe non fulcitur. 10 Verba Τιαμὰ — τοῦ Νείλου in R παραγραφή sunt, F vero, qui scholia et glossas omnino non habet nisi in margine, haec in ipso tituli tenore (v. 5) exhibet tanquam si eius partem efficerent. At hic libri R memoriam praestare additamenti sermo atque argumentum prodit. Paulo alieniore loco sane haec a librario codicis Vaticani inserta sunt, nam spectant sine dubio ad nomen Τιαμά v. 6. In scholii initio vero Τιαμά habet R, καὶ Τιαμῶ F, particula καὶ inserta quia pars tituli haec videbatur. 11 In regione *Enderta*, sita ad ipsum praeruptum marginem orientalem terrae *Tigre* meridiem et orientem versus ab Axomitarum oppido, locus fertilitate insignis hodie quoque *Gambela* vocatur. Dillmann. 12 Sic F, αὐτοῦ R. 13 Ut Cosmam alibi in definiendo situ locorum quorum in titulo mentio fit errasse constat, sic hic quoque ei fides habenda non est. Nam de gentibus citra flumen in regione *Tigre* habitantibus potius dici cum nomen Γάμβελα (not. 11), tum totius tituli dispositio (not. 7) arguit. 14 Gens ignota; nam quae coniecerunt antiquiores, improbabilia esse recte iudicat Dillmann p. 196 not. 5. 15 Ne hi quidem alibi commemorantur. Cf. Dillmann p. 196 not. 7. Quo iure Cosmas in scholio *bb* has gentes prope Adulin habitasse referat, in medio relinquendum est. Nam certe nomina earum tum illic non iam usitata erant, quia id profecto definite indicasset, ut alibi fecit; mera igitur coniectura nititur. Memorabile vero est eum et hic et infra (in scholiis *h i*) Τιγρήτας et Τιγρητανούς commemorare, quos titulus ipse etiamtum ignorat. Illos vero sexto post Chr. n. saeculo nondum regione *Tigre* mediterranea et montuosa potitos fuisse, sed etiamtum ad littus maris habitasse ex his scholiis discimus, ut observat Lagarde p. 203. 16 Sic F, Τιαμαα R. Quarto p. Chr. n. saeculo nomen etiamtum tenuem initialem servaverat, sed vocalem mutaverat, Τιαμῶ n. 200, 4. Sexto vero saeculo illam in sibilantem abiisse docet scriptura Τζιαμώ in Cosmae glossa. In titulo indigenarum sermone concepto, qui Axumi repertus est, eadem sibila (*Çeyâm*) observatur. Dillmann. Sedes huius gentis ignoratur. 17 Non accusativum pluralis Graecae flexionis, sed indigenam formam nominis indeclinabilem

βαθεῖαι[22] ὡς μέχρι γονάτων καταδύνειν[23] ἄνδρα[24], ‖ τὸν πο-

---

probabiliter agnoscit Lagarde. Partem nationis antiquissimae *Agaú* significari iam Montfaucon agnovit; probat Dillmannus reiectis aliorum opinionibus, ex quibus ea quam St. Martin proposuit, regionem *Addagô* infra montes terrae *Semên* (not. 19) sitam indicari, nominis quidem similitudine commendatur, sed ferri nequit quia illa in sinistra fluminis *Takaze* ripa est (cf. not. 7. 13). 18 St. Martin regionem *Kalue* in sinistra fluminis *Takaze* ripa infra montes terrae *Semên* (not. 19) intellegit, id quod propter ea quae not. 17 indicavi probari nequit. Dillmann gentem *Kelau* cuius et fama antiquitus magna esset et nunc quoque quaedam reliquiae exstarent agnovit. Mihi haud improbabile visum est, oppidum Coloën in vicinia Axomis situm cum agris circumiacentibus significari; de quo cf. Peripl. mar. Erythr. 4 p. 260, 7 sqq. Müller: καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐν τῇ 'Ορεινῇ ἤπειρον ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς θαλάσσης ἐστὶν ἡ Ἀδουλί, κώμη σύμμετρος, ἀφ' ἧς εἰς μὲν Κολόην μεσόγειον πόλιν καὶ πρῶτον ἐμπόριον τοῦ ἐλέφαντος ὁδὸς ἐστὶν ἡμερῶν τριῶν, ἀπὸ δὲ ταύτης εἰς αὐτὴν τὴν μητρόπολιν τῶν Αὐξωμιτῶν λεγομένων ἄλλων ἡμερῶν πέντε. Ptolemaeus IV, 7, 8 p. 778, 5 καὶ ἄποθεν τῶν ποταμῶν εἰσι μεσόγειοι πόλεις ἥ τε Ἀξούμη — καὶ ἡ Κολόη πόλις. Vix monendum est Κολόην λίμνην (*Tsana*, Ptolemaeus IV 7, 7 p. 775, 11) nulla re nisi nominis similitudine hoc oppidum attingere. Et nomen et situs oppidi, prope *Ḥalai* in ipso angulo septentrionali et orientali terrae editae *Tigre*, si quid video optime quadrant. 19 Σαμινε R, Σεμῆναι F. Illum postremae, hunc duarum priorum syllabarum veram scripturam conservasse apparet. Nam terminatio -ε, quam haud improbabiliter Lagardius vocalem attenuatam similem *e* finalis sermonis Germanici recentioris vel vocalis *schᵉwa* linguae Hebraicae interpretatur, identidem in hoc titulo recurrit. Nomen *Semên* vero hodie quoque habet regio sita in sinistra fluminis *Takaze* ripa, ideoque ei qui Axomi venit trans flumen. Dillmann. 20 Nilum hic dici Astaboram (hodie in superiore cursus parte *Takaze*, in inferiore *Atbara*), qui ex montibus Abessiniae ortus ab oriente in Nilum influit (R. Pietschmann ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 1772) consentiunt interpretes, neque ullum relinquit dubitationi locum regionis *Semên* mentio (not. 19). 21 Montes tractus *Semên*, altissimi illi quidem totius Abessiniae, usque ad 4620 metra Gallica (*Ras Daschan*) attolluntur. 22 Etsi haec de glacie et nivibus aliquantum exaggerata videntur, tamen asperrimam et propter frigora inhospitalem terram altitudo montium (not. 21) efficit; quare sexto etiamtum p. Chr. n. saeculo reges Axomitarum homines propter scelera damnatos illuc relegare solebant. Cf. Cosmae II, 144 (p. 108 C, 1 Migne) ἀλλὰ καὶ Σεμῆναι, ἔνθα λέγει τὰς χιόνας καὶ τὰ κρύη γίνεσθαι, ἐκεῖ ἐξορίζει ὁ βασιλεὺς τῶν Ἀξωμιτῶν ἡνίκα τινὰ καταδικάζει πεμφθῆναι ἐν ἐξορίᾳ. 23 Sic F, καταδύειν R. Hoc recepit Lagarde. At cum δύειν transitivum, δύνειν ut δύεσθαι intransitivum sit, illud hic ferri posse non videtur. Etenim neque locutio 'αἱ χιόνες καταδύουσι τὸν ἄνδρα' probabilis est, neque soloecismus imputari debet tituli auctori, cum alter ex codicibus lectionem ab omni parte rectam praebeat. 24 ἄνδρα F, τὸν ἄνδρα R, quod non

ταμὸν διαβὰς ὑπέταξα . ἔπειτα Λασινὲ[25] †[c] καὶ Ζαὰ[26] καὶ | Γαβαλά[27], οἰκοῦντας παρ' ὄρε⟨σ⟩ι[28] θερμῶν ὑδάτων βλύοντι[29] καὶ | καταρρύτῳ[30], Ἀταλμὼ[31] †[d] καὶ Βεγὰ[33] καὶ τὰ σὺν αὐτοῖς ἔθνη

†[c] [τα]ῦτα ἔθνη [ἕω]ς τῆ[ς] σήμε[ρον] οὕτως καλοῦνται R
†[d] [το]ὺς Βλέμμυας[32] . ωσὶχ καλοῦσιν οἱ Αἰθίοπες : Ταγ[γαΐτα]ς καλεῖ τοὺς Ἀτια . . καὶ τοὺς Ἀδρα . . ς F

intellego. Ceterum omnia quae usque ad hunc locum enumerantur, intra regionem quae hodie *Tigre* appellatur eiusque proximam viciniam sunt. Iam cum fere omnes eius partes, etiam illas quae proxime attingebant agrum oppidi Axomitarum, singillatim hic a se demum subactas testetur rex, perspicitur quod ille a prioribus regulis (v. 30) acceperat imperium angustissimos fines habuisse. Dillmann. 25 Ignotam esse hanc gentem profitetur Dillmannus reiectis antiquiorum opinionibus a similitudine nominis neutiquam probabilibus (*Baxen* St. Martin, *Lasta* et *Aina* von Kloeden). 26 Flumen *Tsocha* in orientali regionis *Begemder* parte iniuria huc trahi a prioribus observat Dillmann. 27 Haec quoque gens vel regio ignoratur. Sed hunc totum locum tituli ad terras quae *Tigre* a septentrionibus attingant spectare summa cum probabilitate statuit Dillmann. Utique erravit Glaser, qui haec loca in Arabia quaesivit. Nam ex verbis καὶ πέραν δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης v. 25 necessario sequi omnia quae ante nominata essent in Africa esse verissime monuerunt Lagarde et Müller. 28 ὄρεσι codex uterque. Singularem coniectura restituit Lagarde propter ea quae not. 29. 30 exponentur. Sed originem corruptelae eo refert, quod fortasse ΟΡΕΕΙ scriptum fuerit in lapide, ut ΑΡΕΕΙ v. 36. 38 Hoc quidem probare nequeo. Nam illud Ἄρεει, pro quo F utrobique recte Ἄρεϊ exhibet, profecto neque auctori tituli imputandum est neque Cosmae, sed librario codicis Vaticani, qui usquequaque vocales et diphthongos in F recte scriptas confundit et corrumpit (v. supra). 29 Sic R; in F βλύζουσι quidem est, sed litteris ζουσ a prima manu in litura repositis, ut recte Lagardius collegerit hic quoque antiquitus singularem fuisse, sed propter mendosum ὄρεσι, quod librarius iam in exemplo quod exscriberet invenisset, coniectura pluralem substitutum. 30 Sic R. καταρρύτοις F, sed dextra parte litterae ο et integris ις in rasura rescriptis. Cf. not. 29. 31 Regionem ignotam esse pronuntiavit Dillmannus reiectis coniecturis quibusdam priorum plane improbabilibus. 32 De Blemmyum gente cf. infra n. 201, 3. 16. Illic scripturam Βλέμυες per simplicem μ habes, quae apud omnes poëtas metro confirmatur. V. Sethe ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III 1 p. 566 sq. Praecipuae eorum sedes in Nubia inferiore ad Nilum meridiem versus ab Aegypto fuerunt, sed certe Cosmae aetate eos inde per desertum usque ad littus maris rubri e regione Arabiae pertinuisse docent scholia *l m* versui 29 ascripta. Quid vero nomina mutilata quae in scholiis *d* sunt sibi velint et ad quasnam potissimum regiones spectent, latet. 33 Cf. 200, 4 Βουγαειτῶν, quam eandem gentem esse recte statuunt interpretes. Βούγεα apud Epiphanium haeres. II p. 703 ed. Pet. esse, itemque non modo in titulis

πάντα. | Ταγγαϊτῶν[34] τοὺς[35] μέχρι τῶν τῆς Αἰγύπτου ὁρίων οἰκοῦντας[36] ὑποτάξας | πεζεύεσθαι ἐποίησα τὴν ὁδὸν ἀπὸ τῶν τῆς ἐμῆς βασιλείας τόπων ‖ μέχρι Αἰγύπτου[37]. ἔπειτα Ἀννινὲ[38] καὶ Μετινέ[39]†[e], ἐν ἀποκρήμνοις οἰκοῦν|τας ὄρεσιν, Σεσεὰ[40]†[f] ἔθνος ἐπολέμησα, οὓς καὶ μέγιστον καὶ δυσ-

†[e] [ἀννίνε] καὶ μετίνε : ἔ[τι καὶ] νῦν ταῦτα τὰ ἔ[θνη ο]ὕτω καλοῦνται F

†[f] [τ]ὰ τῆς Βαρβα[ρ]ίας[41] ἔθνη ἐνταῦθα δηλοῖ R

Axomiticis lingua indigenarum (*Geʿez*) exaratis commemorari hanc gentem, sed frequentem etiamtum apud geographos Arabum esse eius memoriam, quorum aetate eaedem fere per illas regiones eius partes fuissent atque antea Blemyum, adnotat Dillmann. Nomades fuerunt qui finitimos rapinis et incursionibus infestarent. Quod illi usque ad Aegypti fines eos pertinuisse indicant, hic vero rex manifesto Tangaïtas inter ipsos et Aegyptum habitare dicit, id Dillmannus ita expedivit ut duas eiusdem nationis gentes his nominibus appellatas statueret. 34 Sic R, ·τ·αγγαΐτας F, sed ας in rasura rescripto et accentu postea demum addito, ut hunc quoque codicem primo genetivum habuisse, postea librarii arbitrio propter οἰκοῦντας accusativum repositum probabile sit. Neque vero ullam offensionem habet genetivus partitivus. Sane sic eam modo partem gentis a se perdomitam gloriatur rex, per cuius fines iter in Aegyptum faciendum erat; sed hoc modo eius intererat, quoniam hic et alibi ante omnia commercio mercatorum tutas vias aperire studebat (not. 48. 54. 70). Tangaitas nationem quae hodie *Tâka* appellatur, septentrionem versus a terra *Tigre* a flumine *Atbara* usque ad portum maris rubri *Sauakin* pertinentem interpretatur Letronne Journal des savants 1825 p. 221 sqq. probante Dillmanno. 35 Sic nunc in F est, sed antiquam scripturam manifesto mutatam esse ac τῶν fuisse videri testatur Lagarde. τὰ R, quod ille recepit, iniuria si quid video. Nam ut τὰ μέχρι τῶν τῆς Αἰγύπτου ὁρίων reprehensione caret, sic Ταγγαϊτῶν οἰκοῦντας sine articulo τοὺς soloecum est et plane intolerabile. Quare τοὺς coniectura quidem esse videtur librarii F, sed omnino necessaria. 36 Cf. not. 34. 37 I. e. usque ad terminos imperii Romani, quibus abstinere multis de causis regis intererat. Mommsen. 38 ΑΝΝΗΝЄ R. Gens ignota. 39 Ne hoc quidem nomen alibi occurrit. Utramque vero nationem septentrionem versus ab Axomi iuxta Bega et Tangaïtas fuisse opinatus est St. Martin, cui recte obloquitur Dillmann. Etenim finium Aegypti mentio demonstrat, illam quidem partem versus ultra Tangaïtas nihil amplius regno adiungi potuisse. Quare ad meridionales potius et occidentales fines Abessiniae in margine praerupto, quo montuosa regio ad campum *Samhara* demittitur, has gentes quaerendas esse. 40 Regio ignota. Priorum coniecturas nulla probabilitate commendatas iure reiecit Dillmann. 41 Lagarde p. 203 provocat ad Ptolemaeum Geogr. IV, 7, 10 p. 779, 14 ἡ δ' ἐντεῦθεν (a finibus Trogodytices meridionalibus) μέχρι τοῦ Ῥάπτου ἀκρωτηρίου παράλιος πᾶσα Βαρβαρία, Ἀζανία

βατώ|τατον[42] ὄρος ἀνελθόντας περιφρουρήσας κατήγαγον καὶ ἀπελεξάμην | ἐμαυτῷ τούς τε νέους αὐτῶν καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ παρθέ|νους καὶ πᾶσαν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς κτῆσιν. Ῥαύσων[43] †[g] ἔθνη ‖ μεσόγεια[44] λιβανωτοφόρων βαρβάρων, οἰκοῦντα ἐντὸς πεδίων μεγάλων | ἀνύδρων[45], καὶ Σωλατὲ[46] †[h] ἔθνος ὑπέταξα, οἷς καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς τῆς θα|λάσσης φυλάσσειν ἐκέλευσα †[i]. ταῦτα δὲ πάντα τὰ ἔθνη ὄρεσιν ἰσχυ|ροῖς πεφρουρημένα αὐτὸς ἐγὼ ἐν ταῖς μάχαις παρὼν νικήσας καὶ | ὑποτάξας ἐχαρισάμην αὐτοῖς πάσας τὰς χώρας ἐπὶ φόροις. ἄλλα δὲ ‖ πλεῖστα ἔθνη ἑκόντα ὑπετάγη μοι ἐπὶ
B φόροις. καὶ πέραν δὲ τῆς Ἐρυθρᾶς | θαλάσσης[48] οἰκοῦντας

†[g] [τὰ] τῆς Βαρβαρίας ἔ[θν]η λέγει

†[h] Σολατε λεγόμενοι αι οι ποροθ οι ἐπὶ τὴν Βαρβαρίαν R [Σ]ωλάτε γὰρ τοὺς [κατὰ τ]ὴν Βαρβαρίαν [Τιγ]ρήτας[47] τοὺς πα[ραλ]ίους λέγει F

†[i] μέχρι τοῦ νῦν ὅλοι οἱ Τιγρῆται[47] τὰ παράλια οἰκοῦσι μέρη ἀπὸ Ἀδούλ(εως) μέχρι τῶν τῆς Βαρβαρίας τόπων F

δὲ ἡ ἐνδοτέρω, ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐλέφαντες. Commemoratur iam in periplo maris Erythraei, ubi a meridie attingere dicitur eam littoris partem quae sub Zoscalis Axomitarum regis imperio sit; cf. c. 5 p. 261, 8 βασιλεύει δὲ τῶν τόπων τούτων ἀπὸ τῶν Μοσχοφάγων μέχρι τῆς ἄλλης Βαρβαρίας Ζωσκάλης. Cf. etiam Ptolem. Geogr. IV, 7, 1 p. 755, 11 τῷ Βαρβαρικῷ πελάγει. 7, 4 p. 766, 1 ἐν δὲ τῷ Βαρβαρικῷ κόλπῳ. 7, 4 p. 767, 5 Ῥάπτα μητρόπολις τῆς Βαρβαρίας μικρὸν ἀπὸ θαλάσσης. 42 δυσβατότατον R. 43 Rhapta caput Barbariae apud Ptolemaeum (v. not. 41) Montfaucon huc rettulit, id quod situ quidem haud ineptum, sed similitudine nominis parum comprobatum est. Ῥάψιοι Αἰθίοπες (Ptolemaeus IV, 8, 2 p. 789, 8), de quibus Franzius cogitavit, nimis remoti sunt ab Abessinia. Quare recte Rhausos illos aliunde notos esse negat Dillmann. 44 Sic F, μεσόγια, quod eodem redit, R. Quare nescio quo iure quave auctoritate editores ante Lagardium μεσόγαια exhibeant. Certe μεσόγειος proba et antiqua huius vocabuli forma est. Cf. C. I. Att. II, 602, 2. 10. 11. 603, 5. 10. 15. 45 Meridiem et occidentem versus ab Abessinia. 46 Sic F, ϹΟΛΑΤЄ R. Quod Cosmas in Barbaria (not. 41) hanc gentem quaerit, vix erraverit, siquidem meridiem versus ab Aduli eam fuisse totus narrationis ordo, in littore maris vero sedes habuisse definitum tituli testimonium arguit. 47 Cf. not. 15. 48 Manifesto hic sinus Arabicus intellegitur ut n. 69, 6. Cf. ibi not. 6. Dillmannus has expeditiones

Ἀρραβίτας[49] καὶ Κιναιδοκολπίτας[50] †[k] στράτευμα ναυτι|κὸν καὶ πεζικὸν διαπεμψάμενος καὶ ὑποτάξας αὐτῶν τοὺς βασιλέας φό|ρους τῆς γῆς τελεῖν ἐκέλευσα

†[k] Ἀραβίτας ἐντ[αῦθα] τοὺς Ὁμηρίτας[51] [κα]λεῖ : καὶ Κιναιδοκ[ολπί]τας τοὺς παρ' ἄλ[λοις] Ἀδανίτας[52] καλ[ουμένους] F.* Ἀρραβίτας καὶ Κιναιδοκολπίτας τοὺς εἰς τὸν

transmarinas vix sine Romanorum permissione atque adeo adiumento suscipi potuisse existimat, quia credibile non esset regem satis magnam navium ad hunc usum idonearum copiam habuisse. Neque improbabile esse Romanos ei morem gessisse, quia eorum non minus quam ipsius interesset navigationem ab Arabum aliorumque barbarorum latrociniis tutari. 49 Gentes Arabicas in universum interpretatur Dillmann; quod ni fallor propter adiunctum καὶ Κιναιδοκολπίτας, qui ipsi quoque Arabes sunt, probari nequit. Cum v. 29 a septentrione ad meridiem describat spatium orae occidentalis a se pacatae, etiam hic Arabitas magis ad septentrionem, Cinaedocolpitas ad meridiem vergere consentaneum est. Itaque recte illos non longe ab Leuce come incoluisse statuit Lagarde. 50 Cf. Ptolemaeus Geogr. VI, 7, 5 Κιναιδοκολπιτῶν χώρας· Κόπαρ κώμη· — Ἄργα κώμη· — Ζαβρὰμ βασίλειον· — Κέντος κώμη· — Θῆβαι πόλις· — Βαιτίου ποταμοῦ ἐκβολαί· — αἱ πηγαὶ τοῦ ποταμοῦ. 7, 20, 17: καὶ ἄλλα ἀνώνυμα (ὕδατα) ὑπὲρ τε τοὺς Κιναιδοκολπίτας καὶ ὑπὲρ τοὺς Κατανίτας. 7, 23, 10: καὶ παρὰ τοὺς Κιναιδοκολπίτας Μαλῖχαι. Gentem Arabice *Kinâna* vocatam intellegit Dillmann. Apparet Graecos indigenarum appellationem ita ad suam linguam detorsisse, ut orae maritimae partem ubi illi incolerent Κιναίδων κόλπον vocaret, unde illud ethnicon legitime derivatur. Eos orae occidentalis eam partem incoluisse, quae maxime ad meridiem vergit, propter ea quae not. 49 exposui probabile est. 51 Homeritae ex gentibus littoris meridionalis ea, quae maxime ad occidentem vergit, in ipso angulo, ab antiquioribus scriptoribus non commemorantur, ne a Strabone et Mela quidem. Primus apud quem eorum mentio fiat Plinius N. hist. VI, 158. 161 est. Praeterea cf. Peripl. mar. Erythraei c. 23 p. 274, 10. Marcianus Peripl. mar. ext. 18 p. 527, 18. Ptolemaeus Geogr. VI, 7, 9. 25. Steph. Byz. s. v. Quod facile inde explicatur, quod gens antiquissima usque ad medium saeculum p. Chr. n. primum sub dicione Sabaeorum finitimorum (cf. Peripl. mar. Erythr. l. l. Χαριβαήλ, ἔνθεσμος βασιλεὺς ἐθνῶν δύο, τοῦ τε Ὁμηρίτου καὶ τοῦ παρακειμένου λεγομένου Σαβαΐτου) fuit ideoque volgo illorum nomine una comprehendebatur, ut hic quoque v. 29 fit. Inde etiam intellegitur, quo pacto Plinius quidem ex Aelii Galli narratione Homeritas numerosissimam illarum regionem gentem apellet, Strabo vero, qui Galli amici infortunatam expeditionem Arabicam prolixe describit, de Sabaeis quidem verba faciat, Homeritas vero nusquam commemoret. Cosmam suae aetatis usum secutum Cinaedocolpitas qui attingant Sabaeos pro Homeritis habere non mirum est, sed cum hi ipso potius Sabaeorum nomine contineantur, illos ab septentrione in littore occidentali Homeritarum finitimos esse probabile est. Certe Arabitae perversissime iidem cum Homeritis dicuntur. Cf. not. 49. 52 Incolae oppidi Adana (Athenae

καὶ ὁδεύεσθαι μετ' εἰρήνης καὶ πλέεσθαι[54], | ἀπό τε Λευκῆς κώμης[55] †[1] ἕως τῶν Σαβαίων[58] χώρας ἐπολέμησα. *[m]
C πάντα δὲ ταῦ||τα τὰ[59] ἔθνη πρῶτος καὶ μόνος βασιλέων τῶν πρὸ ἐμοῦ[60] ὑπέταξα δι' ἣν[61] ἔχω | πρὸς[62] τὸν μέγιστον θεόν μου Ἄρην[63] εὐχαρι-

Ὁμηρίτην σημαίνει, τοῦτ' ἐστὶ τοὺς ἐν τῇ Εὐδαίμονι Ἀρραβίᾳ[53] R

†[1] Λευκὴν κόμην κ[αλεῖ] τὸ λεγόμενον Λευ -------[56] ἐπὶ τὰ μέρη τῶν Β[λεμ]μύων[57], ὃν παρὰ θ[άλασσαν] F

*[m] εἰς τὰ μέρη τῶν Βλεμμύων ἐστὶν κώμη καλουμένη τὸ Λευκογην R

Plin. VI, 159. Ἀδάνη Philostorgius Hist. eccl. III, 4), quod alibi apud veteres regionis totius nomine Εὐδαίμων Ἀραβία appellatur (Periplus mar. Erythr. c. 26 p. 276, 6. Ἀραβία ἐμπόριον Ptolemaeus Geogr. VI, 7, 9, 6. Mela III, 80: *urbes sunt Charra et Arabia et Gadanus*, qui sane de situ vehementer errat), sed usque ad hodiernum diem conservavit antiquum nomen (*Aden*). 53 Totius terrae Arabiae ea pars quae maxime ad occidentem et meridiem vergit (*Yemen*), in qua praeter alias minores gentes fuerunt Sabaei (not. 58) et Homeritae (not. 51). Nam de oppido portuque (not. 53) hic certe non est cogitandum. 54 Vides hic quoque quantum in imperii Axomitarum origine et propagatione valuerit cura commercii et mercaturae. 55 Cf. Strabo XVI, 4, 23 p. 780 Cas. πολλὰ δὲ παθὼν καὶ ταλαιπωρηθεὶς (Aelius Gallus anno 25 a. Chr. n.) ἧκεν εἰς Λευκὴν κώμην τῆς Ναβαταίων γῆς ἐμπόριον μέγα, πολλὰ τῶν πλοίων ἀποβαλών —· τοῦτο δ' ἀπειργάσατο ἡ τοῦ Συλλαίου κακία τοῦ πεζῇ φήσαντος ἀνόδευτα εἶναι στρατοπέδοις εἰς τὴν Λευκὴν κώμην, εἰς ἣν καὶ ἐξ ἧς οἱ καμηλέμποροι τοσούτῳ πλήθει ἀνδρῶν καὶ καμήλων ὁδεύουσιν ἀσφαλῶς καὶ εὐπόρως εἰς Πέτραν [καὶ] ἐκ Πέτρας, ὥστε μὴ διαφέρειν μηδὲν στρατοπέδου. § 24 p. 781 πάλιν ἐκ τῆς Λευκῆς κώμης ὁ Γάλλος ἀναζεύξας τὴν στρατιὰν διὰ τοιούτων ᾔει χωρίων ὥστε καὶ ὕδωρ καμήλοις κομίζειν Periplus mar. Erythr. c. 19 p. 272, 11 sqq.: ἐκ δὲ τῶν εὐωνύμων Βερνίκης ἀπὸ Μυὸς ὅρμου δυσὶ δρόμοις ἢ τρισὶν εἰς τὴν ἀνατολὴν διαπλεύσαντι τὸν παρακείμενον κόλπον ὅρμος ἐστὶν ἕτερος καὶ φρούριον, ὃ λέγεται Λευκὴ κώμη, δι' ἧς [ὁδός] ἐστιν εἰς Πέτραν πρὸς Μαλίχαν, βασιλέα Ναβαταίων. ἔχει δὲ ἐμπορίου τινὰ καὶ αὐτὴ τάξιν. c. 20 p. 273, 6: μετὰ δὲ ταύτην εὐθέως ἐστὶ συναφὴς Ἀραβικὴ χώρα κατὰ μῆκος ἐπὶ πολὺ παρατείνουσα τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. Extrema igitur fuit ad meridiem Nabataeorum nationis simulque imperii Romani, unde intellegitur, cur non amplius septentrionem versus progressus sit rex Axomitarum. Mommsen. Cf. not. 37. Hodierni *al Haurâ* locum tenuisse consentiunt plerique homines docti. V. C. Müller ad periplum mar. Erythr. l. l. 56 Ex neutro τὸ λεγόμενον colligendum est hic idem nomen atque in glossa *m* scriptum fuisse, sed id cum hic mutilum, illic manifesto corruptum sit, alibi vero nusquam traditum, restitui nequit. 57 Blemmyes in Africa habitasse et inter omnes constat et se non ignorare ipse Cosmas indicavit glossa *d* (cf. not. 32). Quare rectissime Lagardius statuit hic non eam mentem esse scriptoris, ut Leucen comen in Blemmyum terra aut prope eam sitam esse dicat, sed e regione illorum

στίαν*[n], ὅς με καὶ ἐγέννησεν[64], δι' | οὗ πάντα τὰ ἔθνη τὰ ὁμοροῦντα τῇ ἐμῇ γῇ ἀπὸ †[o] μὲν ἀνατολῆς μέχρι | τῆς Λιβανωτοφόρου[65], ἀπὸ δὲ δύσεως μέχρι

*[n] Σαβαίων χώρα πάλιν εἰς τὸν Ὁμηρίτην ἐστίν R
†[o] Σάσου καὶ Λιβανω[το]φόρον καλεῖ τὰς τῶν Αἰθιόπων χώρα[ς] Μησάσου, εἰς νό[τον]

---

trans sinum Arabicum. Atqui hoc Graece κατὰ τοὺς Βλέμμυας est, non εἰς vel ἐπὶ. Sed ut εἰς τὰ μέρη nullo modo ita accipi licet, sic praepositionis ἐπὶ usus legitimus est, dummodo participium νεῦον intercidisse statuas. Cf. Polyb. III, 39, 2: Καρχηδόνιοι — τῆς μὲν Λιβύης ἐκυρίευον πάντων τῶν ἐπὶ τὴν ἔσω θάλασσαν νευόντων μερῶν. Vides hic ut nonnunquam alibi (not. 19) Florentinum veriorem memoriam conservasse, quam Vaticanum, cui Lagardius plus auctoritatis tribuit. 58 Natio antiquitus potentissima Arabiae Felicis (*Yemen*), finitima a septentrionibus et oriente Homeritis, qui tamen tum etiam in illorum dicione fuerunt et hic eorum nomine comprehendi videntur. Cf. not. 51. De Sabaeis v. Strabo XVI, 4, 2 p. 768. 4, 19 p. 778. Diodor. III, 46, 1. Mela III, 79. Plin. N. h. VI, 161. XII, 66. Steph. Byz. s. Σαβαί. Periplus mar. Erythr. l. l. Caput eorum erat Mariaba (Strabo et Plinius l. l.), hodie *Mârib*, sita mediterraneo et edito loco septentrionem versus ab Adana (*Aden*). Ceterum particula ἕως Sabaeorum terram regionibus ab Axomitarum rege subactis excludi, non comprehendi manifestum est. Cf. n. 54, 19. 20 ἕως Βακτριανῆς cum nota 24. Quod Cosmas dicit Σαβαίων χώρα πάλιν εἰς τὸν Ὁμηρίτην ἐστίν ipsius quidem aetati convenit, qua Homeritae in Arabia Felici dominabantur, sed cum titulus incideretur vice versa Homeritae inter Sabaeos numerabantur. 59 Articulum omisit R. 60 Cf. not. 1. Non erat cur Dillmannus dubitaret utrum eos qui Axomi ante se regnassent an omnes omnino qui in orbe terrarum fuissent reges intellegeret tituli auctor. 61 Iniuria Franz hic excidisse suspicatus est αἰτίαν, sine dubio quia in εὐχαριστία aliam ac gratiae, quam rex deo habeat propter beneficia accepta, notionem inesse non posse opinabatur. At εὐχαριστία nihil est nisi τὸ εὐχάριστον εἶναι. Adiectivum vero non modo grati animi hominem significat, sed etiam gratiosum, acceptum. Est igitur δι' ἣν ἔχω πρὸς τὸν θεὸν εὐχαριστίαν fere 'quia deus mihi favet'. 62 Praepositionem omittit F. 63 Cf. n. 200, 6. 29. Qui in utroque titulo Graeco Ἄρης est, in monumentis Axomiticis vernacula lingua conceptis (Müller p. 18 v. 2. p. 39 v. 5. p. 44 v. 6) *Maḥrem* appellatur. Quod nomen Lagardius derivavit ab Avestico *Verethragna*, quod apud Persas recentiore aetate in *Bâhram* abiit; ab illis igitur Axomitarum reges haec sacra repetiisse. Hoc quidem mei iudicii non est; sed certe duos reliquos deos, quibus hic rex rem divinam facit (v. 36 τῷ Διὶ καὶ τῷ Ἄρεϊ καὶ τῷ Ποσειδῶνι), nusquam nisi ex Graecorum sacris repetitos esse persuasum habeo. 64 Cf. n. 200, 5 βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς θεο[ῦ] ἀνικήτου Ἄρεως. Similiter Ptolemaeus Epiphanes n. 90, 3 Dei Solis filium se praedicat, et eundem Aethiopum regibus morem fuisse testatur Bio in fragmento quod ibi ascripsi not. 13 (Fr. hist. Gr. IV p. 351 fr. 5). 65 Cf. v. 20, ubi ea potius regio indicari videtur, quae inter meridiem et orientem media est.

τῶν τῆς Αἰθιοπίας[66] καὶ Σάσου[67] | τόπων, ὑπ' ἐμαυτὸν ἐποίησα, ἃ μὲν[69] αὐτὸς ἐγὼ ἐλθὼν καὶ νικήσας, ἃ δὲ ‖ διαπεμπόμενος, καὶ ἐν εἰρήνῃ καταστήσας πάντα τὸν ὑπ' ἐμοὶ κόσμον *p | κατῆλθον εἰς τὴν Ἀδουλὶ[70] τῷ Διὶ καὶ τῷ Ἄρει καὶ τῷ Ποσειδῶνι θυ|σιάσαι ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων[71]. ἀθροίσας δέ μου τὰ στρατεύματα καὶ | ὑφ'[72] ἓν ποιήσας, ἐπὶ τούτῳ τῷ τόπῳ καθίσας τόνδε τὸν δίφρον[73] παρα|θήκην[74] τῷ Ἄρει ἐποίησα ἔτει τῆς ἐμῆς βασιλείας εἰκοστῷ ἑβδόμῳ[75].

καὶ δύσιν κειμένη[ν], τὴν δὲ Βαρβαρ[ίαν] εἰς νότον καὶ ἀνατ[ολὴν] κειμένην. Βαρ[βαρία] δὲ ἐστὶν ἡ τὸν λίβα[νον] ποιοῦσα γῆ. ἡ δ[ὲ] Σάσου χώρα ὑστ[άτη] ἐστὶ τῶν Αἰθιόπων, ἔνθ[α καὶ] πολὺ χρυσίον ἐστὶ τ[ὸ λε]γόμενον τάγχαρας[68]. [ἐπέ]κεινα δὲ ταύτης [ὁ ὠ]κεανὸς παράκειται, ὥσ[περ] καὶ τῶν Βαρβαρεωτῶν [τῶν] τὸν λίβανον ἐμπορευομένων F

*p αὕτη ἡ Σάσου χώρα ὑστάτη ἐστὶν τῶν Αἰθιόπων, ἔνθα καὶ πολὺ χρυσίον ἐστὶν τὸ λεγόμενον τάγχαρας. ἐπέκεινα δὲ ταύτης ὁ ὠκεανὸς παράκειται, ὥσπερ καὶ τῶν Βαρβαρεωτῶν τῶν καὶ τὸν λίβανον ἐμπορευομένων R

---

66 Cum recentiores volgo sermonem antiquum eorum qui Abessiniae montes incolunt (*Ge'ez*) Aethiopicum vocare soleant, veteres Αἰθιοπίας nomine de illis regionibus vix usquam utuntur, sed plerumque campos qui eas ab occidente et meridie attingunt ita appellant, ut monet Dillmann. Hic quoque μέχρι ita accipiendum est, ut v. 29 ἕως (cf. not. 58). 67 Dillmannus provocat ad Cosmam II p. 138 (p. 97 C, 10 Migne): τὴν Σάσου χώραν ὑστάτην οὖσαν τῆς Αἰθιόπων γῆς. 139 (p. 100 B, 1 M.) ἡ δὲ λεγομένη Σάσου καὶ αὐτὴ πλησίον ὑπάρχει τοῦ ὠκεανοῦ, ὡς καὶ τῆς λιβανωτοφόρου γῆς πλησίον ὁ ὠκεανὸς ὑπάρχει, μέταλλα πολλὰ χρυσίου ἔχουσα. Qua ex descriptione et glossa *o p* iure colligit, perperam regionem *Schoa* hic agnosci a Niebuhrio et Mannerto. Neque enim Aethiopiae (not. 66) haec est, sed Abessiniae, neque extrema meridiem versus recte dicitur. Quare aut terram *Kaffa* aut etiam ulteriora loca intellegenda esse. 68 Vox Persica, de qua cf. P. de Lagarde Reliquiae iuris ecclesiastici Gr. p. IX. X. Gesammelte Abhandlungen p. 227. Eadem sine dubio fuit Anthol. Pal. XV, 25, 7. 8: ἐς γὰρ βωμὸν ὁρῇς με μήτε ταγχούρου | πλίνθοις μήτ' Ἀλύβης παγέντα βώλοις, ubi cod. Pal. hoc habet scholion: ὁ δὲ νοῦς· οὐ γὰρ ὁρᾷς με οὔτε χρυσοῦν οὔτε ἀργυροῦν· τάγχουρος γὰρ ὁ χρυσός. ἡ δὲ λέξις Περσική. Locus innumeris coniecturis tentatus sane non potest ab omni parte sanus esse, quia pro molosso ταγχούρου metrum flagitat spondeum. At huic quidem malo facillimam medelam attulit Salmasius cum emendaret τάγχρου, glossam ipsam barbaram vero eandemque

rarissimam tollere restituta volgari voce Graeca χρυσοῦ vel qualibet alia a recta artis criticae via ac ratione alienissimum est. 69 Sic F; idem fuisse in R, sed in ἐποιησάμην mutatum, cuius tres postremae litterae nunc evanuerint, refert Lagarde. 70 Ἀδουλι R a prima manu, Ἀδουλη idem correctus, Ἀδούλην F. Illud Lagardium secutus praetuli, quia in hoc titulo multae sunt nominum formae barbarae indeclinabiles, quas in Graecas flexiones mutatas esse a librariis probabile est, vice versa non item. Adde quod etiam Graecus scriptor omnium qui oppidi mentionem faciant antiquissimus idemque huic titulo tempore suppar hanc formam habet; cf. Peripl. maris Erythraei 4 p. 259, 6: μετὰ δὲ τὴν Πτολεμαΐδα τὴν τῶν θηρῶν ἀπὸ σταδίων ὡς τρισχιλίων ἐμπόριόν ἐστι νόμιμον ἡ Ἀδουλί, κείμενον ἐν κόλπῳ βαθεῖ κατ' αὐτὸν τὸν νότον, οὗ πρόκειται νῆσος Ὀρεινὴ λεγομένη. p. 260, 7: καὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἐν τῇ Ὀρεινῇ ἤπειρον ἀπὸ σταδίων εἴκοσι τῆς θαλάσσης ἐστὶν ἡ Ἀδουλί, κώμη σύμμετρος. v. 14 ἐκεῖθεν δὲ εἰς Ἀδουλί. c. 22 p. 275, 12 καὶ τὰ ἀπὸ τῆς πέραν Ἀδουλὶ προειρημένα φορτία πάντα. Tertio demum p. Chr. n. saeculo nomen Graece declinat Ptolemaeus IV, 7, 2 p. 759, 4 Ἄδουλις ξζ' ια' γο'', itemque aliquot saeculis post Procopius B. Pers. I, 19 Ἄδουλις δὲ ἡ πόλις ἀπὸ τοῦ λιμένος μέτρῳ εἴκοσι σταδίων διέχει et Steph. Byzant. s. v., qui formam ς finali carentem novit quidem, sed canona Herodiani secutus damnat. Ἀδούλη est apud Cosmam, ex cuius libri tenore in tituli verba intulit librarius. Nomen manifesto barbarum, quare miror homines doctos serio quaerere, quid subsit narrationi Plinii Nat. hist. VI, 172: *oppidum Aduliton. Aegyptiorum hoc servi profugi a dominis condidere.* Quam plane ficticiam esse pro certo habeo, siquidem manifesto ex illo studio barbaris vocabulis Graecas origines obtrudendi nata est; etenim de α privativo et nomine δοῦλος cogitavit quisquis haec commentus est. Situm erat oppidum ad littus sinus Arabici haud procul ab hodierno *Massaua.* Quod ante Plinium et periplum maris Erythraei non commemoratur, inde non recte colligi Ptolemaeorum aetate omnino nondum fuisse recte concedunt qui de hoc titulo dixerunt. Sed eidem non minus recte negant iam tum eporium alicuius momenti fuisse, quia aliter sine dubio Agatharchides, Artemidorus, Strabo eam commemoraturi fuerint. Immo una cum regno Axomitico etiam hoc emporium conditum est a rege huius tituli auctore, qui ut in omni molimine multas longe lateque gentes sceptro suo subiciendi mercaturae et commercii tam terrestris quam maritimi praecipue rationem habuit (not. 34. 48. 54), sic quantum huic portui tribueret cum re divina quam ibi tribus deis summis atque inter eos Neptuno maris domino fecit, tum hoc ipso monumento illic potissimum constituto indicavit. Et mansit Adulis emporium regni Axomitarum per quattuor saecula, siquidem Cosmas de sua aetate dicit II, 140 (p. 101 A, 8 Migne): ἐν τῇ Ἀδούλῃ —, λιμένι ὑπαρχούσῃ τοῦ Ἀξωμιτῶν ἔθνους, ἔνθα καὶ τὴν ἐμπορίαν ποιούμεθα, οἷον ἀπ' Ἀλεξανδρείας καὶ ἀπὸ Ἐλὰ ἐμπορευόμενοι. Cf. etiam Dillmann p. 200 sq. 71 In F littera Ο in rasura rescripta est. Antea ω fuisse putat Lagarde non improbabiliter. Atticos sane πλωΐζω, πλωΐζομαι praeferre, recentiores vero utraque forma promiscue uti docuit Lobeck ad Phrynichum p. 614 sqq. 72 Sic F, ЄΦ R. 73 Solium regiae maiestatis regiique imperii signum. Quare ante illud etiam Cosmae aetate supplicia de condemnatis sumebantur. Cf. Cosmas II 140 (p. 108 B, 3

Migne): ἕως δὲ τῆς σήμερον ἡμέρας ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ ἔνθα κεῖται ὁ δίφρος ἔμπροσθεν αὐτοῦ τοὺς καταδίκους φονεύουσιν. 74 Ex notionibus huius nominis quae Graecis familiares sunt (depositum, pignus, additamentum) nulla huc quadrat. Quare rei dedicatae vis, nata illa quidem ex quadam verborum ἀνατίθημι et παρατίθημι confusione, ei tribuenda erit. 75 Sic plene F, cum R notas numerales KZ habeat.

---

200 Inter rudera veteris Axomitarum oppidi tabula lapidis duri, quem *lava* vocant recentiores, in fronte hunc titulum gerens, in parte postica eadem fere Aethiopice conscripta, sed magna ex parte evanida. Graeca primus anno 1805 exscripsit Salt, et edidit in libro Voyages and travels to India, Ceylon, the red Sea, Abyssinia and Egypt by George Viscount Valentia III p. 179 sqq. Accuratius iterum exhibuit Salt Itin. Abyssin. 1814 p. 411 (Letronne Matériaux pour l'histoire du Christianisme p. 24. 31. J. Franz C. I. G. 5128). Graecum titulum ex Th. Bentii ectypo chartaceo, adiuvantibus A. Wilhelmo et Tkačio, edidit D. H. Müller Denkschr. der Akad. der Wiss. zu Wien, Phil.-hist. Classe XLIII 1894 p. 16 sqq., et accurate delineatam tituli imaginem proposuit ibidem tab. I. Aethiopica item ex Bentii ectypo exhibuit idem p. 18 sqq. Cf. quae de titulo disputaverunt Ph. Buttmann Museum für Alterthumswissenschaft II p. 575 sqq. Vivien de St. Martin Journal Asiatique VI, 2 p. 363 sqq. A. Dillmann Abh. der Kgl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin 1878 p. 205 sqq.

Ἀειζανᾶς[1] βασιλεὺς Ἀξωμιτῶν[2] κα[ὶ] | ῾Ομηριτῶν[3] καὶ τοῦ

Litterae ΑΒΒЄΖϨΘΜΜΛΣΟΠϹΩ, altae et tenues. Particula καὶ sexiens (v. 4. 21. 24. 26. 30. 31) Κ Κ est, alibi semper plene scribitur. 1 Reges Axomitarum Ἀΐζανᾶς et Σαζανᾶς noti sunt ex epistula, quam Constantius imperator ad eos dedit anno 356 p. Chr. n., servata apud Athanasium apolog. ad Constant. I p. 313 ed. Bened. In fine harum litterarum illi a principe ἀδελφοὶ τιμιώτατοι appellantur. Quos eosdem esse qui hic v. 1. 9 sint inter omnes interpretes convenit. Iam paullo ante 356 a. Chr. hanc stelam dedicatam apparet, quia certissima paganae religionis vestigia habet (v. 29, cf. not. 11. 31), cum illarum litterarum principis tempore manifesto reges iam Christiani fuerint. Qua cum re perbene convenit, quod hic etiamtum Aïzanas solus regnat, fratrum uterque privatus est, cum illic iam aetate proximum Saïazanam in regni societatem receperit. Non igitur fuit cur quis miraretur tertium fratrem Ἀδηφᾶν (v. 9) in Constantini epistula non comparere; nempe is aut semper in condicione privata permansit aut certe anno 356 p. Chr. n. nondum ad regiam dignitatem evectus erat. Cum haec omnia

῾Ραειδᾶν[4] καὶ Αἰθ|ιόπων[5] καὶ Σαβαειτῶν[6] καὶ τοῦ Σιλεῆ[7] |

perspicua sint, difficultatem habere visa est huius tabulae cum recensu regum Axomitarum comparatio, a quo Aïzanae et Saïazanae nomina absunt. Atque antiquiores quidem, ut Salt, Niebuhr, Franz, eosdem esse statuunt qui illic *el-Abreha* et *el-Atxbeha* appellentur. At cum iam exploratum sit (cf. Dillmann p. 194. Müller p. 25) illum laterculum neutiquam fide dignum esse non in annorum modo numeris, sed ne in ipsis quidem regum nominibus, haec quidem quaestio vana est. Idem catalogus ne Zoscalem quidem Axomitarum saeculo primo p. Chr. n. ad finem vergente regem (n. 199[1]) habet, frustraque subtilibus artificiis homines docti nonnulli eius nomen illi obtrudere conati sunt. Regis Aïzanae nomen in titulo eiusdem tabulae Aethiopico sermone composito *ʿAyzân* est, unde Müller rectissime collegit, triphthongam scripturam per αει in Graeco exemplari propterea adhibitam esse, quia litteris αι diphthongus *ay* non satis exprimi potuisset. Ac mea quidem sententia cur id fieri nequiverit in propatulo est. Namque saeculo p. Chr. n. quarto medio iam ubicunque homines Graece loquebantur αι in simplicem vocalem *ē* vel *ä* coaluisse cum innumera alia exempla docent, tum huius ipsius tituli v. 29. 31 μαι pro με, ἀργύραιον pro ἀργύρεον. Eadem plane ratione Graeci aetatis inferioris aliquando cum Latinam diphthongum *au* suis litteris reddere vellent, αου scripserunt, quoniam ipsorum αυ tum iam ut hodie *av* aut *af* sonabat. Ceterum in ῾Ραειδᾶν v. 2 eandem atque hic esse triphthongi rationem observavit Müller. 2 Cf. n. 199[1. 3]. 3 Cf. n. 199[51]. Arabiae felicis (*Yemen*) partem occidentalem circa medium saeculum p. Chr. n. quartum in dicione regum Axomitarum fuisse memoriae proditum quidem nusquam alibi est. Sed cum constet iam ipsum regni auctorem in Arabia bellasse, etsi is quidem Arabiam felicem non attigit, sed in littore occidentali tamen usque ad eius terminos gentes feras vicit potius quam regno suo adiunxit, cum item constet, circa annum 525 p. Chr. iterum has regiones ab Aethiopibus qui vocantur subactas esse, nihil miri aut suspecti habere tituli de ea re testimonium verissime pronuntiavit Müller. Id unum fortasse ambigi licet, utrum tum ipsum etiam in possessione fuerit rex, an titulos modo regionum quibus quondam aut ipse aut maiores eius potiti erant, ipsis amissis retinuerit. 4 *Raydân* arx regia fuit in oppido *Ẓafar*, quod erat caput Homeritarum, id quod Dillmannus p. 207 not. 1 testimonio Hamdanii probavit. Significatur igitur dominium terrae duplici ratione, primum gentis quae eam habitat nomine, deinde regiae appellatione. Idem habes infra in Sabaeis (not. 6. 7). De scriptura per αει cf. not. 1. 5 Cf. n. 199[66]. Hic quoque non incolas montium Abessiniae, sed meridionales eorum vicinos innui patet. Sed mireris quod hi uni ex gentibus Africanis mediis interponuntur Arabibus. Quam rem expedivit Dillmann cum moneret, antiquitus regem (*Tubbaʿ*) Homeritarum, et sub eius imperio principem (τύραννον) Mopharitidis possedisse Muza itemque Rhapta e regione Arabiae felicis in Azania sita; qua de re provocavit ad Periplum maris Erythraei 16 p. 271, 6: νέμεται δὲ αὐτὴν (τὴν Ἀζανίαν) κατά τι δίκαιον ἀρχαῖον ὑποπίπτουσαν τῇ βασιλείᾳ

καὶ τοῦ Τιαμῶ[8] καὶ Βουγαειτῶν[9] κ(αὶ) το[ῦ] ‖ Κάσου[10], βασιλεὺς βασιλέων, υἱὸς θεοῦ | ἀνικήτου Ἄρεως[11], ἀτακτησάντων |

τῆς πρώτης γινομένης Ἀραβίας, ὁ Μοφαρείτης τύραννος. Unde intellegitur facile fieri potuisse ut hi etiam quo tempore Axomitis parebant pro quadam quasi appendice et accessione principatus Homeritarum haberentur. In Aethiopico huius tituli exemplo itemque in aliis regum Axomitarum titulis Aethiopum nomini respondet *Ḥabašat*. Cuius nominis fortuna eadem fuit atque ipsius Αἰθίοπες, Αἰθιοπία; etenim translatum est postea ad illam terram, quae nunc volgo eo (*Habesch*, Abessinia) significari solet. Cf. Müller p. 26 sqq. 6 Cf. n. 199[58]. Hic ut iam in periplo maris Erythraei Homeritae principem locum tenent, Sabaei post illos demum nominantur, sed tamen nondum plane evanuit alterius gentis nomen. Cum forma nominis Σαβαεῖται Franzius comparat Peripl. mar. Erythr. 23 p. 274, 9 ἐθνῶν δύο, τοῦ τε Ὁμηρίτου καὶ τοῦ παρακειμένου, λεγομένου Σαβαΐτου. 7 Cum priores (Salt, Niebuhr, St. Martin) hic oppidum *Zeila* in ora Africana e regione Arabiae Felicis situm invenire sibi visi essent, rectius Dillmann, cui assentitur Müller, arcem regiam nobilissimam *Salḥîn* sitam in oppido *Ma'rib* agnovit. Σαβαειτῶν καὶ τοῦ Σιλεῆ igitur plane eadem ratione coniunguntur ac supra Ὁμηριτῶν καὶ τοῦ Ῥαειδᾶν. Cf. not. 4. 8 Cf. n. 199[16]. Cum multo minor gentium Abessiniae numerus hic sit quam illic, haud improbabilis et Dillmanni coniectura hic appellationes easdem latiore vi usurpari, ut voce Τιαμῶ gentes planiciei editae circa Axomin aut omnes aut pleraeque, nomine Βουγαεῖται quae ab illis septentrionem versus usque ad Aegypti terminos habitent comprehendantur. 9 Eidem qui Βεγά audiunt n. 199, 12, nisi quod hic paullo latius patere videtur nominis vis (not. 8) et praecipue Tangaïtas qui Aegypti fines attingunt (illic v. 13) una continere. Cf. ibi not. 33. 34. Ordinem quo hic se excipiunt Βουγαειτῶν καὶ τοῦ Κάσου invertit exemplum Aethiopicum, mera neglegentia, siquidem inscriptiones regum reliquae indigenarum sermone conceptae, quae titulum regis eundem exhibent, hac in re cum huius exemplo Graeco consentiunt. 10 Utrum ΚΑϹΟΥ an ΚΑΘΟΥ sit non plane dispici, sed tamen fortuitam potius lapidis laesionem quam lineam transversam esse videri testatur Müller. Utique nominis forma titulis Aethiopicis defenditur. Quod vero Franzius dixit, ut probaret Τοκαέου coniunctim legendum esse, articulum in hoc monumento non adiungi nisi indeclinabilibus (τοῦ Ῥαειδάν, τοῦ Σιλεῆ), id per se quidem recte se habet. Sed non est cur negemus, Κάσου indeclinabilem potius nominis vernaculi formam quam genetivum Graecum esse. Nomina complura aliquatenus similia ex illis regionibus affert Dillmann, sed num quod ex eis huc trahendum sit ipse in medio relinquit. Sed maxime probabile id est de titulo Aethiopico in quo gens *Kasu* ad inferiorem cursum fluvii Astaborae (*Takaxe*) et in paeneinsula Meroë commemoratur. Cf. Denkschriften der Ak. zu Wien XLIII 1894 p. 44 n. IV, 29, ubi rex quidam narrat se eos ad confluentes amnium *Seda* et *Takaxe* fudisse ibique solium victoriae monumentum constituisse. Itaque hi Bugaitarum ab occidente finitimi fuerunt. 11 Cf. n. 199[63. 64]. Ex hoc consensu titulorum haud inepte

κατὰ καιρὸν τοῦ ἔθνους τῶν Βουγαει|τῶν ἀπεστ(ε)ίλαμεν τοὺς ἡμετέρους | ἀδελφοὺς Σαϊαζανᾶ[12] καὶ τὸν Ἀδηφᾶ[ν[13]] ‖ τούτους πολεμῆσαι, καὶ παραδεδω|κότων[14] αὐτῶν ὑποτάξαντες αὐτοὺς | ἤγαγον πρὸς ἡμᾶς μετὰ καὶ τῶν θρεμ|μάτων αὐτῶν, βοῶν τε ⸆ΡΙΒ[15] καὶ προ|βάτων ϶ϖΚΔ[16] καὶ κτηνῶν νωτοφόρω[ν[17],] ‖ θρέψαντες αὐτοὺς βόεσίν τε καὶ ἐπισιτ[ισ]|μῷ

---

colligunt editores, Aïzanam ex eadem etiamtum stirpe regia procreatum esse cuius ille conditor imperii Axomitici cuius nomen ignoramus fuerit. 12 Cf. not. 1. Cum articulo careat nomen (not. 10), Σαϊαζανᾶ accusativus metaplastus nominativi Graeci Σαϊαζανᾶς esse videtur, quocum conferri possunt τὸν νάβλα n. 175, 9 et Νέροα (*Nervam*) I. G. Sept. I, 570, 2. 13 ΑΔΗΦΑC Saltius. Sed ΦΑΙ· potius in ectypo agnovit A. Wilhelm. Quem cave accusativum putaveris. Nam articulus aliud monstrat, praesertim in arctissima coniunctione cum altero nomine quod eo careat. Quare Ἀδηφᾶν immobilem nominis barbari formam esse statuendum est. Cf. not. 10. 12. 14 Sc. ἑαυτούς. Franz. 15 Omnes numerorum notas a Saltio eisque qui eum sequuntur non sine gravissimis mendis expressas Müllerus demum ex Bentii ectypo accurate quales in lapide sunt exhibuit. Quas quia ex parte singulares formas et perquam ambiguam vim habent, nolui minusculis repraesentare (praeter γʹ v. 31 quod nihil habet singulare), sed imagines Mülleri accurate reddidi. Quod signum hic primum locum tenet, notis numeralibus a reliqua scriptura segregandis inservire cum Franzio (Müllerus omnino a notis numeralibus interpretandis abstinuit) statuo, cum quia nullius numeri Graeci simile est, cum tamen reliquorum formae non multum a volgaribus discrepent, tum quia de eiusmodi notarum usu in hoc titulo certa res est propter v. 19. Cf. ibi not. 21. Fuerunt igitur boves 112. 16 Saltius cum ΖΥΚΔ legeret, 7424 ovium numerum fuisse opinatur. At id refutatur accurate depictis signis numerorum. Franzium hic quoque recte opinor primam notam non pro numerali habuisse; sed quod 224 modo oves fuisse existimat, sine dubio errat. Neque enim quae alterum locum tenet nota ducenarii numeri C esse potest, sed manifesto σαμπῖ est, quod nongentos significat. Numeratae igitur sunt oves 924. 17 Pecora quae onera dorso ferrent interpretati sunt priores editores, sine dubio recte. Nam quod Müllerus non νωτοφόρα, sed νωτόφορα intellegit, supellectilem quae dorso imposita portetur, quia in Aethiopico exemplo sit 'et vasa (*'Geräthe'*) eorum quae non humo adhaerent', id probare nullo modo possum. Etenim Aethiopica ut in universum Müllerus testatur praeter tres primos versus, qui accuratissime Graecis respondeant, multifariam ab eis discrepare, sic hoc ipso loco boves et oves ab eis plane omitti, ut item equos et mulos omissos, supellectilem praeter Graecum exemplum additam credibile sit. Atque utut hoc se habet, neque κτήνη quicquam aliud significare potest ac pecora et θρέμματα in tria genera, βοῦς, πρόβατα, κτήνη νωτοφόρα dividi manifestum est. Cf. Peripl. mar. Erythr. 24 p. 275, 8: ἵπποι τε καὶ ἡμίονοι νωτηγοί.

ἀννών(ης), ποτίζοντες αὐτοὺς ζύτῳ[18] τε | καὶ οἴνῳ καὶ ὑδρεύμασιν πάντας (ε)ἰς χορ|τασίαν, οἵτινες ἦσαν τὸν ἀριθμὸν βασιλ[ί]|σκοι[19] ἓξ σὺν τῷ ὄχλῳ αὐτῶν τὸν[20] ἀριθμὸν ΔΥΚ[21] ‖ ἀννωνευόμενοι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἄρ|τους σιτίνους ΜΒϚ κ(αὶ) οἶνον ἐπὶ μῆνας . .[22]|. . ἄχρ⟨ε⟩ις οὗ ἀγάγουσιν[23] αὐτοὺς πρὸς ἡμᾶς. το[ύ|τ]ους οὖν, δωρησάμενοι αὐτοῖς πάντα τὰ ἐπι|τήδ(ε)ια κ(αὶ) ἀμφιάσαντες[24] αὐτούς, μετοικήσαντ[ες[25]] ‖ κατεστήσαμεν (ε)ἴς τινα τόπον τῆς ἡμετέρας χ[ώ]|ρας καλούμενον Μάτλια[26], κ(αὶ) ἐκελεύσαμεν αὐ|τοὺς πάλιν ἀννωνεύεσθαι, παρασχόμενοι | τοῖς ἕξασιν[27] βασιλείσκοις βόας ΜΒϹΡμ[28]. ὑπὲρ δὲ

18 Pro aspirata tenuem perfrequenter scribi etiam in titulis Aegyptiacis (cf. n. 90[24]) notat Franz. 19 Reguli, quales in periplo maris Erythraei τύραννοι vocantur et accurate distinguuntur a veris regibus, quorum latius patet imperium. Cf. praecipue c. 14 p. 267, 21 οὐ βασιλεύεται δὲ ὁ τόπος, ἀλλὰ τυράννοις ἰδίοις καθ' ἕκαστον ἐμπόριον διοικεῖται. Aliam vim inferiore aetate accepisse vocabulum docet n. 201, 1. 10. 20 ΙΟΝ in imagine Mülleri est. 21 Si primum quoque signum numerale esset, milia plura, et propter figuram notae sine dubio quattuor quidem significare deberet. At sic inter 4420 homines et 42 panes nulla intercederet commoda numerorum proportio, et quid quaeso quadrageni bini panes in singulos dies prodesse poterant plus quam quattuor milibus hominum? Quod contra inter numeros 420 et 42 simplicissima ratio intercedit. Dixerit quispiam, vel denis hominibus singulos quotidie panes parum esse; sed id non licet confidenter pronuntiari, cum ignoremus magnitudinem panum; nam fuisse et esse in multis regionibus panes qui singuli sufficiant ad denos homines satiandos nemo facile negaverit. Ut hic primum, sic v. 21 post μβ' postremum signum non pro numeri nota habendum est. 22 ΜΗΝΑϹ certum esse testatur A. Wilhelm apud Müllerum, ut emendationes Buttmanni μῆνα (ἕ)[να] et Franzii μῆνα (ὅ)[λον] probari nequeant. In lacuna intercidit numerus. 23 Pro ἄγουσι vel ἤγαγον hoc perperam incisum existimat Buttmann, pro ἀγάγωσιν rectius Franz. Cf. n. 168, 14, ubi indicativus κυριεύουσι in enuntiato finali legitur. 24 Pro ἀμφιέσαντες, flexione etiam apud scriptores aetatis Romanae neutiquam rara. Cf. Kühner-Blass Gr. Gramm. I 2 p. 366. 25 Sic primum supplevit Buttmann, cum Franz μετοικήσαμ[εν κ(αὶ)] ‖ κατεστήσαμεν scripserit. Sed nunc cum constet ΝΤ in lapide esse, omnis dubitatio exemta est. Verborum μετοικεῖν et μετοικίζειν confusionem ex pronuntiatione vocalis η tum iam ubique pervulgata natam esse vix est quod moneatur. 26 De scriptura nominis iam Mülleri exemplo res ad liquidum perducta est. Regionem accuratius definiri non licet, sed manifestum est eam in media regni parte non procul ab Axomi fuisse. Iam nomen provinciae *Bagemder* St. Martin ingeniosa coniectura repetit a *Bega-meder* i. e. 'Begarum terra' eamque a Bugaitis (Βεγά), quos Aïzanas rex illuc traduxerit, appellatam existimat. 27 Barbara vocabuli numeralis flexio, quae sequitur sine dubio exemplum

εὐ|χαριστίας[29] τοῦ μ(ε)[30] γεννήσαντος ἀνικήτου Ἄρεως[31] ‖ ἀνέθηκα αὐτῷ ἀνδριάντα χρυσοῦν [ἕν]α κ(αὶ) ἀργύ|ρ(ε)ον[32] ἕνα κ(αὶ) χαλκοῦς γʹ ἐπ' ἀγαθῶι.

---

dativi τέτρασι, qui pro τέτταρσι non modo apud Pindarum Ol. VIII, 68. Pyth. VIII, 81 occurrit, sed etiam in inferioris aetatis sermone fuisse videtur, quandoquidem librariorum culpa irrepsit in codices scriptorum Atticorum. Cf. Kühner-Blass Gr. Gramm. I 1 p. 636. 645. 28 Quadraginta duo significari videntur, etsi quid sibi velint notae post Β incisae non expedio. 29 Cf. n. 199[61]. Hic favor dei erga Aïzanam potius quam huius gratus in deum animus indicari videtur, quia aliter et ὑπὲρ praepositio et genetivus τοῦ — Ἄρεως minus aptus esset. 30 ΜΑΙ. 31 Cf. not. 11. 32 ΡΑΙΟΝ.

---

201 In pila muri interioris templi deo Manduli consecrati, quod est in vico Talmi (*Kalabscheh*) Nubiae inferioris. Ex Gauii apographo ed. B. G. Niebuhr Inscriptiones Nubienses, Romae 1820. Gau Monum. Nub. Inscr. tab. I n. 1. Ex his et Cailliaudi schedis Letronne Journal des savants 1825 p. 97 sqq.; Matériaux pour l'histoire du Christianisme en Égypte, en Nubie et en Abyssinie, Paris 1832, p. 3 sqq. (J. Franz C. I. G. 5072). Ph. van der Haeghen Revue archéol. Nouvelle sér. X (1864) p. 202. Accurate delineatam tituli imaginem proposuit R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 95 n. 377. Commentario doctrinae pleno illustravit idem Hermae X p. 129 sqq. Cf. quae adnotavit A. von Gutschmid ad Sharpii hist. Aeg. ed. Germ. II p. 273 not. 1.

Ἐγὼ Σιλκώ[1], βασιλίσκος[2] Νουβάδων[3] καὶ ὅλων τῶν | Αἰθιό-

---

Litterae ΑⲁΒⲂⲂΔⲈⲋΘΚⲖⲘⲚⲜⲠⲤⲪⲪⲰ. Vocalis Ο frequenter, ⲱ nonnunquam multo minore quam reliquae litterae modulo exarata. In scriptura inaequali et neglegenti haud raro binae litterae casu contingunt et cohaerent inter se, ut v. 8 sub finem ⲈⲠⲒⲤⲦⲈⲨⲤⲀ Vs. 10 extrem. ⲂⲀⲤⲒⲖⲒⲤⲔⲰ. Vs. 14 extr. ⲔⲀⲖⲞⲨⲤⲒⲚ. Sed verae ligaturae occurrunt nullae. 1 Nomen quidem huius regis nusquam alibi legitur, sed aetas certa ratione definita est. Etenim quod Niebuhrius Diocletiani et Maximiani aequalem opinabatur, id ad pravam versus 15 lectionem, quae religionis paganae certum indicium habere videbatur, redibat. Quo remoto Letronnius vice versa luculentissimis documentis regem ecclesiae Christianae vindicavit (cf. not. 15). Verum cum Axomitae iam inde a Constantini aetate hanc religionem amplexi essent, Nubadas etiam per duo saecula sacrorum paganorum tenaces fuerunt, quippe quos Iustiniani I demum imperio (527—565 p. Chr. n.) Christianae fidei se dedisse demonstraverit Letronne p. 40. Ex altera parte Arabum

invasione antiquiorem esse titulum non est quod data opera demonstretur. Quare Letronnius titulum saeculo sexto ad finem vergenti vindicavit, quam sententiam merito omnes qui post illum de eo verba fecerunt secuti sunt. Mirum tituli sermonem Lepsius praeter Graecae linguae ignorantiam, quae manifesta est, observatione subtilissima eo rettulit, quod rex barbarus negotium tituli componendi scribae suo, homini Christiano Aegyptio mandasset, qui suae gentis sermoni quem fere Copticum vocamus multo magis assuetus quam Graeco, permultas structuras ad exempla Coptica detorsisset. Atque in universum quidem sine controversia verum vidit Lepsius (cf. not. 7. 8. 10. 16. 24. 30. 31. 36); sed ut in talibus fit, nonnunquam aut dubia pro certis posuit (not. 2) aut adeo manifesto erravit ad Coptarum sermonem referendo quae sine dubio Graeca sint (not. 2. 27. 33). 2 Quam origo vocabulo vindicat notionem reguli, ea cum alibi semper et ubique, tum etiam in regno Axomitarum tertio p. Chr. n. saeculo (n. 200, 18. 28) usitata fuit. At hic reliquis regibus non modo aequam, sed adeo superiorem dignitatem significat, ut docet v. 10. Quae mutatio notionis quomodo effecta esset acute enucleare conatus est Lepsius. Nempe apud Coptas antiquam vocem *suten*, quae regem significaret, in verbo ϹΟΥΤѠΝ 'dirigere' quidem mansisse, regem vero iam ΟΥΡΟ vocari, quod Graeco οὐραῖος (Horapoll. I, 1) et hieroglyphico *ārā* respondens proprie serpentem significaret, quem antiquitus unusquisque rex regni insigne supra frontem gessisset. Iam cum Graeca eiusdem anguis appellatio βασιλίσκος esset, hanc translate apud Nubades de summo regno usitatam. Verum quidem est, βασιλίσκον antiquorum anguem esse, non lacertam (cf. Heliodor Aethiop. III, 8 p. 87, 10 Bekker: καὶ ὄφεων δὲ ὁ καλούμενος βασιλίσκος. Plin. N. hist. VIII, 78: *eadem et basilisci serpentis est vis.* M. Wellmann ap. Pauly-Wissowa III, 1 p. 100) neque improbabile eum ab Horapolline recte pro eodem cum uraeo haberi nomenque ab illa regni significatione traxisse. At probe tenendum est, in illa ipsa qua regis caput ornatur anguis imagine significanda titulos Graecos in Aegypto compositos nunquam uti voce βασιλίσκος, sed ἀσπίς (n. 90, 43 cum not. 121. ἡ ἀσπιδοειδὴς βασιλεία n. 56, 62. τῶν ἀσπιδοειδῶν βασιλειῶν n. 90, 44), qui usus profecto non favet Lepsii coniecturae iam per se satis artificiosae. Mihi potius sic res se habere videtur: cum omnino satis tenuem et obscuram illo tempore fuisse sermonis Graeci scientiam totus titulus doceat, non mirum, Nubadum regem notitiam quidem etiamtum habuisse nominis βασιλίσκος, sed quid proprie et accurate significaret iam ignorasse. Cum igitur rarius et exquisitius esset in collatione triti et volgaris βασιλεύς, magnificentius sonare altiorique dignitatis fastigio significando idoneum esse videbatur. 3 Sic scripsi, cum editores ad unum omnes Νουβαδῶν habeant. Nam Νουβάδαι quod sciam nusquam legitur, cum formae Νουβάδες tria certe praesto sint testimonia: Steph. Byz. Νοῦβαι, ἔθνος Λιβύης παρὰ Νείλῳ. Ἀπολλόδωρος δευτέρῳ περὶ γῆς. λέγονται καὶ Νουβαῖοι ὡς Σαβαῖοι, καὶ Νουβάδες οἱ αὐτοί (Νούμιδες libri, em. Valesius, sed terminatio tamen recte tradita est). Priscus in Fr. Hist. Gr. IV p. 100 fr. 21: ὅτι Βλέμμυες καὶ Νουβάδες ἡττηθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων πρέσβεις πρὸς τὸν Μαξιμῖνον ἔπεμπον. Ad hunc locum Valesius affert testimonium Iordanis Roman. 333 (p. 43, 3 sqq. Mommsen): *nam cum Parthis et Vandalis omnino infestantibus pacem instituit* (Marcianus imperator),

πων[4], ἦλθον εἰς Τάλμιν[5] καὶ Τάφιν[6]. ἅπαξ δύο[7] ἐπο|λέμησα

Attilae minas compescuit, Novades Blemmesque Ethiopia prolapsos per Florum Alexandrinae urbis procuratorem sedavit et pepulit a finibus Romanorum. Antiquiores sane duae reliquae nominis formae a Stephano commemoratae, ex quibus Νοῦβαι habent Strabo XVII, 1, 2 p. 786 Cas. ἐξ ἀριστερῶν δὲ τῆς ῥύσεως τοῦ Νείλου Νοῦβαι κατοικοῦσιν ἐν τῇ Λιβύῃ, μέγα ἔθνος, ἀπὸ τῆς Μερόης ἀρξάμενοι μέχρι τῶν ἀγκώνων, οὐχ ὑποταττόμενοι τοῖς Αἰθίοψιν ἀλλ' ἰδίᾳ κατὰ πλείους βασιλείας διειλημμένοι. 1, 53 p. 819 Τρωγλοδύται καὶ Βλέμμυες καὶ Νοῦβαι. Ptolemaeus IV, 7, 10 p. 781, 2 sqq.: εἶτα Μολίβαι καὶ Μεγάβαρδοι, καὶ Νοῦβαι δυσμικώτεροι Αὐαλιτῶν· εἶτα ὑπὸ τοὺς Μολίβας Βλέμυες, *Nubaei* vero legitur apud Plinium N. hist. VI, 192. De sedibus eorum quae exponit Strabo, ea in sextum p. Chr. saeculum in universum etiamtum quadrare videntur, nisi quod tum eos etiam dextram Nili ripam tenuisse probabile est. A septentrionibus finitimos habebant Blemyas qui usque ad antiquos Aegypti terminos pertinebant. Caput gentis Nubadum et sedem regis Silco iam fuisse Dongola antiqua (*Dongola el agûs*), ubi usque ad finem saeculi quarti decimi, qua aetate ab Arabibus deleti sunt, reges Christiani Nubiae residebant, sine dubio recte statuit Lepsius. Meridionales terminos fere eosdem fuisse videri atque hodiernae provinciae *Dongola*, prope montem *Barkal* et cataractas vicinos. 4 Omnium Aethiopum imperium iniuria ac paene ridicule sibi arrogare Silconem, quoniam Abessinia et Axum, quae communi Aethiopiae denominatione contineantur, certe nunquam in illius dicione fuerint, adnotat Franz. At hic manifestus error est de nomine Aethiopiae, qua Axomitarum montes regionesque (*Tigre*, *Amhara*, *Godjam*, *Schoa*) non comprehendi certissimum est. Cf. n. 199[66]. 200[5]. Exaggerationem quandam in hoc ὅλων τῶν Αἰθιόπων inesse non nego, quoniam nemo totum Aethiopiae ambitum noverat. Cf. Ptolemaeus IV, 7, 1 p. 788, 13: ἀπὸ δὲ δυσμῶν καὶ μεσημβρίας (Αἰθιοπία περιορίζεται) ἀγνώστῳ γῇ. 5 Talmis (hodie *Kalabscheh*), quod oppidum etiam n. 210, 5 commemoratur, sed illic quidem κώμη appellatur, caput fuit Blemyum, quare his subactis ibi potissimum hoc monumentum victoriarum suarum erigendum curavit rex. 6 Taphis sita erat octo miliariorum Romanorum intervallo infra Talmin ad ripam Nili (Itin. Anton. p. 161). Olympiodorus in Fragm. hist. Gr. IV p. 66 fr. 37 cum rettulisset Primam (not. 27), etsi Romanam originem nomen testaretur, iampridem barbarorum esse, adiungit μεθ' ἑτέρων τεσσάρων πόλεων, Φοινικῶνος, Χίριδος, Θάπιδος, Τάλμιδος. Barbaros Blemyas esse manifestum est, praesertim cum paucis versibus ante legatur τῶν κατὰ τὴν Τάλμιν βαρβάρων, ἤτοι τῶν Βλεμμύων, nomen Θάπις vero non discrepat a Τάφις nisi frequentissima illa aspirationis traiectione. 7 I. e. δίς. Etenim quotiens quid fiat Coptas non adverbio, ut Graecos et Romanos, sed substantivo ⲤⲞⲠ, quod nostro '*Mal*', Francogallico '*fois*' respondeat, indicare animadvertit Lepsius. Quale substantivum cum ille scriba Aegyptius (not. 1) desideraret, eum adverbium ἅπαξ in eius locum substituisse non mirum est. Cum Lepsio hoc ad insequens ἐπολέμησα referre malo, quam cum prioribus ad superius ἦλθον, etsi argumento non ab omni parte tuto utitur.

μετὰ[8] τῶν Βλεμύων[9], καὶ ὁ θεὸς ἔδωκέν μοι τὸ | νίκημα. μετὰ τῶν τριῶν ἅπαξ[10] ἐνίκησα πάλιν καὶ ἐκρά‖τησα τὰς πόλεις αὐτῶν. ἐκαθέσθην μετὰ τῶν | ὄχλων μου[11] τὸ μὲν πρῶτον ἅπαξ[12], ἐνίκησα αὐτῶν[13] | καὶ αὐτοὶ ἠξίωσάν[14] με. ἐποίησα εἰρήνην μετ' αὐτῶν | καὶ ὤμοσάν μοι τὰ εἴδωλα[15] αὐτῶν καὶ ἐπίστευσα τὸν | ὅρκον[16] αὐτῶν, ὡς καλοί εἰσιν ἄνθρωποι[17]. ἀναχωρήθην[18] ‖ εἰς τὰ ἄνω μέρη μου. ὅτε ἐγεγονέμην[19] βασι-

8 Sic v. 7 ἐποίησα εἰρήνην μετ' αὐτῶν. v. 13 οἳ γὰρ φιλονικοῦσι μετ' ἐμοῦ. Quae verba omnia ex Graeca consuetudine praepositionem πρὸς c. acc. aut merum dativum flagitant. At apud Coptas praepositio ΝϾΜ, quae in universum Graecis μετά, σύν respondet, etiam cum harum notionum verbis coniungitur non minus quam Latinum *cum* et Germanicum *mit*. Lepsius. 9 Cf. n. 199[32]. Nubas et Blemyas, ut erant inter se finitimi, sic tribus primis post Chr. natum saeculis saepe coniunctim egisse docent scriptorum loci quos attuli not. 3. At huius tituli aetate Nubas recens ad sacra Christiana conversos adversus Blemyas religionis paganae tenaces (cf. not. 15) continenter bellasse non est mirandum. 10 Hanc contortam formulam nihil aliud sibi velle ac τὸ τρίτον demonstravit Lepsius, cum doceret praeter substantivum adverbii ἅπαξ usum (not. 7) hic e Coptico sermone etiam cardinale cum articulo pro ordinali repetitum esse. 11 In duabus prioribus expeditionibus victis hostibus rursus ex eorum finibus excesserat, in tertia vero ibi cum exercitu consedit, quia aliter illos in fide contineri non posse senserat. Lepsius. 12 Ad priora haec refert Lepsius refutatis priorum interpretationibus statuitque nihil aliud dicere regem, nisi in tertia expeditione se primum consedisse in agro hostium (not. 11). Particulam μὲν in hac sententiarum conexu molestissimam esse sane non est negandum. 13 Genetivum soloecum ad Coptarum sermonis consuetudinem revocavit Lepsius cum moneret, quia praepositio Ǹ apud Coptas et genetivum et accusativum significare posset, proclivem fuisse homini Aegyptio horum casuum permutationem. Non nego, sed in ipsa Graeca lingua non deerant quae homini eius minus perito eiusmodi confusionis ansam praebere possent, ut κρατεῖν, περιγίγνεσθαί τινός. 14 I. e. dignitatem meam regiam agnoverunt, ei se subdiderunt. Cf. v. 14 εἰ μὴ κατηξίωσάν με. 15 Sic loqui non poterat nisi homo Christianus de paganorum deorum simulacris. Letronne. 16 Accusativum cum verbo credendi, fidem habendi coniunctum ex lingua Coptica repetitum esse docuit Lepsius. 17 'Quia honesti homines sunt' Lepsius. Utique καλοί non potest non hanc vim habere; ὡς dicat quispiam ut ὅτι a verbo sentienti pendere, ut se credidisse fateatur, illos probos homines esse. At sic ὡς — ἄνθρωποι obiecti locum tenens non bene conciliaretur cum altero eiusdem verbi obiecto τὸν ὅρκον. Quare sane ὡς 'quoniam' esse videtur. 18 Augmentum omissum item habes n. 90, 35 ἀνανεοῦτο. Passivum aeque soloecum fortasse ad confusionem huius verbi cum χωρισθῆναι, quod discedendi vi usurpari et cum praepositione εἰς coniungi docent Syll.[2] 326, 10. 32 εἰς τοὺς κατὰ Βόσπορον τόπους ἐχωρίσθη

λίσκ(ος), | οὐκ ἀπῆλθον ὅλως ὀπίσω τῶν ἄλλων βασιλέων, | ἀλλὰ ἀκμὴν[20] ἔμπροσθεν αὐτῶν. | οἳ γὰρ φιλονικοῦσιν μετ᾽ ἐμοῦ[21], οὐκ ἀφῶ[22] αὐτοὺς καθεζό|μενοι[23] εἰς χώραν αὐτῶν, εἰ μὴ κατηξίωσάν με καὶ παρακαλοῦσιν[24]. ‖ ἐγὼ γὰρ εἰς κάτω μέρη[25] λέων εἰμί, καὶ εἰς ἄνω μέρη

(χωρισθείς). Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XI p. 43 n. 55, 8: χωρισθείς τε εἰς π[ατρί]δα, revocandum est. Etiam vocalium pronuntiatio confusionem aoristorum ἐχωρίσθην et ἐχωρήθην adiuvabat. 19 Letronnio hoc pro ἐγεγωνόμην (a γέγωνα, γεγωνέω) 'renuntiatus sum' accipienti nemo hodie assentietur. Franzius simpliciter pro ἐγενόμην incisum iudicat. Cui quod Lepsius opponit non 'cum fierem' sed 'cum factus essem' sententiae tenori accommodatum esse ideoque plusquamperfectum desiderari, manifestus error est. Nam hoc ipsum significat ὡς ἐγενόμην, neque inter aoristum et plusquamperfectum ullum intercedit in eiusmodi enuntiato notionis discrimen. At illud iure contra Franzium monueris, si nihil aliud voluisset scriptor tituli, non intellegi quomodo ad illam miram formam pervenisset. Lepsius ipse scribam plusquamperfectum quidem desiderasse opinatur, sed id reduplicatione ad aoristum ἐγενόμην adiecta formare posse sibi visum esse. At non sensit vir doctissimus, hac via futurum fuisse ut ἐγεγενόμην nasceretur, cum et ipsius et priorum editorum testimonio constet ἐγεγονέμην potius in lapide esse. Mihi origo erroris in propatulo esse videtur: cum duo essent plusquamperfecta eiusdem plane significationis, activum ἐγεγόνειν et medium ἐγεγενήμην, ex confusa horum memoria natum est medium ἐγεγονέμην. 20 Duas novimus huius adverbii significationes; aut enim idem est quod ἄρτι, 'modo' (Xen. anab. IV, 3, 26 καὶ τὰ μὲν σκευοφόρα τῶν Ἑλλήνων καὶ ὁ ὄχλος ἀκμὴν διέβαινε) aut idem quod ἔτι 'etiamtum', qua recentiores demum utuntur (cf. Lobeck ad Phrynichum p. 123), neutram huc quadrare apparet. Lepsius interpretatur 'immo, potius, e contrario'. Sed ei qui a nominis ἀκμή vi ac notione proficiscetur, veri similius videbitur 'valde, magnopere, longe' potius hic vim adverbii esse, qua indicetur eum non modo praecedere reliquis, sed longo intervallo eos post se relinquere. 21 Cf. not. 8. 22 Non coniunctivus aoristi, sed indicativus praesentis pro ἀφίημι ad exemplum verborum contractorum formatus. 23 Nominativum ad οἳ v. 13 referre conatur Lepsius, contortissima enuntiati conformatione et sententia minus idonea. Quare praestat gravi soloecismo καθεζόμενοι pro καθεζομένους scriptum statuere, quo iudicio profecto huic homini nullam feceris iniuriam. Ad idem igitur redit, id quod Lepsius negavit, ac v. 20 οὐκ ἀφῶ αὐτοὺς καθεσθῆναι. 24 Enuntiatum praeterito tempore incohatum praesenti continuari, ut multa alia in hoc titulo, Copticae consuetudinis esse notat Lepsius. 25 Non corporis partes inferiores et superiores, ut de figura ex diversis animalibus confusa qualis est chimaerae cogitandum sit, sed terrae partes hic distingui, nunc omnes consentiunt. Cf. v. 9 ἀναχωρήθην εἰς τὰ ἄνω μέρη μου. At cum Franzius probante Gutschmidio superiorem terram ipsius regis, inferiorem vero hostium Blemyum interpretatus esset, Letronnius

ἄρξ[26] εἰμι. | ἐπολέμησα μετὰ τῶν Βλεμύων ἀπὸ Πρίμ(εως[27])

et Lepsius utrumque adverbium ad hostes qui Nubadum fines a septentrionibus (κάτω) et a meridie (ἄνω) attingant referunt. Et hoc quidem verum esse probat vox ἄρξ (not. 26) recte lecta et intellecta. 26 Cum Gauius Ἄρης legisset, hinc natus est error Niebuhrii de pagana huius regis religione (cf. not. 1. 15). Deinde cum ΑΡΞ in lapide esse compertum esset, id in α[ἴ]ξ mutavit Letronne; atque hic quidem in certaminibus adversus Blemyas regem leonis fortitudinem, in proeliis adversus gentes meridionales ardua montium iuga incolentes caprae montanae agilitatem praestitisse intellegit, non absurde, etsi leonem et capram par animalium nimis impar efficere dixeris. Contra Franzius, quem sequitur Gutschmid, regem erga suos, qui in superiore regione habitent, mitem et clementem animum suum praedicare, in hostes inferiora loca habitantes fortem et bellicosum. At hostes et infra et supra Nubadum terram fuisse hic ipse titulus docet (v. 17). Et quis unquam audivit de capra clementiae et mansuetudinis exemplo? Quid rei esset Lepsius aperuit. Nominis ἄρκτος brevior forma ἄρκος iam apud ipsos Graecos inferiore aetate haud infrequens fuit; haec iterum in brevius contracta in sermonem Coptarum transiit, quorum ΛΡΞ in omnibus lexicis repperiri monet Lepsius. Nempe cum Aegyptii in Graecis libris sacris ἄρκος invenirent, animal ipsum vero in illis regionibus non esset ideoque sermo vernaculus appellatione careret, illud ipsum paullulum modo mutatum retinuisse. Vel ursi cum leone coniunctionem, quam hic habeamus, ex sacra scriptura manasse demonstrat L. collatis I Regum 17, 34 sqq.: ἤρχετο λέων ἢ ἄρκος — καὶ τὸν λέοντα καὶ τὴν ἄρκον ἔτυπτεν ὁ δοῦλός σου. — κύριος ὃς ἐξείλατό με ἐκ χειρὸς τοῦ λέοντος καὶ ἐκ χειρὸς τῆς ἄρκου. Amos 5, 19: ὅταν ἐκφύγῃ ἄνθρωπος ἐκ προσώπου τοῦ λέοντος καὶ ἐμπέσῃ αὐτῷ ἡ ἄρκτος, quibus locis in Coptica versione ΛΡΞ sit. Fortissimorum igitur et validissimorum animalium quae hominibus nota essent similem se praestitisse regem in hostibus quae ab utraque parte eius regni habitarent indicatur. 27 Post ΠΡΙΜ lineola compendium scripturae indicans, quo hic usum auctorem tituli, cum reliquas omnes terminationes nominum plene exarasset, Lepsius existimat cum quia hac voce versum finire vellet tum quia statim sequeretur ἕως particula. Primis nomen etiam apud Ptolemaeum geographum est, ubi distinguuntur Πρῖμις μικρά IV, 7, 6 p. 771, 12 et Πρῖμις μεγάλη p. 772, 6, ubi in multis codicibus Πρῆμις est. Parvae Primis nomen, multifariam sane in libris corruptum, etiam apud Plinium VI, 179 est. Oppidum aliud, sed idem nomen habes Strab. XVII, 1, 54 p. 820 Cas. τὴν δὲ Πρῆμνιν τειχίσας. Plin. Nat. hist. VI, 181 *is* (P. Petronius) *oppida eorum* (Aethiopum) *expugnavit quae sola invenimus quo dicemus ordine*: *Pselcin, Primi* sq. Quod contra nominis forma Πρίμα aliquot saeculis post demum occurrit apud Olympiodorum Fragm. hist. Gr. IV p. 66 fr. 37, ut appareat eius opinionem de vocabuli oppidique origine Romana in errore versari. Ceterum Primin hic iuxta Telmin nominari non quo hi essent termini regionis Blemyum, sed quia haec quidem caput, illa vero munitissimum praeter ipsam Telmin oppidum eius gentis esset pronuntiavit Lepsius.

ἕως Τέλ(μ)εως[28] | ἓν ἅπαξ[29], καὶ οἱ ἄλλοι Νουβάδων ἀνωτέρω[30],

---

Quod sic quidem verum esse nequit propter ἀπὸ et ἕως, quae nihil aliud indicare possunt nisi terminos. Sed id sane concedendum est in his terminis definiendis regem satis habere extremum ab utraque parte oppidum maius appellasse non curantem fines re vera ad septentrionem aliquantulum ultra Talmin usque ad Philas insulam itemque ad meridiem aliquantulum ultra Primin patere. 28 ΤΕΛΗΛΕϢС lapis manifesto errore. Mireris idem oppidum supra v. 2 Τάλμιν, hic Τέλμιν appellari, sed tamen quin idem sit nulla ex parte dubium est. Quod Lepsius dicit, ἕως pro μέχρι cum genetivo coniunctum de tempore quidem Graecum esse, de loco vero hic non usurpari nisi Coptici sermonis imitatione, manifesto fallitur. Cf. n. 54,19. 20: ἕως Βακτριανῆς. 176, 10 ἕως ψυγμοῦ. 178, 11 ἕως δρόμου. 199, 29 ἀπὸ Λευκῆς κώμης ἕως τῶν Σαβαίων, cum v. 13 μέχρι τῶν τῆς Αἰγύπτου ὁρίων, v. 32 μέχρι τῆς Λιβανωτοφόρου, v. 33 μέχρι τῶν τῆς Αἰθιοπίας καὶ Σάσου τόπων sit. 29 De hoc dicendi genere cf. not. 7. Cum antiquiores editores hoc ad priora traxissent, Lepsius ante ἓν ἅπαξ commate distinguit. At neque hoc per collocationem verborum licet neque ratio qua coactus ad hanc contortam structuram confugit vera est. Persuasit enim sibi hic non, ut priores interpretes existimaverant, quartae expeditionis contra Blemyes susceptae mentionem fieri, sed respici ea quae supra de tribus illis narrata essent. Etenim non tam res gestas narrari hic, quam illorum quae proxime de se praedicavisset 'εἰς κάτω μέρη λέων εἰμὶ καὶ εἰς ἄνω μέρη ἄρξ εἰμι' veritatem demonstrari admonitis lectoribus eorum quae ante scripta essent. Atqui hoc de gentibus quae supra Nubadas habitarent perdomitis manifesto non est verum; de his enim victoriis nullum unum verbum supra scriptum est. Quare ne de Blemyum quidem clade est cur ita statuamus; immo haec quarta expeditio ab illis tribus distinguenda est. Quam ab illis divelli aliis rebus interpositis, quae est totius tituli dispositio nemo mirabitur. 30 Νουβάδων non partitivum esse genetivum ab οἱ ἄλλοι pendentem, sed comparativum ad ἀνωτέρω relatum cum aliis de causis perspicuum est, tum quoniam apparet Silconem omnium Nubadum regem fuisse aut certe se haberi voluisse. At utrum ad οἱ ἄλλοι supplendum sit Βλέμυες, an substantive accipiendum sit, ut alias gentes in universum significet, disceptatur. Illud placuit Lepsio, hoc Letronnio Franzioque. Qui ni fallor verum viderunt, nam τῶν Βλεμύων v. 16 non sic dicitur, ut alios etiam esse Blemyas et statim commemoratum iri exspectes; ἀπὸ Πρίμεως ἕως Τέλμεως articulo τῶν non repetito nullam habent restringendi vim, sed ab ἐπολέμησα pendent. Neque per se probabile est, etiam meridiem versus a Nubis partem quandam nationis Blemyum sedes habuisse. Ceterum gentes prope Meroën circa *Sennaar* et *Fasokl* incolentes probabiliter hic agnoscit Letronne. Obiectum nominativo absoluto praemissum, ad quem deinde refertur pronominis casus obliquus αὐτῶν, accuratam consuetudinis Copticae imitationem habere demonstravit Lepsius. Idem redit v. 21. 22; non recte Lepsius huc traxit v. 13. Nam illic integrum enuntiatum relativum habes cum verbo finito, ut etsi in talibus Graeci malunt participio uti τοὺς φιλονικοῦντας, tamen nihil sit quod cum legibus sermonis vere Graeci pugnet.

ἐπόρθησα τὰς | χώρας αὐτῶν, ἐπειδὴ ἐφιλονικήσουσιν[31] μετ' ἐμοῦ. | οἱ δεσπότ(αι) τῶν ἄλλων ἐθνῶν, οἳ φιλονεικοῦσιν μετ' ἐμοῦ, ‖ οὐκ ἀφῶ[32] αὐτοὺς καθεσθῆναι εἰς τὴν σκιάν, εἰ μὴ[33] ὑπὸ ἡλίου | ἔξω, καὶ οὐκ ἔ(δ)ωκα⟨ν⟩[34] νηρὸν[35] ἔσω εἰς τὴν οἰκίαν αὐτῶν. οἱ γὰρ | ἀντίδικοί μου, ἁρπάζω τῶν γυναικῶν[36] καὶ τὰ παιδία αὐτῶν.

---

31 Hoc barbarismi portentum ex sermonis Coptici consuetudine natum perspexit Lepsius. In illo enim esse quod grammatici vocarent imperfectum futuri, quo tempore indicari quid quis praeterito tempore facturus fuisset, veluti in evangelio Lucae ΝΕ_C_ΝΛ_ΜΟΥ '*moritura erat*' (Graece ἀπέθνησκεν). Itaque οἳ ἐφιλονικήσουσιν esse 'qui aemulaturi erant'. 32 Cf. not. 22. 33 Insigne structurae ad normam syntaxeos Copticae expressae exemplum hic invenire sibi visus est Lepsius, εἰ μή pro ἀλλά. Qua in re fallitur; nam hoc Graecum esse demonstrant loci Aristophanis Eq. 186 μῶν ἐκ καλῶν εἶ κἀγαθῶν; μὰ τοὺς θεούς, εἰ μὴ 'κ πονηρῶν γ'. Lysistr. 942 οὐχ ἡδὺ τὸ μύρον μὰ τὸν Ἀπόλλω τουτογί, εἰ μὴ διατριπτικόν γε κοὐκ ὄζον γάμων. Thesmoph. 897 αὕτη Θεονόη Πρωτέως. μὰ τὼ θεώ, εἰ μὴ Κρίτυλλά γ Ἀντιθέου Γαργηττόθεν. 'Minime vero, sed Critylla Antithei f. Gargettia'. Av. 1680 μὰ τὸν Δί' οὐχ οὗτός γε παραδοῦναι λέγει, εἰ μὴ τιτυβίζει γ' ὥσπερ αἱ χελιδόνες. Ac mansisse hunc sermonis usum etiamtum in Novo Testamento, ex quo profecto omnium maxime Graece discebant homines Aegyptii Christiani sexto a. Chr. n. saeculo, demonstrat Pauli epist. ad Galatas 1, 7 ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, quod exemplum cum aliis attulit Blaydes ad Equitum locum supra commemoratum. 34 ΕΠΩΚΑΝ. Emendavit Lepsius. Priorum opiniones de hoc loco sane difficili repetere non attinet. Captivos, cum rex victor triumphans assideret in solio, assistere coactos esse sine tecto et umbra solis Africani radiis fatigatos, eisdemque aquam ad sitim sedandam praebitam non esse sententia est aptissima. Id unum minus probabile iudico, plurali ἔδωκαν uti regem indefinite de nescio qua hominum multitudine, cum multo accommodatius enuntiaturus fuerit, se illis aquam non dedisse. Iam cum ν etiam alibi in titulis nonnunquam inter vocales in confinio duorum vocabulorum geminetur (n. 46, 5 ἐφ' ὧν⟨ν⟩ ἂν. 332, 2 ὑμεῖν⟨ν⟩ ἐφ' ᾧ), primam singularis personam ἔδωκα hic agnoscere praestat. 35 Cum νᾱρός adiectivum liquidum significans iam apud tragicos occurrat, formam νηρός Phrynichus Atticista novit quidem, sed ut noviciam reicit p. 42: νηρὸν ὕδωρ μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ πρόσφατον, ἀκραιφνές. Sed perquam memorabile est, id hic iam substantive dictum aquam significare. Etenim in volgus notum est, in hodierno Graecorum sermone hoc vocabulum (νερό) adeo increbruisse, ut antiquum nomen ὕδωρ pridem plane expulerit. 36 De genetivo cum accusativo confuso cf. not. 13, de nominativo absolute praemisso not. 30.

202 Pselchi (*Dakkeh*). Ed. Gau Monum. Nub. Inscr. tab. XIII n. 2 cum interpretatione Letronnii p. 26 (J. Franz C. I. G. 5075). Accuratius R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 96 n. 392. 393.

[Ἀπολ]λώνιος, Πτολεμαίου | [ἀραβάρ]χου[1] υἱός, στρατηγὸς[2] τοῦ | [Ὀμβ]είτου καὶ τοῦ περὶ Ἐλεφαν|[τίνην] καὶ Φίλας καὶ παραλήμπτης[3] ‖ [τῆς Ἐρ]υθρᾶς θαλάσσης[4], ἦλθον | [καὶ προσεκ]ύνησα τὸν μέγιστον Ἑρμῆν[5] | [σὺν Ἀθ]ηναίωι τῷ ἐμῷ ἑταίρῳ.

Litterae ϴΘΛΛΜΠϹΥΥѠ. 1 Praefectus regionis inter Thebaida et mare rubrum sitae, per quam via a Copto Berenicen ducebat, frequentata illa quidem a mercatoribus. Haec regio deserta et montuosa a veteribus Arabiae pars existimabatur; titulus praefecti simillimus illi quod apud Polybium XV, 25, 12 et Revenue laws of Ptolemy Philadelphus col. 37, 5 est λιβυάρχης. Eundem magistratum primo στρατηγὸν ἐπὶ τὴν θήραν τῶν ἐλεφάντων (n. 82[3]), deinde στρατηγὸν (ἐπὶ) τῆς Ἰνδικῆς καὶ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης (n. 186[4]. 190[5]), postremo ἀραβάρχην appellatum esse probabiliter statuit P. Meyer Das Heerwesen der Ptolemäer und Römer in Aegypten p. 90 cum not. 330. Cf. praeterea Letronne Recueil des inscr. Gr. et Lat. de l'Egypte II p. 40. 334. 405. G. Lumbroso Recherches sur l'éc. pol. de l'Égypte p. 236. Distinguendus ab hoc magistratu ἀλαβάρχης. V. indicem s. v. 2 De strategis nomorum cf. quae exposita sunt v. 184[2]. Haud raro binorum vel ternorum nomorum singuli erant, ac praecipue quidem sic coniuncti repperiuntur Latopolites et Hermonthites itemque quos hic habemus Ombites et ὁ περὶ Ἐλεφαντίνην. Cf. n. 210, 2 στρ(ατηγὸς) Ὀμβ(ίτου) Ἐλεφ(αντίνης). C. I. G. 5076. 5077: Ἀπολλώνιος Ἀπολλωνίου στρατηγὸς Ὀμβείτου καὶ τοῦ περὶ Ἐλεφαντίνην καὶ Φίλας. J. Franz in introductione ad titulos Aegyptios C. I. G. III p. 316. 3 Cf. Peripl. mar. Erythr. 19 p. 273, 3: διὸ καὶ εἰς αὐτὴν (sc. Λεύκην κώμην τῆς Ἀραβίας, cf. n. 199[55]) καὶ παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων καὶ παραφυλακῆς χάριν ἑκατόνταρχος μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται. Non conductorem, sed magistratum significari ex verbo ἀποστέλλεται recte collegit U. Wilcken Gr. Ostraka I p. 399. Etenim conductor non mittitur, sed sua sponte venit. Atque initio quidem Wilckenus omnino non locata fuisse illa vectigalia, sed ab ipsis mercatoribus per magistratus exacta opinatus erat, itaque Plinii Nat. hist. VI, 84 *Anni Plocami, qui maris Rubri vectigal a fisco redemerat* mutatam administrationis rationem testari. Sed postea (I p. 584) maluit hoc sic expedire, ut semper quidem locatos esse hos reditus statueret, sed magistratus (παραλήπτας) fuisse, qui a conductoribus vectigalis, non a mercatoribus, pecunias acciperent. Quod eo probabilius est, quia sic facilius explicatur, quomodo strategus Ombi et Elephantines hoc negotio fungi potuerit; nam vectigalia singillatim a mercatoribus exigere certe non eiusmodi magistratus superioris erat. Scriptura per μ in verbi formis (λήμψομαι, ἐλήμφθην, λημφθήσομαι) tam frequens est in titulis et papyris, ut exempla ascribere otiosum sit; in hoc ipso nomine occurrunt

. . . ιος[6] Σηνᾶς τὸ πέμπτον ἐλθὼν πρὸς τὸν Ἑρμῆ⟨ι⟩ | [με]τὰ Ἰουλίου, Πτολεμαίου υἱοῦ, Ἀπολλωνίου ἀραβάρχου[7] τοῦ προγεγρα[μμένου].

Berl. gr. Urk. I p. 95 n. 81, 4. 5 σιτοπαραλήμπτου κώμης Αὐτοδίκ[η]ς. II p. 41 n. 381, 2. 3 παραλῆμπται συναγοραστικῆς κριθῆς. p. 86 n. 425, 5 σιτοπαραλήμπτης. 4 Cf. n. 199[48]. 5 Cf. n. 131[4]. 6 -----οσσήνας Franz. Sed mihi tres primae litterae IOC terminatio nominis gentilis Romani esse videntur. 7 Cf. not. 1. Mireris quod hic Iulius Apollonius filius, v. 2 Ptolemaeus pater, arabarches appellatur. Sane utrumque hoc munere functum esse nihil habet improbabile, sed cur v. 2—5 aliorum officiorum vocabula Apollonio tribuuntur? Cave hoc sic expedire coneris ut distinguas Ἰουλίου Πτολεμαίου, υἱοῦ Ἀπολλωνίου, ἀραβάρχου. Sane sic arabarchia eidem homini tribuitur v. 2 et v. 9, at fieri nullo modo potest ut qui v. 8 addidit alius hominis se comitem fuisse indicet atque eius qui v. 1—7 incidendos curavit. Adde quod Ἰούλιος, Πτολεμαίου υἱός, Ἀπολλώνιος ordo nominum est legitimus et solennis.

---

203 Pselchi (*Dakkeh*) in propylaeo templi. Ed. Gau Ant. Nub. tab. XIII n. 13 cum interpretatione Letronnii p. 27 (J. Franz C. I. G. 5082). Plenius R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 96 n. 397.

Ἀσκληπιάδου ἱεροδούλου | τὸ προσκύνημα ὧδε | παρὰ τῷ κυρίῳ Ἑρμῇ[1].

Litterae ΑΠΣΩ. 1 Cf. n. 131[4].

---

204 Pselchi (*Dakkeh*). Edd. Light Travels p. 270 n. 5. Gau Monum. Nub. Inscr. tab. XIII n. 12 (Letronne Recherches pour servir à l'hist. de l'Ég. p. 478 n. 4. G. Parthey de Philis insula p. 85. J. Franz C. I. G. 5074). Accuratissime R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 96 n. 413.

Το προσκύνημα | Ἀντωνίου, γρ(α)μματέος[1] | Φιλῶν, Καπίτωνος. |

Litterae ΘΛΠCΥΩ. Alpha in versu postremo λ, in reliquis ΑΑλ, epsilon raro Є, semel Є, plerumque C est. 1 ΓΡΛΛ lapis. De officio cf. n. 139, 6 ubi post στρατηγοὺς καὶ ἐπιστάτας καὶ θηβάρχας commemorantur βασιλικοὶ γραμματεῖς. Qui cum singuli fuisse videantur in singulis nomis, hic eum intellego qui adiunctus fuit στρατηγῷ τοῦ Ὀμβίτου καὶ τοῦ περὶ Ἐλεφαντίνην καὶ Φίλας (n. 202, 2 sqq.), etsi in officii significatione unas Philas commemorari mireris.

καὶ προσεκύνησα θεὸν ‖ μέγιστον Ἑρμῆ[2] καὶ ἐπόησα | τὸ προσκύνημα τῶν ἐμῶν | πάντων καὶ φίλων. | L ιθ´ Τιβερίου Καίσαρος, Παοινὶ ε´[3].

2 Cf. n. 131[4]. 3 Die 30. mensis Maii a. 31 p. Chr. n.

---

205 Pselchi (*Dakkeh*). Edd. Gau Monum. Nub. Inscr. tab. XIV n. 31 cum interpretatione Letronnii p. 27 (J. Franz C. I. G. 5101 cum Add. p. 1240). Accuratius R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 96 n. 406.

Τίτος Σερουίλιος, στρατιώτης | λεγεῶνος III Κυρηναϊκῆς[1], | χωρογραφήσας[2] ἐμνήσθη | τῶν γονέων παρὰ τῶι ‖ κυρίῳ Ἑρμ[ῆ[3]] | κα´ ἔτος[4] Τιβε|ρίου Καί[σ]αρος Σεβαστ(οῦ)[5] | Μεσορ[ὴ] β´[6].

Litterae ΕΘΣΩ. 1 Legionem tertiam Cyrenaicam, cuius inde ab Augusti aetate usque ad initium quinti p. Chr. n. saeculi (Notitia Dign. Or. XXXVII, 21) non semel mentio fit, in Aegypto castra habuisse primo p. Chr. n. saeculo praeter hunc titulum etiam Tacitus testatur, qui de copiis a Tito ad bellum Iudaicum contractis anno 70 p. Chr. haec habet Hist. V, 1: *tres eum in Iudaea legiones, quinta et decuma et quinta decuma, vetus Vespasiani miles, excepere . addidit e Suria duodecumam et adductos Alexandria duoetvicensimanos tertianosque.* Hae igitur, III Cyrenaica et XXII Deiotariana (207, 2) sunt illae duae quas Tacitus Ann. IV, 5 anno 23 p. Chr. n. in Aegypto tetendisse refert. Cf. J. Marquardt Römische Staatsverwaltung II[2] p. 447 sqq. 2 Homines militares ad eas regiones accuratius explorandas et dimetiendas missos esse ne mireris cf. Plin. Nat. hist. VI, 181: *haec sunt prodita usque Meroën, ex quibus hoc tempore nullum prope utroque latere exstat . certe solitudines nuper renuntiavere principi Neroni missi ab eo milites praetoriani cum tribuno ad explorandum, inter reliqua bella et Aethiopicum cogitanti.* 3 Cf. n. 131[4]. 4 ΕΤΟΣ, non ΕΤΟΥΣ in lapide esse consentientibus Gauii et Lepsii apographis confirmatur. 5 ΣΕΒΑΣΤΗ *'sic'* Lepsius. Etiam Gau Η exhibet. Tamen emendatio Franzii certissima est. 6 Die 26. m. Iulii anni 33 p. Chr. n.

---

206 Pselchi (*Dakkeh*) in templo. Edd. Gau Monum. Nub. Inscr. tab. XIV n. 30. 43 cum Letronnii interpretatione p. 28 (Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 370. Recueil des inscriptions Grecques et Latines de l'Égypte I p. 205 n. XIX). Ex Lewisii apographo Yorke et Leake Transactions of the R. soc.

of litt. Vol. I P. I p. 225 n. 2 (Parthey de Philis insula p. 85. J. Franz C. I. G. 5100). R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 96 n. 414.

Θεῷ μεγίστῳ Ἑρμάῳ | Παϋτνούφιδι[1], Αἰγύπτου | συνορίην καὶ Αἰθιόπων | μετέχοντι, τὴν περὶ τὸν ‖ ναὸν χρύσωσιν ἐποίησεν | ἱεροῖς ἀνὴρ μεμελημένος[2] | Ἀκύλα Σατουρνεῖνος οὐετρανός, | εὐξάμενος ῥῶσιν καὶ τέκνοις | καὶ γαμετῇ[2].

Litterae ΑΛΕΘΞШΠϹѠ. 1 Cf. n. 131[4]. 2 Vides hominem pinguis ingenii flosculis poëticis sermonem tituli exornare conantem. Similiter Lebas-Waddington III, 2122, 4 sqq.: μνῆμα σὺν αὐλῇ ἐκ θεμελίων ἐγ(ε)ίρας — σὺν αἰδ[οίῃ] παρακοίτι καὶ τέκνοισι εἰς κλέος ἀεί.

---

207 Pselchi (*Dakkeh*). Ed. Gau Monum. Nub. Inscr. tab. XIII n. 20 cum interpretatione Letronnii p. 27. (J. Franz C. I. G. 5088). Accuratius R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 95 n. 389.

Αὐφίδιος Κλήμης, | ἰατρὸς λεγιῶ(νος) βκʹ[1], τὸ | προσκύνη[μα] ἐπό|ησα παρὰ τῷ κυρίῳ Ἑρ‖μῇ[2] Πωλλ[ίτ]της[3] καὶ | τῶν ἰδίων πάντων.

Litterae λ (v. 4. 5 quater ⲗ) ΔΕΗ(ῆτα)ΛΠΠΓϹΧѴѠ. 1 Legio XXII Deiotariana, quae anno 70 p. Chr. n. etiamtum in Aegypto tendebat (n. 205[1]), post annum 84 p. Chr. (C. I. Lat. III, 36) non iam commemoratur. Cf. J. Marquardt, Römische Staatsverwaltung II p. 450 not. 4. Hunc titulum ut n. 204. 205 Tiberii Caesaris aetate incisum existimaverim. 2 Cf. n. 131[4]. 3 Supplevi. Cum ΓѠΛΛ//////ΤΗϹ habeat apographum Lepsii, de nomine, quod omnino haudquaquam rarum est (cf. C.I.G. 3098, 8. C.I.L. III, 1075, 8. Bull. de corr. Hell. I 1877 p. 83 n. 10, 1. XXIV 1900 p. 159 n. 1*b*, 3) non licet dubitari. Sine dubio Pollitta uxor fuit Aufidii Clementis. Perquam violenter Letronnius τοῦ ἀδελφοῦ, vix lenius Franzius τῆς ἀδελφῆς emendare conatus erat.

---

208 Pselchi (*Dakkeh*). Edd. Burckhardt Itin. Nub. p. 106. Gau Monum. Nub. Inscr. tab. XIV n. 36 (Letronne Recherches pour servir à l'histoire de l'Égypte p. 477. J. Franz C. I. G. 5081). Accuratissime R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 95 n. 386.

Δομίτιος Ἀρριανός, | στρατι(ώτης) σπείρη(ς) β' Ἰτουραί[ων[1]] | (ἑκατονταρχίας)[2] Φήλικος, καὶ Δομίτι(λ)[λος[3]] | ὁ υἱός μου σὺν τῷ παν[τὶ] ‖ οἴκῳ προσεκύνησα | θεὸν μέγιστον Ἑρμῆ[4]. | L κ' Ἁδριανοῦ Καίσαρος | τοῦ κυρίου, Τυβὶ ιη'[5].

Litterae ΑΔΔΕЄΘΛΛCΠΩ. Semel (v. 4) Ϊ. 1 Cf. C. Cichorius apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 1 p. 305 sq., qui docet cohortem II Ituraeorum equitatam per plus quam tria saecula in Aegypto occurrere, ac per omne hoc tempus ad fines provinciae meridionales, Syenae et ultra Syenen, tetendisse. Antiquissimum testimonium C. I. Lat. III 14147[1] esse (28. m. April. a. 39 p. Chr. n.), recentissimum Notit. Dign. orientis XXVIII, 44. 2 $\overset{X}{\text{P}}$ in Lepsii apographo est; antiquiores hoc scripturae compendium omittunt. Idem in papyris haud rarum est, veluti Berl. gr. Urkunden II p. 244 n. 600, 14 Γάϊο(ς) [Λο]ύκιος Γέμελλος $\overset{X}{\text{P}}$ Οὐαλεριανοῦ. Ac P quidem numeri centenarii notam, X vero alterius nominis compositi partis -[αρ]χ[ίας] signum esse cum aliis de causis statuerunt editores papyrorum, tum inde apparet quod Berl. gr. Urkunden I p. 169 n. 156, 1 totidem litteris exaratum est στρατιώτης λεγιῶνος β' Τραϊανῆς ἰσχυ[ρᾶ]ς ἑκατονταρχίας Κορνηλίου Πρείσκου. 3 ΔΟΛΛΙΤΙΛ, quod mihi hoc potius quod posui nomen monstrare visum est, quam Δομιτι[ανός], quod priores editores scripserunt. 4 Cf. n. 131[4]. 5 Dies est 15. m. Ianuar. a. 136 a. Chr. n.

209 Ultra Philas in loco qui antiquitus Parembole vocabatur. Edd. Gau Monum. Nub. Inscr. tab. VI n. 10 (J. Franz C. I. G. 4989). Accuratius R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 93 n. 364.

Ἔτους κγ' Ἀντωνίνου Σεουήρου[1] | τὸ προσκύνημα Ἀπολλωνίο[υ] | Σωτῆρος[2], ἱερέως γόμου[3] καὶ | βουλευτοῦ[4], προστάτου

Litterae ΑΔЄ(v. 1 init. Ε)ΘΠCΩ. Aliquot locis O minorem quam reliquae mensuram habet. 1 Annus est 214/5 p. Chr. n. Cf. Eckhel D. N. IV p. 82 sq., qui docet nummos Alexandrinos Caracallae nomen et annorum significationes LKA et LKB exhibentes necessario ad annos 212/3 et 213/4 p. Chr. referendos esse. Unde apparere, non ab ipsius Caracallae sed ab eius patris Severi initiis hanc annorum seriem incipere, cuius primus annus a mense Iunio ad Septembrem anni 193, alter a Septembre 193 ad eundem proximi anni 194 mensem pertineret. 2 Cf. C. I. G. 4996, 1: ἔτους δ' Ἀντωνίνου τὸ προσκύνημα Ἀπολλωνίου Σωτῆρος βουλευτοῦ καὶ τῆς μητρὸς καὶ τῆς συνβίου καὶ τῶν τέκνων καὶ Σωτῆρος υἱοῦ. Habebat igitur Apollonius filium avito nomine Σωτήρ nominatum. Pater Apollonii videtur Αὐρήλιος Σωτὴρ ὁ καὶ Ἰοῦστος in titulo anni proxime superioris 214 p. Chr. n. C. I. G. 4986, 2. 3. Quod contra C. I. G. 5000, 1. 2 τὸ προσκύνημα Σωτῆρος Σωτῆρος κτλ. ad

ὁμοίως ‖ Σρουπτίχιος[5] θεᾶς γενομένου, | καὶ τῶν φιλούντων. ιε' Μεχείρ[6].

neutrum ex his hominibus spectare paternum nomen indicio est; Apollonii fratrem, Soteris natu maioris filium, minoris patruum probabiliter intellexit Franz. 3 Sacerdotium frequenter redit in titulis eiusdem generis et loci, ut aut ἱερεὺς γόμου appelletur ut hic (C. I. G. 4980, 7. 4981, 3. 4982, 2. 4983, 2. 4984, 7. 4986, 7. 4987, 2. 4988, 2. 4990, 4. 4991, 3. 4992, 2. 4995, 4. 4997, 3. 4999, 2. 5001, 2. 5002, 2. 3. 5004, 7. 5006, 3. 5008, 2. 5012, 2. 5014, 2. 5015, 2. 3. 5018, 3. 4. 5020, 2. 5021, 2. 3. 5027, 3. 4. 5030, 4. 5031, 2. 5032, 2. 5035, 2. 3. 5036, 2. 3. δὶς ἱερέως τοῦ γόμου 5000, 3. 4. 5010, 5. 5028, 3. ἱερέως γόμων πέντε 5003, 2. 3. ἱερέως γόμων ἑπτά 5005, 3. 4. ἱερέως γόμων ὀκτώ 5007, 3. 4. 5007*b*, 2. 3. 5009, 3. ἱερέως sine genetivo 4996, 5. 5029, 3), aut mentio fiat ἱερεωσύνης (C. I. G. 5002, 5. τῶν η' ἱερεωσυνῶν 5009, 7. 8) vel ἀρχιερεωσύνης (5001, 4. 5006, 8. 5014, 5). Iuxta sacerdotem nonnunquam comparet προστάτης τοῦ γόμου (C. I. G. 4983, 3. 4991, 8. 4996, 9. προστάτης sine genetivo 4994, 3) et universitas naviculariorum (οἱ ἀπὸ τοῦ γόμου C. I. G. 4993, 4. 5. 5006, 4. 5. 5008, 5. 6. 5010, 7. 8. 5012, 7. 8. 5015, 5). Haec omnia ad naves onerarias spectare manifestum est, quandoquidem γόμος ubique onus navis significat. Atque in his titulis eas potissimum naves intellegi, quibus lapides e lapicidinis avehebantur, demonstrant tituli C. I. G. 4993, 6. 7: ἐπὶ τοῦ γόμου ἥλκυσε λίθου[ς] κε'. 5021, 7. 8: ἐπὶ τοῦ γόμου Σαραπίωνος ἱερέως ἥλκυσα λίθους σλ'. Franz. 4 Cum hoc de civitate Graeca necessario intellegendum sit, Ptolemaidis potissimum senatorem significari cum ex situ huius oppidi apparet tum confirmatur titulo C. I. G. 5000, 2. 3, ubi de Sotere huius Apollonii ut quidem videtur fratre (not. 2) legitur βουλευτής, ἄρξας Πτολεμαιέων. Cf. praeterea C. I. G. 5012, 3. 4 ἱεροποιοῦ Πτολεμαιέων. 5032, 2. 3 βουλευτοῦ Πτολεμαιέων. Franz. 5 Eiusdem deae nomen redit C. I. G. 5032, 3. 4 τοῦ καινοῦ ἱεροῦ τῆς κυρίας Σρουπτίχιος. 5033, 3 [προστάτης] Σρουπτίχιος, viri nomen inde derivatum Ψενσρούπτιχις habes C. I. G. 4983, 1. 6 Die 9. mensis Februarii.

---

210 Talmi (*Kalabscheh*). Edd. Niebuhr Inscr. Nub. p. 10 ex Gauii apographo, tum ipse Gau Monum. Nub. tab. 20 (J. Franz C. I. G. 5069). Accuratius R. Lepsius Denkmäler aus Aegypten und Aethiopien XII p. 95 n. 379. Cf. Letronne Recherches pour servir à l'hist. de l'Égypte p. 487.

Αὐρήλ(ιος) Βησαρίων ὁ καὶ Ἀμμώνιος | στρ(ατηγὸς) Ὀμβ(ίτου[1]),

Litterae ΛΑΆΔΕΕЄЄΘΛΞΠΣCШ (in postremo versu ω). Perfrequentes litterarum ligaturae. 1 Sic supplere malui quam Ὄμβ(ου) cum prioribus editoribus; neque enim oppidi Ombi strategus est, sed nomi Ombitae. Aliter res se habet in nomo Elephantines, qui nomine per terminationem

Ἐλεφ(αντίνης), τοῦ κρατ(ίστου) Μύρωνος δια|δεχομέν(ου) τὴν ἀρχιερωσύνην δι' ὧν μοι ἔγραψ[ε] | κελεύσαντος[2] πάντας τοὺς χοίρους ἐξελασθῆναι ‖ ἀπὸ ἱεροῦ[3] κώμης Τάλμεως[4] τῆς ιβ'-σχοί(νου[5]), παραγγέλλε|ται[6] πᾶσι τοῖς κεκτημένοις χοίρους τούτους ἐξε|λάσαι ἐντὸς πεντεκαίδεκα ἡμερῶν ἀπὸ τῆς προ|κειμένης

-ίτης derivato omnino caret ideoque plerumque circumlocutione ὁ περὶ Ἐλεφαντίνην (n. 202, 2) indicatur, pro qua hic brevitatis causa simplex oppidi nomen ponitur. Cf. papyrum Parisinum Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 (1865) p. 397 n. 69 E, 1. 2 ὑπ[ομνηματισμοὶ τοῦ δεῖνος στρατηγοῦ Ὀμβί]του Ἐλεφαν[τίνης]. F, 2. 3 ὑπομνηματισ[μοὶ τοῦ δεῖνος σ]τρατηγοῦ Ὀμβίτ[ου Ἐλεφαντίνης]. Sic enim haec supplenda esse manifestum est. 2 Structura enuntiati paullo contortior quidem est, sed recte se habet: 'cum Myro iniens sacerdotium litteris ad me datis porcos ex vico Talmi expelli iussisset'. Id unum ambigas, utrum διαδεχομένου de *successore* accipiendum sit an de *vicario*, quam interpretationem commendare videntur papyrorum loci quos attuli n. 86[5]. 3 ἱεροκώμης editores; at cum ΟΥ in lapide esse Lepsii apographo confirmetur, duas discretas voces esse pro certo habendum est. Ac simplicissima quidem interpretatione 'ex delubro vici Talmeos' uti non licet, quia ex v. 7. 8 luculentissime apparet, non ex fano, sed ex omni vico expelli porcos. Aut igitur ἱεροῦ soloece pro ἱερᾶς scriptum esse sumendum est, aut ἱεροῦ substantive usurpatum pendere a κώμης 'ex vico qui est delubri', 'qui pertinet ad delubrum'. 4 Cf. n. 201[5. 28]. 5 I. e. Δωδεκασχοίνου, de qua regione cf. Ptolemaeus IV, 5, 33 p. 725, 6 sqq. εἶτα (i. e. ultra Syenen adverso flumine Nilo) Δωδεκάσχοινος, ἧς ἀπ' ἀνατολῶν εἰσὶν Ἄραβες καλούμενοι Ἀδαῖοι. Deinde in Dodecaschoeno enumerantur oppida Ἱερὰ Συκάμινος, Φίλαι, Μετακομψώ, Ψέλκις. Talmis (*Kalabscheh*) cum in occidentali fluminis ripa medio fere loco inter Philas et Pselchin (*Dakkeh*) sita sit, eam recte ad Dodecaschoenum referri apparet. De notae numeralis usu in nomine composito cf. Greek papyri in the British mus. II p. 191 n. CCCXXXV ε' φυλίας, i. e. πενταφυλίας. 6 Cave hoc passive 'imperatur' interpreteris. Nam sic nominativus Αὐρήλ(ιος) Βησαρίων v. 1 extra conexum enuntiati est. Immo ille pro subiecto, παραγγέλλεται praedicatum enuntiati primarii est, cui medio interponitur τοῦ κρατίστου Μύρωνος — κελεύσαντος — ἐξελασθῆναι. Sane παραγγέλλεσθαι pro παραγγέλλειν 'iubere' soloecum est; sed hic ipse soloecismus generum verbi confusorum haud infrequens est in Aegypti vicinarumque terrarum titulis inferiore aetate incisis. Cf. n. 90, 23 ἦσαν — συντετελεσμένοι pro συνετετελέκεσαν. 90, 39 παρεστήξεται pro παρεστήξει. 201, 9 ἀναχωρήθην pro ἀνεχώρησα, Berl. gr. Urk. I p. 342 n. 351, 3 συνετάξω γάρ μοι (pro συνέταξας i. e. προσέταξας). Notices et extraits des manuscrits XVIII 2, 1865 p. 291 n. 34, 16: ἔφασαν δέ μοι Ὀσοστάης τις καὶ Νεφερσεῦ διότι κελευόμενοι ἐπιτηροῦνται αὐτοὺς καθ' ἡμέραν ἃ π[ο]ιοῦσιν. Neque anacoluthia, qua v. 3 prima persona μοι legitur, cum Besario in enuntiato primario tertia de se ipso utatur, quicquam offensionis habet. Cf. Syll.[2] n. 686, 13 ἐμφανίσαντός μοι.

κώμης, πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχουσι τὰ περὶ τούτου | κελευσθέντα πρὸς τὸ δύνασθαι τὰ περὶ τὰ ἱερὰ θρήσ‖κια[7] κατὰ τὰ νενομισμένα γείνεσθαι. | [L..] τῶν κυρίων ἡμῶν [Φιλίππων[8]] Σεβαστ[ῶν].

7 Nomen τὸ θρήσκιον (vel θρησκεῖον) ceteroqui quod sciam inauditum est in sermone Graeco, cum θρησκεία (θρησκίη), θρήσκευμα, θρήσκευσις haud infrequentia sint. 8 Supplevit Letronne monens hoc loco, ante Σεβαστῶν, nomen proprium imperatorum desiderari, id vero quin Φιλίππων fuerit propterea dubium non est, quia nulla alia plurium qui una imperaverint principum appellatio tam brevis est, ut huius lacunae ambitum non excedat. Cf. C. I. G. 5010, 1. 2: ἔτους . . τῶν κυρίων ἡμῶν Φιλίππων Σεβαστῶν. C. Iulius Philippus natu maior annis 244—248 p. Chr. n. principatum tenuit. Sed filium cognominem, qui per tres priores principatus annos *nobilissimus Caesar* appellatus fuerat, a. 247 demum in societatem imperii nominisque Augusti ascivit (Eckhel D. N. VII p. 333 sqq.). Aut eodem aut proximo anno igitur haec incisa sunt.

IV.

Regnum Seleucidarum.

211 Lapis inventus Thyatiris (*Kioskí*). Edd. Νέα Σμύρνη 14. Aug. 1891. A. E. Kontoleon Revue des études Grecques IV (1891) p. 297 n. 1. Cf. quae adnotaverunt Clerc de rebus Thyatirenorum p. 13. G. Radet de coloniis a Macedonibus in Asiam cis Taurum deductis p. 50. W. Hünerwadel Forschungen zur Gesch. des Königs Lysimachos p. 104. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 90 not. 1.

Βασιλεῖ Σελεύκω[ι[1]] | τῶν ἐν Θυατείροις | Μακεδόνων[2] οἱ ἡ|γεμόνες καὶ οἱ στ‖ρατιῶται.

1 Seleucum I Nicatora indicari si non plane certum, at maxime probabile esse propter litteraturam ipsis saeculi a. Chr. n. tertii initiis melius convenientem quam ulli inferiori aetati observat Kontoleon. 2 Cf. Strabo XIII, 4, 4 p. 625 Cas. ἐπὶ δὲ τὸν νότον (a Pergamo) ὀρεινὴ ῥάχις ἐστίν, ἣν ὑπερβᾶσι καὶ βαδίζουσιν ἐπὶ Σάρδεων πόλις ἐστὶν ἐν ἀριστερᾷ Θυάτειρα, κατοικία Μακεδόνων, ἣν Μυσῶν ἐσχάτην τινές φασιν. Steph. Byz. Θυάτειρα· πόλις Λυδίας,

ἡ πρότερον Πελόπεια καὶ Σεμίραμις, ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος Λυσιμάχῳ πολεμοῦντος καὶ ἀκούσαντος ὅτι θυγάτηρ αὐτῷ γέγονε τὴν πόλιν ἐκάλεσε Θυγάτειρα (structura enuntiati manifesto ab epitomatore turbata). Inter urbes Lydiae recensetur post Nacrasa (n. 290[1]), ante Magnesiam ad Sipylum, a Ptolemaeo Geogr. V, 2, 14 p. 820, 4. Cf. praeterea Polyb. XVI, 1, 7. XXXII, 27, 10. Liv. XXXVII, 8, 7. 37, 6. 44, 4. Plinius N. hist. V, 115. 126. De Macedonum colonia cum hac inscriptione convenit Straboni, eandemque monstrat titulus sepulcralis illic inventus Bull. de corr. Hell. X 1886 p. 398 n. 1: Μενέδημος | Νεοπτολέμου | Μακεδών. Seleucum Nicatora potissimum eam deduxisse quominus Stephano credamus nihil impedit. Nam recte quidem omnes fide indignam iudicaverunt narrationem de filiola nata, quippe quae conexa sit cum nominis derivatione omnino absurda. At hic non magis, quam in antiquioribus coloniis Graecorum, credibile est ab eisdem qui talia excogitarent etiam tempora originis et nomina conditorum efficta esse. Quare recte si quid video Stephanum secuti sunt Clerc, Radet, Hünerwadel. Quod vero ex Menedemi epitaphio 'fortasse iam Alexandri M. regno' Macedones Thyatiris habitasse colligit Niese, non plane convenit cum editoris observatione, qui testis oculatus pronuntiat, per litterarum formas licere ascendere 'usque ad primos successores Alexandri' inter quos ipsum Seleucum Nicatora fuisse nemo ignorat.

---

212 Tabula ab omnibus partibus praeter dextram mutila, inventa anno 1873 in vico *Aktschi-Köi*, qui Thymbrae veteris locum tenet, in praedio Calverti, quo delata videtur ex ruderibus Ilii novi. Ed. G. Hirschfeld Archäol. Zeitung XXXII 1875 p. 155 n. 2. Cf. quae adnotaverunt W. Hünerwadel Forschungen zur Gesch. des Königs Lysimachos p. 101. B. Haussoullier Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 62.

-----------ιο [--------- | -----------]α μὲν ἱερε[--- ὡς

Litterae volgares; Ο et Ω reliquis aliquanto minores. 1 Supplevi. Manifestum est hic nescio quid honoris praemiive decerni regi Seleuco quia amicus sit populi Iliensium. Qui rex, cuius in honoribus totum versatur tituli argumentum, sine dubio recte ab editore intellegitur Seleucus I Nicator (306—280 a. Chr. n.). Etenim Suetonii quidem narrationem Claud. 25: *Iliensibus, quasi Romanae gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit, recitata vetere epistula graeca senatus populique Romani, Seleuco regi amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes praestitisset* sine dubio aut cum Niebuhrio ad Seleucum II Callinicum (246—226 a. Chr.) aut ad Seleucum III Ceraunum (226—223 a. Chr.) referendam esse, sed de neutro ex eis hic cogitari licere cum quia ei vix nudo nomine βασιλεὺς Σέλευκος sine paternae originis indicio appellati essent, tum propter litteraturam initio tertii a. Chr. n. multo melius

φ]ίλος[1] [τ]ο[ῦ | δήμου[2]. προεδρίαν[3] δὲ εἶ]ναι ἐν τῶι θεά[τ]ρωι ἐμ π[ᾶσι | τοῖς ἀγῶσι[4] τοῖς συντελο]υμένοις[5] ὑπὸ τῆς πόλεως ‖ [τῆς τῶν Ἰλιέων[6]. ἱδρύσ]ασθαι[7] δὲ καὶ βωμὸν ἐν τῆι | [ἀγορᾶι[8] ὡς κάλλιστον[9] κα]ὶ ἐπιγράψαι ʽΒασιλέως Σε‖[λεύκου᾿[10]. καὶ θυσίαν[11] δὲ] συντελεῖν [τ]ῶι βασιλεῖ | [Σελεύκωι ἑκάστου μην]ὸς[12] τῆι δωδεκ[ά]τηι τὸν γυ[μ|νασίαρχον[13]. τιθ]έτω δὲ καὶ ἀ[γῶ]να τῶν νέ‖[ων -------------------, μετὰ[14]] δὲ ἡμᾶς καὶ διὰ πενταε‖[τίας ἀεί[15], τῆι δωδεκάτη]ι[16] ἐν τῶι μηνὶ τῶι Σε-

---

convenientem quam postremis eiusdem decenniis. Quibus ex rationibus prior quidem nullius momenti esse mihi videtur quia initium tituli non tenemus. Quod si patris nomen habuit, profecto neque necessarium erat neque usitatum, id in repetita regis Seleuci mentione identidem poni. At litterarum formae, quantum ex Hirschfeldi exemplo iudicari licet, nihil habent quod a saeculi quarti exeuntis more abhorreat, quae res sane suadet ne ultra Seleuci I tempora descendamus. Accedit quod ipsi Ilienses n. 219, 46 in plebiscito de Antiochi I Soteris honoribus amicitiam praedicant quae sibi iam cum illius patre Seleuco Nicatore intercesserit. Post pugnam qua a. 281 a. Chr. n. Lysimachus superatus et occisus esset, Ilienses a Seleuco beneficiis affectos gratiae referendae causa divinos honores ei decrevisse probabiliter statuit Hirschfeld. 2 Supplevi. 3 Supplevi. 4 Supplevi. 5 Supplevi. 6 Supplevi. 7 Supplevi. 8 Supplevi. 9 Supplevi. 10 Seleucus I Nicator (306—280 a. Chr. n.). Cf. not. 1. 11 Supplevi. Cum manifestum sit, v. 9 demum inde a verbo [τιθ]έτω de ludis instituendis dici, hic vix aliam rem ac sacrificium commemoratam fuisse credibile est. Nam Hirschfeldii ratio, qui utrobique de certamine dici sibi persuasit, probari nequit. Cf. not. 13. 12 Supplevi; non certi alicuius mensis nomen fuisse probabile est, nam sacrificium, qui multo minor est honos quam ludi sollennes, de quibus instituendis paullo infra dicitur, unoquoque mense repetitum esse veri simile est propter exempla similia de quibus exposui n. 56[53]. Duodecimum diem mensis cuiuspiam Seleuco consecratum fuisse, sive ut Hirschfeld coniecit quod eo die primum Ilium venerat, sive quod eo regnum inierat aut natus erat, ex huius decreti reliquiis apparet. Iam eum mensem Seleuceum appellabant (v. 11) eiusque die duodecimo magnas ferias cum certaminibus quinto quoque anno regi celebrabant; at per singulos menses dies duodecimos sacris faciendis obibant. 13 Supplevi. τὸν γυ[μνικὸν ἀγῶνα] Hirschfeld, qui sumit hic praecipi ut certis alius numinis, veluti Minervae, sacris adiceretur certamen honoris Seleuci causa obeundum, diversum illud quidem ab eis ludis quinquennalibus, de quibus infra verba fiant. At de certamine quod hoc demum enuntiato recens instituitur articulo τὸν γυ[μνικὸν ἀγῶνα] uti nullo modo licuit. 14 Supplevi. Distingui primas ferias quae proximo tempore obeundae sint ab eis quae postea quinto quoque anno repetantur certum videtur, etsi illud μετὰ ἡμᾶς insolite dictum esse me non fugit. 15 Supplevi. 16 Supplevi. Cf. Thuc. II, 15, 4: ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. n. 55[15].

λευκε[ί|ωι στεφανίτην μουσικόν[17]] καὶ γυ[μ]νικὸν καὶ ἱππικόν, | [ὡς καὶ τοῦ Ἀπόλλωνος[18] τ]ελεῖται τοῦ ἀρχηγοῦ τοῦ | [γένους αὐτοῦ[19]. τῶι δὲ ἀγῶνι ἱερε]ύειμ[20] μὲν τὰς δώδεκα ‖ [φυλάς[21], -----------] καὶ τὰς ἐχεχειρίας εἶ|[ναι ἐφ' ὅλον τὸν μῆν]α[22]. καὶ δίδοσθαι τοῖς - υ[-- | -----[23] τῶν κρεῶν μερίδα[24], ὅση]ν καὶ ἐν τῆι τῆς Ἀθηνᾶς [θυ|σίαι λαμβάνουσιν[25] -----------] ἡ σύνοδος τοῦ δήμου | [-------------- βασι]λεῖ Σελεύκωι, ἐπειδὴ ‖ [καὶ ἐν τῆι θυσίαι[26] τῆς] Ἀθηνᾶς ὑπὲρ τοῦ βασ[ιλέ|ως Σελεύκου ------ κα]ὶ τῆς πόλε[ω]ς ἀνεγνω --- | ------------ τὸν ὑπὲρ [τ]ο[ῦ] βασιλέως | [----------- ἐν τῆ]ι θυσίαι τῆς Ἀθηνᾶς | [----------- ἱ]ερονόμοι[27], καθότι δὲ οἱ ‖ [------ ------------- θ]υσίαις ὑ[πὲρ | ----------].

17 Supplevi. Cf. n. 233, 27 sqq. aliosque eiusdem generis titulos. 18 Supplevit Hirschfeld. 19 Cf. n. 219[18]. 20 Supplevi. Cogitaveram de [θύ]ειν, sed ¯YEIN exhibet Hirschfeld. 21 Supplevi. 22 Supplevi. Fieri etiam potest, ut fuerit τὰς ἐχεχειρίας εἶ[ναι τὸν Σελεύκειον μῆν]α, qui mensis utique intellegendus est. Hirschfeldius sane per ipsum modo diem duodecimum quo sacra fiunt armorum usu interdici statuit. At hoc abhorret a more Graecorum, apud quos induciae sacrae et ante ferias et post eas per aliquantum temporis esse solebant. Cf. Syll.[2] 646, 57 sqq. 23 Fuit cum cogitarem de [φ]υ[λέταις], sed huic supplemento non favet Hirschfeldii exemplum in quo ΤΟΙΣΛΥ est. 24 Supplevi. 25 Supplevi. 26 Supplevi coll. v. 23. 27 Eundem Iliensium magistratum habes n. 219, 20.

---

213 Tabula magna marmoris albi eruta inter rudera templi Apollinis Didymei. Ex apographo et ectypis suis ed. B. Haussoullier Revue de philologie XXIV (1900) p. 245 n. II. Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 34 sqq.

Ἔδοξε τῶι δήμωι, γνώμη συνέδρων· Δημοδάμας | Ἀριστείδου[1]

1 Tam acute quam probabiliter Haussoullier hic agnovit Seleuci et Antiochi exercituum ducem eundemque scriptorem haud ignobilem, quem Milesium fuisse testatur Stephanus Byz. s. Ἄντισσα. Quantopere ei cordi fuerint patria Apollinis Didymei sacra, praeter hunc titulum docet narratio Plinii Nat. hist. VI, 49: *transcendit eum amnem* (Iaxartem) *Demodamas* (libri Plinii *demonas*, *daemones*, *daemona*, *demona*, quod emendatum est ex Solino c. 49, 5, qui veram nominis formam servavit), *Seleuci et Antiochi regum dux, quem maxime sequimur in his, arasque Apollini Didymaeo statuit.* Idem alterne sit Δημοδάμας ὁ Ἁλικαρνασσεὺς ἢ Μιλήσιος ἐν τῷ περὶ Ἁλικαρνασσοῦ apud Athenaeum XV p. 682*e* dubitatur. Cf. C. Müller Fragm. hist. Gr. II p. 444. F. Susemihl Gesch. der gr. Litteratur in der Alexanderzeit I p. 659.

εἶπεν· ἐπειδὴ Ἀντίοχος ὁ πρεσβύτατο[ς[2]] | τοῦ βασιλέως Σελεύκου[3] πρότερόν τε πολ[λὴν | ε]ὔνοιαν καὶ προθυμίαν παρεχόμενος δι[ετέλει[4] ‖ πε]ρὶ τὸν δῆμον τὸν Μ[ι]λησίων καὶ νῦν ὁρ[ῶν τὸν | πα]τέρα τὸν αὐτο[ῦ τ]ὴν πᾶσαν σπουδὴ[ν πεποιημέ|νον] περὶ τὸ ἱερὸν [τὸ ἐ]ν Διδύμοις[5], καλῶς ἔχε(ι)ν [δὲ | ὑπ]ολανβάν[ων ἐπ]ακολουθεῖν[7] τῆι τοῦ πατ[ρὸς προ|αιρ]έσε[ι ἐ]π[αγγέλλε]ται στοὰν οἰκοδο[μήσειν ‖ τῶι δημοσί]ωι[8] κατὰ πόλιν[9], ἀφ' ἧς ἔσονται ε[ἰ------- | πρόσοδοι ἃς οἴ]εται[10] δεῖν δαπανᾶσθαι

2 Hic υἱός, quo careri nullo modo poterat (cf. v. 26), mera neglegentia omissum perspexit Hauss. 3 Seleucus I Nicator (a. 306—280 a. Chr. n.). Hoc decretum intra annorum 306—293 spatium factum esse editor recte inde collegit, quod Antiochus, cum summis laudibus efferatur, tamen regio nomine etiamtum caret. 4 Supplevi. διατελεῖ Haussoullier. 5 Praecipue de antiquo simulacro Apollinis, quod Xerxes Didymis sublatum Ecbatana transtulerat, a Seleuco Milesiis restituto (n. 214[6]) hic dici videtur. Hauss. 6 Supplevi; καὶ Hauss. Qui sex fere litteris reponendis spatium sufficere, sed hic ut alibi in extremo versu aliquot loca vacua relicta fuisse videri dicit. Post ἔχεν sane inferiorem hastae directae partem exstare testatur idem. Sed particula καὶ omnis enuntiati et sententiae ordo pervertitur, hasta vero illa fortasse ad iota referenda est, ut ΕΧΕΝΙ errore pro ΕΧΕΙΝ incisum sit; nam utique hic aliquid erratum est, quandoquidem neque forma Dorica ΕΧΕΝ neque antiqua scriptura Ε pro ΕΙ in illius regionis et aetatis titulo locum habet. In altera editione Haussoullier καλῶς ἔχ(ο)ν recepit ex coniectura a Wilamowitzio cum ipso communicata, acuta ea quidem sed paullo violentiore. 7 Supplevi. [ἐξ]ακολουθεῖν Hauss. 8 Probabiliter sic supplevit Haussoullier monens ex v. 19 sqq., ubi magistratus publici iuberentur reditus huius porticus curare, apparere eam publicam populi Milesiorum futuram esse. [ἔν τινι τόπ]ωι M. Fränkel ap. Haussoullier, qui non iniuria hoc addidamento nihil effiici ad accuratius definienda illa κατὰ πόλιν observavit. 9 I. e. in oppido interiore, cf. Arrian. Anab. I, 18, 3: τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἀναλαβὼν τῶν τε πεζῶν τοὺς λοιποὺς καὶ τοὺς τοξότας καὶ τοὺς Ἀγριᾶνας καὶ τοὺς Θρᾷκας ἱππέας καὶ τῶν ἑταίρων τήν τε βασιλικὴν ἴλην καὶ πρὸς ταύτῃ τρεῖς ἄλλας ἐπὶ Μιλήτου ἐστέλλετο· καὶ τὴν μὲν ἔξω καλουμένην πόλιν ἐξ ἐφόδου ἔλαβεν ἐκλιπούσης τῆς φυλακῆς· ἐνταῦθα δὲ καταστρατοπεδεύσας ἔγνω ἀποτειχίζειν τὴν εἴσω πόλιν. Ab illo κατὰ πόλιν vero derivatur pagi Milesiorum nomen Καταπολίτιοι Rev. de philol. XXI 1897 p. 39. Haussoullier. 10 Cum Haussoullier v. 11 init. ΣΕΤΑΙ agnoscere sibi videretur, [οἰή]σεται scripsit. At futurum hic sensu cassum est. Neque enim quisquam in eiusmodi condicione praedicit, quid aliquando opinaturus sit. Ac re vera ex omnibus exemplis verbi οἴεσθαι quae ille ex titulis exscripsit (n. 5, 15. 224, 8. 228, 9. Syll.[2] 177, 2. 4 sqq. 250, 6. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. 462, 15) nullum unum est quod futurum tempus habeat. Quare fuit cum ταχθή]σεται supplerem. Sed in altera editione H., cum speciem illam litterae Σ ante ΕΤΑΙ fallacem esse perspexisset, [οἴ]εται rescripsit, quod mihi quoque probatur.

εἰς τὰ κατα‖[σκευαζομε]να[11] ἐν τῶι ἱερῶι τῶι ἐν Διδύμοις. τὰ δὲ ἀ‖[πὸ τούτων] συντελούμενα γίνεσθαι αὐτοῦ ἀν‖[αθήματα·[12]. δε]δόχθαι Μιλησίοις, ἐπαινέσαι μὲν ‖ [Ἀντίοχον τῆ]ς περὶ τὸν θεὸν εὐσεβείας καὶ τῆς | [πρὸς[13] τοὺς πολίτ]ας εὐνοίας, δεδόσθαι δὲ αὐτῶι | [εἰς τὴν στοὰν[14]] τὸν τόπον ὃν ἂν ὁ ἀρχιτέκτων [ὁ ἡι|ρη]μέ[νο]ς[15] μετὰ τῶν ἀνδρῶν οἷς προστέ[τα|χεν[16]] Ἀντίο[χο]ς ἀποδείξηι. τοὺς δὲ ταμία[ς πω‖λεῖν[17], κ]αὶ τοὺς [ἀεὶ κ]αθισταμένους πρυτάνης[18] | ------ ελέσθ[αι[19]. τὴν] γινομένην [ἀπ'] αὐτῆς πρόσο‖[δον,] κατατάσ[σειν δὲ] αὐτὴν καθ' αὐτὴν καὶ

---

11 *κατα‖[ναλισκόμε]να* Hauss. in ed. priore. Sed quoniam verborum notiones fere ad idem redeunt, non licebat sic loqui sine gravi tautologiae crimine. Rectius *κατα‖[σκευαζόμε]να* Wilamowitz ap. H., in quod ipse quoque incideram priusquam altera Haussoullieri editio prodiret. Ceterum quod hic reditus porticus commemorantur, inde recte Haussoullier collegit eam mercatui habendo destinatam fuisse. 12 Utique τὰ δὲ ἀ[ναλώματα, quod posuit Haussoullier in proëcdosi, tolerari nequit. Etenim συντελεῖν aut de sacrificiis, certaminibus sacris, feriis aliisque caerimoniis usurpatur aut de operibus artis, praecipue architectorum et statuariorum; συντελεῖν ἀναλώματα vero inusitatius dictum est. Neque profecto, cum regis filius se porticum aedificaturum pollicitus esset, definite enuntiandum erat eum omnem sumptum toleraturum esse. Quod contra omnibus numeris et sermonis usui et sententiae satisfacit Wilamowitzii supplementum apud Haussoullierum in editione altera, a quo non erat cur ulla ex parte discederemus. 13 Supplevi. περὶ Haussoullier. 14 Suppleverunt Brückner et Holleaux apud Haussoullierum in altera editione, cum in priore [κα|τὰ πόλιν] fuisset. 15 [ὁ αἱ|ρού]με[νο]ς Haussoullier in priore editione, qui adnotat formulam ὁ ἀεὶ αἱρούμενος restitui non licere propter spatii angustias. Sed fugit eum, neque huic neque omnino praesenti tempori locum esse propter sententiam. Dicitur enim de loco, in quo porticus aedificanda est, Antiocho concedendo. Quod non is qui quoque tempore futurus est architectus facere iubetur, sed is qui nunc in magistratu est. Longe aliter res se habet v. 20 τοὺς [ἀεὶ κ]αθισταμένους πρυτάνης, ubi de re quae in reliquum tempus quotannis facienda erit verba fiunt. Haec scripseram cum prodiret editio altera, in qua ille quoque ἡιρημένος legit. 16 προστέ[τα|γεν] Haussoullier in priore editione, quod in altera emendatum est. 17 Supplevi. De vectigalibus Graecos emtionis venditionis, non locationis conductionis vocabulis uti notum est. Quaestores vendere iubentur vectigalia porticus, prytanes mercedem a redemptoribus accipere et asservare. 18 Mira forma, siquidem η pro ει haud rarum quidem est in titulis inferioris aetatis, sed non fere occurrit nisi ante vocales. 19 [συναφ]ελέσθαι Hauss., quod compositum mihi non videtur sententiae accommodatum esse. Sed quid aliud reponam non habeo, quoniam editor testatur initio hastam verticalem exstare, quae neque litterae Π neque Ν esse possit sed necessario ad Φ referri debeat.

μίσ[θ|ωσι]ν ποεῖσθα[ι[20] καθ]ότι ἂν τῶν δήμωι δοκῆ[ι. | ἐπε]ίτ' ἂν[21] δὲ συν[τελε]σθῆι τὸ δεδογμένο[ν, ‖ ἐ]πιγραφέτωσαν [Ἀν]τίοχον τὸν Σελεύκ[ου] | τοῦ βασιλέως υἱὸν [πρ]εσβύτατον ἀ[νατεθει]|κότα. ὅπως δὲ καὶ ἕτερ[οι] προαιρῶντ[αι σπουδά]|ζειν περὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Δι[δύμ]οις κ[αὶ τὸ πλῆθος] | τὸ Μιλησίων, ὁρῶντες τού[ς τοῦ ἱερ]οῦ [εὐεργέ]‖τας τιμωμένους ὑπὸ τοῦ δ[ήμου, δεδόχθαι] | Μιλησίοις, στῆσαι Ἀντιόχου ε[ἰκόνα χαλκῆν] | ἐφ' ἵππου ἐν τῶι τόπωι ὧι ἂν τῆι [βουλῆι κατανέ]|μειν[22] δόξηι, τὸ δὲ ἀργύριον τὸ εἰς [τὴν εἰκόνα] | ἐξελεῖν τοὺς ἀνατάκτας[23], το[ὺς ἐπὶ ---------[24]] ‖ στεφανηφόρου, ἐπείτ' ἂν[25] καὶ τὰ [ἄλλα χρήματα μερί]|σωσιν[26]. εἰσκαλεῖσθαι δὲ αὐτὸν [εἰς προεδρίαν ἐν Μιλήτωι] | τοῖς Διονυσίοις καὶ ἐν Διδύμο[ις τοῖς Διδυμείοις ἐν[27]] | τοῖς κυκλίοις ἀγῶσιν. δεδόσθ[αι δὲ αὐτῶι καὶ σίτησιν] | ἐν πρυτανείωι καὶ ἀτέλεια[ν πάντων καὶ ἀσφάλειαν] ‖ καὶ ἐν εἰρήνηι καὶ πολέμωι ἀ[συλεὶ καὶ ἀσπονδεί. ὑπά]|ρχειν δὲ αὐτῶι καὶ προμα[ντείαν ἐν τῶι ἱερῶι τῶι ἐν] | Διδύμοις. εἶναι δὲ ταῦτα [καὶ τοῖς ἐγγόνοις τοῖς Ἀντι]|όχου. ὅπως δὲ ἡ

---

20 De locanda porticu hoc interpretatur Haussoullier. Sed praepostero ordine primum de reditibus ex aedificio locato asservandis, deinde demum de locatione diceretur; quare illud quidem v. 19. 20 fuisse statui, hic vero de eis operibus, quae ex mercede locationis perfici iubentur in templo Apollinis Didymei (v. 11. 12 δαπανᾶσθαι εἰς τὰ κατα[σκευαζόμε]να ἐν τῷ ἱερῷ τῷ ἐν Διδύμοις), locandis dici persuasum habeo. 21 Hoc et hic et v. 35 in lapide esse testatur Haussoullier, qui tamen minus recte ἐπειτὰν scripsit ὀξυτόνως. Nam manifesto hoc ex ἐπεί τε natum est eadem ratione atque ὅταν, ὁπόταν ex ὅτε, ὁπότε. Cum adverbio ἔπειτα (ἔπειτε, ἔπειτεν) huic coniunctioni nihil intercedit necessitudinis. 22 Supplevit Haussoullier ad exemplum titulorum Atticorum, velut C. I. Att. II, 164, 32. 335, 9. 341, 13. 23 Magistratus appellatio hucusque ignota; sed cum origo vocabuli tum negotium quod hic eis iniungitur indicio sunt, eorum fuisse pecunias publicas singulis magistratibus et conciliis quibus impensae inde faciendae essent dividere. Hauss. 24 Magistratus eponymus eiusdem anni quo haec decreta sunt hic sine dubio nominatus fuit; neque enim statuae erigendae negotium in longiorem diem dilatum esse credibile est. 25 Cf. not. 21. 26 Supplevi. τὰ[ς προσόδους διοική]σωσιν Haussoullier, quod et aliis nominibus displicet et propterea quia sic καὶ sensu cassum est; nam haec quoque pecunia ex reditibus reipublicae pendenda est. 27 Supplevi. καὶ Haussoullier. At haec certamina non ut tertium aliquid Dionysiis et Didymeis adiunguntur, sed per utrasque ferias haberi solebant. In altera editione Haussoullier particulam omisit, sed cum iam τοῖς Διδυμείοις mero dativo enuntiatum sit, in certaminis genere significando praestat addi praepositionem.

εἰκὼν συν[τελεσθῆι κατὰ τάχος, ἑλέσ]|θαι τὸν δῆμον τρεῖς ἄ[νδρας αὐτίκα μάλα, τούτους δὲ ἐπι]||μεληθῆναι τῆς ἐργ[ασίας ----------].

---

214 Inter rudera templi Apollinis Didymei. Ex Sherardi schedis ed. Chishull Antiq. Asiat. p. 66 sqq. Ex hoc et varietate lectionis a Müllero ex Sherardi exemplo enotata Boeckh C. I. G. 2852 (Syll.[1] 170. E. L. Hicks Manual of Gr. hist. inscr. p. 298 n. 175. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 49 n. 39). Ex Cyriaci Anconitani apographo quod est in codice Riccardiano 996 varias lectiones exscripsit O. Riemann Bull. de corr. Hell. I (1877) p. 288 n. 66, ex alio eiusdem exemplo Targioni-Tozzetti Relazioni d' alcuni viaggi fatti in diversi parti della Toscana V p. 432 (inde E. Ziebarth Mitth. des arch. Instituts in Athen XXII 1897 p. 411 n. 20). Sed hoc exemplum v. 1—21 modo continet, illud adeo in versu 20 desinit. Nunc superior lapidis pars periit, inferiorem (v. 23—62) omnium accuratissime ex ipso lapide ed. B. Haussoullier Revue de phil. XXII 1898 p. 121 (Totum titulum repetivit idem Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 195 sqq.). Cf. quae adnotaverunt W. Feldmann Dissert. Argent. IX p. 177 not. 1. A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 p. 208. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2450 f. B. Haussoullier Revue de philologie XXIV (1900) p. 257.

Ἐπὶ στεφανηφόρου Ποσειδίππου, | ταμιευόντων τῶν ἱερῶν χρημά|των Τιμέα τοῦ Φρύσωνος[1], Ἀρισταγόρα | τοῦ Φιλήμονος[2], Κλεομήδους τοῦ Κρέ||σωνος[3], Φιλίππου τοῦ Σωσιστράτου, Ἀλεξάν|δρου τοῦ Λοχήγου, Πολυξένου τοῦ Βάβωνος[4], | τάδε ἀνέθηκαν βασιλεῖς Σέλευκος καὶ | Ἀντίοχος[5] τὰ ἐν τῆι ἐπιστολῆι γε|γραμμένα.

Litterae volgares praeter ΘΞΠΣ, si modo apographis antiquioribus fides habenda est. 1 Sic Cyriacus secundum Riemanni et Targionii testimonium. ΦΥΡΣΩΝΟΣ Boeckh (Chishull, Sherard). Utra lectio vera sit, in medio relinquendum. 2 ΝΑΗΜΟΝΟΣ Chish. Sher. Boeckhius emendaverat Ν(ο)ήμονος, Wilhelmus vero acute perspexit ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ latere, quod ipsum Cyriacus (Riem. Targ.) habet. 3 Sic Cyr. (Riem. Targ.). ΚΡΕΙΣΟΝΟΣ Chish., ΚΛΕΙΣΟΝΟΣ Sher. 4 In hac lectione consentiunt Cyr. (ex Riemanni testimonio) et Chish., cum unus Sherardus ΒΑΒΙΩΝΟΣ exhibeat. 5 Olim Boeckhium secutus Seleucum II Callinicum et Antiochum Hieracem

Βασιλεὺς Σέλευκος[6] Μιλησίων τῆι βουλῆι | καὶ τῶι δήμωι χαίρειν· ἀφεστάλκαμεν[7] εἰς | τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ ἐν Διδύμοις[8] | τήν τε λυχνίαν τὴν μεγάλην καὶ ποτήρια | χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ εἰς ἀνάθεσιν τοῖς θεοῖς ‖ τοῖς Σωτῆρσι[9] κομίζοντα Πολιάνθην[10], ἐπι|γραφὰς ἔχοντα. ὑμεῖς οὖν ὅταν παραγέ|νη-

---

fratres intellexi, ad proxima post Antiochi II mortem (246 a. Chr.) tempora relata tituli origine. Sic enim facilem explicationem habere opinabar rem per se sane miram, quod dedicatio quidem ad utrumque regem referretur (v. 7. 8), at epistula ab uno Seleuco scripta esset (v. 10); etenim Antiochum tum impuberem fuisse. At fratres aliquantisper una regnasse nusquam traditur. Immo eos ab initio inter se inimicissimos fuisse verissime monuit Feldmann; Seleucus unus patri successit, Antiochus aliquanto post illi regnum extorquere conatus est. Quare sine dubio verum viderunt Feldmann et Wilcken, cum ei tempori titulum vindicarent, quo Seleucus I Nicator cum Antiocho filio una regnabat. Quam regni communionem tituli Babylonii annorum 289. 285. 284 a. Chr. n. testantur. Sed quia administratio regni tum inter patrem et filium ita divisa erat, ut Euphrate amne distinerentur, facile intellegitur, cur epistula ad Milesios ab uno Seleuco scripta sit. Haussoullierus sane propter Deos Servatores (not. 9) et Osirin (not. 19) ad Boeckhii sententiam de tituli aetate magis inclinat, sed neque video quomodo argumenta gravissima Feldmanni et Wilckeni everti possint, neque praefracte negandum existimo iam intra annorum 290—280 a. Chr. n. spatium Osiridi aliquid Mileti dedicari potuisse. J. Beloch Hist. Ztschr. LX 1888 p. 505 not. 2 post a. 237 a. Chr. n. Seleucum Callinicum et Antiochum Hieracem aliquantisper per otium et concordiam vixisse, ut ille Syriam hic terras cis Taurum teneret, statuit et per illud tempus haec incisa esse; sed id probasse mihi non videtur. 6 Cf. not. 5. B. Niese Gesch. der griech. u. maked. Staaten II p. 85 not. 2 mentionem facit narrationis Pausaniae periegetae I, 16, 3: τοῦτο μὲν γὰρ Σέλευκός ἐστιν ὁ Μιλησίοις τὸν χαλκοῦν καταπέμψας Ἀπόλλωνα ἐς Βραγχίδας, ἀνακομισθέντα ἐς Ἐκβάτανα τὰ Μηδικὰ ὑπὸ Ξέρξου. VIII, 46, 3: τὸν χαλκοῦν ἔλαβεν (Ξέρξης) Ἀπόλλωνα τὸν ἐν Βραγχίδαις· καὶ τὸν μὲν ὕστερον ἔμελλε χρόνῳ Σέλευκος καταπέμψειν Μιλησίοις. Sed ni fallor primum Seleucus Milesiis ipsius dei simulacrum reddidit, paullo post ei dona quae hic recensentur misit. 7 Cf. n. 6^{4}. 220^{4}. 8 ΔΙΔΥΜΟΙΣ Boeckh sine varia lectione, ΔΙ|ΔΙΜΩ Cyr. ex Targionii, ΔΙΔΥΜΩ idem ex Riemanni testimonio. 9 Quo tempore titulus etiamtum Seleuco Callinico et Antiocho Hieraci tribuebatur, proclive erat hic Antiochum I Sotera eiusque uxorem Stratonicen post mortem divinis honoribus affectos agnoscere. At nunc apparet deos quoslibet, quibus salus regis et regni curae erat, sic nominari potuisse; et hic quidem accommodatissimum est, ipsum Apollinem Didymeum et deos qui cum eo una colerentur interpretari. 10 ΠΟΛΙΑΝΘΗΝ Boeckh sine varia lectione; item Riemannus hic nihil ex Cyriaco adnotat, cum Targionius ΠΟΛΥΑΝΘΗΣ exhibeat. Ceterum scriptura per ἰῶτα versu 22 confirmatur, nomen proprium Πολιάνθης etiam Syll.^{2} 305, 6 occurrit. De nomine appellativo ficticio πολιάνθη, quod priores editores hic agnoscere sibi visi sunt,

ται,[11] λαβόντες αὐτὰ ἀγαθῆι τύχηι | ἀπόδοτε εἰς τὸ ἱερόν, ἵνα ἔχητε σπένδειν | καὶ χρᾶσθαι ὑγιαινόντων ἡμῶν καὶ εὐτυχούν‖των[12] καὶ τῆς πόλεως διαμενούσης σώας[13] ὡς ἐγὼ | βούλομαι καὶ ὑμεῖς (εὔ)χεσθε[14]. (κατὰ) τ(ὰ) ἐντεταλμένα[15] | δὲ Πολιάνθηι[16] καὶ τὴν ἀνάθεσιν ποιούμενοι | τῶν ἀπεσταλμένων συντελέσατε τὴν θυσίαν | ἣν συντετάχαμεν αὐτ(ῶ)ι[17]. συνεπιμελήθητε ‖ οὖν ἵνα γένηται κατὰ τρόπον. τῶν δὲ ἀφεσ|ταλμένων[18] χρυσωμάτων καὶ ἀργυρωμάτ|ων εἰς τὸ ἱερὸν ὑπογέγραφα ὑμῖν τὴν γραφήν, | ἵνα εἰδῆτε καὶ τὰ γένη καὶ τὸν σταθμὸν | ἑκάστου. ἔρρωσθε.

---

fusius disputavi in proëcdosi; quae nunc repetere nihil attinet. Verborum ordo paullo inusitatior, quem tum tutatus sum allato Xenoph. Anab. I, 2, 21 καὶ ὅτι τριήρεις ἤκουε περιπλεούσας ἀπ' Ἰωνίας εἰς Κιλικίαν Ταμὼν ἔχοντα τὰς Λακεδαιμονίων καὶ αὐτοῦ Κύρου, nunc etiam luculentius defenditur exemplo plane gemino tituli n. 42, 6 sqq.: ὑπὲρ τᾶς θυσία[ς] ἅς [ἐξ]απέσταλκε[ν] τῷ τε Ἀσκλαπιῷ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἀπάγοντα Καφισοφῶντα. Polianthes igitur nomen fuit legato qui dona regis Miletum perferebat. 11 Sic Cyriacus (Riem. Targ.) ΓΑΡΑΓΙΝΗΤΑΙ Boeckhius sine lectionis varietate. 12 εὐτυ|χεστάτων Cyriacus ex testimonio Targionii. 13 Hanc vocem omittunt Chish. Sher., neque quicquam variae lectionis ex Cyriaco adnotat Targionius. Sed Riemannus σώας in suo exemplo apographi Cyriaci esse testatur. 14 Emendavi. Locus, ubi neque Cyriaci neque Haussoullieri exempla praesto sunt, ut Chishulli et Sherardi modo fide nitatur lectio, gravissime corruptus est et propter mira discrimina quae inter apographa intercedunt leniore medela non potest sanari. Namque ΚΑΙ ΥΜΕΙΣ ΧΡΙΕΣΘΕΕΝΤΕΤΑΛ ΜΕΝΗΙΤΗΙ habet Chishull, ΚΑΙΥΜΕΙΣΕΙΣΔΕΧΕΤΕΕΠΕΣΤΑΛΜΕΝΑ Sherard. Aliam viam secutus est Haussoullier in editione novissima, qui hoc quidem loco simpliciter scribit ὡς ἐγὼ βούλομαι καὶ ὑμεῖς· εἰσδέχε(σθε) | δὲ Πολιάνθην, illa vero quae in fine versus habent Sherardus et Chishullus, ex v. 17 errore traiecta sumit, ubi scribendum sit λαβόντες αὐτὰ ἀγαθῆι τύχηι [ἀφ]εσ-[σ]ταλμένα. Quod perfecti participium illic quidem neminem desideraturum fuisse, nisi qui in fine v. 21 id reperiret et iam circumspiceret quonam potissimum transponi posset, quovis pignore sponderi licet. Quare hoc violentissimum traiectionis artificium probare nequeo, etsi reliqua versus 21 emendatio facilior cuipiam videatur quam mea. Manet tamen offensio quaedam in εἰσδέχεσθαι, quia verbum cum hac potissimum praepositione compositum de legatis recipiendis usitatum non est. 15 Supplevi et emendavi. Cf. not. 14. 16 Sic Chishull, ΑΝΘΗ sine iota Sherard. 17 ΑΥΤΟΙ lapis, quod emendandum iudicavi, quia etiam ex composito συνεπιμελήθητε apparet, de eis quae Polianthi mandata sint hic dici. Ceterum per inferiorem lapidis partem cum accuratissimum teneamus Haussoullieri exemplum, Chishulli et Sherardi errores plerosque silentio premere visum est. 18 Cf. not. 7.

Γραφὴ χρυσωμάτων τῶν ἀφεσταλμένων[18].

Φιάλη καρυωτὴ Ἀγαθῆς Τύχης μία, ὁλκὴ | δραχμαὶ διακόσιαι τεσσεράκοντα ἑπτά. | ἄλλη καρυωτὴ Ὀσ[ίρ]ιδος[19] μία, ὁλκὴ δραχμαὶ | ἑκατὸν ἐνενήκοντα. ἄλλη καρυωτὴ Λητοῦς ‖ μία, ὁλκὴ δραχμαὶ ἑκατὸν ἐνενήκοντα ὀκτὼ | τρεῖς ὀβολοί. ἄλλη ἀκτινωτὴ[20] Ἑκάτης μία, ὁλκὴ | δραχμαὶ ἑκατὸν δεκατρεῖς. παλιμπότων | καὶ ἐλάφων προτομῶν[21] ἐπιγεγραμμένων | 'Ἀπόλλωνος' ζεῦγος ἕν, ὁλκὴ δραχμαὶ τρια‖κόσιαι δεκαοκτώ, τρεῖς ὀβολοί. ἄλλο παλίμπο|τον καὶ ἐλάφου προτομή, ἐπιγεγραμμένη⟨ν[22]⟩ | Ἀρτέμιδος, ἕν, ὁλκὴ δραχμαὶ ἑκατὸν ἑξήκον|τα μία. κέρας ἐπιγεγραμμένον 'Διὶ Σωτῆρι' ἕν, | ὁλκὴ δραχμαὶ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τρεῖς, ‖ τρεῖς ὀβολοί. οἰνοχόα Θεῶν Σωτήρων[23] μία, | ὁλκὴ δραχμαὶ τριακόσιαι ὀγδοήκοντα ἕχξ[24]. | ψυκτὴρ βαρβαρικὸς λιθόκολλος, ἐπιγεγραμ|μένος 'Σωτείρας', εἷς, ἔχων ἀποπεπτωκότα | κάρυα ἑπτά, ὁλκὴ δραχμαὶ τριακόσιαι ἑβδο‖μήκοντα δύο. μαζόνομον χρυσοῦν, ὁλκὴ | δραχμαὶ χίλιαι ὀγδοήκοντα ὀκτώ. εἰς τὸ α[ὐ]‖τό[25]· χρυσωμάτων δραχμαὶ τρισχίλιαι δια|κόσιαι τεσσεράκοντα ὀκτώ, ὀβολοὶ τρεῖς. | σκύφος ἀργυροῦς τορευτὸς ζωιωτός, ‖ ἔχων σχοινίδα, εἷς, ὁλκὴ δραχμαὶ τριακόσιαι | ὀγδοήκοντα. ψυκτὴρ ἀργυροῦς μέγας | δίωτος, ὁλκὴ δραχμαὶ ἐνακισχίλιαι. | λιβανωτοῦ τάλαντα δέκα, σμύρνης | τάλαντον ἕν, κασίας μναῖ δύο, κινναμώ‖μου μναῖ δύο, κόστου μναῖ δύο. λυχνία | χαλκῆ μεγάλη. προσήγαγεν[26] δὲ καὶ θυσίαν | τῶι θεῶι, ἱερεῖα[27] χίλια καὶ βο[ῦς[28]] δώδεκα.

---

19 Hoc in lapide esse iam Haussoullieri testimonio constat. ΘΕΟΣΙΡΙΔΟΣ legerat Sherard, ΘΕΜΙΔΟΣ Chishull, quod Boeckhio placuit; sed nunc interpolatio manifesta est. 20 Sic lapis ex Haussoullieri testimonio. ΑΛΛ.. ΤΙΝΩΤΗ Sherard, ΑΛΛΗΚΑΡΥΩΤΗ Chishull eadem interpolandi audacia quam observavimus not. 19. 21 Etsi καὶ ante ἐλάφων accessit ex Haussoullieri apographo, tamen non discerni res diversas, sed cervorum protomas in ipsis poculis fuisse apparet, quia et ζεῦγος ἕν et inscriptionis mentio ad utrumque nomen spectat. 22 Dubius haereas utrum ἐπιγεγραμμένη an ἐπιγεγραμμένον emendes, nam illud priori προτομή, hoc proxime insequenti ἕν accommodatum est. At unam rem vocabulis παλίμποτον καὶ ἐλάφου προτομή indicari (not. 21) haec generis varietas luculentissime demonstrat. 23 Cf. not. 9. 24 Sic Haussoullier, ΕΞΞ Boeckh sine varietate lectionis. Apparet antiquam scripturam ΕΧΣ et recentiorem ΕΞ a lapicida confusas esse. 25 I. e. in summa, si omnium quae ante enumerata sunt summam confeceris. 26 Polianthes. 27 I. e. oves. De hac arctiore vocabuli ἱερεῖον significatione cf. Syll.2 629, 14. 28 Cum Sherardus ΒΟ.ΔΩΔΕΚΑ, Chishullus ΒΩ.ΔΩΔΕΚΑ legisset, hic quidem βω[μοὺς] supplevit assensumque tulit Boeckhii. Sed hoc intolerabile esse docui in proëcdosi et

demonstravi nihil nisi boves hic commemorari potuisse. Quod nunc Haussoullieri lectione confirmatur. In eo vero victimarum genere numerus duodenarius iam inde ab Homeri aetate usitatus fuit.

---

215 Stela marmoris albi fracta a superiore parte, eruta Prienae in templo Minerva Poliadis, translata Londinium in museum Britannicum. Ed. E. L. Hicks Greek inscr. in the Brit. Museum III, 1 p. 29 n. CCCCXV (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 358 n. 481).

I [----- εἰκόν|α] χαλκῆν [κ]αὶ σ[τ]ῆσαι [π]α[ρ]ὰ [τ]ο[ὺ]ς [β]ασιλεῖς Σέλευκο[ν καὶ | Ἀ]ντίοχον[1]. δεδόσθαι δὲ αὐτῶι καὶ προεδρίαν ἐμ πᾶσι τοῖς ἀγῶ[σιν] | καὶ ἔφοδον ἐπὶ τὴμ βουλὴγ καὶ τὸν δῆμομ πρώτωι μετὰ τὰ ἱε[ρὰ | κ]αὶ σίτησιν ἐμ πρυτανείωι καὶ ἐμ Πανιωνίωι[2] καὶ ἀτέλειαν τ[οῦ] ‖ σώματος καὶ ὧν ἄν εἰσάγηται ἢ ἐξάγηται εἰς τὸν ἴδιον οἶ[κον[3]] | καὶ ἐμ πολέμωι καὶ ἐν εἰρήνηι· ταῦτα δὲ ὑπάρχειγ καὶ αὐτῶι κ[αὶ] | ἐκγόνοις. ἀναγγεῖλαι δὲ τὸν στέφανον Διονυσίοις τραγωιδῶ[ν | τ]ῶι πρώτωι ἀγῶνι, δηλοῦντας ἐν τῆι ἀναγγελίαι ὧν ἕνεκα τετ[ί|μ]ηται· τῆς δὲ ἀναγγελίας ἐπιμεληθῆ[ν]αι τὸν ἀγωνοθέτην. τ[ῆς] ‖ δὲ κατασκευῆς τῶν εἰκόνωγ καὶ [τ]ῆς στάσεως, ὅπως συντ[ε]‖λεσθήσονται κατὰ τάχος καὶ ξυμφερόντως, ἐπιμελεῖσθαι τ[οὺς] | ἐνεστῶτας ἀεὶ στρατηγούς. ἵνα δὲ α[ἵ] τε τιμαὶ αἱ δεδομέν[αι

Litterae volgares; ξῖ v. 5 Ξ est, v. 11. 19. 26. 27 Ξ. 1 Quod statua Larichi (not. 4) iuxta regum Seleucidarum imagines erigitur, inde H. recte collegit, eum illorum iussu et auspiciis beneficia in Prienenses contulisse, quae permagna fuisse iure meritoque ex singularibus praemiis quibus civitas ea remunerata esset conici. Quare omnium maxime probabile esse, ducem exercitus regii hic honoribus affici, qui per belli tempora Prienensibus auxilio venisset. Nomina Seleucus et Antiochus hoc ordine se excipientia non possunt non Seleucum I (306—280 a. Chr.) et eius filium designare. Sane inde non statim sequitur, Larichi quoque imaginem iam illorum temporibus dedicatam esse. Sed cum Hicksio usque ad Antiochi II Dei regnum descendere utique non licet (not. 4). 2 Delubrum Neptuni Heliconii in promunturio Mycale, in proxima Prienes oppidi vicinia, situm hic indicari manifestum est. Sed mireris Prienensibus de illo, quod omnium Ionicarum civitatium commune fuit, eiusmodi aliquid decernere licuisse. 3 Cf. n. 9, 4. 10, 13. Syll.[2] 480, 4: ἀ[τέ|λειαν] εἶναι Φωκαιεῦσιν ἐμ Μαγνησίᾳ ἀπ[άντων] — ὅσα ἂν ε[ἴς] τὸν ἴδιο[ν | οἶκ]ον [ἐ]ξάγωσιν. Ad idem fere redit Syll.[2] 178, 31 δίδωσι δὲ καὶ ἀτέλειαν — τῶν ἐπὶ κτήσει. Caveri his formulis ne quis praemio immunitatis in fraudem populi qui id concessit ad lucrum mercatura faciendum abutatur manifestum est.

Λα]‖ρίχωι[4] ἐπιφανέστεραι ὦσιγ καὶ τῶν ἄλλων οἱ προαιρούμενο[ι τῆι] | πόλει παρέχεσθαι τὰς χρεί[ας] θεωρῶσιν ὅτι ὁ δῆμος τοῖς κ[α‖λ]οῖς καὶ ἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐπίσταται χάριτας ἀποδιδόναι κατα|ξίας, ἀναγράψαι τόδε τὸ ψήφισμα ε[ἰ]ς στήλην λιθίνηγ καὶ στῆσαι | παρὰ τὴν εἰκόνα· τὰ δὲ ἀναλώματα τὰ γενόμενα ὑπηρετεῖν[5] | τοὺς οἰκονόμους[6]. |

II Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἱπποθῶντος[7], μηνὸς Μεταγειτνιῶνος· ἔδοξε τῶ[ι] ‖ δήμωι, γνώμηι στρατηγῶν· περὶ τῶν [τιμ]ῶν τῶμ πρότερον ἐψηφισμέ|νων Λαρίχωι τὰ μὲν ἄλλα εἶναι καθ[ὼς] πρότερον ὁ δῆμος ἐψήφιστ[αι,] | στῆσαι δὲ Λαρίχου εἰκόνα χαλκῆν ἐφ' ἵππου ἐν τῆι ἀγορᾶι ἀντὶ τῆς | πρότερον ἐψηφισμένης αὐτῶι. ὑπάρχειν δὲ Λαρίχωι ἀτέλειαγ καὶ τῶ[γ] | κτηνῶγ καὶ τῶν σωμάτων ὅσα ἂν ὑπάρχηι ἔν τε τοῖς ἰδίοις κτήμασ[ι] ‖ καὶ ἐν

---

4 Cum hunc inter homines nobilissimos regni Seleucidarum ac maxime quidem inter exercituum duces quaerendum esse probabile sit (not. 1), nomen vero rarissimum, admodum accommodata ad persuadendum est Hicksii opinio, Larichi Mytilenaei, cuius mentio fiat apud Arrianum Anab. III, 6, 5, nepotem cognominem hic commemorari. Atque illius quidem filios duos Erigyium et Laomedonta praeter Arrianum l. l. etiam alibi inter Alexandri exercituum duces recenseri (Arrian Ind. 18, 4 Λαομέδων ὁ Λαρίχου. Curtius VI, 4, 3. 23. 8, 17. VII, 3, 2. 4, 32. 38. 7, 9. 21. 22. 24). Ex quibus Erigyius quidem rege etiamtum superstite decessit (Curt. VIII, 2, 40), Laomedo vero post eius mortem Syriae provinciae praefectus est (Diodor. XVIII, 3, 1. 39, 6. 43, 2. Appian. Syr. 52. Curt. X, 10, 2). Iam huius filio avitum nomen Λάριχος fuisse, eumque post patris fata ad Seleucidas, in quorum dicione tum Syria fuisset, se applicuisse coniectura est Hicksii tam ingeniosa quam probabilis. At quod ille statuit Larichum Antiochi II Dei aetate in bello contra Ptolemaeum II Philadelphum, qui in vicina insula Samo stationem navalem habuisset, Prienensibus auxilio venisse, id temporum ratione refellitur. Etenim Laomedon cum fratre iam Philippo Amyntae f. superstite in exilium pulsus erat (Arrian III, 6, 5), ita ut eum Alexandro certe non minorem sed etiam aliquanto maiorem natu fuisse appareat. Cuius filium plus quam centum decem post ipsius natales annis exercitui praefuisse quis tandem credet? Quare quaenam potissimum Larichus Prienensibus praestiterit, in medio relinquendum, sed ea ad Seleuci I aut Antiochi I potius quam ad Antiochi II regnum referenda esse apparet. 5 Cf. Syll.[2] 139, 13. 14: ὑπηρετεῖν δὲ αὐτοῖς τὸν κατὰ μῆνα ταμίαν. 6 Cf. n. 50, 13. 51, 26. 89, 6 cum not. 3. 102, 15 cum not. 9. Hic civitatis magistratum intellegi manifestum est. 7 Hic et v. 27 heroum nomina occurrere memorabile est. Neque enim casu homines quosdam qui summo magistratu fungerentur haec nomina gessisse videntur, sed ut alibi diis, sic hic heroibus honoris causa magistratus mandatus esse. Etiam Gr. inscr. in the Brit. mus. III, 1 p. 31 n. CCCXVI, 9 [ἐπὶ] στ[εφα]νηφόρου Ἀκάμαντος legitur. Hicks.

τῆι πόλει, ὅπως ἂμ φαίνηται ὁ δῆμος χάριτας ἀποδιδοὺς | Λαρίχωι τῶν εὐεργετημάτων ἀξίας. |

III Ἐπὶ στεφανηφόρου Ἀκάμαντος, μηνὸς Ἀπατουριῶνος, Ἀναξίλα[ς] | Λυκιδέως εἶπεν· ὅπως ἂν αἱ ἐψηφισμέναι ὑπὸ τοῦ δήμου τι|μαὶ Λαρίχωι ἀναγραφῶσιν εἰς στήλην λιθίνηγ καὶ σταθῆι ἡ στή||λη ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Ἀθηνᾶς, δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, τὸ[ν] | νεωποίην Λεωμέδοντα ἀπεγδοῦναι ὅπως στήλη τε κατα|σκευασθῆι καὶ ἀναγραφῆι εἰς αὐτὴν τὰ ψηφίσματα τὰ ἐψηφισ|μένα ὑπὸ τοῦ δήμου ὑπὲρ τιμῶν Λαρίχωι καὶ σταθῆι ἡ στήλη ἐν τῶ[ι] | ἱερῶι τῆς Ἀθηνᾶς· τὸ δὲ γενόμενον εἰς ταῦτα ἀνάλωμα ὑπηρετ[ῆ]||σαι τὸν νεωποίηγ καὶ ἀνενεγκεῖν τῆι πόλει ἐλ λόγωι.

---

216 Basis rotunda inventa Deli in parietinis Propylaeorum. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 210 n. 1 (Syll.[1] 151). E. Loewy Inschr. gr. Bildhauer p. 109 n. 145 (Ch. Michel Recueil d'Inscr. Gr. p. 870 n. 1295).

[Βασίλισσα]ν Φίλαν[1] | [βασιλέως] Σελεύκου[2] | [θυγατέρα, | βασιλέ]ως [δ]ὲ Ἀντιγόνου[3] || [γυ]ναῖκα, | ---οφάνης Δημ[-- | ἀρετῆς] ἕνε[κεν]. | Παρθενοκλῆς Ἀθηναῖο[ς ἐποίει].

Litterae volgares praeter ΘΟΣ. Hastae quae rectae esse debebant plerumque aliquantum incurvatae. 1 Phila Seleuci et Stratonices filia, nata intra annorum 301 et 293 spatium, Antigono nupsit fere anno 277 a. Chr. (Diog. Laert. VII, 8. 36. Vita Arati ap. Westermann Βιογράφοι p. 60. Droysen Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 197 not. 2). Quando decesserit non constat. 2 Seleucus I Nicator, qui regnavit 306—280 a. Chr. n. 3 Antigonus Gonatas diem supremum obiit anno 239 a. Chr. Eo igitur titulus utique antiquior est.

---

217 Marmor inventum Amyzone Cariae (*Mazyn-Kalessi*). Edd. E. Hula et E. Szanto Sitzungsberichte der Ak. zu Wien, phil.-hist. Cl. CXXXII (1895) II p. 2. Paullo plenius et accuratius W. R. Paton et J. L. Myres Journal of Hell. studies XVI (1896) p. 231 n. 34.

Βασιλεὺς Ἀντίοχος[1] στρατηγοῖς[2], | ἱππάρχαις, πεζῶν ἡγεμόσι[3],

1 Aut Antiochus I Soter, id quod mihi quidem probabilius videtur, aut Antiochus II Deus designatur. 2 Summi totius exercitus duces. 3 Eandem appellationum distinctionem, quam in Ptolemaeorum regno

⟨στρα⟩ | στρατιώταις καὶ τοῖς ἄλλοις[4] | [χ]αίρ[ε]ιν· τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀπόλλω‖[νος καὶ τῆς Ἀρτ]έμιδος τὸ ἐν | ---------

obtinuisse constat (69[3]. 115[5]), ut στρατηγός esset qui summum exercitus regimen haberet, ἡγεμών qui illi subditus parti copiarum praeesset, etiam apud Seleucidas, nec minus apud Attalidas (cf. n. 280, 2) fuisse videmus. Ceterum epistulae simillimae ab aliquo ex Attalīdis ad duces militesque missae relliquias A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 50 agnovit apud M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 7, 1, ubi [ἡγεμ]όσι καὶ ἱππεῦσ[ι] reposuit perquam probabiliter. 4 Quicumque praeter mitites eorumque duces in exercitu versantur.

---

218 Basis marmoris quadrangula, fracta in tres partes, inventa in vico *Jeniköi* prope Ilium novum. Lapis ab omnibus quattuor lateribus (*a b c d*) scripturam habet. Translatus est Constantinopolin in museum. Edd. Brückner Sitzungsberichte der Ak. zu Berlin 1894 p. 461. R. Dareste, B. Haussoullier, Th. Reinach Inscr. jurid. Gr. II p. 24 n. XXII. Adhibita collatione Haussoullieri et imaginibus photographicis lapidis Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 390 n. 524. Cf. quae adnotavit B. Haussoullier Revue de philologie XXV p. 13 not. 1.

a

§ 1 [----- | ὃς δ'] ἂν ἀπ[ο]κτείνηι τ[ὸν τ]ύραννο[ν[1] ἢ τὸν ἡ]‖-

Litterae volgares praeter Ξ, non dispositae στοιχηδόν: Σ brachia divergentia quidem habet, sed non multum; ΘΟΩ reliquis minores. Scripturam omnibus nominibus simillimam esse eius quam habet n. 221 testatur Brückner, quare tempus quoque quo hae duae inscriptiones exaratae sunt idem esse videtur (cf. not. 1). Ceterum editores inscriptionum iuridicarum commodissime capita legis, quae aut ἀσυνδέτως (v. 52. 97. 111. 116. 130) unum iuxta alterum ponuntur, aut particula δέ adiunguntur (v. 43. 70. 80. 106. 153) numeris distinxerunt, quos ex eorum editione praeter unum locum (not. 24), de quo paullo aliter iudico, retinui. 1 Primi octo versus plane interciderunt, proximorum (v. 9—18) exigua restant vestigia, quae suppleri nullo modo possunt; inde a versu undevigesimo titulum hic repraesentamus. Initio sine dubio scriptum fuit, quicumque tyrannus esset aut princeps paucorum imperii, eum impune a quolibet necari licere. Deinde transitur ad praemium eius qui interfecerit. Omne huius legis argumentum non ad eos spectare, qui ante eam latam Ilii dominationem non legitimam habuerint, sed in reliquum tempus si qui exsisterent tyranni, de eis eorumque adiutoribus et asseclis puniendis caveri apparet. Sane editores hoc propterea fieri, quia annis proxime superioribus ipsi Ilienses tyrannidis mala experti

γεμόνα τῆς ὀλιγαρ[χ]ίας ἢ τὸν τὴν δ[ημοκρα]|τίαγ καταλύον[τ]α, ἐὰμ μὲν ἔναρχο[ς[2], τά]|λαντον ἀργυρ[ί]ου[3] λ[αμβάνειν παρὰ τῆς πό]|λεως αὐθη[μερὸν] ἢ τῆι δευτέραι, [κα]ὶ εἰκό[να] | χαλκῆν αὐτο[ῦ στ]ῆ[σ]α[ι τ]ὸ[ν δῆ]μον[4]. εἶναι δὲ ‖ αὐτῶι καὶ σίτη[σ]ιν [ἐ]μ πρυ[τα]νείωι[5], [ἕ]ως [ἂν] ζῆ[ι,] | καὶ ἐν τοῖς ἀγῶ[σι] εἰς π[ρο]εδρίαν [κηρύ]σσεσ|θαι ὀνομαστεὶ[6] καὶ δύο δ[ρ]αχμὰς δίδοσθαι | αὐτῶι ἑκάστης ἡμέρας μέχρι ἂν ζῆι. ἐὰν δὲ | ξένος

---

essent, haud improbabiliter statuerunt, etsi fieri etiam potuit ut vicinarum civitatium sorte moniti in tempore gravissimis poenis propositis a simili conatu cives suos deterrere conarentur. Utique recte negarunt Br. et editores inscr. iur., Seleucidarum regno tyrannum Ilii fuisse; immo si modo unquam fuit, certe Lysimachi tempore institutus, a Seleuco vero post victoriam anni 281 a. Chr. libertas civitati reddita est. Quare paucis modo annis post legem latam esse probabile est, id quod perbene convenit cum eius litteratura (v. supra). 2 Vox alibi significat eum qui in magistratu est; sed hic civem indicari apparet, siquidem haec distinctio: sive magistratus est — sive peregrinus (v. 28. 29) — sive servus (v. 31) non recte se habet. Editores inscr. iur. hoc ita expedire conantur, ut tum Ilienses in dicione sua (ἀρχῇ) habuisse statuat alias civitates vicosque. Sed propterea in singulorum hominum condicione civili significanda ἔναρχος dici pro πολίτης mihi nulla ex parte credibile videtur. Quod contra commode statuas adiectivum hic non de eis qui tum ipsum magistratus gerant, sed de omnibus quibus eos gerere liceat, i. e. de civibus optimo iure, qui ius honorum habeant, usurpari. Qui sermonis usus nasci sane non potuit nisi qua aetate etiam cives inferioris condicionis erant, qui illo iure carerent, sed conservari etiamtum poterat cum omnes cives eodem iure uterentur, id quod in huius legis tempus cadere haec triplex divisio ἔναρχος — ξένος — δοῦλος docet. Plane geminum huius usus exemplum sane nullum novi, sed similiter aliquando ἔντιμος dicitur ut sit fere 'honorum capax'. Cf. Syll.[2] 329, 30. 41. 837, 4. Idem fere sibi volunt Syll.[2] 594, 10 ᾧ δαμοσιοργίας μέτεστι. 3 Cf. plebiscitum Atheniensium apud scholiastam Aristophanis Av. 1073: ἐὰν δέ τις ἀποκτείνῃ Διαγόραν τὸν Μήλιον, λαμβάνειν ἀργυρίου τάλαντον· ἐὰν δέ τις ζῶντα ἀγάγῃ, λαμβάνειν δύο, quod poëta ipse his versibus irridet: ἢν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον | λαμβάνειν τάλαντον, ἤν τε τῶν τυράννων τίς τινα | τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνῃ, τάλαντον λαμβάνειν. Inscr. iur. 4 De statuis quibus tyrannicidarum memoria conservari solebat praeter nobilissimum Harmodii et Aristogitonis exemplum cf. decretum Erythraeorum de Philiti honoribus Syll.[2] 139, 3 sqq. 5 Hunc quoque honorem Athenis Harmodii et Aristogitonis posteris habitum esse in volgus notum est. 6 Cf. titulos item Ilienses Syll.[2] 169, 50: καλεῖν δὲ α[ὐτὸν καὶ] εἰς προεδρί[αν σὺν τοῖς συνέδρ]οις ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὀνομασ[τί]. 479, 17 sqq.: παρακαλεῖν δὲ καὶ ἐν τοῖς Παναθηναίοις εἰς προεδρίαν ὀνομαστεὶ πατρόθεν καὶ αὐτοὺς καὶ ἐγγόνους. Similia etiam in aliarum civitatum pagorumque decretis occurrunt. Cf. Syll.[2] n. 271, 12. 518, 18. 526, 21.

ἧι ὁ ἀποκτ[εί]νας, ταὐτὰ δίδοσθαι αὐτῶ[ι] ‖ καὶ πολίτης ἔστω
[κα]ὶ εἰς [φυλ]ὴν ἐξέστω αὐ[τ]ῶ[ι] | εἰσελθεῖν ἣν ἂν βούληται[7].
ἐὰν δὲ δοῦλος ἦ[ι | ὁ ἀ]ποκτε[ίνας, ἐπί]τιμος[8] [ἔ]στω καὶ πο-
λιτεί|[ας μ]ε[τεχέτω κατὰ τὸν ν]όμογ καὶ τριάκοντα [μ|νᾶς
λαμβανέτω παρὰ τῆς πόλεως] αὐθημερὸν ἢ [τῆι ‖ δευτέραι, καὶ
μέχρι ἂν ζῆι ἑκάσ]της ἡμέρας λαμβ|[ανέτω δραχμήν. -------
§ 2 -------] τῆς ἀρχῆς[9] οἱ με | [---------------- τάλαντον
ἀργ]υρίου λαμβανέ[τωσαν | --------------------------------
-------] τριάκοντα μνᾶ[ς --------]

b

§ 3 [--,
τὰ δὲ ἄ]λλα[10] τῆς πόλεως εἶναι. ‖ [κα]ὶ εἴ τίς τι ἠδικήθη ὑπ'
§ 4 αὐ|[τῶν,] ἀπολαμβάνειν ἐντεῦ|[θεν. ἐ]ὰν δέ τις τὸν τύραν|[νον
ἢ τ]ὸν ἡγεμόνα τῆς ὀλι|[γαρ]χίας ἢ τὸν (τὴν[11]) δημοκρατί|αγ
καταλύσαντα τῶν συσ|στρατιωτῶν τις[12] ἀποκτεί|νας εἰς δημοκρα-
τίαγ κατα|στήσηι τὴμ πόλιν, ἀζήμιόν | τε αὐτὸν εἶναι ὧν ἔπρα-
ξεν ‖ μετ' αὐτῶγ καὶ τάλαντον ἀρ|γυρίου λαμβάνειμ παρὰ τοῦ |
§ 5 δήμου. ὃς ἂν ἐπὶ τυράννο(υ) ἢ | ὀλιγαρχία(ς)[13] στρατηγήσηι |

---

7 Cf. n. 220, 19 sqq. ἐξεῖναι δ' αὐτῷ καὶ εἰς φυλὴν καὶ φρατρίαν ἣν ἂν βούληται ἐ[γγράφεσθαι]. Syll.² 479, 13: καὶ Ἠλείας εἶναι καὶ εἰς φυλὴν εἰσιόντας ἣν ἂν θέλωσιν. Inscr. iur. 8 Aut sic cum editoribus aut [ἔν]τιμος (not. 2) supplendum est, etsi non video quid hac voce enuntietur diversum ab eo quod statim subiungitur καὶ πολιτεί[ας μ]ε[τεχέτω]. Minus molestum quod gravissimum praemium, libertas, non nominatim commemoratur. Nam liberum esse qui civis sit sponte patet. 9 Recte hic alterum caput legis incipere iudicant editores inscr. iur., etsi eaedem quae supra sunt summae talenti et triginta minarum hic recurrunt. Nam cum praeter cives, peregrinos, servos profecto aliud hominum genus nullum sit, prius caput versu 36 finiri apparet. 10 Supplevi. De publicandis tyranni bonis hic dici, quorum pars ad tyrannicidam perveniat, cum reliqua in aerarium civitatis redigantur, non fugit editores inscr. iur., quare mireris quod [ἀ]λλὰ coniunctionem esse existimarunt. 11 Articulum incuria lapicidae omissum restituerunt editores inscr. iur. De ipsa re hi provocant ad Demophanti plebiscitum apud Andocidem I, 97: καὶ τὰ κτήματα τοῦ ἀποθανόντος πάντα ἀποδόμενος ἀποδώσω τὰ ἡμίσεα τῷ ἀποκτείναντι. 12 Pronomen errore repetitum. 13 ΕΠΙΤΥΡΑΝΝΟΝΗΟΛΙΓΑΡΧΙΑΝ lapis, quod tenuit Br. de magistratibus popularis imperii interpretatus, qui tyrannos et optimates impugnandi causa instituti essent. At neque hoc in totum huius legis argumentum et consilium quadrat, neque ἀρχὴν ἄρχειν ἐπὶ τύραννον ἢ ὀλιγαρχίαν Graecum est. Quare nullo modo dubium est quin recte τυράννο(υ) ἢ ὀλιγαρχία(ς) emendaverint editores inscr. iur.

ἢ ἄλλην τινὰ ἀρχὴν ἄρξηι ‖ [ἥν]τιναοῦν, δι' ἧς εἰς ἀργυ[ρί|ου
λ]όγον ἔρχεται[14], ἢ ἐπιγρ[α|φὴν ἐ]πιγράψηι[15] Ἰλιέων ‖[τινὶ ἢ |
τῶν με]τοίκων, π[αρ]ὰ μηδε|[νὸς τούτων ὠν]εῖσθαι μηδὲ ‖ [πα-
ρατίθεσθαι[16] μ]ήτε γῆν μή|[τε οἰκί]α[μ μήτ]ε κτήνη μήτε |
[ἀνδ]ράποδα [μή]τε ἄλλο μη|[δ]ὲν μηδὲ φ[ερν]ὴν δέχεσθαι[17]. |
ὃς δ' ἂν παρὰ [τού]των τινὸς πρί‖ηταί τι ἢ παρ[αθ]ῆται ἢ
φερ[ν]ὴν | λάβηι ἢ ἄλλ[ως] πως κτήση|ται, ἄκυρον ε[ἶνα]ι τὴγ
κτῆσιν | καὶ τὸν ἀδικ[ηθέ]ντα ἰέναι εἰς | τὰ τοῦ ἀδικήσ[αν]τος
§ 6 ἀτιμη‖τεί, ὁπόταν θ[έλ]ηι. ἐὰν δέ τις | τὸ δεύτερον [σ]τρατηγή-
σηι[18] | ἢ ἄλλην ἀρ[χὴν] ἄρξηι, ὅσ' ἂν | διαχειρίσηι χ[ρή]ματα,
πάντα | ὀφείλειν ὡς δ[η]μόσια ὄντα[19]· ‖ [ἐξ]εῖναι δὲ δι[κάσ]ασθαι
τῶι | [βουλο]μένωι ὡ[ς] περὶ δημοσί|[ων ἐν τ]ῶι δικα[σ]τηρίωι,
ὅταν | [βούλητ]αι, μέχ[ρι] τέλος δί|[κης γέν]ηται [δη]μοκρατου‖-
§ 7 [μένων Ἰλ]ιέων[20]. [ὃς] δ' ἂν ἐπὶ τυ|[ράννου] ἢ ὀλιγα[ρ]χίας ἐκ
τού|[των[21] χρήμα]τα δη[μό]σια δῶι ἢ λά|[βηι, ἐξεῖν]αι δικ[άσ]-
ασθαι ὡς | [δημοσίων] χρημάτων, ὑπόδι‖[κος δὲ ἔστω -------]

---

14 I. e. cui pecuniae publicae attribuuntur, quarum ratio reddenda est reipublicae. 15 ἐπιγραφὴν ἐπιγράφειν hic idem est, quod apud Atticos εἰσφορὰν ἐπιγράφειν. Cf. Syll.² 118, 56. 16 Ne civitas civesque quibus ille tributum imperavit (not. 15) facultate ex illius re familiari sua recuperandi priventur, interdicit lex ne quis ullam rem ab illo aut emat aut pignori accipiat (παρατίθεσθαι cf. v. 65 παρ[αθ]ῆται) aut dotis nomine sibi tradi patiatur. 17 Cf. v. 105, ubi affinitate ac nuptiis contrahendis cum eis, contra quos haec lex lata est, in gratiam redire vetantur cives. 18 Videmus hic, per popularis imperii tempora nullum magistratum saepius quam semel gerere licuisse Ilii, quod sane Athenis quoque similiter institutum erat, sed exceptis tamen magistratibus militaribus (Arist. Ἀθ. πόλ. 62, 3). Qui igitur eundem magistratum aut ultra annuum tempus continuabat aut iterum petebat, is non modo patriae leges contemnere sed etiam perpetuam potestatem i. e. tyrannida affectare existimabatur ideoque gravissima poena coërcendus videbatur. 19 Licebat igitur etiam eas pecunias ab eo repetere, quas non in suum usum verterat, sed in reipublicae commoda et necessitates impenderat. 20 Hac formula primum, ut recte observant editores inscr. iur., indicatur, hanc actionem nulla longi temporis praescriptione neque ullo alio impedimento excludi, sed dum res iudicata sit unoquoque tempore unicuique civi illos homines in ius vocare licere. Deinde vero δημοκρατουμένων Ἰλιέων additur ut appareat, si quando per tyrannidis aut paucorum imperii tempora de eiusmodi crimine iudicium fieret, id irritum esse ac nullum, neque impedire quominus libertate restituta idem homo iterum de ea re conveniatur. 21 Hoc ἐκ τού[των] quid sibi velit me non perspicere ingenue profiteor.

c

§ 8 ------- | ἐγ μιαροῦ γένωνται[22]. καὶ τὰ ὄν[τα] αὐτῶν | τὰ μὲν
ἡμίση τῆς πόλεως ε[ἶ]ναι, τὰ δ' ἡμ[ί]|ση τῶμ παίδων τοῦ ἀπο-
θανόντος, ἐὰν δὲ παῖ|δες μὴ ὦσιν, εἰς οὓς ἂν τὰ χρήματα
ἱκνῆται· ‖ δίκην δὲ εἶναι περὶ τούτω[ν] ἀεί, μέχρι τέλος | δίκης
γένηται δημοκρατουμένων Ἰλιέων[23]. | ἐὰν δὲ δεθῆι[24] ἢ ἑρχθῆι
[ἢ] φεύγηι δεσμῶν, τιμὰς | διπλασίας ὀφείλει[ν κ]αὶ ὅτι ἂν
βλαβῆι διπλάσιον. | ἐὰν δὲ χρήματα ἐ[κ]τείσηι, διπλάσια ἀπο-
τινέ‖[τ]ω ὁ κατηγορήσ[ας]. δίκην δὲ εἶναι περὶ τούτων | [ἀ]εί,
§ 9 μέχρι τέλ[ος] δίκης γένηται δημοκρατου|[μ]ένων Ἰλιέω[ν[25]. ἐ]άν
τις ἐπὶ τυράννου ἢ ὀλιγαρ|χίας ἀποκτ[είνηι] τινὰ ἐν ἀρχῆι ὤν[26],
πάντας τοὺς | τὴμ ψῆφ[ον προσθεμ]ένους ἀνδροφόνους εἶναι,
κα[ὶ ‖ ἐ]ξεῖ[ναι ἐπεξελθ]εῖν ἀεί, μέχρι τέλος δίκης | [γένηται
δημοκρατουμέ]νων Ἰλιέωγ[27]· καὶ ἐὰν τὴν | δίκ[ην ἀποφεύγηι
τις, ψῆφον πρ]οσθέμενος ὥστε ἀ|ποκτεῖναι, ἄτ[ιμον εἶναι] καὶ
φεύγειν αὐτὸγ | καὶ ἐκγόνους οἳ ἂν [ἐξ αὐτοῦ γ]ένωνται. φόνον ‖
δὲ ἐπιγαμία(ι)ς[28] μὴ καταλλάσ[σεσ]θαι μηδὲ χρή|μασιν· εἰ δὲ
§ 10 μή, ἔνοχον εἶναι τῆι α[ὐτ]ῆι ζημίαι. ἐ|ὰν δέ τις τύραννος ἢ
ἡγεμὼν ὀλιγαρχίας ἢ ὅσ|τις Ἰλιέων ἀρχὰς συ[ν]αποδεικνύηι μετὰ
τού[των] | ἢ ἄλλος πρὸ τούτων πρίηται γῆν ἢ οἰκίαν ἢ κτήν[η] ‖
ἢ ἀνδράποδα ἢ ἄλλο ὁτιοῦν, ἀκύρως ἐωνήσθω[29] κα[ὶ] | ἐπανί-

---

22 Hic versamur in eo capite, quo de hominibus quos asseclae tyranni necaverint vel vinxerint praecipitur. Prima verba quid sibi velint obscurum est. 23 Cf. not. 20. 24 Hic novum caput (§ 9) incipere statuunt editores inscr. iur. At cum nullum subiectum verborum δεθῆι, ἑρχθῆι, φεύγηι definite indicetur, id ex enuntiato superiore, ubi ἐὰν ἀποθάνηι τις Ἰλιέων (cf. v. 88 τοῦ ἀποθανόντος) fuisse probabile est, supplendum videtur. Apparet igitur haec duo enuntiata arctissime inter se conexa unum modo legis caput efficere. 25 Cf. not. 20. 26 Minus accurate hic loquitur qui legem conscripsit. Nam protasis ita comparata est, tanquam si etiam magistratus qui sua manu quempiam occidit aut indicta causa interfici iubet, hoc legis capite teneretur. At apodosis patefacit, eos modo magistratus, quibus praesidentibus cives ab iudicibus capitis damnati sint, intellegi. 27 Cf. not. 20. 28 ΕΓΙΓΑΜΙΑΣ lapis. Emendavit Koehler apud Br., probaverunt ed. inscr. iur. Homines de re publica dissentientes in gratiam redire ea condicione ut alter alterius filiam in matrimonium ducat, apud Graecos non inauditum esse monent editores inscr. iur., allato Pisistrati et Megaclis exemplo (Aristot. Ἀθ. πολ. 14, 4), sed singulare esse quod hic inter homicidam et eum qui poenas repetat idem nonnunquam factum esse videamus; nisi aliquando usu venisset, sine dubio nemini in mentem venisset id vetare. 29 Ambigas utrum hoc medium sit relatum ad τις, an passivum relatum ad γῆν κτλ. ἢ

§ 11 τω[30] εἰς τοὺς ἀποδομένους. ἐάν τις ἐν ὀλι|γαρχίαι κακοτεχνῶν
περὶ τοὺς νόμους | βουλὴν αἱρῆται ἢ τὰς ἄλλας ἀρχὰς | ὡς ἐν
δημοκρατίαι[31] θέλων διαπράσσεσθαι τ[ε]‖χνάζων, ἄκυρα εἶναι
§ 12 καὶ τὸν τεχνάζοντα πάσ|χειν ὡς ἡγεμόνα ὀλιγαρχίας[32]. ὃς ἂν
τύρανν[ος] | ἢ ἡγεμὼν γένηται ὀλιγαρχίας ἢ τύραννον στ[ή]|σηι
ἢ συνεπαναστῆι ἢ δημοκρατίαγ καταλύ|σηι, ὅτου ἄν τι ὄνομα
ἦι τούτων ἐάν τε ἐν τοῖς ‖ ἱερ(ητ)εύσασιν[33] ἐάν τε ἐν ἀναθή-
ματι ἐάν τ' ἐπὶ τάφο[υ[34],] | ἐκκόπτειν πάντοθεγ, καὶ ἐγ μὲν
τῶν ἱερητευ|κότων ἐκκόψαντας πωλεῖν, καὶ τὸμ πριάμενον |
ὄνομα ἐπιγράψασθαι ὅτι ἂν θέληι οἷς μέτεστι[35]· | τὰ δὲ ἀνα-

---

ἄλλο ὁτιοῦν. Per sermonis leges quidem utrumque licet, sed commodius hoc, quia sic verba ἐωνήσθω καὶ ἐπανίτω ad idem referuntur subiectum. 30 Sc. τὰ πεπραμένα χρήματα. 31 Etsi hoc loco etiam multo minus commode et perspicue adornata est oratio, quam alibi, tamen quaenam mens sit scriptoris vix dubitari potest. Dicitur de eis, qui per tempora imperii paucorum malis artibus usi instituta specie popularia inducunt, non ut re vera populi imperium restituatur, sed ut animi civium ad tempus placentur et leniantur eaque re optimatium dominatio confirmetur. Hi ne cum sinceris imperii popularis fautoribus confundantur sed perinde ac principes factionis optimatium habeantur cavet lex. 32 Omnibus reliquis locis (v. 19. 20. 43. 44. 107. 116. 117) coniunctim dicitur de tyranno et principe factionis optimatium. At quod hic tyranni nulla mentio fit, Br. sibi persuasit in parte deperdita tituli tamen aliam poenam tyranno, aliam duci ac signifero factionis paucorum constitutam fuisse. Sed id recte reiciunt editores inscr. iur. monentes, quia delictum de quo hic dicatur in oligarchia modo conmitti possit, etiam in poena definienda huius modo factionis principem commemorari. 33 ΙΕΡΕΥΣΑΣΙΝ lapis, quod emendavit Br. cum propter v. 121. 122 ἱερητευκότων tum quia ἱερεύειν sacrificandi, mactandi, caedendi notionem habet, non sacerdotii gerendi. 34 Cum de duobus prioribus inscriptionum generibus, laterculis sacerdotum et dedicationum titulis, accuratiora praecepta subiuncta sint v. 121—123 et 124—130, de epitaphiis nihil eiusmodi scriptum fuit. Nam a versu 130 aliud coepisse caput, cuius argumentum ignoramus, propter asyndeton (not. 1) manifestum est. Ac ne erat quidem cur de titulis sepulcralibus accuratiora praeciperentur, quia difficultates, quae in illis duobus generibus evitandae erant, hic nullae fuerunt, ut illud simplicissimum praeceptum ἐκκόπτειν πάντοθεν (v. 121) in hoc quidem genere sufficeret. Ceterum recte ad eundem memoriae damnandae morem editores inscr. iur. rettulerunt titulum Nisyrium Syll.² 880; quae lex sane non ut hic nomen modo exsculpi, sed adeo totum monumentum sepulcrale atque adeo corpus defuncti tolli iubet. Cf. etiam Hyperid. II, 20. III, 18. Demosth. XXI, 106. LVII, 70. 35 Non recte de more sacerdotia vendendi hic mentionem inicit Br. Immo, ut ed. inscr. iur. perspexerunt, venit ius pro eius nomine, qui re vera aliquanto ante sacerdotio functus est, in

θήματα ὅσα μὲν ἂν ἰδίαι ἀνατεθῆι, ἐξα‖λείψαντας τοῦ ἀναθέντος τὰ ἐπιγράμματα βο[υ]‖λεύειν περὶ τοῦ ἀναθήματος τὸν δῆμον, ὅπως μ[ή]‖τε ἐκείνων ἑστήξει μηδὲ[36] μνημεῖον μηθὲν ἔσ|ται[37]· ὅπου δὲ κοινὸν ἀνάθημα καὶ ἑτέρων ἐπι|γέγραπται, ἄδηλον
§ 13 ποιεῖν ἐξαλείψαντας τ[ὸ ‖ ὄνομ]α τὸ ἐκείνου. ἐάν τις ἐπὶ τυράννου ἢ ὀλ[ι|γαρχίας -------]

d

§ 14 ------|---ι-ηδιμ[------ ἐὰν δὲ | οἱ] ἄρχοντες[38] μ[ὴ κηρύξωσι τὸν] | στέφανον ἐν τοῖς [μεγάλοις Διο]‖νυσίοις ἢ μὴ συντελέ[σωσιν,] ‖ ὅπως ἀναγραφῶσι κατὰ [τὸν νό]‖μον, ὀφειλέτω τῶμ μὲν ἀρχόν|των ἕκαστος τριάκοντα στα‖[τ]ῆρας, βο[υλῆς δ᾽] ἕκαστος δέ|[κα] στατῆρας, ὁ δὲ ταμίας στα‖[τ]ῆρας ἑκατόν· καὶ ἄτιμοι ἔστω‖[σαν] καθ᾽ οὓς ἂν τῶν γεγραμ‖[μέ]νων τιμῆς ἐ[πικ]αλῆται[39], ἕ[ως ἂν | κο]μίσω[ν]ται τὰ χρήματα οἱ ἐπι|καλοῦντες·

---

laterculo aliud reponendi. Quae res cum callide excogitata est, ut vanitas hominum opulentorum aerario publico aliquantum lucri afferret, tum propterea tali artificio careri vix poterat, quia pristino nomine deleto neque alio restituto numerus ordoque annorum, qui in eiusmodi laterculo maximi momenti erat, turbatus esset. Sic sane in recensum sacerdotum intrudebantur hominum nomina, qui re vera illis annis neutiquam officium gesserant. Sed cavetur tamen, ne quis hunc honorem emat, cui omnino aditus ad illud officium non pateat. Qua cautela opus erat, ne postea laterculi familiis non sacerdotalibus ansam illius iuris usurpandi praeberent. 36 Utique hic anacoluthia satis molesta est, cum aut μή — ἑστήξει μηδὲ — ἔσται aut μήτε — ἑστήξει μήτε — ἔσται dicendum fuerit. Atque hoc quidem, si modo de vi vocabulorum μνημεῖον μηθὲν ἔσται (not. 37) recte iudicavi, praeferendum videtur. 37 Neque sceleratorum hominum dedicationes ipsorum nomine manere vult populus Iliensium neque opus deis consecratum eorumque nominibus inscriptum plane evanescere. Quare consultare iubetur populus in comitiis de anathemate, i. e. de alia inscriptione in locum antiquae erasae substituenda. Aut igitur solum dei nomen genetivo casu inscribi potuit, aut ad ipsum populum dedicatio referri. Haec interpretatio probabilior videtur, quam illa, μηθὲν post μηδὲ ex nota Graecorum consuetudine per pleonasum addi, ut sit 'neve ullum eorum monumentum maneat'. Nam sic hoc enuntiati membro nihil fere aliud contineretur ac priore illo ὡς μήτε ἐκείνων ἑστήξει, et μήτε utique ab hac sententiarum conexione alienum est. 38 Dicitur hic de pecuniis, quas privati homines pro restituenda populi libertate impenderint, ex aerario eis reddendis, itemque de coronis quae ea de causa eis decernuntur. 39 Obscuriora haec. ἐπικαλεῖν de actione civium, qua ei a republica pecunias a se expensas repetunt, usurpari ex v. 143. 144 et 149—152 apparet, τιμή vero non potest non ad coronas et pecuniam referri. Sed quid sibi velit ἄτιμοι ἔστωσαν καθ᾽ οὓς ἂν τῶν

εἶν[αι δὲ] τὴν ἔφο‖δον[40] ἀεὶ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ | τὴμ βουλὴν
τὴν ἐνεστῶσαν, | καὶ ἔστω τοῦτο πρῶτον ἔτος | καὶ τὰ ἐπίτιμα
ταὐτὰ εἶναι | τοῖς ἐνεστῶσιν ἀρχείοις[41], ἕ‖ως ἂγ [κ]ομίσωνται τὰ
χρήματ[α | κα]ὶ τὸν στέφ[ανον] οἱ ἐπικα[λοῦν|τ]ες καὶ ἡ ἀνα-
§ 15 γραφὴ γένηται. | ἐὰν δέ τις κομίζηται μὴ τὴν | δημοκρατίαγ
κατασκευάζων ‖ εἰσενέγκας ἢ ἀναλώσας ἢ μὴ | ὀφειλόμενα[42]
§ 16 ἢ πλείω ἀπολάβηι, | ἀποτινέτω διπλάσια, ἐὰν δίκηι | [ν]ικᾶται.
καὶ ὃς ἂμ παρὰ τούτων | [λ]αβὼν (μὴ[43]) ἀναλώσηι ὥστε ἡ
δημο‖κρατία κατασταθῆι[44] ἢ ὃς ἂμ [πα]‖ρὰ τούτω[ν] ἔχων μὴ
ἀποδε[ίξηι | ἀ]ναλωμένα εἰς ταῦτα, διπλ[άσια] | ἀποτεισάτω
ἅπερ ἂν λάβη[ι, ἐ]‖ὰν δίκηι νικᾶται. ὧι δ' ἂν ἐπικ[α]‖λῆται
καὶ γραφῆι δίκη μὴ εἰσ[ε]‖νέγκαι ἢ μὴ ε[ἰσ]αναλῶσαι [κα]‖τὰ τὸν
νόμον ἢ μὴ ὀφειλόμ[ενα] | ἢ πλείω ἀπολαβεῖν, μὴ στ[εφα]‖νού-
σθω μηδὲ ἀναγραφ[έσθω] ‖ εἰς στήλην . . . . . . γέ|νηται κα[ὶ --]
π---τα----|----σι---- χρήματα-------

γεγραμμένων — ἐπικαλῆται ambigas. Nam τῶν γεγραμμένων quidem vix alio spectare potest atque ad magistratus proxime superiore enuntiato enumeratos (ἄρχοντες, βουλή, ταμίας). Sed hos capitis deminutionem pati dum illi cives sua receperint nimis durum videtur, neque καθ' οὓς satis perspicue dicitur. 40 Cf. Syll.^{2} 183, 21. 480, 7. 545, 35. 555, 6. 33. Athenis constanter, sed etiam in aliis civitatibus haud raro, hac vi usurpatur πρόσοδος. 41 Collegia magistratuum. Cf. Syll.^{2} 177, 65. 239, 7. 306, 44. 914, 4. 930, 22. τὰ ἐπίτιμα ad multas v. 138—140 propositas spectare vix est quod moneam. 42 Quaerat quispiam, quomodo hoc differat ab eo quod priore loco dictum est μὴ τὴν δημοκρατίαν κατασκευάζων εἰσενέγκας ἢ ἀναλώσας. Sed possunt etiam cogitari condiciones aliae per quas quis accipiat quae non debeantur, veluti si quis quae re vera impenderat in libertatem restituendam iam recepit, sed mala fraude hac re dissimulata iterum petit et propter magistratuum errorem aut socordiam impetrat. Hic accipit quae non debentur, etsi eius causa alia est atque eorum qui antea commemorati sunt. 43 Negationem lapicidae incuria omissam addidit Br. 44 Soloece pro ὅπως ἡ δημοκρατία κατασταθῇ aut ὥστε τὴν δημοκρατίαν κατασταθῆναι..

---

219 Lapis fuit olim in ecclesia vici *Jeni-schehr* in loco veteris Sigei, unde delatus est Cantabrigiam. Non Sigeensem, sed Iliensem esse demonstravit Boeckh. Edd. Chishull Antt. Asiat. p. 29 sqq. Dobree Diar. class. T. XXX p. 124. Ex utriusque apographis post alios Boeckh C. I. G. 3595 (Syll.^{1} 156. E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 279 n. 165. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 393 n. 525). Cf. quae adnotaverunt Haubold de rebus Iliensium p. 21 sqq.

G. Radet Revue de philologie XVII 1893 p. 56 sqq. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 2452. B. Haussoullier Revue de philol. XXIV 1900 p. 317. Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 58. W. Hünerwadel Forschungen zur Geschichte des Königs Lysimachos p. 101. B. Niese Geschichte der gr. u. mak. Staaten II p. 133 not. 6.

Ἐπιμηνιεύοντος Νυμφίου τοῦ Διοτρέφους, ἐπιστατοῦντος[1] δὲ Διονυσίου τοῦ | Ἱππομέδοντος, Δημήτριος Διοῦς[2] εἶπεν· ἐπειδὴ βασιλεὺς Ἀντίοχος[3] βασιλέως | Σελεύκου ἐν ἀρχῆι τε παραλαβὼν τὴμ βασιλείαν καὶ προστὰς ἐν|δόξου καὶ καλῆς αἱρέσεως ἐζήτησε τὰς μὲν πόλεις τὰς κα(τὰ) τὴν Σε||λευκίδα[4], περιεχομένας ὑπὸ καιρῶν δυσχερῶν διὰ τοὺς ἀποστάντας | τῶμ πραγμάτων[5], εἰς εἰρήνην καὶ τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν καταστῆσαι, | τοὺς δ'

1 Vocabulum ἐπιστάτης Ilii ut Athenis, Zeleae (Syll.[2] 154, 1), Iasi (Syll.[2] 96[5]), Ii (Ross Inscr. inedd. fasc. II p. 8 n. 94, 8. 9 all. a G. Gilbert Gr. Staatsalterthümer II p. 208 not. 3) prytanum principem, qui senatui comitiisque praesidebat, indicare videtur. Quae ratio ei intercesserit cum epimenio, quod vocabulum menstruum quidem officii tempus indicat, sed de negotiorum natura nihil continet, latet. 2 Cum in proëcdosi Δίου aut Διο(γέν)ους emendassem, nihil mutandum esse, quia nomen Διῆς, Διοῦς etiam alibi occurreret, monuit A. Wilhelm Archäologisch-epigraphische Mitth. aus Oesterreich XX p. 73. Cf. Syll.[2] n. 318, 50. 349, 2. 3 Antiochus I Soter (280—261 a. Chr. n.). 4 De Seleucide principali Syriae parte inter Coelen Syriam et Commagenen sita, quae quattuor habebat urbes magnas, Antiochiam ad Daphnem, totius regni caput, Seleuciam, Apameam, Laodiceam, cf. Strabo XVI, 2, 4 p. 749. 50 Cas. Ad quam regionem cum omnes editores verba tituli rettulissent, J. Beloch Hist. Ztschr. LX 1888 p. 502 not. 1 potius de Asiae minoris regionibus, quae Seleucidarum imperii fuerint, interpretatur. Qui mihi non persuasit. Nam primum quidem Σελευκίς de nulla usquam terra proprie et substantive usurpatur nisi de illa Syriae parte. Longe alius generis est quod adiective apud Appianum Syr. 55 legitur Καππαδοκίας τῆς Σελευκίδος λεγομένης. Deinde vero manifesto in hoc Iliensium decreto inter se opponuntur ἐν ἀρχῆι τε — ἐζήτησε τὰς μὲν πόλεις τὰς κατὰ τὴν Σελευκίδα — καταστῆσαι — νῦν τε παραγενόμενος ἐπὶ τοὺς τόπους τοὺς ἐπιτάδε τοῦ Ταύρου; neque magis n. 229, 1. 2 Belochii interpretatio probari potest. Nam si illic Σελευκίς non proprium provinciae nomen esset, sed in universum regiones quae in Seleucidarum dicione essent, quid sibi vellet ὑπερέβαλεν? Quod non potest non de Tauri transitu intellegi. Sed trans eum quae erant non minus Seleucidarum imperii erant quam citeriora, ut hoc transitu demum in illam regionem pervenisse non recte dicatur. 5 Hanc rebellionem, de qua praeterea nihil traditur, ilico post Seleuci necem erupisse veri simile est.

ἐπιθεμένους[6] τοῖς πρά(γ)μασιν[7] ἐπεξελθών, καθάπερ ἦν δίκαιον, ἀνα|κτήσασθαι τὴμ πατρώιαν ἀρχήν· διὸ καὶ χρησάμενος ἐπιβολῆι[8] καλῆι καὶ δικαία[ι] | καὶ (λ)αβὼν[9] οὐ μόνον τοὺς φίλους καὶ τὰς δυνάμεις εἰς τὸ διαγωνίσασθαι περὶ ‖ τῶμ πραγμάτων αὐτῶι προθύμ(ου)ς[10], ἀλλὰ καὶ τὸ δαιμόνιον εὔνουν καὶ συν|εργόν, τάς τε πόλεις εἰς εἰρήνην καὶ τὴμ βασιλείαν εἰς τὴν ἀρχαίαν διάθεσιν | κατέστησεν· νῦν τε παραγενόμενος ἐπὶ τοὺς τόπους τοὺς ἐπιτάδε τοῦ Ταύρου | μετὰ πάσης σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας ἅμα καὶ ταῖς πόλεσιν τὴν εἰρήνην[11] κατεσκεύ|ασεν καὶ τὰ πράγματα καὶ τὴμ βασιλείαν εἰς μείζω καὶ λαμπροτέραν διάθεσιν ‖ ἀγήγοχε[12], μάλιστα μὲν διὰ τὴν ἰδίαν ἀρετήν, εἶτα καὶ διὰ τὴν τῶμ φίλων καὶ τῶν | δυνάμεων εὔνοιαν· ὅπως οὖν ὁ δῆμος, ἐπειδὴ καὶ πρότερόν τε[13], καθ' ὃν καιρὸν | παρέλαβεν τὴμ βασιλείαν, εὐχὰς καὶ θυσίας ὑπὲρ αὐτοῦ πᾶσι τοῖς θεοῖς | διετέλει ποιούμενος, καὶ νῦν εὔνους ὢν καὶ τὴν αὐτὴν αἵρεσιν ἔχων | φανερὸς ἦι τῶι βασιλεῖ, τύχηι τῆι ἀγαθῆι, δεδόχθαι τῆι β[ου]λῆι καὶ τῶι ‖ δήμωι, τὴμ μὲν ἱέρειαν καὶ τοὺς ἱερονόμους[14] καὶ τοὺς πρυτάνεις εὔξασ|θαι τῆι Ἀθηνᾶι τῆι Ἰλιάδι μετὰ τῶμ πρεσβευτῶν τήν τε παρουσίαν[15] γεγο|νέναι (ἐπ' ἀγαθῶι[16]) τοῦ βασιλέως καὶ τῆς

6 De Ptolemaeo Philadelpho, qui sane tum Syriae parte potitus videtur, haec intellegit Droysen Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 256 not. 1. At ipsa verba eiusmodi sunt, ut de seditionis auctoribus puniendis potius quam de externo hoste arcendo dici appareat. 7 ΠΡΑΤΜΑΣΙΝ. 8 Sic Dobree, ΣΠΟΥΔΗΙ Chishull. 9 ΑΑΒΩΝ. 10 ΠΡΟΘΥΜΩΣ, quod editores retinuerunt, emendandum existimavi; nam manifesto ut obiecta τοὺς φίλους καὶ τὰς δυνάμεις et τὸ δαιμόνιον, sic etiam adiectiva praedicative usurpata προθύμους et εὔνουν καὶ συνεργόν inter se respondent, cum λαβεῖν τινα εἴς τι sic nude vix dici liceat. 11 De pace cum Antigono Gonata facta haec interpretatur Droysen III, 1 p. 257 not. 2. Cum in ea Antigonum quicquid in Asia cepisset Antiocho reddidisse veri simile sit, merito auctas ab Antiocho opes regni praedicant Ilienses v. 14. Pax anno fere 277 a. Chr. facta videtur; cf. Droysen II, 2 p. 353. III, 1 p. 197. 12 Cf. n. 267, 12 εἰς ἀποκατάστασιν ἀγηγοχότων τὰ προγεγραμμένα (intra annorum 263 et 241 a. Chr. n. spatium). 329, 19 ἀγηγοχώς — διεξαγηγοχώς. C. I. G. 2448 συναγάγοχα, συναγαγοχεῖα. Hoc perfectum formatum est ad exemplum illius quod est ἐνήνοχα (cf. E. Schweizer Grammatik der pergam. Inschr. p. 171. 186), ex eo demum natum ἀγήοχα. 13 Cum frequentissimum sit in talibus πρότερόν τε — καὶ νῦν, errore hic particula, cui nihil respondet, additur. Certe (γ)ε, quod emendavit Boeckh, ex titulorum sermonis usu hic vix locum habet. 14 Cf. titulos item Ilienses n. 212, 24 [ἱ]ερονόμοι et C. I. G. 3597 *b*, 7: [αἱρεῖσθα]ι δὲ καὶ ἱερονόμον τῶν οἰκούντων ἐ[ν Σκαμάνδροις]. 15 Non Ilium regem advenisse, sed de transitu in terras cis Taurum sitas haec intellegenda monuit B.

ἀδελφῆς αὐτοῦ[17] βασιλίσσης καὶ τῶμ φίλων | καὶ τῶν δυνάμεων, καὶ γίνεσθαι τά τε ἄλλα ἀγαθὰ τῶι βασιλεῖ καὶ τῆι βασι|λίσσηι πάντα, καὶ τὰ πράγματα καὶ τὴμ βασιλείαν αὐτοῖς διαμένειν λαμβάνου‖σαν ἐπίδοσιν καθάπερ αὐτοὶ προαιροῦνται· εὔξασθαι δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἱερεῖς καὶ | ἱερείας μετὰ τοῦ ἱερέως τοῦ τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου τῶι τε Ἀπόλλωνι τῶι ἀρχηγ[ῶι] | τοῦ γένους αὐτοῦ[18] καὶ τῆι Νίκηι καὶ τῶι Διὶ καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις. ἐ[πὶ δὲ] | ταῖς εὐχαῖς τῆι μὲν Ἀθηνᾶι συντελεσάτωσαν τὴν νομιζομένην καὶ πάτ[ριον θυ]‖σίαν οἵ τε ἱερονόμοι καὶ οἱ πρυτάνεις μετὰ τῆς ἱερείας καὶ τῶμ πρεσβευτῶν, τ[ῶι δὲ Ἀπό]‖λλωνι καὶ τοῖς ἄλλοις θεοῖς οἱ στρατηγοὶ μετὰ τῶν

---

16 Restitui quae Boeckhius lapicidae incuria excidisse perspexit. Etenim εὔξασθαι non potest referri ad res factas (τὴν παρουσίαν γεγονέναι), sed ad futurum earum eventum. 17 Boeckhius sororem germanam Antiochi intellexit, quam in matrimonium duxisset mortua Stratonice, atque eum re vera post Stratonicen alteram uxorem habuisse inde colligit, quod Antiochus Deus, quem Stratonices filium fuisse constat, in matrimonio habuerit Laodicen sororem eodem patre neque vero eadem matre genitam (Polyaen. VIII, 50 Ἀντίοχος ὁ προσαγορευθεὶς θεὸς ἔγημε Λαοδίκην ὁμοπάτριον ἀδελφήν). Ac certe Niebuhrius, qui (Kleine Schriften I p. 257) maluit Porphyrio fidem habere qui Laodicen Achaei filiam dicit, futili argumento nisus est cum negaret Seleucidis moris fuisse sorores in matrimonium ducere. Contra quem Boeckhius monuit, vel Athenis hoc licuisse. At potuit certiore argumento uti: de Antiocho III (Magno) Appianus Syr. 4 narrat γάμους τε τῶν παίδων ἔθυεν, Ἀντιόχου καὶ Λαοδίκης, ἀλλήλοις συναρμόζων. Quare quin illa quoque Laodice natu maior mariti Antiochi II soror fuerit, et item rursus eius mater, cuius nomen ignoramus, Antiochi I, non videtur dubitandum esse. Droysenus sane, cum de Laodice Antiochi II uxore Niebuhrii sententiam sequatur, in hoc titulo reginam ipsam Stratonicen esse vult, et ἀδελφήν nihil nisi honoris vocabulum (Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 266), sed huius moris, de quo cf. n. 60[3], in Seleucidarum familia nullum exemplum notum esse ipse fatetur. Quare Boeckhius sine dubio verum vidit, nisi quod post mortem Stratonices demum sororem Antiocho nupsisse opinatur. Nam recte Wilcken monuit, hunc titulum utique Stratonice, quam anno 268 a. Chr. n. etiamtum inter vivos fuisse tituli Babylonii testarentur, superstite scriptum esse. Non deinceps igitur, sed eodem tempore duas uxores habuit Antiochus I, quod idem de Ptolemaeo Lagi f. aliisque illius aetatis regibus constat. 18 Iustin. XV, 4, 3 *mater eius* (Seleuci Nicatoris) *cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces viro, visa sibi est per quietem ex concubitu Apollinis concepisse, gravidaque facta munus concubitus ab eo anulum accepisse, in cuius gemma ancora sculpta esset, iussaque donum id filio quem peperisset dare.* B. Cf. etiam n. 227, 6 διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τὸν θεὸν συγγένειαν. n. 237, 5 ὅ τε θεὸς ὁ ἀρχηγέτης τοῦ γένους τῶμ βασιλέων.

ἄλλω(ν[19]) ἱερείων[20]. ὅταν δὲ ποιῶ[σι τὰς θυ]|σίας, στεφανηφορείτωσαν οἵ τε πολῖται καὶ οἱ πάροικοι[21] πάντες, καὶ συνιόν[τες τὰς πάσ]|ας συντε(λ)είτωσαν[22] θυσίας τοῖς θεοῖς ὑπὲρ (τ)οῦ[23] βασιλέως καὶ τοῦ δήμου. [ὅπως δὲ τὰ] | εἰς τὴν τιμὴν καὶ δόξαν ἀνήκοντα συγκατασκευάζων ὁ δῆμος φανερὸς [ἦι πᾶσιν, ἐπαι]|νέσαι μὲν αὐτὸν ἐπὶ τῆι ἀρετῆι καὶ τῆι ἀνδραγαθίαι ἣν ἔχων [διατ]ελεῖ, [στῆσαι δὲ αὐτοῦ εἰ]‖κόνα χρυσῆν ἐφ' ἵππου ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῶι ἐπιφα[νεστάτωι τόπωι] | ἐπὶ βήματος τοῦ[24] λευκοῦ λίθου καὶ ἐπιγράψαι· ‘Ὁ δῆμος ὁ [Ἰλιέων βασιλέα Ἀντί]|οχον βασιλέως Σελεύκου εὐσεβείας ἕνεκεν τῆς εἰς τὸ ἱερό[ν, εὐεργέτην καὶ σω]|τῆρα γεγονότα τοῦ δήμου’. ἀναγορεῦσαι δὲ καὶ ἐν [τῆι πανηγύρει ἐν τῶι] | γυμνικῶι ἀγῶνι τὸν ἀγωνοθέτην καὶ τοὺς σ[τρατηγούς, ὅτι[25] αὐτὸν ἡ πό]‖λις καὶ αἱ λοιπαὶ πόλεις στεφαν(οῦ)σιν[26] τῶιδε [τῶι στεφάνωι εὐσεβοῦντα περὶ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν] | Ἰλιάδα, τὴν ἀναγγελίαν ποιουμένους[27] |[διὰ τοῦ κήρυκος τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου.] | ἑλέσθαι δὲ καὶ πρεσβευτὰς ἐκ πάν[των Ἰλιέων ἄνδρας τρεῖς, οἵτινες] | ἀσπασάμενοι αὐτὸν παρὰ τ[οῦ δήμου πρῶτον μὲν κελεύσουσιν ὑ]|γιαίνειν αὐτόν τε καὶ τὴν [ἀδελφὴν αὐτοῦ βασίλισσαν καὶ τὰ τέκνα] ‖ καὶ τοὺς φίλους καὶ τὰς [δυνάμεις, ἔπειτα δ' ἀπαγγελοῦσιν αὐτῶι τὴν τι]|μήν, καὶ ἀπολογισάμ[ενοι ὅσα ἡμῖν ὑπάρχει πρὸς αὐτόν τε καὶ τὸν πα]|τέρα αὐτοῦ βασιλέα Σ[έλευκον[28] --- ------- δια]|τετέλεκεν παρακαλοῦσ[ιν -----|---]ν συμβαιν -----

19 ΑΛΛΩΙ. 20 I. e. ἱερέων cf. Syll.[2] III p. 225. 21 Inquilini. Hi πάροικοι etiam in aliis civitatibus (Carpathi, Carthaeae, Ephesi, Rhodi, Tei, Thespiis) appellabantur, alibi μέτοικοι ut Athenis, alibi ἔνοικοι, ἔποικοι, κάτοικοι, σύνοικοι. Cf. G. Gilbert Griechische Staatsalterthümer II p. 294. 22 ΤΕΑΕΙΤΩΣΑΝ. 23 ΓΟΥ. 34 Articulus etiam in alio titulo Iliensi C. I. G. 3598, 20 est: ἀναγράψ|[αι δὲ τὸ ψήφισμα τόδε εἰς στήλας δύο] τοῦ λευκοῦ λίθου. B. 25 In restituendis versibus 39—42 aliquantum recessi a Boeckhio qui sic haec legit: [ὅταν ἥ τε πό]|λις καὶ αἱ λοιπαὶ πόλεις στεφανῶσιν, τῷ δὲ [βασιλεῖ παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν τὴν] | Ἰλιάδα τὴν ἀναγγελίαν ποιουμένους [ἐπεύξασθαι πολλὰ καὶ ἀγαθά]. Supplementa mea sollemni talium decretorum usui magis respondere vix negaveris. 26 ΣΤΕΦΑΝΩΣΙΝ. Emendavi. 27 Sc. τὸν ἀγωνοθέτην καὶ τοὺς στρατηγούς. 28 Quae hic praedicantur Iliensium de Seleuco I Nicatore Antiochi patre merita, ea Hünerwadel eo referri posse dicit, quod Ilium inter urbes fuerit quae a Lysimacho ad Seleucum defecissent. At ipse recte monet, hoc neutiquam certum esse, quandoquidem divinos honores, quibus Seleucum ab Iliensibus affectum titulus 212 testetur, hic innui haud incredibile sit.

220 Marmor inventum Ilii. Edd. Clarke Itin. T. II P. I p. 162. Hunt in Walpole Mem. p. 103 (Osann Sylloge p. 207). Ex his et schedis Koehlerianis Boeckh C. I. G. 3596 (Syll.[1] 157. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 394 n. 526). Cf. quae adnotaverunt Haubold de rebus Iliensium p. 23. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Real-encyklopädie I, 2 p. 2454. B. Haussoullier Revue de philologie XXIV 1900 p. 318. XXV 1891 p. 14 not. 3. Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 59.

Ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος[1] ἐπέσ|ταλκεν[2] ὅτι τραυματίας γενόμενος | ἐν τῆι μάχηι εἰς τὸν τράχηλον | θεραπευθ[είη] ὑπὸ Μητροδώρου τοῦ ‖ ἰατροῦ ἀκινδύν(ω)ς[3], ἐφέσταλκεν[4] [δὲ] | περὶ αὐτοῦ καὶ Μελέαγρος[5] ὁ στρα|τηγὸς προορώμενος τὸ τῆς πό|λεως συμφέρον, δεδόχθαι τῆι βουλῆι | καὶ τῶι δήμωι, ἐπαινέσαι μὲν ‖ Μητρόδωρον Τιμοκλέους Ἀμφι|πολίτην ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ | εὐνοίας τῆς εἰς τοὺς βασιλεῖς | Ἀντίοχον καὶ Σέλευκον[6]

1 Antiochum Hieracem intellexit Osann, Antiochum III Magnum Clarke, Walpole, Boeckh. Qui cum recte negasset, v. 13 Seleucum Callinicum et Antiochum Hieracem agnosci licere propter praeposterum nominum ordinem, ipse eo tempore, quo Antiochus Magnus Chersonesum occupasset et Lysimachiam restituisset (196 a. Chr. n.), haec scripta coniecit. Tum enim regem cum parte exercitus ad depopulandam Thraciam profectum esse (Polyb. XVIII, 51, 7. Liv. XXXIII, 38, 10 sqq. Appian. Syr. 3). At neque tum in acie signis collatis pugnatum esse, quo utique referenda sunt verba ἐν τῇ μάχῃ, verisimile est, neque Seleuci regis mentio cum hac opinione conciliari potest (cf. not. 6). Quare Antiochum I Sotera potius significari statui, quem per totum regni tempus multis bellis interfuisse in eisque fortiter se gessisse satis constat. Assensi sunt Haubold, Wilcken, Haussoullier, qui intra Antiochi regnum tituli tempus accuratius definiverunt (cf. not. 6). 2 Litterae ΕΠΕΣ in uno Huntii exemplo sunt, quare quomodo hic potissimum scriptum fuerit verbum, in medio relinquendum est. Cf. not. 4. 3 ΑΚΙΝΔΥΝΟΣ Hunt. ΛΙΝΛΥΝΟΣ Clarke, Koehler. 4 Sic Clarke, Koehler. ΕΠΕΣ Hunt. De huius perfecti aspiratione cf. n. 5, 66. 6, 4. 214, 11. 30. 319, 6. Syll.[2] 190, 14. 250, 5. 259, 5. 263, 2. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der att. Inschriften[3] p. 169 not. 1415. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 119, qui docet eam Asiae potissimum minoris civitatum propriam, ab Attico sermone etiam recentiore aetate plane alienam esse. 5 Cf. n. 221, 1 cum nota. 6 Cum de Seleuco Callinico et Antiocho Hierace propter ordinem quo nomina se excipiunt cogitari nequiret, quam difficultatem frustra removere conatur J. Beloch Histor. Zeitschrift LX 1888 p. 505 not. 2, Boeckhius sibi persuasit, Antiochum III et Seleucum IV, qui post patrem a. 187—175 a. Chr. regnavit, innui. At utrum hunc patre etiamtum superstite regio nomine ornatum probabile sit necne, non est cur accuratius inquiratur.

καὶ τὸν | δῆμον, εἶναι δὲ αὐτὸν καὶ πρόξε||νον καὶ εὐεργέτην τῆς πόλεως· | δεδόσθαι δ' αὐτῶι καὶ πολιτείαν | καὶ (ἔγ)κτησιν[7] καὶ ἔφοδον ἐπὶ τὴν | βουλὴν καὶ τὸν δῆμον πρώτω(ι[8]) | μετὰ τὰ ἱερά. ἐξεῖναι δ' αὐτῶι καὶ || εἰς φυλὴν καὶ φρατρίαν ἣν ἂν βού|ληται ἐ[γγράφεσθαι ---------]

Namque id utique fieri nequibat dum filius natu maximus Antiochus (n. 232, 1. 233, 5) inter vivos erat; atqui eum anno 193 a. Chr. demum fato functum esse constat (Liv. XXXV, 15, 2), cum ea quae hic narrantur, si omnino ad Antiochum Magnum spectarent, utique ad annum 196 a. Chr. referenda essent. Quod contra de Antiocho I omnia perbene se habent, dummodo ne, ut ego olim feci, Seleucum regem intellegamus patrem Antiochi defunctum, sed filium natu maiorem a patre in societatem regni assumptum, id quod Wilckenius et Haussoullierus primi perspexerunt. Namque hanc regni societatem de annis 275—269 a. Chr. n. testantur tituli Babylonii scriptura cuneiformi concepti quos affert Wilcken apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2452, cum annis 266, 265, 263 a. Chr. iam Antiochus (II Deus), filius natu minor, cum patre regnans recenseatur. Qua vicissitudine confirmari narrationes veterum de maiore Antiochi filio propter insidiarum suspicionem ab ipso patre necato (cf. Trogi prol. 26: *ut in Syria rex Antiochus cognomine Soter altero filio occiso, altero rege nuncupato Antiocho decesserit.* Ioannes Antiochenus ap. Müller Fragm. hist. Gr. IV p. 558 fr. 55: ὅτι Ἀντιόχου, οὗ ἐπώνυμός ἐστι πόλις παρὰ Ἀσσυρίους (hic error est), υἱὸς Σέλευκος καὶ Ἀντίοχος ὁ ἐπικληθεὶς θεός· ἀλλ' ὁ μὲν Σέλευκος ἐπιβουλεύειν ὑποπτευθεὶς τῷ πατρὶ κατακτείνεται) egregie confirmari vidit Wilcken.
7 ΚΑΙΚΤΗΣΙΝ Hunt. ΛΙΤΙ Κ. ΝΣΙΝ Clarke, Koehler. Emendavit Boeckh.
8 ΠΡΩΤΟΝ Hunt, ΠΡΩΤΩΝ reliqui. Emendavit Boeckh.

---

221 Tabula marmorea inventa Ilii. Ed. H. Schliemann Troianische Alterthümer p. 201 (Droysen Gesch. des Hellenismus II, 2 p. 377 n. 4; Syll.[1] 158. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 44 n. 35). Cf. quae exposuerunt B. Haussoullier Revue de philologie XXV 1901 p. 30 sq. Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 101 sq. W. Hünerwadel Forschungen zur Gesch. des Königs Lysimachos p. 117 not. 2.

Μελέαγρος[1] Ἰλιέων τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χαί|-

Litterae ΘΠΞΣ. 1 Eundem esse ac n. 220, 6 existimaverat Schliemann, cum utrumque titulum ad Antiochi III Magni aetatem referret. Cui Droysenus, qui hic Antiochum I Sotera agnosceret dubitans sane (nam certiora aetatis indicia inesse recte negavit), oblocutus est. At nobis, cum illum quoque titulum certissimis argumentis Antiocho primo vindicaverimus, nulla

ρειν· ἀπέδωκεν ἡμῖν Ἀριστοδικίδης ὁ Ἄσσιος ἐπι|στολὰς[2] παρὰ τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου, ὧν τἀντίγρα|φα ὑμῖν ὑπογεγράφαμεν· ἐνέτυχεν δ' ἡμῖν καὶ αὐ‖τὸς φάμενος, πολλῶν αὐτῶι καὶ ἑτέρων διαλε|γομένων καὶ στέφανον διδόντων[3], ὥσπερ καὶ ἡ|μεῖς παρακολουθοῦμεν διὰ τὸ καὶ πρεσβεῦσαι ἀ|πὸ τῶν πόλεών τινας πρὸς ἡμᾶς, βούλεσθαι τὴν | χώραν τὴν δεδομένην αὐτῶι ὑπὸ τοῦ βασιλέως Ἀν‖τιόχου καὶ διὰ τὸ ἱερὸν καὶ διὰ τὴν πρὸς ὑμᾶς εὔνοι|αν προσενέγκασθαι[4] πρὸς τὴν ὑμετέραν πόλιν. ἃ | μὲν οὖν ἀξιοῖ γενέσθαι αὐτῶι παρὰ τῆς πόλεως, αὐ|τὸς ὑμῖν δηλώσει· καλῶς δ' ἂν ποιήσαιτε ψηφισάμε|νοί τε πάντα τὰ φιλάνθρωπα αὐτῶι καὶ καθ' ὅτι ἂν ‖ συγχωρήσηι τὴν ἀναγραφὴν ποησάμενοι καὶ στη|λώσαντες καὶ (θ)έντες[5] εἰς τὸ ἱερόν, ἵνα μένηι ὑμῖν | βεβαίως εἰς πάντα τὸγ χρόνον τὰ συγχωρηθέντα. |

II ἔρρωσθε. Βασιλεὺς Ἀντίοχος[6] Μελεά|γρωι χαίρειν· δεδώκαμεν Ἀριστοδικίδηι τῶι Ἀσσίωι ‖ γῆς ἐργασίμου πλέθρα δισχίλια, προσενέγκασθαι | πρὸς τὴν Ἰλιέων πόλιν ἢ Σκηψίων· σὺ οὖν σύνταξον | παραδεῖξαι Ἀριστοδικίδηι ἀπὸ τῆς ὁμορούσης τῆι | Γεργιθίαι[7] ἢ τῆι Σκηψίαι, οὗ ἂν δοκιμάζηις, τὰ δισχίλια |

---

est causa cur duos homines cognomines distinguamus. Praesidem provinciae Hellespontiae (v. 27. 28) agnovit Haussoullier, qui observavit reges in epistulis ad strategos vel satrapas datis nudo nomine uti solere sine officii indicatione (cf. n. 224, 12. 225[31]). 2 Tres sunt, dispositae ex temporum quibus scriptae sunt ordine. Post tertiam a rege acceptam Meleager has ad Ilienses litteras dedit. 3 Alias quoque civitates precibus et pollicitationibus ambiisse Aristodicidem, ut ad ipsas potius terram a rege donatam conferret, hic manifesto indicatur. Qua in re στέφανος non proprie, sed per figuram de quolibet privilegiorum et honorum genere, quo illum ad se allicere nitebantur, videtur accipiendum esse. 4 Ager qui regius fuerat, ea modo condicione donatus erat Aristodicidi, ut ad civitatis alicuius vicinae territorium adiungeretur (v. 20. 44. 70). Quod quoniam fiebat terminis qui agrum donatum a civitatis agro distinebant sublatis aliisque ex altera parte, ubi is reliquum agrum regium attingebat, positis, v. 24 verbum προσορίσαι de ea re usurpatur. Eadem vi utrumque verbum redit infra n. 225, 10: καὶ κυρία ἔσται προσφερομένη (τὴν κώμην καὶ τὴν χώραν) πρὸς πόλιν ἣν ἂν βούληται. v. 12: πρὸς πόλιν προσοίσονται ἣν ἂμ βούλωνται. v. 13: ἐάμπερ μὴ Λαοδίκη τυγχάνει πρότερον προσενηνεγμένη πρὸς πόλιν. v. 14: οὗ ἂν ἡ χώρα ἦι προσωρισμένη ὑπὸ Λαοδίκης. n. 229, 101: ἐὰν προσορισθῇ ἡ [χ]ώρα, ἣν ἔχουσιν οἱ πρότερον ὄντες ἐμ Μαγνησίᾳ κάτοικοι, τῇ πόλει τῇ ἡμετέρᾳ. 5 ΔΕΝΤΕΣ. 6 Antiochus I Soter (280—261 a. Chr.) esse videtur. Cf. not. 1. 7 Hinc Droysenus apparere dicit, Gergitha et Scepsin tum civitates sui iuris fuisse. At de Gergithe plane contrarium mihi hic locus docere videtur. Neque enim Meleagro praecipi potuit, ut agrum in confiniis Gergithiae aut

πλέθρα τῆς γῆς, καὶ προσορίσαι[8] εἰς τὴν Ἰλιέων ἢ τὴν ‖ Σκηψίων.

III ἔρρωσο. Βασιλεὺς Ἀντίοχος Μελε|άγρωι χαίρειν· ἐνέτυχεν ἡμῖν Ἀριστοδικίδης ὁ | Ἄσσιος, ἀξιῶν δοῦναι αὐτῶι ἡμᾶς ἐν τῆι ἐφ' Ἑλλησ|πόντου σατραπείαι τὴν Πέτραν, ἣμ πρότερον | εἶχεν Μελέαγρος[9], καὶ τῆς χώρας τῆς Πετρίδος[10] ‖ ἐργασίμου π(λ)έθρα χίλια πεντακόσια, καὶ ἄλλα | γῆς πλέθρα δισχίλια ἐργασίμου ἀπὸ τῆς ὁμο|ρούσης τῆι πρότερον δοθείσηι αὐτῶι μερίδι[11]· | καὶ ἡμεῖς τήν τε Πέτραν δεδώκαμεν αὐτῶι, εἰ |μὴ δέδοται ἄλλωι πρότερον, καὶ τὴγ χώραν τὴν ‖ πρὸς τῆι Πέτραι καὶ ἄλλα γῆς πλέθρα δισχίλια | ἐργασίμου, διὰ τὸ φίλον ὄντα ἡμέτερον παρεσ|χῆσθαι ἡμῖν τὰς κατ' αὐτὸν χρείας μετὰ πάσης | εὐνοίας καὶ προθυμίας. σὺ οὖν ἐπισκεψάμενος, | εἰ μὴ δέδοται ἄλλωι πρότερον αὕτη ἡ μερίς, πα‖ράδειξον αὐτὴν καὶ τὴν πρὸς αὐτῆι χώραν Ἀρισ|τοδικ⟨ικ⟩ίδηι, καὶ ἀπὸ τῆς βασιλικῆς χώρας τῆς ὁμο|ρούσης τῆι πρότερον δεδομένηι χώραι Ἀριστοδι|κίδηι σύνταξον καταμετρῆσαι καὶ παραδεῖξαι | αὐτῶι πλέθρα δισχίλια καὶ ἐᾶσαι αὐτῶι προσενέγ‖κασθαι πρὸς ἣν ἂμ βούληται πόλιν τῶν ἐν τῆι χώραι | τε καὶ συμμαχίαι. οἱ δὲ βασιλικοὶ λαοὶ οἱ ἐκ τοῦ τό|που, ἐν ὧι ἐστιν ἡ Πέτρα, ἐὰμ βούλωνται οἰκεῖν ἐν τῆι | Πέτραι ἀσφαλείας ἕνεκε, συντετάχαμεν Ἀριστο|⟨το⟩δικίδηι ἐᾶν αὐτοὺς οἰκεῖν. ἔρρωσο. ‖

IV Βασιλεὺς Ἀντίοχος Μελεάγρωι χαίρειν· ἐνέτυχεν ἡ|μῖν Ἀριστοδικίδης, φάμενος Πέτραν τὸ χωρίον καὶ τὴ(ν[12]) | χώραν τὴν συγκύρουσαν[13], περὶ ἧς πρότερον ἐγράψαμεν | διδόντες αὐτῶι, οὐδ' ἔτι καὶ νῦν παρειληφέναι διὰ τὸ Ἀθη|ναίωι τῶι ἐπὶ τοῦ ναυστάθμου ἐπικεχωρῆσθαι[14], καὶ

Scepsiae situm deligeret, qui ad Iliensium aut Scepsiorum territorium adiungeretur, nisi Gergithia terra tum pars agri Iliensis fuit atque ea quidem pars, a qua sola is ager attingeret praedia regia. Gergis igitur illa aetate pagus civitatis Iliensium fuit. 8 Cf. not. 4. 9 Similiter n. 59, 11 dici καὶ ἃ εἶχε Τιμαχρίτα observat Haussoullier. Ceterum hunc alium esse Meleagrum atque eum qui epistulam scripserit manifestum est. 10 V. 55 legitur ἀντὶ μὲν τῆς Πετρίτιδος χώρας. Utraque derivatio recte se habet, ut neutro loco sit cur erratum esse statuamus. 11 Sic recte A. Wilhelm Götting. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 207 collato v. 39 αὕτη ἡ μερίς. Cum editores μεριδίωι exhibeant, W. non temere se dubitare dicit, num litterae ωι omnino in lapide sint. 12 THM. τὴ(γ) scripsit Schliemann. 13 Sic scribere malui quam συγκυροῦσαν cum editoribus, quia tituli et papyri, ubi forma non dubia in censum venit, semper συγκύροντα et similia praebent. Cf. n. 52[2]. 65[5]. 14 De agris, qui militibus aut eorum ducibus concederentur, hoc verbum, non διδόναι usurpari observavit Haussoullier allato

ἠξί||ωσεν ἀντὶ μὲν τῆς Πετρίτιδος χώρας παραδειχθῆναι | αὐτῶι τὰ ἴσα πλέθρα, συγχωρηθῆναι δὲ καὶ ἄλλα πλέ|θρα δισχίλια, προσενέγκασθαι πρὸς ἣν ἂμ βούληται | τῶμ πόλεων τῶν ἐν τῆι ἡμετέραι συμμαχίαι, καθά|περ καὶ πρότερον ἐγράψαμεν. ὁρῶντες οὖν αὐτὸν || εὔνουν ὄντα καὶ πρόθυμον εἰς τὰ ἡμέτερα πράγμα|τα βουλόμεθα πολυωρεῖν τἀνθρώπου, καὶ περὶ | τούτων συγκεχωρήκαμεν. φησὶν δὲ εἶναι τῆς | Πετρίτιδος[15] χώρας τὰ συγχωρηθέντα αὐτῶι | πλέθρα χίλια πεντακόσια. σύνταξον οὖν κατα||μετρῆσαι Ἀριστοδικίδηι καὶ παραδεῖξαι γῆς | ἐργασίμου τά τε δισχίλια καὶ πεντακόσια πλέ|θρα καὶ ἀντὶ τῶν περὶ τὴν Πέτραν ἄλλα ἐργα|σίμου χίλια πεντακόσια ἀπὸ τῆς βασιλικῆς χώ|ρας τῆς συνοριζούσης τῆι ἐν ἀρχῆι δοθείσηι || αὐτῶι παρ' ἡμῶν· ἐᾶσαι δὲ καὶ προσενέγκασθαι | τὴν χώραν Ἀριστοδικίδην πρὸς ἣν ἂν βούληται | πόλιν τῶν ἐν τῆι ἡμετέραι συμμαχίαι, καθά|περ καὶ ἐν τῆι πρότερον ἐπιστολῆι ἐγράψα|μεν. ἔρρωσο.

testimonio tituli 229, 100: τούς τε κλήρους τοὺς δύο, ὃν τε ὁ θεὸς καὶ σωτὴρ Ἀντίοχος ἐπεχώρησεν. Iuris quoddam discrimen hac sermonis differentia indicari proclivis est suspicio. Fortasse quibus concessae, non donatae dicuntur terrae, non dominium sed usum fructum modo earum habebant. 15 Cf. not. 10.

---

222 Lapis fractus in duas partes, ex quibus dextra omnium versuum partes fere dimidias posteriores, sinistra versuum 30—43 priores continet, inventus Clazomenis. Ex A. Fontrieri apographo et ectypo ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 387 n. I (Th. Lenschau De rebus Prienensium, Leipziger Studien XII p. 193 sqq. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 361 n. 486). Cf. quae adnotavit B. Haussoullier Revue de philologie XXIV (1900) p. 318. 325.

--------------------λε[-------|------- τε]τράδι ἱσταμένου, ἵνα τὴ[ν | ἡμέραν ἐν ἧι ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος] ἐγεννήθη[1] μετ'

Litterae volgares praeter ΞΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Decretum civitatium Ionicarum est de natalibus regis Antiochi I Soteris (280—261 a. Chr. n.) sollenniter peragendis. Aetatis certissimum indicium est, quod v. 33. 38 duorum regum, quorum utrique Antiochus nomen fuit, mentio fit. Nam hoc ad filium Antiochum II una cum patre regnantem referri sponte patet. At ille in societatem regni receptus non est priusquam occisus esset frater natu maior Seleucus, hunc vero anno 269 a. Chr. etiamtum superstitem fuisse constat, cum Antiochi una cum patre regnantis primum anno 266

εὐφημί||[ας πάσης καὶ εὐχαριστίας[2] διάγ]ωμεν[3]. δίδοσθαι δὲ τῶμ || [πανηγυριζόντων ἑκάστωι τοσοῦτον] ὅσον καὶ εἰς τὴν Ἀλε|[ξάνδρου ἡμέραν τὴν γενεθλ]ίαν[4] δίδοται. ὅπως δὲ καὶ | [τὴμ προαίρεσιν τοῦ κοινοῦ τῶν] Ἰώνων περὶ τῶν τιμῶν εἰ|[δῶσιν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος καὶ ἡ] βασίλισσα Στρατονίκη[5], | [αὐτίκα μὲν ἑλέσθαι ἐκ τῶν ἡκόντ]ων[6] δύο ἀφ' ἑκάστης πόλε||[ως πρέσβεις πρότερον ἤδη πρεσ]βεύσαντας πρὸς τὸν βα|[σιλεία Ἀντίοχον, τούτους δὲ τ]ό τε ψήφισμα τόδε ἀποδοῦ|[ναι τῶι βασιλεῖ παρὰ τοῦ κοινοῦ] τῶμ πόλεων τῶν Ἰάδων[7] ἐμ | [βραχυτάτωι καὶ πράξασθαι ὅτι ἄ]ν ἀγαθὸν δύνωνται τῶι κ(ο)ι|[νῶι[8] τῶμ πόλεων. παρακαλείτω]σαν δὲ οἱ πρέσβεις τὸμ βασι||[λεία Ἀντίοχον πᾶσαν ἐπιμ]έλειαν ποιεῖσθαι τῶμ πόλε|[ων τῶν Ἰάδων ὅπως ἂν τὸ λοιπὸ]ν ἐλεύθεραι οὖσαι καὶ δημο|[κρατούμεναι[9] βεβαίως ἤδη πολι]τεύωνται κατὰ τοὺς πατρί|[ους νόμους. ἀποφαινέτωσα]ν δὲ αὐτῶι οἱ πρέσβεις διότι | [τοῦτο ποιῶν πολλῶν τε ἀγαθ]ῶν αἴτιος ἔσται ταῖς πόλε||[σιν καὶ ἅμα ἀκολουθήσει τῆι τ]ῶν προγόνων[10] αἱρέσει. παρακα|[λείτωσαν δ' οἱ πρέσβεις τὸμ βασι]-

---

a. Chr. n. mentio fiat (cf. n. 220[6]). Utique uno ex sex postremis Antiochi annis haec decreta sunt. U. Wilcken apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 2452. 2 Supplevit Lenschau. Pleraque supplementa, de quibus nihil adnotavi, Foucarti sunt. 3 Supplevi. διατελ]ῶμεν Lenschau, quae vox plerumque intransitive vi perseverandi usurpari solet. 4 Cf. not. 12. 5 Stratonice Demetrii Poliorcetae filia, primo Seleuci Nicatoris, deinde Antiochi I uxor, Antiochi II mater. Cf. n. 14[3]. Eam usque ad extremos annos regni mariti superstitem fuisse hic cognoscimus. 6 Supplevit Lenschau. [ἑλέσθαι δὲ τῶν συνέδρ]ων δύο Foucart. At cum ex v. 46. 47 appareret, singulas civitates, opulentissimas aeque ac tenuissimas, singulos modo synedros habuisse, L. haud absurde collegit, praeter hos legitimos synedros, qui suffragia suarum civitatum in concilio ferrent, etiam alios homines missos esse, qui illos consilio suo adiuvarent, et ex horum numero binos ex unaquaque civitate legatos eligi. 7 Antiquum foedus civitatium Ionicarum Persarum dominatione dissolutum Alexander restituisse videtur. Certe paullo post eius regnum rursus in titulis comparet; namque Syll.^{2} 177, 2 sqq. Panionii mentio fit (inter 306 et 302 a. Chr. n.), Syll.^{2} 189 (intra annorum 295—287 spatium) decretum tredecim civitatium Ionicarum concilii de honoribus Hippostrati Hippodemi f. Milesii habemus. Foucart. 8 ΚΩΙ lapis ex Foucarti apographo. 9 De Seleucidarum cura libertatis et popularis imperii in civitatibus Graecis conservandi cf. n. 229[8]. 10 Nemo ex maioribus Antiochi regnaverat praeter patrem Seleucum I Nicatora. Quare hic eum etiam priores reges, certe Antigonum, nomine προγόνων comprehendere manifestum est. Nescio an ipsius matrimonium cum Stratonice Antigoni nepti huic appellationi ansam dederit, etsi hoc nomine Antiocho II quidem

λεί(α[11]) Ἀντίοχον ἀποφήνασθαι | [τόπον ὃς ἂν αὐτῶι κάλλιστος φ]αίνηται εἶναι, ἐν ὧι τὸ τέμε|[νός τε αὐτοῦ ἱδρυθήσεται] καὶ ἡ πανήγυρις συντελε||[σθήσεται. ἐπειδὰν δὲ ἐπανέλθ]ωσιν αἱ πρεσβεῖαι, τὴμ πόλιν, || [ἐν ἧι ἂν συντελέσωσιν τὴν θυ]σίαν τῶν Ἀλεξανδρείων[12], | [παρακαλεῖν πάντας τοὺς δήμο]υς τοὺς μετέχοντας τῆς | [θυσίας, ὅπως κατὰ τὸ δόγμα τ]οῦ συνεδρίου βουλεύσωνται | [περὶ τῆς τοῦ ἱεροῦ οἰκοδομ]ῆς[13] καὶ τῆς κατασκευῆς καὶ | [περὶ τοῦ ἀγῶνος καὶ τῶν θυσ]ιῶν καὶ περὶ τῶν λοιπῶν καθ||[ότι γενήσεται καὶ ἐν οἷς δ]εήσει χρόνοις συντελεῖσθ|[αι τὸν ἀγῶνα ἐκ τοῦ ψ]ηφίσ[μα]τος· τοὺς συνέδρους τού(ς[14]) | παρόντας ἀπὸ τῶμ πόλεων [συ]ντελέσαι θυσίαν τοῖς θε|οῖς πᾶσι καὶ πάσαις καὶ τοῖς β[α]σιλεῦσιν Ἀντιόχωι (καὶ Ἀντιόχωι[15]) καὶ τῆι | βασιλίσσηι Στρατονίκηι, καὶ [θῦ]σαι ἱερεῖα τέλεια καὶ στεφα||νηφορῆσαι τούς τε συνέδρο[υς] καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἐν | τῆι πόλει πάντας. ἀνοῖξαι δ[ὲ] τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας | τὰ ἱερὰ καὶ ἐπιθύειν ἐπευχομ[έ]νους συνενεγκεῖν τὰ δεδο|γμένα τοῖς τε βασιλεῦσι Ἀ[ν]τιόχωι καὶ Ἀντιόχωι καὶ τῆι | βασιλίσσηι Στρατονίκηι καὶ [πᾶσι τ]οῖς μετέχουσι τῶν τι||μῶν. ἀναγράψαι δὲ καὶ εἰστ[ήλ]ην τὸ ψήφισμα τόδε καὶ τὰ | ὀνόματα πατρόθεν τῶν ἡκ[όν]των συνέδρων ἐκ τῶν πόλε|ων καὶ στῆσαι ἐν τῶι τεμέν[ει] παρὰ τὸμ βωμὸν τῶν βασιλέ|[ω]ν[16]· ἀναγράψαι δὲ καὶ τοὺς δ[ήμ]ους ἐν ταῖς ἰδίαις πόλεσιν | [τ]ό τε ψήφισμα τόδε καὶ τ[ῶν σ]υνέδρων τὰ ὀνόματα πατρό||[θεν καὶ στῆσαι ἐν χωρίωι ὅπερ ἂν] φαίνηται ἐπιφανέστατον.

Antigonum et Demetrium inter maiores suos referre licebat, patri vero non item. Cf. n. 223[7]. 11 ΛΕΙΑΝΤΙΟΧΟΝ lapis. 12 Cf. Strabo XIV, 1, 31 p. 644 Cas.: ὑπέρκειται δὲ τῶν Χαλκιδέων (inter Teon et Clazomenas) ἄλσος καθιερωμένον Ἀλεξάνδρῳ τῷ Φιλίππου, καὶ ἀγὼν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἰώνων Ἀλεξάνδρεια καταγγέλλεται συντελούμενος ἐνταῦθα. Sine dubio hi ludi die natali Alexandri (v. 5. 6) peragebantur. Sed hic quidem manifesto alio anno in alia urbe habetur hoc festum, cum apud Strabonem iam semper eodem loco celebrari referatur. Quod recte Lenschauius videtur ad morem posteriore aetate mutatum referre. Nam de quo idem cogitavit, fortasse in illo delubro alternis vicibus Teios et Clazomenios feriis peragendis praefuisse, vix accommodatum est huius tituli verbis. 13 Vox ab Atticistis damnata, qui recte monent Atticos οἰκοδομία dixisse, sed iam ab Aristotele (Eth. Nicom. V 14 p. 1137 b, 30 τῆς Λεσβίας οἰκοδομῆς ὁ μολύβδινος κανών) usurpata. Cf. Lobeck ad Phryn. p. 487 sqq. Lenschau. 14 ΤΟΥ lapis. 15 Verba errore proclivi a lapicida omissa restituit Foucart. Cf. v. 38 et not. 1. 16 Cf. n. 212, 5 sqq. [ἱδρύσ]ασθαι δὲ καὶ βωμὸν ἐν τῆι [ἀγορᾶι ὡς κάλλιστον κα]ὶ ἐπιγράψαι 'Βασιλέως Σε[λεύκου]'.

[------------ Ἐ]φεσίων· Ἀρτεμίδωρος Γόργω[νος] | [------- ------ Λε]βεδίων[17]· Καπ----------

17 Lebedum sub finem quarti a. Chr. n. saeculi Antigonus tollere civesque Teon transferre conatus est (Syll.[2] 177); sed hoc quidem, cum ille in proelio ad Ipsum cecidisset (301 a. Chr. n.), ad irritum redactum est. Verum anno 287 a. Chr. n. Colophon et Lebedus a Lysimacho deletae sunt incolis Ephesum traductis (Droysen Gesch. des Hell. II 2 p. 294). Quando restitutae sint, non traditum est, sed ex hoc decreto apparet, utique sub finem regni Antiochi I Lebedum rursus civitatem sui iuris fuisse.

---

223 Tabula inventa in parietinis Erythrarum, delata Smyrnam in museum archaeologicum. Edd. Io. Dimitriadis Ἰωνία n. 16 (12. m. Iulii 1876). Papadopulos Ἀμάλθεια n. 2170 sqq. Ex his exemplis et ectypis chartaceis E. Curtius Monatsber. der Kgl. Ak. der W. zu Berlin 1876 p. 554 sqq. (Syll.[1] 166. E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 277 n. 164. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 47 n. 37). Cf. quae de titulo exposuerunt Th. Lenschau de rebus Prienensium (Leipziger Studien XII) p. 193. H. Gaebler Erythrae p. 26. B. Haussoullier Revue de philologie XXIV 1900 p. 317. Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 58.. F. Staehelin Geschichte der Kleinasiatischen Galater p. 15 not. 3. W. Hünerwadel Forschungen zur Gesch. des Königs Lysimachos p. 114. B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten II p. 80 not. 2. p. 135 not. 10.

Βασιλεὺς Ἀντίοχος[1] Ἐρυθραίων τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι | χαίρειν· Θαρσύνων καὶ Πυθῆς καὶ Βοττᾶς[2] οἱ παρ' ὑμῶν πρεσ|βευταὶ τό τε ψήφισμα ἀπέδωκαν ἡμῖν, καθ' ὃ ἐψηφίσασθε | τὰς τιμάς, καὶ τὸν στέφανον ἀνήνεγκαν, ὧι ἐστεφανώ||σατε ἡμᾶς, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ χρυσίον τὸ εἰς τὰ ξένια, καὶ | αὐτοὶ ἀπολογισάμενοι περί τε τῆς εὐνοίας ἣν διὰ παντὸς | εἰσχήκατε εἰς

1 Cum editores Graeci, assentientibus Curtio et Droyseno Gesch. des Hellenismus III 1 p. 254 not. 1. 2, Antiochum I Sotera (280—261 a. Chr. n.) intellexissent, in proëcdosi Antiocho II Deo (261—246 a. Chr.) epistulam vindicaveram, quam sententiam Niesius etiamnunc probabilem existimat, cum Lenschau, Gaebler, Haussoullier, Hünerwadel, Staehelin ad illam priorem redierint. Quos verum vidisse nunc persuasum habeo, quoniam argumentum quo olim nitebar a Lenschauio refutatum est (cf. not. 7) et alia Antiochi Soteris potius quam Antiochi Dei regno convenire videntur (cf. not. 8).
2 Huius filius esse videtur Βοττᾶς Βοττᾶδος in titulo Erythraeo Syll.[2] 225, 4, Seleuci Callinici ut quidem videtur aetate.

τὴν ἡμετέραν οἰκίαν, καὶ καθόλου περὶ τῆς εὐχα|ριστίας τοῦ πλήθους, ἧι χρῆται πρὸς ἅπαντας τοὺς εὐερ|γέτας, ἔτι δὲ καὶ τὴμ προαγωγήν[3], ἐν ἧι γέγονεν ἡ πόλις ἐπὶ τῶν πρό||τερον βασιλευσάντων, ἠξίουν[4] μετὰ πάσης σπουδῆς τε καὶ | προθυμίας φιλικῶς διακεῖσθαι ὑμῖν καὶ (ὁ)μοῦ[5] πᾶσιν τοῖς ἀνή|κουσι πρὸς τιμὴν καὶ δόξαν συναύξειν τὰ τῆς πόλεως· τάς | τε δὴ τιμὰς καὶ τὸν στέφανον δεδέγμεθα οἰκείως, ὁμοίως δὲ | καὶ τὰ ξένια, καὶ ὑμᾶς ἐπαινοῦμεν εὐχαρίστους ὄντας ἐμ πᾶ||σιν· φαίνεσθε γὰρ καθόλου ἀγωγῆι ταύτῃ χρῆσθαι· διὸ καὶ ἐν ἀρχῆι | τε αἱρούμενοι διατελοῦμεν τὴμ πρὸς ὑμᾶς εὔνοιαν, θεωροῦν|τες ἀπλάστως καὶ ἀληθινῶς ἐμ πᾶσι προσφερομένους, καὶ νῦν | πολύ τι μᾶλλον ἐπεσπάσμεθα, κατανοοῦντες τὸ εὐγενὲς | ὑμῶν καὶ ἐξ ἑτέρων μὲν πλεόνων, οὐχ ἥκιστα δὲ ἔκ τε τοῦ ψη||φίσματος τοῦ ἀποδοθέντος ἡμῖν καὶ ἐκ τῶν ῥηθέντων ὑπὸ | τῆς πρεσβείας· καὶ ἐπειδὴ οἱ περὶ Θαρσύνοντα καὶ Πυθῆν καὶ Βοτ|τᾶν ἀπέφαινον διότι ἐπί τε Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀντιγόνου[6] αὐτό||[ν]ομος ἦν καὶ ἀφορολόγητος ἡ πόλις ὑμῶν, καὶ οἱ ἡμέτεροι πρόγο||[νοι[7]] ἔσπευ-

3 Neglegentia quadam sic scriptum est cum deberet περὶ τῆς προαγωγῆς. 4 Hic apodosin incipere, cui tamen iusta prôtasis non antecessisset, sibi persuasit Curtius, iniuria: videtur enim ἠξίουν primam singularis numeri personam existimasse, quae manifesto tertia pluralis est ad legatos relata. De hoc verbi ἀξιοῦν usu v. 266[1]. Usque ad v. 13 exponitur, quid legati petiverint; tum demum a verbis τάς τε δὴ τιμὰς καὶ τὸν στέφανον δεδέγμεθα responsum regis incipit. 5 Emendavi. ἐμοῦ lapis, quod etsi retinuerunt editores, tamen manifesto corruptum est, cum nullam praebeat sanam sententiam. 6 De Antigono utique credendum esse regis testimonio, qui profecto non habuisset cur contra veritatem illi favorem libertatis civitatis Graecae tribueret, verissime dicit Hünerwadel; nam ut autonomiam, quam iam ipse restitueret populo Erythraeorum, antiquitus eos habuisse demonstraretur, suffecturum fuisse Alexandri nomen, qui quomodo erga Graecos in Asia habitantes se gessisset in volgus notum esset. Eo certius est, a Seleuco eis libertatem rursus ademtam esse, siquidem rex ubi de suis maioribus in universum verba facit, favorem quidem commemorat (v. 9 τὴμ προαγωγήν. v. 24 ἔσπευδον περὶ αὐτῆς), de libertate vero tacet. 7 Cum ante Antiochum I ex eius maioribus nemo praeter patrem Seleucum I regnasset, pluralem τῶν προγόνων indicio esse olim opinabar, Antiochi II hanc esse epistulam. At eundem pluralem recurrere n. 222, 20 [καὶ ἅμα ἀκολουθήσει τῆι τ]ῶν προγόνων αἱρέσει (Antiochus I Soter) observavit Lenschau. Quare Antigonum senem et Demetrium Poliorcetam in maiorum suorum numero habuisse Antiochum I constat, etsi id mirum est. Nam neque πρόγονοι ei vocari possunt, qui ante aliquem regnarunt (cf. E. Rohde Kl. Schriften I p. 283. 287 sqq.), neque socer et soceri pater inter maiores sunt.

δον ἀεί ποτε περὶ αὐτῆς, θεωροῦ(ν)τες τούτους τε κρί||[ναν]τας δικαίως καὶ αὐτοὶ βουλόμενοι μὴ λείπεσθαι ταῖς εὐερ|[γεσ]ίαις, τήν τε αὐτονομίαν ὑμῖν συνδιατηρήσομεν καὶ ἀφορο|[λογ]ήτους εἶναι συγχωροῦμεν τῶν τε ἄλλων ἁπάντων καὶ | [τῶν εἰς] τὰ Γαλατικὰ[8] συναγομένων. ὑπάρξει δὲ ὑμῖν καὶ ἡ | [-------- καὶ ἐά]ν τι ἄλλο φιλάνθρωπον ἢ ἡμεῖς ἐπινοήσωμεν ἢ || [αὐτοὶ ὑμεῖς αἰτήσησθ]ε[9]. παρακαλοῦμεν δὲ καὶ ὑμᾶς μνημονεύον|[τας ---- ---------- τ]ὴν ἐκτενεστάτην πεῖραν εἰληφότων, ἃς δια|----- --------ε εὔνοιαν, καθάπερ δίκαιόν ἐστι καὶ ὕ|[στερον εὐνόως] τε καὶ τοῖς προγεγενημένοις ὑμῖν ἀκο|[λούθως ----------- ε]ὐεργέτησθε μνημονεύσειν ἀξίως || ----------- τῶν ἄλλων ὧν συλλελαλή|[καμεν[10] ἡμεῖς τε καὶ οἱ ὑμέτεροι] πρεσβευταί, οὓς διά τε τὰ ἄλ|[λα ἃ ἔπραξαν ἐπαινοῦμεν καὶ δ]ιὰ τὴν σπουδὴν ἣν ἐποιοῦν|[το περὶ τῶν ὑμῖν συμφερόντων.] ἔρ(ρ)ωσθε.

8 Tributum ad bellum Galaticum ab Antiocho I impositum, quod post illius nobilissimam victoriam (B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 80) facile remitti poterat Erythraeis. Omnino id institutum usque ad Antiochi II regnum mansisse incredibile est, quae haud levis est ratio cur haec epistula Antiochi Soteris potius esse existimetur. 9 Supplevi. 10 Versus 35—37 restituere conatus sum.

224 Lapis inventus in vico Phrygiae *Durdurkar* sito inter *Karajuk-Bazar* et *Khorzum*. Edd. M. Holleaux et P. Paris Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 324 sqq. Deinde cum marmor emtione in scholam Francogallicam Athenas pervenisset, iterum accurate collatum ed. Holleaux Bull. XIII (1889) p. 523 sqq. Cf. ibidem Addenda p. 562 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 50 n. 40). Cf. quae de titulo exposuerunt M. Holleaux Revue de philol. XVIII (1894) p. 124. U. Koehler Sitzungsber. der Ak. zu Berlin 1894 I p. 448 sqq. A. Wilhelm Gött. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 209 sq. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 24 not. 4.

I [Ἀναξίμ]βροτος[1] Διονυτᾶι[2] χαίρειν· τοῦ γρα|[φέντ]ος παρὰ τοῦ

Litterae ΑΞΓΣ; memorabile est ζῆτα et θῆτα etiamtum antiquiores formas ΙΘ habere. 1 Cum Anaximbrotus mandatum (II) ab rege accipiat, quod ipse rursus cum Dionyta communicat (I), manifestum est, illum superiorem, hunc inferiorem magistratum esse. Atque Anaximbrotum quidem provinciae praesidem (στρατηγόν, σατράπην) habendum esse collatis inter se v. 4 ἐν τῇ σατραπείᾳ et v. 29 ἐν τοῖς ὑπὸ σὲ τόποις apparet. Utrum Phrygiae

βασιλέως προστάγματος | [περ]ὶ τοῦ ἀποδεδεῖχθαι τῆς βασιλίσσης | [ἀ]ρχιέρειαν τῶν ἐν τῆι σατραπείαι[3] Βερενίκη[ν] ‖ τὴν Πτολεμαίου τοῦ Λυσιμάχου[4] θυγατέρα | κατακεχώρισται[5] τὸ

an Cariae satrapa sit, ambiguum, nam regio Cabalis inter utramque sita utri provinciae tum potissimum ascripta fuerit ignoramus. 2 Dionytas sine dubio hyparchus est (cf. not. 1. 225[31]), regioni quae circa Erizam erat (τῇ περὶ Ἔριζαν ὑπαρχίᾳ n. 238, 1) praefectus. 3 Cf. not. 1. Ceterum recte Holleaux τῶν neutrum intellegit, ut omnium regionum civitatiumque quae in provincia sint sacerdos significetur. Improbabiliter Koehler sacerdotem ex eorum numero qui in provincia habitent constitui existimat. Nam in insulae Cypri titulis promiscue dicitur cum ἀρχιερεὺς τῆς νήσου (n. 148, 3. 156, 2. 158, 3. 159, 3) tum ἀρχιερεὺς τῶν κατὰ τὴν νῆσον (152, 2. 155, 5), ἀρχιερεὺς τῶν κατὰ Κύπρον (140, 6. 7), στρατηγὸς τῶν κατὰ Κύπρον (151, 2) de hominibus, quos non ex Cypriorum numero fuisse certissimum est. Cf. E. Kornemann in Beiträge zur alten Gesch. I p. 79 not. 6. 4 Lysimachi regis filium ex uxore Arsinoë, quae postea Ptolemaeo Philadelpho nupsit, hic rectissime agnoverunt Mahaffy Revenue laws of Ptolemy Philadelphus introd. p. LIII, von Prott Mus. Rhen. LIII p. 470. U. von Wilamowitz Hermae XXXIII p. 533. A. Wilhelm et B. Niese l. l. Nec minus probabiliter de hoc accipiunt locum Plutarchi Cons. ad Apoll. c. 19 p. 111 F: φασὶ γάρ τινα τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων εἰσιόντα πρὸς Ἀρσινόην τὴν βασίλισσαν πενθοῦσαν τὸν υἱὸν τοιούτῳ χρήσασθαι λόγῳ. Eum cum Monunio Dardanorum regulo bellum adversus Ptolemaeum Ceraunum gessisse refert Pompeius Trogus prol. 24, eundemque Droysenus Gesch. des Hellenismus II, 2 p. 354 acute perspexit Ptolemaeum esse, qui a Porphyrio apud Eusebium Chron. I p. 236, 26 Schoene (διὰ τὸ τοὺς περὶ Ἀντίπατρον καὶ Πτολεμαῖον καὶ Ἀριδαῖον ἀντιποιεῖσθαι μὲν τῶν πραγμάτων, ὁλοσχερῶς δὲ μηδένα προστῆναι) anno 280 a. Chr. n. regnum Macedoniae affectasse diceretur. Qui conatus cum minus prospere cessisset, in Asiam ad Antiochum I se contulisse videtur. Idem est cuius dedicationes in inedita traditionum tabula Deliaca (v. 10 Πτολεμαίου τοῦ βασιλέως Λυσιμάχου, item v. 12. 14. v. 25 βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Λυσιμάχου. v. 29 Πτολεμαίου τοῦ Λυσιμάχου) recenseri Homollius Wilhelmo per litteras significavit. Wi. Quod vero hunc Ptolemaeum eundem esse, qui aliquantisper cum Ptolemaeo II Philadelpho coniunctim regnasset, statuunt Prottius et Wilhelmus, id non satis certo fundamento nititur. Nam quod Strackius Gött. gel. Anz. 1900 n. 8 p. 648 se perspicere negat, cur non is potius qui postea regnaverit Ptolemaeus III Euergetes intellegatur, verissime iudicasse mihi videtur; sane latet cur haec regni societas non usque ad mortem Philadelphi manserit. At quam multa talia atque adeo graviora in Ptolemaeorum rebus adhuc ignoramus? Utique Trogi prol. 26 *ut in Asia filius Ptolomaei regis socio Timarcho desciverit a patre* et Athenaei XIII 593 a b: Πτολεμαῖός τε ὁ τὴν ἐν Ἐφέσῳ διέπων φρουρὰν υἱὸς ὢν τοῦ Φιλαδέλφου βασιλέως Εἰρήνην εἶχε τὴν ἑταίραν, ἥτις ὑπὸ Θρακῶν ἐν Ἐφέσῳ ἐπιβουλευομένου τοῦ Πτολεμαίου καὶ καταφυγόντος εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν συγκατέφυγεν iure ad hunc hominem a Prottio et Wilhelmo relata esse

ἀντίγραφον· ἐπακολουθ[ῶν | ο]ὖν τοῖς ἐπεσταλμέν[ο]ις συντέλει καθ' ἃ | [οἴ]εται δεῖν, ἵνα δὲ καὶ τὰ ἀντίγραφα ἀναγρα||[φ]έντα εἰς στήλην λιθίνην ἀνατεθῆι ἐν τῶι || [ἐπι]φανεστάτωι τόπωι[6] [προν]οή[θη]τι.

ἔ[τους ---,] Ἀρτεμισίου[7] ιθ΄.

II Βασιλεὺς Ἀντίοχος[8] Ἀναξ[ι]μβρότωι χαίρειν· | βουλόμενοι τῆς ἀδελφῆς[9] βασιλίσσης Λαοδίκ[ης | τ]ὰς τιμὰς ἐπὶ πλεῖον αὔξειν[10] καὶ τοῦτο ἀναγ||[καιό]τατον ἑαυτοῖς νομίζοντες εἶναι διὰ τὸ | [οὐ μ]όνον ἡμῖν φιλοστόργως καὶ κηδεμονι|[κῶς] αὐτὴν συμβιοῦν ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ θε[ῖ]ον ε]ὐσεβῶς δια[κ]εῖσθαι, καὶ τὰ ἄλλα μὲν | [ὅσα πρ]έπει καὶ δίκαιόν ἐστι παρ' ἡμῶν αὐτῆι || [χαρ]ί[σ]ασθαι[11] δια[τ]ελοῦμεν μετὰ φιλο[σ|τ]ο[ρ]γίας ποιοῦντες,

---

praefracte negaverim. Qui soli hunc Ephesi praefectum noverunt scriptores, eorum uterque eum definite Ptolemaei Philadelphi filium dicit, non Lysimachi. Quod discrimen adoptionis fictione tollere, praesertim in ingenti per illa tempora nominis quod est Πτολεμαῖος frequentia, non ex legibus artis esse mihi videtur. Immo verum vidisse existimo, qui illum Ptolemaeum, qui Ephesi curabat, spurium regis filium existimarent. De alio Ptolemaeo Lysimachi filio v. n. 55[4]. 5 Proprie haec vox in inferioris aetatis titulis frequentissima collocandi notionem habet, ut desideret loci definitionem; cf. Syll.[2] 654, 24 καταχωρίσαι τοῦτο τὸ δόγμα εἰς τοὺς νόμους. Sed nonnunquam praegnanter καταχωρίζειν pro ἐνθάδε καταχωρίζειν dicitur, cf. n. 262, 2. 3, ubi ὁ κατακεχωρισμένος ὑπομνηματισμός ad idem redit atque ὁ ὑποτεταγμένος vel ὑπογεγραμμένος. 6 Hic singularem habes, v. 35 pluralem, quia plura per totam provinciam exemplaria publice proponuntur, singula scilicet per singulas hyparchias. 7 Septimus anni Macedonici ab aequinoctio autumnali incipientis mensis, Atheniensium Munychion, Romanorum fere Aprilis. 8 Antiochum II Deum (261—246 a. Chr.) iam primi editores agnoverunt, neque ullus relinquitur dubitationi locus, siquidem Antiochi I regno Ptolemaeus Lysimachi f., natus ex matrimonio anno fere 300 a. Chr. conciliato, vix poterat adulta aetate filiam habere, posteriores vero Antiochi IV—XIII hic in censum non veniunt quia post pacem anni 189 a. Chr. nullae iam erant per illam Asiae minoris partem Seleucidarum opes. Restat Antiochus III Magnus, qui propter uxoris mentionem (v. 13) hic intellegi nequit, et eius filius natu maximus, qui sane et regio nomine usus est (n. 232, 1. 233, 5) et sororem Laodicen in matrimonio habuit (Appian Syr. 4), sed neque sine patre eiusmodi negotium perfecisset et recentior est, quam ut eius regno Ptolemaeus Lysimachi f. etiamtum superstes esse potuerit, quod tamen v. 30 haud ambigue indicat. 9 Cf. Polyaen. VIII, 50: Ἀντίοχος ὁ προσαγορευθεὶς θεὸς ἔγημε Λαοδίκην ὁμοπάτριον ἀδελφήν, cuius testimonium a Niebuhrio aliisque spretum hoc titulo confirmatur. 10 Cf. n. 56, 9 τὰς τιμὰς τῶν θεῶν ἐπὶ πλεῖον αὔξοντες. 11 Supplevit Holl.; sane sic pro παρ' ἡμῶν exspectaveris ἡμᾶς, quia medium χαρίσασθαι non potest

[κρ]ίνομεν δὲ καθάπερ | [πανταχοῦ καθεστήκασιν κ]ατὰ τὴν βασιλε[ί]α[ν | ἡμῶν ἀρχ]ιερεῖς[12], καὶ ταύτ[η]ς καθίστασθαι | [ἐ]ν τοῖς αὐτοῖς τόποις ἀρχιερείας, αἳ φο‖[ρ]ήσουσιν στεφάνους χρυσοῦς ἔχοντας | ------------ις, ἐπιγραφήσονται δὲ καὶ ἐν | [τοῖς σ]υναλλάγμασι[13] μ[ε]τὰ τοὺς τῶν | [τε θε]ῶν καὶ ἡμῶν ἀρχιερεῖς. ἐπεὶ οὖν | ἀποδέδε[ιγμ]αι ἐν τοῖς ὑπὸ σὲ τόποις[14] ‖ [Βερ]ενίκην, Πτολεμαίου τοῦ Λυσιμάχου | [τοῦ προσήκο]ντος ἡμῖν κατὰ συγγένειαν[15] θυγατέρα, | συντελείσθω πάντα τοῖς προγεγραμμέ|νοις ἀ[κο]λούθως, καὶ τὰ ἀντίγραφα τῶν | ἐπιστολῶν ἀναγραφέντα εἰς στήλας ‖ ἀνατεθ(ή)τω[16] ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις | τόποις[17], [ὅ]πως νῦν τε καὶ εἰς τὸ λοιπὸν | πᾶσιν φανε[ρ]ὰ [δηλ]ῶ[τ]αι[18] ἡ [ἡ]μετέρα καὶ ἐν τού‖[τοις δι]ὰ τὴν ἀδελφὴν προαίρεσις.

---

non activam vim habere. Quare suspiceris infinitivum praesentis passivi verbi contracti in -ᾶσθαι cadentem potius fuisse. 12 De summis sacerdotibus singularum provinciarum cf. n. 230[2]. 13 Instrumentis contractuum iuris civilis nomina sacerdotum regum praescribi solita in Ptolemaeorum regno multi docent papyri in Aegypto inventi. Cf. n. 56, 22 καὶ τοὺς ἱερεῖς — προσονομάζεσθαι ἱερεῖς καὶ τῶν Εὐεργετῶν θεῶν καὶ ἐνγράφεσθαι ἐν πᾶσιν τοῖς χρηματισμοῖς. Idem in Asia Seleucidis regnantibus moris fuisse hinc et ex n. 244, 32 discimus. 14 Cf. not. 1. 15 Cum Holleaux dignitatem aulicam τῶν συγγενῶν hic agnoscere sibi visus esset, Wilhelmus monuit ea ipsa de causa circumlocutione uti regem, quia veram sanguinis necessitudinem significare vellet nêque tamen in simplici τοῦ συγγενοῦς ambigituitatem vitare posset. Unde elucet, Ptolemaeum Lysimachi f. regiae stirpis hominem esse. Cf. not. 4. 16 ΑΝΑΤΕΘΕΤΩ. 17 Cf. not. 6. 18 Retinui Holleauxii supplementum, quia aliud idoneum verbum non suppetit. Locutionem φανερὸν δηλοῦν τι molestissimam habere tautologiam sane non est negandum.

---

225 Fragmenta duo inter se contingentia tabulae magnae marmoris albi eruta ante templum Apollinis Didymei. Litterae accurate incisae. Ex apographo, ectypo chartaceo, imagine photographa ed. B. Haussoullier Revue de philologie XXV (1901) p. 9 (Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 76).

Spectant hae litterae ad emtionem venditionem vici cum agris ad eum pertinentibus et hominibus ibi habitantibus. Venditorem regem Antiochum II esse apparet, quoniam et homines illic degentes in aerarium regium pecunias pendere debent (v. 9) et pretium in aerarium militare regis numeratur (v. 16) et litterae in tabulario regio asservantur (v. 23). Emit vero hanc partem agri regii

III ----- | --ηροτρια[1] [------------------------------ ἀ]‖ποτεμέσθαι[2] τὸ χωρίον, τὴμ μὲν Πάν[νου κώμην[3] καὶ εἴ τινα συμβαί]‖νει ὕστερον γεγενῆσθαι[4] καὶ εἴ τινες (ε)ἰς τὴν χώ[ραν προσπί]‖πτουσιν τόποι[5] καὶ τοὺς ὑπάρχοντας αὐτο[ῖς λαοὺς πα]‖ṇοικίους σὺν τοῖς ὑπάρχουσιν πᾶσιν καὶ σὺν ταῖς [τοῦ ἐ]‖νάτου καὶ πεντηκοστοῦ ἔτους[6] προσόδοις ἀρ[γυ]‖ρίου ταλάντων τριάκοντα·[7] ὁμοίως δὲ καὶ εἴ τινες ἐ‖[κ] τῆς κώμης ταύτης ὄντες λαοὶ μετεληλύθασιν εἰς ἄλλου|ς τόπους, ἐφ᾽ ὧι οὐθὲν ἀποτελεῖ[8] εἰς τὸ βασιλικὸν καὶ κυρία ἔ[σ]‖ται[9] προσφερομένη[10] πρὸς πόλιν ἣν ἂν βούληται. κατὰ ταὐτὰ δ[ὲ] | καὶ οἱ παρ᾽ αὐτῆς πριάμενοι ἢ λαβόντες αὐτοί τε ἕξου|σιν κυρίως καὶ πρὸς πόλιν προσοίσονται ἣν ἂμ βούλω[ν]ται, | ἐάμπερ μὴ Λαοδίκη[11] τυγ-

---

mulier, quae simpliciter Λαοδίκη appellatur v. 13. 15. 20, sed uxorem regis significari gravissimis argumentis evicit Haussoullier. Cf. not. 11. Ex instrumentis ad hoc negotium spectantibus quae v. 38 sqq. enumerantur, duo priora, mandatum Nicomachi oeconomi et litterae Metrophanis satrapae, itemque tertii, epistulae regis ad Metrophanem, initium in superiore parte huius tabulae perierunt. Exstat huius regiae epistulae pars inferior (III) et descriptio finium (IV). 1 Ante η fortasse ν fuisse indicat Haussoullier, et non sine haesitatione ἀν]ὴρ ὁ τρια[κ----] fuisse conicit. At mihi plane certum videtur, τὴν γῆν τὴ]ν ἠροτρια[μένην] aut aliam nescio quam verbi quod est ἀροτριάω formam hic restituendam esse. 2 [καὶ μὴ ἀ]ποτεμέσθαι τὸ χωρίον aut [ὥστε μὴ ἀ]ποτεμέσθαι τὸ χωρίον Hauss. non improbabiliter, etsi conexus sententiae obscurus manet. 3 Infra v. 44 huius vici incolae Παννοκωμῖται vocantur. 4 Supplevi. [καὶ εἴ τις τυγχά]νει Hauss. Sed hoc verbum si fuisset, participium, non infinitivus inde penderet. 5 Obscurum hoc, nisi τόπους intellegere licet loca ubi homines domicilia habent, quae tamen non in vicum (κώμην) congregantur, sed per agros dispersa sunt. 6 Annus aerae Seleucidarum undesexagesimus est 254/3 a. Chr. n. 7 Manifesto hic genetivus itemque accusativus τὴμ (μὲν) Πάννου κώμην κτλ. pendent a verbo quodam vendendi aut emendi, quod in superiore lapidis parte intercidit. 8 Cum Haussoullier hic litteram incuria lapicidae omissam ratus ἀποτελεῖ(ν) restituisset, G. de Sanctis litteris ad illum datis monuit, tradita rectissime se habere et a sententia et a structura grammatica, dummodone post βασιλικὸν commate distingueretur, ut ille fecerat. 9 Laodice. 10 Praedia regia extra fines civitatium sunt. Sed si quis alius a rege agrum aut emit aut dono accipit, ei permitti solet ut ad vicinam aliquam civitatem eum adiungat. De hac re et de verbis προσφέρεσθαι et προσορίζειν in eo negotio sollennibus vide quae adnotavi n. 221[4]. 11 Non privatam hanc esse mulierem Hauss. cum inde collegit, quod sic uno nomine sine patris et patriae significatione appellatur, id quod in tali negotio sane vix fieri poterat nisi quaenam potissimum esset omnibus notum esse debebat, tum inde quod v. 20. 35 Ἀρριδαίῳ τῷ οἰκονομοῦντι τὰ Λαοδίκης legitur, uale ministerium

χάνει πρότερον προσενηνε|γμένη πρὸς πόλιν, οὕτω δὲ[12] κεκτήσονται οὗ ἂν ἡ χώρα ἧι προ||σωρισμένη[13] ὑπὸ Λαοδίκης. τὴν δὲ τιμὴν συντετάχα|μεν ἀνενεγκεῖν εἰς τὸ κατὰ στρατείαν γαζοφυλάκ[ι]||ον[14] ἐν τρισὶν ἀναφοραῖς, ποιουμένου(ς)[15] τὴμ μὲν μίαν ἐν τῶι Αὐ|δναίωι μηνὶ[16] τῶι ἐν τῶι ἑξηκοστῶι ἔτει[17], τὴν δὲ ἑτέραν ἐ[ν] | τῶι Ξανδικῶι[18], τὴν δὲ τρίτην ἐν τῆι ἐχομένηι τριμήνωι[19]. || σύνταξον παραδεῖξαι Ἀρριδαίωι τῶι οἰκονομοῦντι[20]

---

sane aulae regiae melius convenit quam domui privatae. Quare Laodicen Antiochi II sororem et uxorem probabiliter intellegit editor. Quem sane non fugit, insoliti aliquid habere quod hic neque βασίλισσα neque ἀδελφή vocatur, cum n. 224, 13 rex utroque nomine eam ornaverit. Quam rem explicare conatur ex diverso utriusque tituli argumento et genere, et provocat ad inscriptionem litteraturae cuneiformis Babyloniam, cuius principales partes ab amico suo P. Scheil in Francogallicum sermonem conversas repetit. In eo titulo, qui scriptus est anno 173 a. Chr. n., refertur de donatione quam Antiochus II rex quondam Laodicae et Seleuco Antiochoque filiis fecerat. Ne hic quidem reginam aut sororem vocari. Ita sane est; sed ex Scheilii versione apparet, 'Laodicae s u a e u x o r i' illic scriptum esse, quibus verbis regina definite significatur, ut nihil similitudinis ille titulus habeat cum eo quem hic tractamus. Quare res obscura manet; nam quod item in mentem venit Haussoulliero, Laodicen propterea regio nomine carere, quia tum iam repudiata fuisset propter novas Berenices Ptolemaei Philadelphi filiae nuptias, id recte ipse reiecisse videtur. Etenim id iam ante annum 254 a. Chr. n. accidisse nulla ex parte credibile est. 12 I. e. si vero Laodice id iam fecerit. 13 Cf. not. 10. 14 Cur in militare potissimum aerarium inferatur pretium agri venumdati, non liquet. 15 Emendavi. ποιουμένου lapis, quod editor intactum reliquit. At neque genetivus neque masculinum singularis tolerari potest. Nam quod refertur ad subiectum infinitivi ἀνενεγκεῖν, accusativo casu enuntiandum fuit, neque certus homo antea commemoratus est, ad quem vocabulum spectet, sed aut ποιουμένην dicendum fuit definite de Laodice, aut ποιουμένους in universum de eis qui illius nomine et mandatu pecunias in aerarium illaturi sint. 16 Tertius anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Posideoni, Romanorum fere Decembri. Cf. Kubitschek ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 2 p. 2280. In titulis fluctuat nominis scriptura inter Αὐδυναῖος et Αὐδναῖος. 17 Sexagesimus aerae Seleucidarum annus est 253/2 a. Chr. n. Prima igitur pensio facienda est anni 253 m. Decembre (not. 16), altera anni 252 m. Martio (not. 18), tertia usque ad eiusdem anni m. Iunium. 18 Sextus Macedonum mensis, Atheniensium Elaphebolion, Romanorum fere Martius. In titulis, praeter perpauca infimae aetatis exempla, constanter Ξανδικός scribitur, apud scriptores plerumque Ξανθικός (cf. n. 90[24]). 19 Xandicum excipiunt Artemisius, Daesius, Panemus. Hoc igitur mense, qui respondet Atheniensium Scirophorioni, Romanorum Iunio, utique postrema pars pretii solvenda est. 20 Cf. not. 11. Eundem Arrhidaeum, hominem

τὰ Λαοδί|κης τήν τε κώμην καὶ τὴν Βᾶριν καὶ τὴν προσοῦσαν χώραν | καὶ τοὺς λαοὺς πανοικίους σὺν τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῖς | πᾶσιν, καὶ τὴν ὠνὴν ἀναγράψαι εἰς τὰς βασιλικὰς γραφὰς | τὰς ἐν Σάρδεσιν[21] καὶ εἰς στήλας λιθίνας πέντε· τού||των τὴμ μὲν μίαν θεῖναι ἐν Ἰλίωι ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Ἀθηνᾶς[22], | τὴν δὲ ἑτέραν ἐν τῷ ἱερῶι τῶι ἐν Σαμοθράικηι[23], τὴν δὲ ἑτέ|ραν ἐν Ἐφέσωι ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Ἀρτέμιδος[24], τὴν δὲ τε|τάρτην ἐν Διδύμοις ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος[25], τὴν | δὲ πέμπτην ἐν Σάρδεσιν ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Ἀρτέμιδος[26]. εὐ||θέως δὲ καὶ περιορίσαι καὶ στηλῶσαι τὴν χώραν καὶ [προσ|αναγρά]ψαι τὸν περιορισμὸν[27] εἰς τὰς στήλας τὰ[ς προ|ειρημένας].

---

permagnae apud reginam auctoritatis, Hauss. probabiliter agnoscit in titulo honorario Ephesio Greek inscr. in the British museum III, 2 p. 95 n. CCCCLI, 2 sqq.: [δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι ἐπαινέ|σαι Ἀρ]ριδαῖον ἀρετῆς ἕνεκε καὶ ε[ὐνοίας κτλ.]. 21 Sardibus, quod quondam caput Lydiae fuerat, sine dubio etiam Seleucidarum regno satrapa sedem habebat, ibique in arce natura ac manu munitissima litterae regiae asservabantur. 22 Quae intercesserint inter Seleucidas et Iliensium populum rationes, de Antiochi I quidem aetate luculentissime docent decreta n. 219. 220 et epistulae n. 221. Sed etiam in Antiochi II fide mansisse civitatem hic titulus docet; nam aliter rex non illic potissimum has litteras publice proponi iussisset. H. 23 De Samothraces per illam aetatem rebus admodum tenuis et obscura est memoria. Nam Ptolemaei sane egregia veneratione et pietate prosecuti videntur deos Samothracum (n. 23); sed in potestate insulam non habuerunt ante Ptolemaeum III Euergetam (246—221 a. Chr. n.). Cf. n. 54, 8. 15. Syll.[2] 221, 3. Quod contra initio tertii a. Chr. saeculi in fide Lysimachi fuerunt Samothraces (Syll.[2] 190, 1), quo victo et necato (281 a. Chr.) sine dubio in Seleuci dicionem cesserunt, eosque anno 253 a. Chr. etiamtum sub Seleucidarum imperio fuisse consentaneum est. Sane nemini ex his regibus, qui ceteroqui sacra deorum magno studio colebant et exornabant, cultus deorum Samothracum cordi fuisse videtur. Quo in templo illic tabula ponenda sit, tacetur. Sed ex decretis Syll. 221, 21 et Michel Rec. 352, 12. 13 apparere videtur, Minervae delubrum ei usui destinatum fuisse. Haussoullier. 24 Cum Antiochus II rerum potiretur (261 a. Chr. n.) Ephesus etiamtum in potestate Ptolemaei II Philadelphi fuit, cuius auspiciis Ptolemaeus, spurius regis filius (n. 224[4]), ibi curabat. Sed is cum rebellasset, a mercennariis suis Thracibus proditus et cum in Artemisium confugisset ibi necatus est (Athen. XIII 593 *a b*). Hoc certe ante annum 254/3 a. Chr. factum esse hic titulus docet, quippe qui Ephesum tum iam in Antiochi fide fuisse prodat. 25 De Mileto ab Antiocho Deo Timarchi dominatione liberato cf. n. 226[3]. 26 Cf. not. 21. 27 Hanc finium descriptionem habes v. 33—50.

Δίου[28] ε΄. [ἀ](π)ὸ[29] -----

IV ---- | ---------------------------------- Πάννο[υ κώμην | ---------------------------------- τοὺ]ς λαο[ὺς ---- παρ'εδείχ||θη] δὲ Ἀρριδαίωι τῶι οἰκονομοῦντι τὰ Λαοδίκης[30] [ὑπ]ὸ [. . . . . . | κ]ράτους τοῦ ὑπάρχου[31] ἥ τε κώμη καὶ ἡ Βᾶρις καὶ ἡ προσοῦσ[α χώ|ρα] κατὰ τὸ παρὰ Νικομάχου τοῦ οἰκονόμου[32] πρόσταγμα [ὧι | ὑ]πεγέγραπτο καὶ τὸ παρὰ Μητροφάνους[33] καὶ τὸ παρὰ τοῦ β[α|σι]λέως γραφὲν πρὸς αὐτόν, καθ' ἃ ἔδει περιορισθῆναι· ἀπὸ || [μ]ὲν ἡλίου ἀνατολῶν ἀπὸ τῆς Ζελείτιδος χώρας[34] τῆς μὲν | [π]ρὸς τὴν Κυζικηνὴν[35] ὁδὸς βασιλικὴ ἡ ἀρχαία ἡ ἄγουσα ἐπ[ὶ] | Πάννου κώμης ἐπάνω τῆς κώμης καὶ τῆς Βάρεως, ἡ συ[ν|δ]ειχθεῖσα ὑπό τε Μενεκράτου Βακχίου

---

28 Dius est primus anni Macedonici mensis, respondens Pyanepsioni Atheniensium, Octobri Romanorum. 29 TO lapis ex Haussoullieri exemplo. Supplevi et emendavi. Sic enim in epistularum subscriptionibus indicari solet unde datae sint. Cf. n. 331, 25. 44. 61. Syll.² 384, 19. 406, 14. 30 Cf. not. 11. 31 Cum hic magistratus pareat praeceptis Nicomachi oeconomi et Metrophanis, ad quem ipse rex scribit, apparet Metrophanem quidem summum provinciae praesidem, illum vero inferioris ordinis praefectum esse. Iam cum in Seleucidarum regno et σατραπεῖαι (n. 221, 28. 224, 4) et ὑπαρχίαι (n. 238, 1) fuerint, haec epistula docet, totum imperium in satrapias, harum rursus unamquamque in ὑπαρχίας divisam fuisse. His qui praeessent, ὕπαρχοι appellabantur. Quod contra illarum maiorum provinciarum rectores apud scriptores quidem σατράπαι vocari solent, in titulis vero plerumque στρατηγός legitur praeter epistulas regias, quae merum nomen sine officii mentione habent; cf. n. 221, 18 βασιλεὺς Ἀντίοχος Μελεάγρῳ χαίρειν. n. 224, 12 βασιλεὺς Ἀντίοχος Ἀναξιμβρότῳ χαίρειν. Sic in superiore huius lapidis parte sine dubio βασιλεὺς Ἀντίοχος Μητροφάνει χαίρειν fuit. Ceterum miram Appiani Syr. 62 narrationem de septuaginta duabus satrapiis, in quas Seleucus Nicator regnum divisisset, Koehlerus (ad n. 238) primus recte de hyparchiis interpretatus est. Metrophanes sine dubio ei provinciae praefuit, quae n. 221, 28 vocatur ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ σατραπεία. Namque ex versibus 40. 41 discimus terram, quam in illius satrapia rex Laodicae venderet, Zeleae et Cyzici agrum attigisse. Haussoullier. 32 Magistratus qui praedia regia et pecunias in aerarium regis redigendas curarent, singuli per singulas provincias (σατραπείας) fuisse videntur, quandoquidem hic oeconomum regium mandatu rectoris provinciae agere videmus, ipsum vero rursus hyparcho imperare quid faciendum sit. H. 33 Praeses (στράτηγός, σατράπης) provinciae Hellesponticae. Cf. not. 31. 34 Zelea sita erat non longe ab occidentali fluvii Aesepi (v. 49) ripa non ad ipsum quidem Propontidis littus, sed tamen non procul ab eo. Terram quae hic venit totam mediterraneam fuisse finium descriptio indicat. 35 Cyzicum ut Zeleam tum in fide Antiochi regis fuisse hinc discimus. H.

Πυθοκωμίτου | [κ]αὶ Δάου Ἀζαρέτου καὶ Μηδείου Μητροδώρου Π(α)ννοκωμ[ι]‖τῶν[36], καταρηρομένη δὲ ὑπὸ τῶν γ(ε)ιτνιώντων[37] τῶι τόπωι· ἀπὸ | δὲ ταύτης παρὰ τὸν τοῦ Διὸς βωμὸν τὸν ὄντα ἐπάνω τῆς | Βάρεως καὶ ὡς ὁ τάφος ἐν δεξιᾷ τῆς ὁδοῦ· ἀπὸ δὲ τοῦ | [τ]άφου αὕτη ἡ ὁδὸς ἡ βασιλικὴ ἡ ἄγουσα διὰ τῆς Εὐπαν‖[ν]ήσης ἕως ποταμοῦ τοῦ (Α)ἰσήπου[38]. ἐστηλώθη δὲ καὶ ‖ [ἡ χώ]ρα κατὰ τὰ ὅρια τὰ παραδειχθέντα.

36 ΓΑΝΝΟ lapis. Homines indigenae et locorum periti adhibentur, ut magistratibus viam monstrent. 37 ΓΕΙΤΝ lapis. 38 ΑΙΣΗΠΟΥ. Cum supra dictum sit, praedia quae venierunt ab orientali parte attingere agrum Zelitanum, mireris hic illius fines usque ad Aesepi ripam extendi, cum tamen Zelea ab occidentali parte aliquanto spatio a fluvio distet. Sed fieri tamen potuit ut meridiem versus ab oppido ager regius usque ad fluvium pertineret.

---

226 Fragmentum tabulae marmoris subcaerulei, inventum ante templum Apollinis Didymei. Ed. B. Haussoullier Revue de philologie XXV (1901) p. 6 (Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 73).

Ὑδροφόρος Ἀρτέμιδος Πυθί[ης][1] | Χρυσὼ Αὐτομένους τοῦ Ἀντιγόν[ου, | μ]ητρὸς δὲ . . ο . . . ας τῆς Ἀντιφῶν‖[το]ς, ἀπόγονος ὑπάρχουσα Ἱππομά‖[χου] τοῦ Ἀθηναίου[2], ὃς κατήγ[α]γεν[3] τ[ὴ]ν τ[ε | ἐλ]ευθερίαν καὶ δημοκρατίαν παρ[ὰ β]ασ[ιλέως Ἀντι]‖όχου

1 Sacerdotium quo virgines generis nobilitate eminentes fungi solebant; quare tabulis quas in memoriam sacerdotii dedicabant (cf. Revue de philologie XXI 1897 p. 38 sqq.) plerumque etiam maiorum suorum laudes et merita de patria civitate incidebant. 2 Hippomachi patrem eundem esse Athenaeum, cuius nomen in duobus nummis Milesiis compareret (Mionnet III p. 163 n. 723. Suppl. VI p. 263 n. 1171) haud improbabiliter coniecit Haussoullier. 3 Paullo insolentius verbum quod proprie de exulibus in patriam reducendis usurpatur, hic ad libertatem et populare imperium transfertur, de quibus usitatius erat ἀποκατέστησεν. Ceterum id Hippomachus effecit precibus quibus regi persuasit ut exercitum Miletum mitteret qui tyrannum expelleret. Cf. Appian. Syr. 65: δεύτερος δὲ Ἀντίοχος ἕτερος, — ὅτῳ θεὸς ἐπώνυμον ὑπὸ Μιλησίων γίγνεται, ὅτι αὐτοῖς Τίμαρχον τύραννον καθεῖλεν. Hoc non magno post regni initium intervallo factum esse probabiliter statuit Haussoullier, qui recte ni fallor oblocutus est Koehlero ex titulo n. 224 colligenti, Appianum iniuria cognomen θεός ad Miletum a Timarchi dominatione liberatam revocare.

το[ῦ] θεοῦ[4], [σ]υν(ερ)[γοῦντος[5] Ἱππομάχου[6] τοῦ Ἱππο]|μάχου, ὃς ἦν τοῦ π[ατρὸς[7] αὐτοῦ ἀδελφός[8], πρεσ|β]εύσας[9] [πρὸς βασιλέα Ἀντίοχον[10] ----------------]

4 Antiochus II Deus (261—246 a. Chr. n.). 5 Supplevi. [σ]υνηθ.... Hauss., sed ita ut litteras ηθ punctis suppositis incertas esse notet. 6 Supplevi. Etiam aliud nomen fuisse posse non est quod dicam. Sed si Hippomachum quendam Milesium maiorem filium Athenaeum, minorem Hippomachum habuisse, Athenaei vero filio rursus Hippomachum nomen fuisse statuemus, hoc certe cum Graecorum more perbene conveniet. 7 Supplevi. 8 Supplevi. 9 Supplevit Haussoullier. 10 Supplevi.

---

227 Stela marmoris candidi fracta ab inferiore parte, eruta anno 1896 ante templum Apollinis Didymei. Ex apographo, ectypo, imagine photographa edidit B. Haussoullier, Revue de philologie XXV (1901) p. 126 n. I (Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 114 sqq.).

Βασιλεὺς Σέλευκος[1] Μιλησίων τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χαίρειν· | τῶμ προγόνων ἡμῶν[2] καὶ τοῦ πατρὸς[3] πολλὰς καὶ μεγάλας | εὐεργεσίας κατατεθειμένων εἰς τὴν ὑμετέραμ πόλιν διά τε | τοὺς ἐγδεδομένους[4] χρησμοὺς ἐκ τοῦ παρ' ὑμῖν ἱεροῦ ‖ τοῦ Διδυμέως Ἀπόλλωνος καὶ διὰ τὴν πρὸς αὐτὸν τὸν θεὸν | συγγένειαν[5], ἔτι δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ δήμου εὐχαριστίαν | ὁρῶντες καὶ αὐτοὶ ἔκ τε τῶν ἄλλων τῶν πεπολιτευμένων | ὑμῖν διὰ παντὸς τοῦ χρόνου πρὸς τὰ ἡμέτερα πράγματα, | παραθέντων[6]

1 Seleucus II Callinicus (246—226 a. Chr. n.). Per ipsa regni initia has litteras scriptas esse, quibus rex ad gratulationes Milesiorum honoresque ab eis decretos (not. 8) responderet, Hauss. inde collegit, quod patris modo et maiorum beneficia in Milesios collata commemorat neque vero sua ipsius. Cf. etiam not. 6. 2 Seleuci I Nicatoris proavi et Antiochi I Soteris avi Seleuci Callinici animum et munificentiam erga Milesios et delubrum Apollinis Didymei testantur tituli n. 213. 214. 3 Antiochus II Deus (261—246 a. Chr. n.), Seleuci Callinici pater, Timarcho tyranno expulso libertatem et populare imperium restituit Milesiis, cuius rei illi insignem gratiam ei retulerunt. Cf. n. 226[3]. 4 Hinc Hauss. in decreto apud Lebas-Waddington Inscr. III, 78, 8. 9 restituit διά τε τῶν χρησμῶν [τῶν ἐγδεδομένων ἐν] Δελφοῖς καὶ ἐν Διδύμοις. 5 Cf. n. 219, 26. 27 cum not. 18. n. 237, 5. 6 Cum amici paterni me de eis (sc. περὶ τῶν πεπολιτευμένων ὑμῖν) certiorem fecissent. Haec quoque regis adulescentis ac vixdum rerum potiti sunt (cf. not. 1. 8).

ἡμῖν τῶμ πατρικῶν[7] φίλων, καὶ ἐκ τοῦ ἀπολογισμοῦ ‖ [ο]ὗ ἐποιήσαντο Γλαύκιππος καὶ Διόμανδρος οἱ παρ' ὑμῶν | [κ]εκομικότες τὸν ἱερὸν στέφανον τὸν ἐκ τοῦ ἀδύτου[8] ὧι | ἐστεφανώκει ἡμᾶς ὁ δῆμος, εἰλικρινῆ καὶ βεβαίαμ ποιουμένους | ὑμᾶς πρὸς τοὺς φίλους ἀπόδεξιγ καὶ μεμνημένους ὧν ἂν εὖ | πάθητε, ἀπεδεξάμεθα τὴν αἵρεσιν καὶ ‖ προθυμούμενοι καὶ ἐν τοῖς μεγίστοις ἡγούμεν[οι καὶ καλλίστοις] | εἰς ἐπιφανεστέραν διάθεσιν ἀγαγεῖν κ[αὶ τὰ παρ' ἡμῶν] | φιλάνθρωπα, ἐπὶ δ[ὲ τούτοις ----------]

7 Primum πατρικῶν exaravisse, sed deinde (perperam) N in Γ mutasse lapicidam testatur Haussoullier. 8 Similiter Delphi decernere solent, ut quis coronetur δάφνας στεφάνῳ παρὰ τοῦ θεοῦ. Cf. n. 150, 12. 13 καὶ στεφα-ν[ῶσαι αὐτὸν δάφνας] στεφάνωι τᾶς παρὰ τοῦ θεοῦ. 345, 28 καὶ στεφανῶσαι αὐτοὺς ἑκατέρους τῶι τε τοῦ θε[οῦ στεφάνωι ὧι πάτρι]όν ἐστι Δελφοῖς καὶ εἰκόνι χαλκέαι. Syll.[2] 215, 8. Ibid. n. 291, 22 legitur ἡ πόλις ἡ Μεγαρέων δάφνης στεφάνῳ παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ τῆς πόλεως ἀρχηγέτου. Ceterum recte Haussoullier monet, non propter victoriam aliquam aut propter beneficia a rege in Milesios collata hanc coronam decretam esse, sed ut eum cum regnum iniret salutarent eique fidem et voluntatem suam testarentur.

---

228 Lapis calcarius leucophaeus, qui partem antae efficiebat, erutus Delphis ante templum ab occidentali parte. Infra hunc titulum alia decreta honorifica. Ex Th. Homollii apographo ed. L. Couve Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 227 n. I (J. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 875 n. 2733. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 209 n. 258).

[Θε]οί. | [Ἔδοξε τᾶι π]όλει τῶν Δελφῶν· ἐπεὶ βασιλεὺς Σέλευκος[1] βασιλέως | [Ἀντιόχ]ου[2] ἀποστείλας γράμματα ποτὶ τὰν πόλιν[3] ἀξιοῖ τό τε ἱερὸν τὸ | [τᾶς] Ἀφροδίτας τᾶς Στρατονικί-

Litterae volgares praeter Ξ et ΘΟΩ minore mensura exaratas, non dispositae στοιχηδόν. 1 Seleucus II Callinicus (246—226 a. Chr. n.). Prima Pythia (not. 9), quae in eius regnum inciderent, anni 242, postrema anni 230 a. Chr. fuisse monuit Baunack. Utique non nimio post regnum initum intervallo sacra Veneris Stratonicidis honoris aviae suae Stratonices causa rex instituisse videtur. 2 Antiochus II Deus (261—246 a. Chr. n.). 3 Ut moris erat, sic etiam Seleucus Callinicus cum haec nova sacra institueret, quoqueversus litteras dimisisse videtur, quibus id omnibus regibus et civitatibus nuntiaret. Cf. n. 229, 11: ἔγραψεν δὲ καὶ πρὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ τοὺς δυνάστας καὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη, ἀξιώσας ἀποδέξασθαι τό τε ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης ἄσυλον εἶναι κτλ. Couve.

δος[4] καὶ τὰν πόλιν τῶν Σμυρναίων ‖ [ἱερ]ὰν καὶ ἄσυλον εἶμεν, αὐτὸς πρότερον πεπεισμένος τῶι τοῦ θεοῦ | χρησμῶι[5] καὶ πεποιηκὼς ἃ καὶ τὰν πόλιν ἀξιοῖ, ἐπικεχώρηκε δὲ τοῖς [Σμυρ]|ναίοις τάν τε πόλιν καὶ τὰν χώραν αὐτῶν ἐλευθέραν εἶμεν καὶ ἀφο[ρο]‖λόγητον, καὶ τάν τε ὑπάρχουσαν αὐτοῖς χώραν[6] βεβαιοῖ καὶ τὰν πατρί[δα] | ἐπαγγέλλεται ἀποδώσειν[7]· οἴονται δὲ δεῖν καὶ οἱ Σμυρναῖοι πρεσβευτὰς ἀπο[στεί]‖λαντες Ἑρμόδωρον καὶ Δημήτριον ἀναγραφῆμεν ἐν τῶι ἱερῶι, ὥσπ[ερ] | ὁ βασιλεὺς ἀξιοῖ, τὰ ἐπικεχωρημένα αὐτοῖς· δεδόχθαι τᾶι πόλει τῶν Δε[λ]|φῶν, τό τε ἱερὸν τὸ τᾶς Ἀφροδίτας τᾶς Στρατονικίδος καὶ τὰμ πόλιν τῶν [Σμυρ]|ναίων ἱερὰν καὶ ἄσυλον εἶμεν, καθάπερ ὅ τε βασιλεὺς ἐπέστελκε[8] [καὶ] | ἁ τῶν Σμυρναίων πόλις ἀξιοῖ. ἐντείλασται δὲ καὶ τοῖς θεωροῖς τοῖ[ς τὰ] ‖ Πύθια ἐπαγγελλόντοις[9] ἐπαινέσαι τὸν βασιλέα Σέλευκον ἐπί τε το[ύτοις] | καὶ τᾶι εὐσεβείαι καὶ τῶι ἐπακολουθηκέναι τῶι τοῦ θεοῦ χρησμῶ[ι,] | καὶ θῦσαι τᾶι Ἀφροδίται. ἀναγράψαι δὲ τὸ μὲν ψάφισμα τόδε τὰν πόλιν | ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ θεοῦ, τὰν δὲ ἐπιστολὰν ἐν τῶι ἀρχείωι[10] ἐν τῶι τοίχωι.

---

4 Praeter hos duos Seleuci Callinici titulos (n. 228. 229) hoc delubrum etiam in inscriptione termini Syll.[2] 575 et apud Tacitum (v. not. 5) commemoratur. Nomen a Stratonice Demetrii f., quae primum Seleuci Nicatoris, deinde Antiochi Soteris uxor fuit, deductum apparet. 5 Cf. Tac. Ann. III, 63: *Nam Zmyrnaeos oraculum Apollinis, cuius imperio Stratonicidi Veneri templum dicaverint — referre.* Quod oraculum cum Seleuco Callinico editum esse iam ipsius testimonio constet, ea quae Tacitus de obscuris propter vetustatem initiis dixit, quamobrem Nipperdeius cognomen deae a regina Stratonice plane separandum statuebat, in errore versari manifestum est. 6 Eam partem agri Smyrnaei, cuius in possessione nunc sunt. Aliam ad tempus amiserant, sine dubio per bellum quod Ptolemaeus III cum Seleuco gerebat. Nam cum in fide Seleuci mansissent Smyrnaei (n. 229, 3), a Ptolemaei exercitibus graviter vexati sunt. Cf. ibid. v. 4 οὐ φροντίσας (ὁ δῆμος) τῆς τῶν ὑπαρχόντων ἀ[π]ωλείας. 7 Hinc apparet ipsam urbem Smyrnam tum cum haec scriberentur in potestate hostium fuisse, sed cives, ut fidem servarent Seleuco, patriam reliquisse, quam rex si cepisset se illis redditurum pollicetur. In titulo 229 de hac quidem re nihil legi mireris. 8 Cf. n. 234, 15 ἀνέστρεπται. Syll.[2] 451, 6 ἀνεστρέφησαν. 722, 5 ἀπήστελκε. Papyrus Parisinus Notices et extraits des manuscrits XVIII, 2 (1865) p. 298 n. 37 col. 1, 24 ἐντρεπέντος δὲ τοῦ Ἀμώσιος. 9 Ad unaquaeque Pythia Delphi reges civitatesque theoris missis invitabant. 10 Cf. R. Dareste Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 241 sqq.

229 Lapis Oxoniensis. Ex apographo a Seldeno, Patricio Iunio, Ricardo Iamesio confecto editus est titulus apud Maittairium Marm. Ox. n. 2, ubi etiam duorum aliorum apographorum (*A B* apud Boeckh) ab ignoto aliquo homine factorum variae lectiones exstant. Chandler Marm. Ox. II, 26 (Boeckh C. I. G. 3137. Syll.[1] 171). Lapide denuo collato E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 300 n. 176 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 14 n. 19). Cf. quae de titulo exposuerunt W. Feldmann Analecta epigr. ad historiam synoecismorum et sympolitiarum Graecorum (Diss. Argentor. IX) p. 157 sqq. E. Egger Traités publics p. 108 sqq. E. Szanto Das gr. Bürgerrecht p. 109. A. Schulten Hermae XXXII p. 532 sqq. B. Haussoullier Revue de philologie XXIV 1900 p. 329. Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 118 sqq. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 161 sqq.

I Ἔδοξεν τῶι δήμωι[1], στρατηγῶν γνώμη· ἐπειδὴ πρότερόν τε καθ' ὃν καιρὸν ὁ βασιλεὺς Σέλευκος[2] ὑπερ|έβαλεν εἰς τὴν Σελευκίδα[3], πολλῶν [κ]αὶ μεγάλων κινδύνων περιστάντων τὴμ πόλιν ἡμῶν καὶ τὴν | χώραν[4], διεφύλαξεν ὁ δῆμος τὴμ πρὸς αὐτὸν εὔνοιάν τε καὶ φιλίαν, οὐ καταπλαγεὶς τὴν τῶν ἐναντίων ἔφοδον | οὐδὲ φροντίσας τῆς τῶν ὑπαρχόντων ἀ[π]ωλείας, ἀλλὰ

Litterae volgares praeter ΘΞΣ. Facile perspicitur, tria in hac tabula coniungi documenta. I v. 1—33 Populiscitum Smyrnaeorum de pacto cum eis qui Magnesiae habitent faciendo. II, 34—88 Pactum inter Smyrnaeos et Magnesiae incolas. III, 89—108 Alterum Smyrnaeorum populiscitum de eis militibus qui Palaemagnesiae consederant aliisque nonnullis qui illo priore pacto non tenebantur in civitatem recipiendis. 1 Smyrnaeorum. 2 Seleucus II Callinicus (246—226 a. Chr.). Is initio regni bellum cum Ptolemaeo Euergeta gessit, in quo cum plurimae civitates ab eo defecissent, Smyrnaei in fide manserunt. Nam ad hanc priorem expeditionem sine dubio referenda sunt verba πρότερόν τε — ἐξ ἀρχῆς ὑπέστη (v. 1—6). Quos cum magnis laudibus praemiisque affecisset rex (διὸ καὶ ὁ βασιλεὺς — ἱερὰν καὶ ἄσυλον v. 6—12), iterum bellum exarsit Seleucusque trans Taurum profectus est (νῦν τε ὑπερβεβληκότος v. 12). Cf. Iustin. XXVII, 1. 2. Inde Seldenus Boeckhiusque collegerunt, fere anno 244 a. Chr. haec decreta esse. Qua cum temporis definitione optime convenit, quod M. Fränkel observavit, huic titulo summam similitudinem, praecipue in iurisiurandi formulis, intercedere cum pacto inter Eumenem I eiusque mercennarios facto n. 266, quod annorum 246—241 a. Chr. n. terminis contineri constat. 3 De Seleucide cf. n. 219[4]. 4 Ex n. 228, 8 adeo ipsum oppidum aliquantisper in potestate hostium fuisse intellegimus.

πάντα δεύτερα ἡγησάμενος εἶναι πρὸς τὸ διαμεῖ||ναι ἐν τῆι αἱρέσει καὶ ἀντιλαβέσθαι τῶμ π[ρ]αγμάτων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν καθότι ἐξ ἀρχῆς ὑπέσστη[5]· διὸ | καὶ ὁ βασιλεὺς Σέλευκος, εὐσεβῶς τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς διακείμενος καὶ φιλοστόργως τὰ πρὸς τοὺς γονεῖς, μεγα|λόψυχος ὢν καὶ ἐπιστάμενος χάριτας ἀποδιδόναι τοῖς ἑαυτὸν εὐεργετοῦσιν, ἐτίμησεν τὴμ πόλιν ἡμῶν διά | τε τὴν τοῦ δήμου εὔνοιαν καὶ φιλοτιμίαν ἣν ἐπεποίητο εἰς τὰ πράγματα αὐτοῦ καὶ διὰ τὸ τὸμ πατέ|ρα αὐτοῦ θεὸν Ἀντίοχον[6] καὶ τὴμ μητέρα τὴν τοῦ πατρὸς θεὰν Στρατονίκην[7] ἱδρῦσθαι παρ' ἡμῖν τιμωμέ||νους τιμαῖς ἀξιολόγοις καὶ κοινῆι ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ ἰδίαι ὑφ' ἑκάστου τῶμ πολιτῶν καὶ ἐβεβαίωσεν τῶι δήμωι τὴν αὐ|τονομίαν καὶ δημοκρατίαν[8], ἔγραψεν δὲ καὶ πρὸς τοὺς βασιλεῖς καὶ τοὺς δυνάστας καὶ τὰς πόλεις καὶ τὰ ἔθνη ἀξι|ώσας ἀποδέξασθαι τό τε ἱερὸν τῆς Στρατονικίδος Ἀφροδίτης[9] ἄσυλον εἶναι καὶ τὴμ πόλιν ἡμῶν ἱερὰν καὶ ἄσυλον[10]. νῦν τε ὑπερ|βεβληκότος τοῦ βασιλέως εἰς

5 ΥΠΕΣΣΤΗ Maitt., geminatione in titulis omnium regionum et aetatum frequentissima. 6 Antiochus II Deus (261—246 a. Chr.). 7 Stratonice Demetrii Poliorcetae filia, uxor primo Seleuci I Nicatoris, deinde eius filii Antiochi I Soteris, ex quo peperit Antiochum II Deum, Seleuci Callinici patrem. Eam ut filium divinis honoribus affectam esse hic videmus, sed probe distinguenda sunt eius sacra a cultu Veneris Stratonicidis, quae sane a regina cognomen habebat. Quod Niesius statuit Venerem Stratonicida ipsam esse Stratonicen reginam, id plane incredibile mihi videtur. 8 Ut Seleucidae iam antea, Alexandri et Antigoni exemplum secuti, libertati civitatum Graecarum et populari imperio faverant (n. 222, 15. 16. 223, 27 sqq. 226, 5. 6), sic tum in bello contra Ptolemaeum gerendo, quippe qui severiore imperii genere populos continere consuevisset, Seleuci Callinici quam maxime intererat illud maiorum suorum exemplum sequi. Feldmann. 9 Cf. n. 228[4]. 10 Ut urbem quae in ipsius fide mansisset iuvaret atque augeret, Seleucus ius asyli, quod ad id tempus fanum modo habebat, toti urbi concessit. Idem plane de Arado Phoenices usu venisse narrat Strabo XVI, 2, 14 p. 754: ἔπειτα στασιασάντων ἀδελφῶν δυεῖν, τοῦ τε Καλλινίκου Σελεύκου καὶ Ἀντιόχου τοῦ Ἱέρακος προσαγορευθέντος, προσθέμενοι τῷ Καλλινίκῳ ποιοῦνται συμβάσεις (Ἀράδιοι), ὥστ' ἐξεῖναι δέχεσθαι τοὺς καταφεύγοντας ἐκ τῆς βασιλείας παρ' αὐτούς, καὶ μὴ ἐκδιδόναι ἄκοντας· μὴ μέντοι μηδ' ἐκπλεῖν ἐᾶν ἄνευ τοῦ ἐπιτρέψαι βασιλέα. συνέβη δὲ ἐκ τούτου μεγάλα αὐτοῖς πλεονεκτήματα· οἱ γὰρ καταφεύγοντες ἐπ' αὐτοὺς οὐχ οἱ τυχόντες ἦσαν, ἀλλ' οἱ τὰ μέγιστα πεπιστευμένοι καὶ περὶ τῶν μεγίστων δεδιότες· ἐπιξενούμενοι δ' αὐτοῖς εὐεργέτας ἡγοῦντο καὶ σωτῆρας τοὺς ὑποδεξαμένους, ἀπεμνημόνευόν τε τὴν χάριν, καὶ μάλιστα ἐπανελθόντες εἰς τὴν οἰκείαν· ὥστ' ἐκ τούτου χώραν τε ἐκτήσαντο τῆς περαίας πολλήν, ἧς τὴν πλείστην ἔχουσι καὶ νῦν, καὶ τἆλλα εὐθήνουν. Postea hoc exemplum multi alii reges imitati sunt. Feldmann.

τὴν Σελευκίδα[11] οἱ στρατη[γο]ὶ σπεύδοντες διαμένειν τῶι βασιλεῖ τὰ πράγματα συμφερόντως διε|πέμψαντο πρὸς τοὺς ἐμ Μαγνησίαι[12] κατοίκους[13] καὶ πρὸ[ς] τοὺς ὑπαίθρους[14] ἱππεῖς καὶ στρατιώτας[15] καὶ ἀπέστειλαν ἐξ αὐτῶν ‖ ἕνα Διονύσιον τὸμ παρακαλέσοντα αὐτοὺς δια[φυ]λάσσειν τὴμ φιλίαν καὶ συμμαχίαν βασιλεῖ Σελεύκωι εἰς | πάντα τὸγ χρόνον, ἐπαγελλόμενοι διατηρούντων αὐτῶν τὰ πράγματα καὶ τὸν αὐτὸν ἐχθρὸγ καὶ φίλον ἡγουμένων ὑπάρξειν αὐ|τοῖς παρὰ τοῦ δήμου καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου πάντα τὰ φιλάνθρωπα καὶ καλῶς ἔχοντα καὶ ἀποδοθήσεσθαι χάρι|τας αὐτοῖς ἀξίας τῆς αἱρέσεως· οἱ δὲ ἐμ Μαγνησίαι παρακληθέντες καὶ αὐτοὶ ὄντες πρόθυμοι πρὸς τὸ διαφυλάσσειν τῶι βασιλεῖ τήν τε φι|λίαν καὶ τὴν συμμαχίαν

11 Cum Seleucus Callinicus in primo conatu Syriam a Ptolemaeo captam recuperandi naufragium fecisset atque in Asiam cis Taurum sitam redire coactus esset, Antiochia reliquaeque Seleucidis et Ciliciae orientalis civitates a Ptolemaeo defecerunt; a quibus vocatus Seleucus iterum Taurum transgressus est ut suis auxilio veniret. Cf. Niese Gesch. II p. 152 not. 2. 3. De tempore non constat; nam quod Chronicon paschale p. 330 Bonn. Callinicupolin ad Euphraten sitam anno 244 aut 242 (illum annum Olympias ascripta indicat, hunc consulum nomina) conditam refert, id merito dubium iudicavit Niese, quia rex tum temporis cognomen Καλλίνικος nondum gessisse videretur. 12 Magnesiam ad Sipylum esse Boeckhius, cum antiquiores cognominem urbem ad Maeandrum sitam intellexissent, multis iisque gravissimis argumentis demonstravit (cf. praecipue v. 101 ἐὰν προσορισθῇ ἡ χώρα κτλ., quae vicinam Smyrnae Magnesiam indicant, et v. 61 τὴν Μητέρα τὴν Σιπυληνήν). 13 Cum κατοικεῖν sollenne sit vocabulum de eis, qui alicubi domicilium habent, κατοικία unumquemque locum habitatum significet, sive civitas est sive pagus, etiam κάτοικος per se nihil nisi incolam alicuius loci indicat. At hic ut alibi haud raro per illa tempora, κάτοικοι milites modo, quibus domicilium Magnesiae concessum est, sunt; ita fit ut ab eis distinguantur οἱ ἄλλοι οἰκηταί (v. 35. 50). τοὺς ἄλλους τοὺς οἰκοῦντας (τοῖς ἄλλοις τοῖς οἰκοῦσιν) ἐμ Μαγνησίᾳ v. 74. 92. τοὺς ἄλλους τοὺς καταχωριζομένους εἰς τὸ πολίτευμα v. 60, i. e. quicunque praeter milites domicilium habent Magnesiae. Ceterum κάτοικοι, κατοικία de coloniis militaribus etiam apud Polybium V, 65, 10. 78, 5. Plut. Anton. 16. Appian. Civ. V, 14. 19 usurpatur. Feldmann p. 180 sq. cum notis. Cave tamen his vocibus ubique illam vim tribueris; perfrequenter omni aetate latiore significatione dicuntur. Iam ex illis colonis militaribus pars in ipsa urbe Magnesia habitat, altera in castris stativis in agro Magnesiae collocatis. Atque hi quidem constanter ubique ὕπαιθροι appellantur, illi vero in Smyrnaeorum quidem decretis κατοίκων vocabulo ab illis distinguuntur (v. 14. 21. 92), cum in pacto haec vox latiore vi de utroque genere coniunctim usurpetur (v. 35. 47. 49. 59. 74). 14 Cf. not. 13. 15 Pedites; alibi semper ἱππεῖς καὶ πεζοί coniunguntur (v. 35. 49. 59. 71. 92).

καὶ διατηρεῖν αὐτῶι τὰ πράγματα, τά τ[ε] ἀξιωθέντα ὑπὸ τῶν στρατηγῶν φιλοτίμως ἀπεδέξαντο καὶ ἐπαγγέλ‖λονται τὴν αὐτὴν ἕξειν αἵρεσιν τῶι δήμωι τῶι ἡμετέρωι εἰς πάντα τὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου συμφέροντα καὶ ἀπεστάλκασιν | πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτὰς ἐγ μὲν τῶγ κατοίκων [16] Ποτάμωνα καὶ [Ἱ]εροκλῆν, ἐγ δὲ τῶν ὑπαίθρων [16] Δάμωνα καὶ Ἀπολλωνικέτην, τοὺς δ[ια]|λεξομένους τε ἡμῖν καὶ ἀνοίσοντας τὴν ὁμολογίαν καθ' ἣν ἀξι[ο]ῦσιν συνθέσθαι τὴμ πρὸς ἑαυτοὺς φιλίαν· ἐπαχθέντες δὲ καὶ ο[ἱ] | πρεσβευταὶ ἐπὶ τὸν δῆμον συνλελαλήκασιν ὑπὲρ ἁπάντων ἀκολ[ού]θως τοῖς ἐν τῆι ὁμολογίαι γεγραμμένοις, ἀγαθῆι τύχηι, δεδόχθα[ι] | τήν τε φιλίαν συντίθεσθαι πρὸς τοὺς ἐμ Μαγνησίαι ἐπὶ πᾶσι τοῖ[ς] τοῦ βασιλέως Σελεύκου συμφέρουσιν, καὶ ἀποδεῖξαι πρὸς αὐτοὺ[ς] ‖ πρεσβευτὰς τρεῖς, οἵτινες τὴν ὁμολογίαν τε ἥτις ἂν δόξηι τῶι δήμωι ἀνοίσουσιν αὐτοῖς καὶ περὶ τῶγ γεγραμμένων ἐν αὐτῆι δι[α]|λεγήσονται καὶ παρακαλέσουσιν αὐτοὺς δέχεσθαί τε καὶ συντελεῖν τὰ ἐν τῆι ὁμολογίαι γεγραμμένα, καὶ ἐάμπερ δέξωνται οἱ ἐμ | Μαγνησίαι, ὁρκισάτωσαν αὐτοὺς οἱ ἀποδειχθησόμενοι πρεσβευταὶ τὸν ὅρκον τὸν ἐν τῆι ὁμολογίαι γεγραμμένον· προσδεξαμέν[ων] | δὲ ταῦτα τῶν ἐμ Μαγνησίαι καὶ συνσφραγισαμένων τὴν ὁμολογίαν καὶ ὀμοσάντων καὶ ἐπανελθόντων τῶμ πρεσβευτῶν συ[ντε]|λείσθω καὶ τὰ λοιπὰ πάντα τὰ ἐν τῆι ὁμολογίαι γεγραμμένα, καὶ τὸ ψήφισμα τόδε ἀναγραφήτω κατὰ τὸν νόμον· ἀναγραφήτω δὲ κ[αὶ εἰς] ‖ στήλας εἰς ἃς καὶ ἡ ὁμολογία ἀναγραφήσεται· καλεσάτωσαν δὲ οἱ ἐπιμήνιοι τῆς βουλῆς [17] καὶ τοὺς πρεσβευτὰς τοὺς παραγεν[ομένους] | ἐγ Μαγνησίας ἐπὶ ξενισμὸν εἰς τὸ πρυτανεῖον· τοῖς δὲ ἀποδειχθε[ῖ]σιμ πρεσβευταῖς δότω μεθόδιον Καλλῖνος ὁ ταμίας τὸ ἐκ τοῦ [νόμου] | ἡμερῶν ὅσων ἂν ὁ δῆμος τάξηι ἀπὸ τῶν τῆς πόλεως προσόδων· ἡμέραι ἐτάγησαμ πέντε, πρεσβευταὶ ἀπεδείχθησαν Φανόδημος Μικ[ίωνος] [18], | Διονύσιος Διονυτᾶ, Παρμενίσκος Πυθέου.

---

16 Cf. not. 13. 17 Eosdem intellego, qui Athenis et alibi prytanes audiunt, etsi Boeckhius sic accipi debere negat et sacrificulos menstruos indicari statuit. Mecum facit Feldmannus p. 188 not. 2, de epimeniis provocans ad Doermeri dissertationem de sacrificulis, qui ἱεροποιοί dicuntur, Argentorati 1884, p. 73. 18 Supplevit Boeckh, monens Smyrnaeum nomen esse (C. I. G. 3140, 10 Μικίων Μητροδώρου). Μίκκωνος Chandler.

II ᾿Επὶ ἱερέως Ἡγησίου, στεφανηφόρου[19] δὲ Πυθοδώρου, μηνὸς Ληναιῶνος[20], ἀγαθῆι τύχηι· ἐπὶ τοῖσδε συνέθεντο τὴμ φιλίαν Σμυρναῖ[οί] ‖ τε καὶ οἱ ἐμ Μαγνησίαι κάτοικοι οἵ τε κατὰ πόλιν ἱππεῖς καὶ πεζοὶ κα[ὶ οἱ] ἐν τοῖς ὑπαίθροις καὶ οἱ ἄλλοι οἰκηταί[21], καὶ τὴμ πολιτείαν ἔδωκαν | Σμυρναῖοι τοῖς ἐμ Μαγνησίαι κατοίκοις τοῖς τε κατὰ πό[λ]ιν ἱππεῦσι καὶ πεζοῖς καὶ τοῖς ὑπαίθροις καὶ τοῖς [ἄλλοις τοῖς] οἰκοῦσι | τὴμ πόλιν, ἐφ᾿ ὅτωι τὴμ μὲν συμμαχίαν καὶ τὴν εὔνοιαν τὴν εἰς τὰ πράγματα τὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου διατηρήσουσιν οἱ ἐμ | Μαγνησίαι τῶι βασιλεῖ Σελεύκωι μετὰ πάσης προθυμίας εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, καὶ ὅσα παρείληφαν[22] παρὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου φυλάξαντες | εἰς δύναμιν εἶναι τὴν αὐτῶν ἀποδώσουσιν τῶι βασιλεῖ Σελεύκω[ι· πολ]ιτεύσονται δὲ μετὰ Σμυρναίων κατὰ τοὺς τῆς πόλεως νόμους ‖ [ἀ]στασιάστως τὸν αὐτὸν ἐχθρὸγ καὶ φίλον ἡγούμενοι Σμυρναίο[ις· ὀμ]οῦνται δὲ καὶ οἱ ἐμ Μαγνησίαι Σμυρναίοις καὶ Σμυρναῖοι τοῖς ἐμ | Μαγνησίαι ἑκάτεροι αὐτῶν τὸν ὅρκον τὸν ἐν τῆι ὁμολογίαι ὑπογ[ε]γραμμένον· συντελεσθέντων δὲ τῶν ὅρκων τὰ μὲν ἐγκλήματα αὐ|τοῖς τὰ γεγενημένα κατὰ τὸμ πόλεμον ἤρθω πάντα καὶ μὴ ἐξέστω μη[δ]ὲ ἑτέροις ἐγκαλέσαι περὶ τῶγ κατὰ τὸν πόλεμον γεγενημένων μήτε | διὰ δίκης μήτε κατ᾿ ἄλλον τρόπομ μηθένα· εἰ δέ μή, πᾶν τὸ ἐπιφερόμενον ἔγκλημα ἄκυρον ἔστω· δεδόσθαι δὲ τοῖς ἐμ Μαγνησίαι κατοίκ[οις], | τοῖς τε κατὰ πόλιν ἱππεῦσι καὶ πεζοῖς καὶ τοῖς ὑπαίθροις, πολιτεί[α]ν ἐν Σμύρνηι ἐφ᾿ ἴσηι καὶ ὁμοίαι τοῖς ἄλλοις πολίταις· ὁμοίως δὲ δε[δόσθαι] ‖ τὴμ πολιτείαν καὶ τοῖς ἄλλοις τ[οῖς ο]ἰκοῦσιν ἐμ Μαγνησίαι[23] ὅσοι ἂν ὦσιν [ἐ]λεύθεροί τε καὶ Ἕλληνες· ἀνενεγκάτωσαν δὲ τοὺς μὲγ καταλοχισμ[οὺς[24] | τ]ῶν ἐμ Μαγνησίαι ἱπ-

---

19 Eponymus Smyrnaeorum magistratus, quem praeter titulos (C. I. G. 3150, 1. 3162, 7. 8. 3173, 11. 3386, 14) etiam Philostratus Vit. Soph. II, 26, 2 novit. Etiam alibi haud infrequens est, neque vero extra Asiam et insulas nonnullas reperitur. Feldmann p. 188 not. 2. Cf. etiam n. 332[11]. 20 Mensis, qui in permultarum civitatium Ionicarum fastis recurrit, respondens ille quidem Atheniensium Gamelioni, fastorum Iulianorum Ianuario. Cf. E. Bischoff de fastis Graecorum antiquioribus p. 398. 21 Cf. not. 13. 22 Cf. Syll.[2] 330, 2. 30. 31. 44 (διατετέλεκαν, εἴσχηκαν, ἐντέτευχαν, πεποίηκαν). 930, 44. 52 (ἀποδέδωκαν, γέγοναν). Kühner-Blass Griech. Gramm. I, 2 p. 49. 23 Cf. not. 13. 24 καταλοχίζειν est per ordines (κατὰ λόχους) dispertiri, suum cuique ordinem assignare. Cf. Diodor. XVIII, 70, 1 εὐθὺς οὖν τοὺς μὲν εἰς τάξεις κατελόχιζον. Itaque καταλοχισμός cum ipsum discribendi negotium, tum tabulas significat, in quibus milites secundum ordines inscripti erant.

πέων τε καὶ πεζῶν τῶν τε κατὰ πόλιγ καὶ τῶν ὑπαίθρων οἱ ὄντες[25] γραμματεῖς τῶν ταγμάτων ἐπὶ τὸν δῆμον, τῶν δὲ ἄλ-[λων] | οἰκητῶν τὴγ γραφ[ὴ]ν οἱ ἀποδειχθέντες ὑπὸ τῶν ἐμ Μαγνησίαι κατοίκων[26] ἄνδρες· ὅταν δὲ τιθῶνται τοὺς καταλοχισμοὺς οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ | [ἄ]νδρες οἱ ἀ[πο]δειχθέντες τὴγ γραφὴν τῶν ἄλλων οἰκητῶν, ὁρκισάτωσαν [αὐ]τοὺς οἱ ἐξετασταὶ[27] ἐπὶ τοῦ μητρώιου ἱεροῖς νεοκαύτοι[ς τοὺς μὲν | γραμμ]ατεῖς ἦ μὴν ἀπὸ τοῦ βελτίστου ἀνενηνοχέναι τὴγ γραφὴν τῶν ὄντων τῶ[ν] παρ' αὐτοῖς κατοίκων ἱππέων καὶ πε[ζῶν, τῶν τε κατὰ πόλιν καὶ κατὰ τὰ] ‖ ὕπαιθρα τασσομένων, τοὺς δὲ ἄνδρας τοὺς [ἀν]αφέροντας τὴγ γραφὴν τῶν [ἄλλων οἰκητῶν, ἦ μὴν ἀπὸ τοῦ βελτίστου ἀνενηνοχέναι τὴγ γραφὴν τῶν] | οἰκούντων ἐμ Μαγνησίαι καὶ ὄντων ἐλευθέρων καὶ Ἑλλήνων· τὰς δὲ ἀνενεχ[θείσας γραφὰς οἱ] ἐξετασταὶ παραδότωσαν τῶι γραμμα[τοφύ]λακι τῆς | βουλῆς καὶ τοῦ δήμου, ὁ δὲ θέσθω εἰς τὸ δημόσιον. ἐπικληρωσάτωσαν δὲ ο[ἱ ἐξεταστ]αὶ εἰς τὰς φυλὰς τὰ ἀνενεχθέντα ὀνόματα πάντα καὶ ἀνα|γραψάτωσαν εἰς τὰ κληρωτήρια[28], καὶ ἔστω μετουσία τοῖς ἀναγραφεῖσιν ε[ἰς τὰ κληρ]ωτήρια πάντων ὧγ καὶ τοῖς λοιποῖς πολίταις μέτεστιν· | χρήσθωσαν δὲ οἱ πολιτογραφηθέντες καὶ ἐμ Μαγνησίαι περὶ τῶν συναλλ[αγμάτ]ων καὶ τῶν ἐγκλημάτων τῶμ πρὸς Σμυρναίους τοῖς νόμοις ‖ τοῖς Σμυρναίων· δεχέσθωσαν δὲ καὶ ἐμ Μαγνησίαι τὸ νόμισμα τὸ τῆς πόλεως [ἔνν]ομον· καὶ ἄρχοντα[29] δὲ ὃν ἂν ἀποστέλλῃ ὁ δῆμος κυριεύ-

25 Hoc participio addito indicatur, horum officium statum esse et solenne, ut iam sint qui id gerant, non nunc demum huius unius negotii causa eligendi sint, id quod in alterum genus (οἱ ἀποδειχθέντες) cadit. 26 Non ab ipsis incolis civilibus, sed a colonis militaribus (not. 13) eligi homines, qui illorum indicem conficiant, memorabile est, quia inde apparet illos non esse nisi horum quasi accessionem et appendicem quandam. 27 De huius magistratus natura Feldmann p. 192 not. 1 provocat ad Aristotelis Politica VI, 8 p. 1322 b 7: ἐπεὶ δὲ ἔνιαι τῶν ἀρχῶν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαι, διαχειρίζουσι πολλὰ τῶν κοινῶν, ἀναγκαῖον ἑτέραν εἶναι τὴν ληψομένην λογισμὸν καὶ προσευθυνοῦσαν, αὐτὴν μηθὲν διαχειρίζουσαν ἕτερον· καλοῦσι δὲ τούτους οἱ μὲν εὐθύνους, οἱ δὲ λογιστάς, οἱ δὲ ἐξεταστάς, οἱ δὲ συνηγόρους. De aliarum civitatium exetastis largam testimoniorum copiam congessit Feldm., quae pleraque ad pecuniarum publicarum curam spectant. Civium laterculum praeter Smyrnaeos nusquam eos curare videmus. 28 Laterculi civium; nomen inde repetendum est, quod ex his tabulis iudicia sortibus constituebantur. De magistratuum sortitione, cuius Boeckhius mentionem facit, nolim cogitare, quia ibi eorum modo, qui petivissent, ratio habebatur. 29 Non magistratum civilem, sed praefectum militarem qui urbem tutetur

σοντά τε | τῶγ κλειδῶν καὶ ἐσόμενον ἐπὶ τῆς φυλακῆς τῆς πόλεως καὶ διατηρήσοντα τὴμ πόλιν τῶι βασιλεῖ Σελεύκωι παραδέξονται οἱ ἐμ Μαγνησίαι· δό|τωσαν δὲ Σμυρναῖοι καὶ εἰς κατασκήνωσιν[30] τοῖς ἀποσκευαζομένοις τῶν ἐκ Μαγνησίας οἰκίας κλινῶν ὅσων ἂν τῶι δήμωι δόξηι ἀφ' οὗ ἂγ χρόνου ἡ ὁμολο|γία συνσφραγισθῆ εἰς ἑξάμηνον· μισθούσθω δὲ ὁ ταμίας τῶν ὁσίωμ προσόδων [τ]ὰς οἰκίας μετὰ τῶν στρατηγῶγ καὶ τὸ ἀνήλωμα διδότω ἀπὸ τῶν τῆ[ς] | πόλεως προσόδων. ὀμόσαι δὲ τοὺς μὲν ἐμ Μαγνησίαι κατοίκους τῶν τε κατὰ πόλιν ἱππέων καὶ πεζῶν καὶ τοὺς ἐν τοῖς ὑπαίθροις τασσομένους κα[ὶ] ‖ τοὺς ἄλλους τοὺς καταχωριζομένους εἰς τὸ πολίτευμα[31] τόνδε τὸν ὅρκον· Ὀμνύω Δία, Γῆν, Ἥλιον[32], Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν καὶ τὴν Ταυροπόλον καὶ τὴ[μ] | Μητέρα τὴν Σιπυληνὴν[33] καὶ Ἀπόλλω τὸν ἐμ Πάνδοις[34] καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς πάντας καὶ πάσας καὶ τὴν τοῦ βασιλέως Σελεύκου τύχην[35]· ἐμμενῶ ἐν | ταῖς συνθήκαις[36] αἷς συντέθειμαι πρὸς Σμυρναίους εἰς ἅπαντα τὸγ χρόνον [κ]αὶ διατηρήσω τήν τε συμμαχίαν καὶ τὴν εὔνοιαν τῶι βασιλεῖ Σελεύκωι | καὶ τῆι Σμυρναίων πόλει, καὶ ἃ παρείληφα παρὰ τοῦ βασιλέως Σελεύκου διατηρήσω κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν καὶ ἀποδώσω τῶι βασιλεῖ Σελεύκωι καὶ οὐθὲν | παραβήσομαι τῶγ κατὰ

(φρούραρχον). Sic ἄρχοντες appellabantur qui ab Atheniensibus in sociorum civitates mitti solebant (Syll.^{2} 54^5). 30 Ut ii, qui Smyrnam demigraturi sunt, habeant ubi commorentur dum domos novas sibi aedificaverint. B. Similiter Antigonus Syll.^{2} 177, 5 Lebediis consulit qui Teon migraturi sint, nisi quod trium annorum, non sex mensium, habitatio et praeterea ager iis conceditur. Quod discrimen Feldmannus recte eo rettulit, quod Lebedios quidem rex sui commodi causa omnes Teon migrare coëgisset, cum Smyrnaei non haberent, cur homines Magnesia Smyrnam domicilium transferre vellent. Quare illorum potius desiderio quam suo emolumento eos prospicere, ut non esset cur nimis liberales essent. 31 Cf. not. 13. 32 Hi tres non civitatis cuiuspiam proprii sunt dei, sed omnium communes θεοὶ ὅρκιοι, quia omnia quae inter homines geruntur vident. Cf. Syll.^{2} 461^2. 837^3. 33 Matris Sipylenae imaginem in nummis et Smyrnaeorum et Magnetum expressam esse monet Feldmann provocans ad Eckhelii Doctr. num. II p. 537. III p. 106. 34 Hic unus ex deis per quos iuratur non redit in sacramento Smyrnaeorum v. 70; eum praecipue Magnetum Sipylenorum θεὸν πάτριον fuisse Feldmannus recte collegit ex v. 85. Loci unde cognomen accepit praeterea nusquam mentio fit; sine dubio pagus agri Magnetum fuit. 35 Hoc ex sacramento militari ascitum esse probabiliter statuit Feldmann. 36 Duae sunt partes iurisiurandi; priore (v. 60—64) pactum confirmatur, altera (v. 64—68) ei qui Magnesiae habitant civium Smyrnaeorum officia in se recipiunt. F.

τὴν ὁμολογίαν οὐδὲ μεταθήσω ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰ γεγραμ[μ]ένα ἐν αὐτῆι οὔτε τρόπωι οὔτε μηχανῆι οὐδεμιᾶι· καὶ πολιτεύσομαι μεθ' ὁ‖μονοίας ἀστασιάστως κατὰ τοὺς Σμυρναίων νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δ[ή]μου καὶ συνδιατηρήσω τήν τε αὐτονομίαν καὶ δημοκρατίαν καὶ τἆλλα τὰ | ἐπικεχωρημένα Σμυρναίοις ὑπὸ τοῦ βασιλέως Σελεύκου μετὰ πάσης προθυμίας ἐμ παντὶ καιρῶι, καὶ οὔτε αὐτὸς ἀδικήσω αὐτῶν οὐθένα οὔτε ἄλλωι ἐπ[ι]|τρέψω οὐθενὶ κατὰ δύναμιν τὴν ἐμήν· καὶ ἐάν τινα αἰσθάνωμαι ἐπιβουλεύο[ντα] τῆι πόλει ἢ τοῖς χωρίοις τοῖς τῆς πόλεως, ἢ τὴν δημοκρατίαν ἢ τὴν ἰσο|νομίαν καταλύοντα, μηνύσω τῶι δήμωι τῶι Σμυρναίων καὶ βοιηθήσω[37] ἀγωνι[ζόμ]ενος μετὰ πάσης φιλοτιμίας, καὶ οὐκ ἐγκαταλείψω κατὰ δύναμιν τὴν | ἐμαυτοῦ· εὐορκοῦντι μέμ μοι εὖ εἴη, ἐφιορκοῦντι δὲ ἐξώλεια καὶ αὐτῶι καὶ γέ[νει τ]ῶι ἐξ ἐμοῦ. ὀμόσαι δὲ καὶ Σμυρναίους τοῖς ἀπὸ Μαγνησίας τὸν ὅρκον ‖ τόνδε· Ὀμνύω Δία, Γῆν, Ἥλιον, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν καὶ τὴν Ταυροπόλον καὶ τὴμ Μη[τέρ]α τὴν Σιπυληνὴν[38] καὶ Ἀφροδίτην Στρατονικίδα[39] καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς | πάντας καὶ πάσας· ἐμμενῶ ἐν ταῖς συνθήκαις αἷς συντεθείμεθα πρὸς τοὺς [ἐμ Μ]αγνησίαι κατοίκους τούς τε κατὰ πόλιν ἱππεῖς καὶ πεζοὺς καὶ τοὺς ἐν τοῖς | ὑπαίθροις τασσομένους καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς καταχωριζομένους εἰς τὸ [πολί]τευμα[40] εἰς ἅπαντα τὸγ χρόνον οὐθὲν παραβαίνων τῶγ κατὰ τὴν ὁμολογίαν | οὐδὲ μετατιθεὶς ἐπὶ τὸ χεῖρον τὰ γεγραμμένα ἐν αὐτῆι, οὔτε τέχνηι οὔτε [μηχα]νῆι οὐδεμιᾶι. καὶ εὐνοήσω καὶ βασιλεῖ Σελεύκωι καὶ τοῖς ἐκ Μαγνησίας κα|τοίκοις τοῖς τε κατὰ πόλιν καὶ τοῖς ὑπαίθροις καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς οἰκο[ῦσιν ἐμ] Μαγνησίαι ὅσοι εἰσὶν ἐλεύθεροί τε καὶ Ἕλληνες, καὶ ποιήσομαι αὐτοὺς ‖ πολίτας[41] πάντας καὶ τοὺς ἐκγόνους αὐτῶν ἐφ' ἴσηι καὶ ὁμοίαι τοῖς αλλοις πολί[ταις] καὶ εἰς φυλὰς αὐτοὺς ἐπικληρώσας καταχωριῶ εἰς ἣν ἂν ἕκαστοι λάχωσιν | καὶ οὔτε αὐτὸς ἀδικήσω αὐτῶν οὐθένα οὔτε ἄλλωι ἐπιτρέψω οὐθενὶ κατὰ δ[ύν]αμιν τὴν ἐμήν· καὶ ἐάν τινα αἰσθάνωμαι ἐπιβουλεύοντα αὐτοῖς ἢ τοῖς ἐκγόνο[ις] | αὐτῶν ἢ τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῶν, μηνύσω ὡς ἂν τάχιστα δύνωμαι, καὶ βοιη(θ)[ήσ]ω[42] μετὰ φιλοτιμίας· καὶ μετουσίαν

37 Cf. Syll.[2] III p. 226. 38 Cf. not. 33. 39 Cf. n. 228[4]. 40 Cf. not. 13. 41 Smyrnaeos iurare quae non singuli cives, sed totus modo populus facere possit, sed eum morem haud infrequentem esse apud Graecos in iurisiurandi formulis Feldm. observat, collato Atheniensium cum Chalcidensibus pacto Syll.[2] 17. 42 ΒΟΙΗΩ..Ω

αὐτοῖς δώσω τῶν τε ἀρχείων[43] καὶ τῶν ἄλλ[ων] | τῶν κοινῶν τῆς πόλεως, ὧν καὶ οἱ ἄλλοι πολῖται μετέχουσιν· εὐορκοῦ[ντι μέμ] μοι εὖ εἴη, ἐφιορκοῦντι δὲ ἐξώλεια καὶ αὐτῶι καὶ γένει τῶι ἐξ ἐμοῦ. ἀποδειξά|τωσαν δὲ Σμυρναῖοί τε καὶ οἱ ἀπὸ Μαγνησίας ἄνδρας [ἑκάτεροι αὐτῶν ὅσους] ἂν ἑκάτεροι ὑπολανβάνωσιν ἱκανοὺς εἶναι, τοὺς ὁρκιοῦντας τὸ πλῆθος ‖ τῶν τε ἐν Σμύρνηι καὶ τῶν ἐμ Μαγνησίαι· οἱ δὲ [ὁρκιζέτωσαν προγράψα]ντες τῆι πρότερον ἡμέραι ἐνδημεῖν τοὺς ἐν τῆι πόλει ὡς τοῦ ὅρκου συν[τε]|λεσθησομένου τοῦ κατὰ τὴν ὁμολογίαν· [ὁρ]κιζέτωσ[αν δὲ τὸν προγεγραμμένον ὅρκ]ον οἱ μὲν ἐκ Μαγνησίας ἀποδειχθέντες Σμυρναίους, οἱ δὲ ἐξ Σμύρνης τοὺς ἐμ | Μαγνησίαι· τὰ δὲ ἱερεῖα τὰ εἰς τὰ [ὁρ]κωμόσια ἐν Σμύρνηι [δότω ὁ ταμίας Καλ]λῖνος ἀφ᾽ ὧν ἂν ψηφίσηται ὁ δῆμος, ἐν δὲ Μαγνησίαι οἱ ταμίαι οἷς ἂν τὸ πλῆθος ἐπι|τάξηι. ἀναγραψάτωσ[αν] δὲ καὶ τὴν ὁμολογίαν ἐν στήλα[ις λευκολίθοις καὶ ἀναθ]έτωσαν Σμυρναῖοι μὲν ἐν τῶι τῆς Ἀφροδίτης τῆς Στρατονικίδος ἱερῶι καὶ | ἐμ Μαγνησίαι τῆι πρὸς τῶι Μαιάνδρωι[44] ἐν τῶι τῆς Ἀρτέμιδος [τῆς Λευκοφρυη]νῆς ἱερῶι[45], οἱ δὲ ἐμ Μαγνησίαι κάτοικοι ἔν τε τῆι ἀγορᾶι παρὰ τὸν βωμὸν τοῦ ‖ Διον[ύσ]ου καὶ τὰς τῶν βασιλέων εἰκόνας καὶ ἐμ Πάνδοις[46] ἐν [τῶι ἱερῶι τοῦ] Ἀπόλλωνος καὶ ἐγ Γρυνέωι[47] ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος· ἀναγραψάτω δὲ καὶ ὁ γραμ|ματοφύλαξ τῆς βουλῆς καὶ τοῦ δήμου τὰ ἀντίγραφα τῆς ὁμολογίας [εἰς τὸ δημ]όσιον· συνσφραγισάσθωσαν δὲ τὰς ὁμολογίας τὴμ μὲν Σμυρναίοις δοθησομένην | οὓς ἂν ἀποδείξηι τὸ κοινὸν τῶν ἐμ Μαγνησίαι τοῖς τε ἑαυτῶν δακτυλίοις κα[ὶ τ]ῶι ὑπάρχοντι κοινῶι, τὴν δὲ εἰς Μαγνησίαν δοθησομένην σφραγισάσθωσαν Σμυρνα[ίων] | οἵ τε στρατηγοὶ καὶ οἱ ἐξετασταὶ τῶι τε τῆς πόλεως δακτυλίωι καὶ τοῖς αὐτῶν. ταῦτα δὲ ἀμφοτέροις τοῖς πλήθεσιν συντετελέσθαι τύχηι τῆι ἀγαθῆι.

---

43 ἀρχεῖα hic ut saepe magistratuum collegia sunt. Cf. Syll.^{2} 239, 7: προσδεχόμενοι εἰς τὸ πολίτευμα καὶ τῶν ἀρχείων με[ταδι]δόντες. 468, 33: κοινωνεόντω θεοκολιᾶν — καὶ ἀρχείων. 177, 65. 306, 44. 914, 4. 930, 22. 44 Ipsum additamentum docet, Magnesiam, de qua praeterea mentio fit per totum titulum, aliam esse. Ac plane inauditum fuisset, si Smyrnaei in ipsa urbe quacum foedus faciebant eius tabulam erigere iuberentur. B. 45 Cf. n. 231[3]. 46 Cf. not. 34. 47 Gryneum in dicione Pergamenorum tum erat. Quare inde, quod stelam cum hoc titulo illic in fano Apollinis erigunt Magnetes, Eumenem I et eius successorem Attalum I per illa tempora amicitia et foedere cum Seleuco Callinico coniunctos fuisse haud improbabiliter collegit B. Niese Gesch. d. gr. u. maked. Staaten II p. 156 not. 1.

III ῎Εδοξεν τῶι δήμωι, στρατηγῶν γνώμη· ἐπειδὴ προνοῶν ὁ δῆμος ὑπὲρ ἁπάντων τῶν τοῦ βασιλέως Σελεύκου συμφερόντων διετέλει καὶ πρότερον τήν τε βασιλείαν ‖ αὐτοῦ συναύξων καὶ τὰ πράγματα διατηρῶν καθ᾽ ὅσον ἦν δυνατός, καὶ πολλὰ μὲν περιεῖδεν ἀπολλύμενα καὶ καταφθειρόμενα τῶν ὑπαρχόντων, πολλοὺς δὲ ὑπέμειν[εν] | κινδύνους ἕνεκεν τοῦ διατηρῆσαι τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν βασιλέα Σέλευκον, καὶ νῦν φιλοτιμούμενος αὐτῶι συνδιατηρῆσαι καὶ συνέχειν τὰ πράγματα καθ᾽ ὅσον | ἐνδεχόμενόν ἐστιν, τήν τε πρὸς τοὺς ἐμ Μαγνησίαι κατοίκους καὶ τοὺς ὑπαίθρους ἱππεῖς καὶ τοὺς πεζοὺς στρατιώτας καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς οἰκοῦντας ἐμ Μα|γνησίαι[48] συντέθειται φιλίαν, ἵνα διαφυλάσσωσιν τὴν συμμαχίαν καὶ τὴν εὔνοιαν τῶι βασιλεῖ Σελεύκωι· νομίζω[ν] δὲ [ἀ]ναγκαῖον εἶναι τῆι πόλει παραλαβεῖν καὶ τὸ | χωρίον Παλαιμαγνησίαν[49] καὶ ποιήσασθαι τὴν φυλακὴν δι᾽ αὐτοῦ, ἵνα καὶ τούτου παραληφθέντος ὑπὸ τῆς πόλεως ἀσφαλέστερον διαμένηι πάντα τὰ σύνεγγυ[ς] ‖ πράγματα τῶι βασιλεῖ Σελεύκωι, διεπέμψαντο πρὸς τοὺς οἰκοῦντας ἐν τῶι χωρίωι καὶ παρεκάλεσαν αὐτοὺς αἱρεῖσθαι τὴν φιλίαν τὴν πρὸς τὸν βασιλέα Σέλευκον | καὶ παραδοῦναι τὰς κλεῖδας τῶι ἄρχοντι[50] τῶι ἀποσταλέντι ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ πα[ρ]αδέξ[α]σθαι φυλακὴν τὴν συνδιατηρήσουσαν μετ᾽ αὐτῶν τὸ χωρίον τῶι βασιλεῖ | Σελεύκωι, ἐπαγγελλόμενος ταῦτα ποιησάντων αὐτῶν ὑπάρξειν αὐτοῖς παρὰ τῆς πόλεως πάντα τὰ φιλάνθρωπα καὶ καλῶς ἔχοντα, οἱ δὲ οἰκοῦντες ἐν τῶι | χωρίωι ἑλόμενοι τὴμ φιλίαν τὴν πρὸς τὸν βασιλέα Σέλευκον μετὰ πάσης προθυμίας προσεδέξαντο τἀξιούμενα ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ τάς τε κλεῖδας παραδεδώκασι[ν] | τῶι ἄρχοντι τῶι ἀπεσταλμένωι ὑπὸ τοῦ δήμου καὶ τὴν φυλακὴν τὴν παρὰ τῆς πόλεως παρεδέξαντο εἰς τὸ χωρίον, ἀγαθῆι τύχηι, δεδόχθαι πολίτας τε αὐτοὺς εἶν[αι] ‖ καὶ ὑπάρχειν αὐτοῖς τὰ αὐτὰ ὅσα καὶ τοῖς ἄλλοις πολίταις ὑπάρχει, καὶ τούς τε κλήρους αὐτῶν τοὺς δύο ὅν τε ὁ θεὸς καὶ σωτὴρ Ἀντίοχος[51] ἐπεχώρησεν[52] αὐτοῖς καὶ

---

48 Cf. not. 13. 49 Distinguendum hoc castellum in finibus Magnetum Sipylenorum situm ab ipsa urbe Magnesia. B. 50 Manifesto hic quoque praefectum militarem (not. 29) significat vocabulum. 51 Antiochum I, non Antiochum II significari viderunt Feldmann p. 184 not. 1 et Haussoullier. Etenim θεοῦ nomen, quoniam omnes Seleucidae post mortem divinis honoribus affecti essent (cf. n. 245. 246), nihil probare, σωτήρ vero certissima ratione ad illum referri. Is igitur coloniam militarem Palaemagnesiae condidit. 52 Cf. n. 221[14].

περὶ ο[ὗ] | Ἀλέξανδρος[53] γεγράφηκεν[54], εἶναι αὐτοῖς ἀδεκατεύτους, καὶ ἐὰν προσορισθῇ[55] ἡ χώρα ἣν ἔχουσιν οἱ πρότερον ὄντες ἐμ Μαγνησίαι κάτοικοι[56] τῆι πόλει τῆι ἡμετέραι, | ὑπάρχειν αὐτοῖς τοὺς τρεῖς κλήρους[57] δωρεὰν[58] καὶ τὴν ἀτέλειαν αὐτοῖς μένειν τὴν νῦν ὑπάρχουσαν· καὶ ὅσοι αὐτῶν εἰσιν ἀκληρούχητοι[59], δοθῆναι αὐτοῖς κλῆρο[ν] | ἱππικὸν[60] δωρεὰν τῶν παρακειμένων τῶι χωρίωι· ὑπάρχειν δὲ καὶ Τίμωνι[61] κα[ὶ] τοῖς πεζοῖς τοῖς τεταγμένοις ὑπὸ Τίμωνα τοῖς ἀποταχθεῖσιν ἀπὸ τῆς φάλαγγος | ἐπὶ τὴν φυλακὴν τοῦ χωρίου τήν τε πολιτείαν καὶ τὴν αὐτὴν ἀτέλειαν [ἣ] καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχει, καὶ εἶναι αὐτοὺς ἐν τῶι χωρίωι· ὑπάρχειν δὲ καὶ Ὠμάνει καὶ τοῖς ‖ Πέρσαις τοῖς ὑπὸ Ὠμάνην καὶ τοῖς ἀπὸ Σμύρνης ἀποσταλεῖσιν ἐπὶ τὴν φυλα-

53 Hic vestigium assignationis agrorum ab Alexandro Magno factae deprehendisse sibi visus est Droysen, Gesch. des Hell. I, 2 p. 291. III, 2 p. 196. Rectius Waddington ad titulum Syll.[2] 216 de eodem Alexandro, Antiochi I ministro aut satrapa, intellegit, qui illic v. 47 est. Waddingtoni sententiam certissimis argumentis firmavit Feldmann p. 184 sqq. Hunc vero Alexandrum fortasse non diversum esse a fratre Laodices reginae, qui Antiochi Hieracis consilia adiuvabat (Eusebius Chron. I p. 251, 17 Schoene) probabiliter coniecit B. Niese Gesch. der gr. u. mak. Staaten II p. 154 not. 2. 54 De hoc alio verbo utitur ac de Antiocho I, quia non ipse Alexander assignaverat agros, sed modo regis de eorum assignatione decretum per litteras cum colonis communicaverat. F. Perfectum γεγράφηκα inferiore aetate haud infrequens. Cf. Berlin. gr. Urk. II p. 249 n. 605, 1 καθ(ὼ)ς γεγράφηκέν μοι ἡ σὴ ἀδελφ(ότης). Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 (1865) p. 248 n. 21 *bis*, 10. p. 253 n. 21 *ter*, 18 καταγεγραφηκέναι. 55 Cf. 221[4]. 56 Boeckhius pristinos Magnesiae incolas expulsos cum colonia militum ibi collocaretur alicubi in agro consedisse sumit, qui hic indicarentur. Contra quem Feldmannus recte monet, κατοίκους in hoc titulo semper milites in coloniis collocatos, non cives, esse. Itaque de militibus qui olim coloniae Magnesiae participes fuerint, sed inde Palaemagnesiam transierint et inter Palaemagnetas habiti sint, hoc intellegit, recte ni fallor. Reliqua vero quam proposuit loci obscurissimi interpretatio nimis artificiosa mihi videtur neque ad persuadendum accommodata. 57 Unum quem olim acceperant cum Magnesiae coloni collocarentur (not. 56), duos quos cum Palaemagnesiae habitarent Antiochus I et Alexander eis assignaverunt (v. 100. 101). 58 Ita ut immunes sint. Selden. Boeckh. 59 Qui post illas agrorum divisiones, quarum v. 100 mentio fit, demum Palaemagnesiam venerant. 60 Sortem maioris mensurae quam pediti dari consueverit interpretantur Maffeius et Boeckhius. 61 Quae sequuntur copiae minime confundendae cum eis peditibus equitibusque, quorum supra identidem mentio fit. Illi Magnesiae habitant (κάτοικοι) aut prope Magnesiam in castris sunt (ὕπαιθροι), hi Palaemagnesiae praesidii causa collocati sunt. B.

κὴν τοῦ χωρίου, Μενεκλεῖ τε καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν τασσομένοις, τήν τε πολιτεία[ν] | καὶ τἆλλα φιλάνθρωπα ἃ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐκγ[62] Μαγνησίας ἐψήφισται, κ[αὶ] προνοῆσαι τὸν δῆμον ὅπως αὐτοῖς διδῶται ἐκ βασιλικοῦ τά τε μετρήματα καὶ τὰ ὀψώνια | τἆλλα ὅσα εἰώθει ἐκ βασιλικοῦ δίδοσθαι αὐτοῖς. τὸ δὲ ψήφισμα τόδε ἀν[αγ]ράψαι εἰς τὰς στήλας τὰς ἀνατεθησομένας ἐν τοῖς ἱεροῖς ὑπό τε τοῦ δήμου καὶ [ὑπὸ τῶν] | ἐκγ[62] Μαγνησίας· ἀναγεγράφθαι δὲ αὐτὸ καὶ ἐν τοῖς δημοσίοις.

62 Utrobique ΕΚΓΜΑ Chandler, ΕΓΜΑ *A*. ΕΚΜΑ reliqui. Illa scriptura rara quidem sed non inaudita. Cf. Troia und Ilion p. 454 n. XV, 12 ἐκγ Λαμψάκου. Syll.[2] 77, 17 ἐκγ Μακεδονίης. 276, 13 ἐκγδημίαν. 540, 74 ἐκγδίδομεν.

---

230 Lapis quadrangulus ex ruderibus Pompeiopolis (Solorum) translatus in oppidum *Mersina*, unde emtione Athenas pervenit in museum scholae Francogallicae. Edd. G. Radet et P. Paris Bull. de corr. Hell. XIV (1890) p. 587 (R. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 858 n. 1229). Cf. quae adnotaverunt U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencykl. I, 2 p. 2461 et G. Radet Revue de philol. XVII (1893) p. 61 sqq.

Πτολεμαῖος Θρασέα[1], | στραταγὸς καὶ ἀρχιερεὺς[2] | Συρίας Κοίλας

Litterae volgares praeter οΣ. Vs. 4 et post ΕΡΜΑΙ et post ΗΡΑΚΛΕΙ binarum litterarum spatia vacua relicta. 1 Cf. Polyb. V, 65, 3 ὁ δ' Ἀχαιὸς Φοξίδας καὶ Πτολεμαῖος ὁ Θρασέου, σὺν δὲ τούτοις Ἀνδρόμαχος Ἀσπένδιος, συνεγύμναζον μὲν ἐπὶ ταὐτὸ τὴν φάλαγγα καὶ τοὺς μισθοφόρους Ἕλληνας (in exercitu Ptolemaei IV Philopatoris anno 219 a. Chr.) ἡγοῦντο δὲ τῆς μὲν φάλαγγος Ἀνδρόμαχος καὶ Πτολεμαῖος, τῶν δὲ μισθοφόρων Φοξίδας. Ethnicum nusquam additur, sed cum plerique duces exercituum illa aetate Graeci origine fuerint, haud absurde ex huius tituli sermone Ptolemaeum ex civitate nescio qua Dorica oriundum fuisse conieceris. Certe non recte editores dialectum tituli eo referunt quod Solenses Rhodiorum colonos Doricae stirpis fuisse constet (Polyb. XXI, 24, 10); neque enim civitatis haec dedicatio est, sed Ptolemaei. Quem quod hic Antiochi praetorem videremus, cum antea in Ptolemaei adversarii exercitu fuisset, id editores recte de defectione interpretati sunt. Etenim anno 218 a. Chr. n. cum Antiochus magno numero oppidorum per Coelen Syriam potitus esset, nonnullos ex ducibus exercitus Ptolemaei ad illum transiisse narrat Polyb. V, 70, 10 sqq.: κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Κεραίας (rectius ni fallor Καιρέας), εἷς τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον ταττομένων ὑπάρχων, ἀπέστη πρὸς αὐτόν· ᾧ χρησάμενος μεγαλοπρεπῶς πολλοὺς ἐμετεώρισε τῶν παρὰ τοῖς ἐναντίοις ἡγεμόνων· Ἱππόλοχος γοῦν ὁ Θετταλὸς οὐ μετὰ πολὺ

καὶ Φοινίκας[3], | Ἑρμᾶι καὶ Ἡρακλεῖ[4] καὶ || βασιλεῖ μεγάλωι[5] Ἀντιόχωι.

τετρακοσίους ἱππεῖς ἧκεν ἔχων πρὸς αὐτὸν τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον τατομένων. Ptolemaei Thraseae f. sane hic nominatim mentio non fit; sed memorabile est anno 217 a. Chr. in pugna ad Raphiam non iam ut antea Ptolemaeum, sed Sosibium una cum Andromacho phalangi Aegyptiae praeesse (Polyb. V, 83, 3). R. et P. Cf. etiam not. 2. 2 Ptolemaeum igitur, ut Hippolochum et Caeream (Polyb. V, 71, 11) liberaliter propter proditionem remuneratus est Antiochus. Summum provinciae sacerdotium, quod sine dubio ad regis cultum spectabat, coniungi cum imperio militari frequenter videmus in insula Cypro per Ptolemaeorum regnum. Sed memorabile est, antiquissimum eius instituti exemplum occurrere Ptolemaei V Epiphanis (205—181 a. Chr.) aetate (n. 93, 4). Quare quo tempore is Cleopatram Antiochi III filiam in matrimonium duxit, una cum dignitatum aulicarum ordine (n. 104[2]) etiam hoc institutum ex Seleucidarum regno ad Ptolemaeos pervenisse videtur. Quod editores unum praeter hunc titulum apud Seleucidas exemplum summi sacerdotii provinciae alicuius n. 224, 4 esse dicunt, id ita verum est, ut tamen aliud sacerdotii genus hic atque illic significari appareat. Nam illic distincte de unius reginae sacerdote dicitur, hic vero itemque in Ptolemaeorum titulis quia nusquam cuius ille sacerdos sit definite enuntiatur, summum omnium domus regiae per provinciam sacrorum antistitem designari manifestum est. 3 Hae provinciae Antiochi exercitu ad Raphiam fugato in Ptolemaei dicionem redierunt; quare hoc monumentum anno 218 a. Chr. neque antiquius esse neque recentius certum est. R. et P. 4 Deorum nomina indicio sunt, in gymnasio Solensium anathema constitutum fuisse. R. et P. 5 Memorabile hoc vocabulum in titulo paucis annis post regnum initum exarato. Ex scriptoribus primum Demetrium Scepsium (ap. Athenaeum XV 697 D) deinde Polybium (IV, 2, 7) aliosque eo uti observat B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 364 not. 2.

---

231 Magnesiae ad Maeandrum in duobus marmoribus porticus occidentalis fori. Ed. O. Kern Inschriften von Magnesia p. 15 n. 18.

Βασιλεὺς Ἀντίοχος[1] Μαγνή|των[2] τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χαί|ρειν· Δημοφῶν καὶ Φιλίσκος καὶ Φέ|ρης οἱ παρ' ὑμῶν πεμφθέντες πρὸς || ἡμᾶς θεωροὶ ἕνεκεν τοῦ ἐπαγγεῖ|λαι τὸν ἀγῶνα καὶ τ[ὰ] ἄλλα ἃ ἐψήφισ|ται ὁ δῆμος συντελεῖν τῆι ἀρχηγέ|τιδι

---

1 Regem Antiochum III Magnum (223—187 a. Chr. n.) esse inde apparet, quod omnes eiusmodi legationes Magnetum 207/6 a. Chr. n. et proximis annis ad indicendas Leucophryenorum ferias quoqueversum dimissas esse constat. Cf. Syll.[2] 256[2]. 2 Sc. τῶν ἐπὶ Μαιάνδρωι.

τῆς πόλεως Ἀρτέμιδι Λευκοφρυ|ηνῆι[3], συμμείξαντες ἐν Ἀντιοχείαι || τῆς Περσίδος[4] τό τε ψήφισμα ἀπέδω|καν καὶ αὐτοὶ διελέχθησαν μετὰ σπου|δῆς ἀκολούθως τοῖς κατακεχωρισμέ|νοις ἐν τῶι ψηφίσματι, παρακαλοῦντες | ἀποδέξασθαι στεφανίτην ἰσοπύθιον || τὸν ἀγῶνα ὃν τίθετε τῆι θεᾶι διὰ πεν|[τ]αετηρίδος. ἔχοντες οὖν ἐξ ἀρχῆς (π)[ερὶ[5]]| τοῦ δήμου τὴν φιλανθρωποτάτην διά(λ)[η]|ψιν διὰ τὴν εὔνοιαν ἣν τυγχάνει ἀποδ(ε)|δειγμένος ἐμ πᾶσι τοῖς καιροῖς εἴς τε ἡ||μᾶς καὶ τὰ πράγματα καὶ βουλόμενοι φα|νερὰν ποιεῖν τὴν ἑαυτῶν προαίρεσιν ἀπο|δεχόμεθα τὰς ἐψηφισμένας ὑφ' ὑμῶν τ[ι]|μὰς τῆι θεᾶι, πρόκειταί τε ἡμῖν συναύξειν | ταῦτα ἐν οἷς ἂν ὑμεῖς τε παρακαλῆτε καὶ || αὐτοὶ ἐπινοῶμεν. γεγράφαμεν δὲ καὶ | τοῖς ἐπὶ τῶν πραγμάτων τεταγμένοις[6], | ὅπως καὶ αἱ πόλεις ἀκολούθως ἀπο|δέξωνται. ἔρρωσθε.

3 Cf. Syll.[2] n. 256, 5. 8. 19. 32. 257, 12. 18. 258, 6. 16. 32. 39. 259, 18. 29. 39. 260, 4. 16. 19. 261, 19. 29. 47. 73. 552, 3. 18. 29. 45. 46. 89. 553, 16. 34. 48. 928, 28. 30. 91. 929, 3. 26. 29 et huius collectionis n. 229, 84. 232, 9. 233, 39. 65. 76. 282, 7. 4 Urbs ceteroqui ignota, nam Plinii testimonium de Charace oppido ad sinum Persicum inter confluentes Tigrin et Eulaeum (Nat. hist. VI, 139: *postea restituit Antiochus quintus regum et suo nomine appellavit*) huc referendum esse recte negat Kernius, sane non ab omni parte idoneis usus argumentis. Namque quod scriptoris verba nullo modo ad Antiochum III Magnum, sed aut ad Antiochum IV Epiphanem aut ad Antiochum V Philopatora spectare dicit, egregie fallitur. Etenim per Philopatoris infantis regnum breve et turbidum talem rem suscipi et perfici potuisse rectissime negat A. v. Gutschmid Gesch. Irans p. 41 not. 1, qui Epiphanem intellegit, qui quintus appelletur quia etiam Antiochus Hierax in priorum regum numero habeatur. At uterque homo doctus verbis *Antiochus quintus regum* vim tribuit ab iis alienam; haec enim non significant quintum ex eis regibus quibus Antiochus nomen fuerit, sed eum qui inter omnes Seleucidas quinto loco imperaverit; is vero Antiochus Magnus fuit. At rectius se habet alterum Kernii argumentum, illam regionem, ubi Charax oppidum situm esset, nullo modo Persida vocari potuisse. Adde quod Antiochiam Persidis iam Antiochi I regno fuisse ex n. 233, 14 apparet. Ceterum Antiocho reduci ex orientalibus regni partibus legatos Antiochiae occurrisse apparet. Neque vero illam Magnetum legationem admissam fuisse, priusquam cum Euthydemo Magnete, qui Bactria potitus erat, in gratiam rediisset (206 a. Chr. n., cf. Polyb. XI, 34, 9 sqq.), verissime observavit Kern. 5 Hic quoque (cf. Syll.[2] 256[1]) quaecumque in titulis Magneticis Kernius puncto supposito incerta indicavit, uncis rotundis inclusi.

232 Infra n. 231 in eodem pariete. Ed. O. Kern Inschriften von Magnesia p. 16 n. 19.

Βασιλεὺς Ἀντίοχος[1] Μαγνήτων | τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χαίρειν· Δη|μοφῶν καὶ Φιλίσκος καὶ Φέρης οἱ πα|ρ' ὑμῶν πεμφθέντες πρὸς τὸν πατέ||ρα[2] θεωροὶ ἕνεκεν τοῦ ἐπαγγεῖλαι | τὸν ἀγῶνα καὶ τἆλλα ἃ ἐψήφισται | ὁ δῆμος συντελεῖν διὰ πενταετη|ρίδος τῆι ἀρχηγέτιδι τῆς πόλεως | Ἀρτέμιδι Λευκοφρυηνῆι[3] ἀπέδωκαν || καὶ τὸ πρὸς ἐμὲ ψήφισμα καὶ διελέχθη|σαν μετὰ σπουδῆς ἀκολούθως τοῖς | ἐν τούτωι κατακεχωρισμένοις, παρα|καλοῦντες ἀποδέξασθαι στεφανί|την ἰσοπύθιον τὸν ἀγῶνα ὃν τίθετε τῆι || θεᾶι. ἔχοντος οὖν τοῦ πατρὸς περὶ | τοῦ δήμου τὴν φιλανθρωποτάτην δι|[άλη](ψι[4])ν καὶ ταῦτα ἀποδεδεγμένου, θέ||[λων[5] κ]αὶ αὐτὸς ἀκολουθεῖν τῆι προαιρέ|[σει αὐτ]οῦ νῦν τε ἀποδέχομαι τὰς ἐψη||[φισμένα](ς) ὑφ' ὑμῶν τιμὰς τῆι θεᾶι καὶ | [τὸ λ]ο[ιπ](ὸ)ν[6] πειράσομαι κατακολουθῶν | [τῆι τοῦ π]α[τρ]ὸς ὑφηγήσει[7] συναύξειν ὑμῖν | [ἐν οἷς ἄ]ν π[αρ](α)καλῆτε ἢ αὐτὸς ἐπινοῶ. | ἔρρωσθε.

1 De Antiocho Antiochi III Magni filio natu maximo cf. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 2470 n. 26. Natus erat ex matrimonio regis cum Laodice Mithridatis filia a. 220 a. Chr. n. ut quidem videtur (Polyb. V, 55, 4). Eum commune cum patre regnum habuisse praeter βασιλέως appellationem, quae hic et n. 233, 5 ei tribuitur, ex titulis Babyloniis scriptura cuneiformi exaratis annorum 208. 202. 200. 198. 197 a. Chr. n. innotuit. Anno 198 a. Chr. pugnae ad Panium interfuit; nam quod Polybius XVI, 19, 9 duos cognomines Antiochi Magni filios ibi pugnasse negat, non hunc, si quid video, sed minorem fratrem (Epiphanem) ab illo proelio afuisse indicat. Hieme 195/4 a. Chr. Laodicen sororem in matrimonium duxit (Appian. Syr. 4). Anno 193 a. Chr. a patre Epheso in Syriam missus ut regni fines tutaretur (Liv. XXXV, 13, 5) subita morte abreptus est (Liv. XXXV, 15, 2). 2 Antiochus III Magnus (223—187 a. Chr. n.). 3 Cf. n. 231[3]. 4 Cf. n. 231[5]. διάληψις hic opinionem vel iudicium significat, ut in antiquiore sermone ὑπόληψις. 5 Sic supplere malim quam θέλω cum Kernio; nam illud quod subsequitur τε respondere particulae καὶ v. 20 fin., neque vero enuntiatum priori annectere ut statuamus suadet sermonis usus. 6 Supplevi. [εἰς χρ]ό[ν](ο)ν Kern. In Addendis p. 295 de hoc supplemento dubitationem sibi subnatam indicat, quia pro ν duas potius litteras fuisse ambitus lacunae prodat; cui ipsi rationi supplementum meum accommodatum est, et rectissime inter se opponitur νῦν τε — καὶ τὸ λοιπόν. 7 Cf. 234, 21 κὰτ τὰν τῶν προγόνων ὑφάγησιν.

233 Titulus scriptus per duas columnas (*A B*) in duobus lapidibus, superiore (*a*) et inferiore (*b*), parietis porticus quae fuit in foro Magnesiae ad Maeandrum. Ed. O. Kern Inschriften von Magnesia

p. 51 n. 61. Cf. quae adnotavit B. Haussoullier Revue de philol. XXIV (1900) p. 318.

Aa [Π]αρὰ Ἀντιοχέων τῶν Π[ερσικῶν][1]. | [Ἐ]πὶ ἱερέως[2] Σελεύκου Νικάτορος καὶ Ἀντιόχου | Σωτῆρος καὶ Ἀντιόχου Θεοῦ καὶ Σελεύκου Καλλινί|κου καὶ βασιλέως[3] Σελεύκου καὶ βασιλέως Ἀντιόχου[4] ‖ καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ἀντιόχου[5] Ἡρακλεί-του | τοῦ Ζωέους, τῆς πρώτης ἑξαμήνου, δόγματα ἐκκλη|σίας κυρίας τὰ ἀπενεχθέντα ὑπὸ Ἀσκληπιάδου τοῦ | Ἑκαταίου τοῦ Δημητρίου, τοῦ γραμματέως τῆς βου|λῆς καὶ τῆς ἐκκλησίας, μηνὸς Πανθέου[6] τρίτηι φθίνον‖τος· ἔδοξε τῆι ἐκκλησίαι πρυτάνεων εἰπάντων· ἐ(πε)ι|δὴ[7] Μάγνητες οἱ ἀπὸ Μαιάνδρου, συγγενεῖς ὄντες | καὶ φίλοι τοῦ δήμου καὶ πολλὰς καὶ ἐπιφανεῖς χρεί|ας παρ(ε)ι(σ)χημένο[ι] (τοῖς) [Ἕλλ]ησιν [τῶν εἰς εὐδοξί]|αν[8] ἀνηκου-σῶν, πρό(τ)ερόν τε Ἀντιόχου τοῦ Σω(τῆρο)ς[9] ‖ φιλοτιμ(ο)[υ](μ)ένου

---

1 Supplevit Kern fretus tituli n. 231, 9. 10 testimonio, ubi iidem tres legati, qui hic habentur, Antiocho regi occurrisse dicuntur ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Περσίδος. Quod sane ad merum casum referri non poterit, ut Kernii supplementum probandum videatur, etsi quae v. 17 sqq. de colonis Magnetibus Antiochiam missis leguntur, collato Strabonis loco XII, 8, 14 p. 577 Cas.: ἐκ θατέρου δὲ μέρους Ἀντιόχεια ἡ πρὸς Πισιδίᾳ καλουμένη —· ταύτην δ' ᾤκισαν Μάγνητες οἱ πρὸς Μαιάνδρῳ cuipiam suadere videantur ut Π[ισιδικῆι] potius restituatur. At illud supplementum commendant etiam nomina civitatium quae infra v. 100—111 leguntur. De Antiochia Persidis cf. n. 231[4]. 2 De annuo sacerdotio regum cf. n. 245. Sed notabile est, hic etiamtum eundem sacerdotem eorum qui tum ipsum regnent et priorum regum defunctorum esse, illic vero iam haec duo sacerdotia distingui. 3 Seleucum III Sotera (226—223 a. Chr. n.) significari in propatulo est. Quod is βασιλέως appellationem habet, quae praeterea hic non tribuitur nisi superstitibus regibus, a mera neglegentia videtur repetendum esse. 4 Antiochus III Magnus (223—187 a. Chr. n.). 5 Antiochi Magni filius natu maximus, qui vixit 220—193 a. Chr. n., cf. n. 232[1]. 6 Cf. Inschr. von Magnesia p. 49 n. 59, 15 sqq. στεφ[α]νοῦ[σ]θαι δὲ αὐτοὺς [καθ]' ἕ[καστον] ἐνιαυτὸν ἐν τῶι ἀγῶνι ὧι συν-τ[ελοῦμεν] ἐν Π[αν]θ[έ]ωι τῶ[ι Ἀ]ντιοχέων, ubi tamen fortasse praestat non mensem Pantheum, sed delubrum omnium deorum intellegere. Utique Antiochenses illic non eidem sunt atque hic, sed cives Antiochiae ad Daphnen. Simillimus est Πανθεών mensis Neapolitanorum Campaniae. Cf. G. Kaibel Inscr. Sic. et Ital. 759, 16: ἑβδόμῃ τοῦ Πανθεῶνος μηνὸς ἱσταμένου. Ad ferias omnium deorum illo mense habitas rettulit ideoque recentioris demum aetatis esse iudicavit C. F. Hermann Ueber griech. Monatskunde p. 74. Cf. Πάνθειος dei novicii nomen Syll.[2] 781, 4 et quae ibi attuli not. 1. 7 De uncorum rotundorum usu in titulis Magneticis cf. n. 231[5]. 8 Supplevi. τὴν δόξ]αν vel τὴν ἐλευθερί]αν Haussoullier. 9 Antiochus I (280—261 a. Chr. n.).

ἐπα[υξ]ῆσαι τὴμ πόλιν ἡμῶν οὖσαν | αὐτοῦ ἐπώνυμον καὶ πέμψαντος πρὸς αὐτοὺς περὶ | ἀποικίας[10], καλὰ καὶ ἔνδοξα ψηφισάμενοι καὶ εὐχὰς καὶ | θυσίας ποιησάμενοι ἀπέστειλαν ἄνδρας πλήθει | ἱκανοὺς καὶ ἀρετῆι διαφέροντας, σπουδάζοντες || συναυξῆσαι τὸν τῶν Ἀντιοχέων δῆμον, διατηροῦν|τές τε τὴν πρὸς ἅπαντας τοὺς Ἕλληνας εὔνοιαν | καὶ φανερὸν θέλοντες ποιεῖν, ὅτι πᾶσιν τοῖς προσή(κ)[ου]||σιν μεταδιδόασιν σπονδῶν τε καὶ θυσιῶν καὶ τῶν ἄλ|λων τιμίων τῶν ἀνηκόντων εἰς τὸ θεῖον, ἐγδοθέντος || αὐτοῖς χρησμοῦ ἀνέδειξαν κατὰ πᾶσαν τὴν Ἑλλά|δα συντελοῦντες τῆι ἀρχηγέτιδι τῆς πό(λ)εως θυσί|ας καὶ πανήγυριν καὶ ἐκεχειρίαν καὶ ἀγῶνα στεφανί|την διὰ πενταετηρίδος μουσικόν τε καὶ γυμνικὸν | καὶ ἱππικόν, δικαίαν ἀποδιδόντες χάριν τῆι εὐεργέ||τιδι, καὶ πρὸς τὸν δῆμον ἀπεστάλκασι πρεσβευτὰς | Δημοφ(ῶ)ντα[11] Λυκιδέως, Φιλίσκον Φιλίου, Φέρη(τ)α | Φέρητος[12], οἳ καὶ ἐ(π)ελθόντες ἐπί τε τὴν βουλὴν καὶ | τὴν ἐκκλησίαν ψήφισμά τε ἀπέδωκαν παρὰ Μαγνή|των καὶ ἀνανεωσάμενοι τὴν συγγένειαν καὶ τὴν φι||λίαν ἀπελογίσαντο διὰ πλειόνων τήν τε τῆς θεᾶς ἐ|πιφάνειαν[13] καὶ τὰς χρείας, ἃς παρέσχηνται Μάγνητες | πολλαῖς τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, καὶ παρεκάλουν | ἀποδέξασθαι τὸν ἀγῶνα στεφανίτην ὃν συντελοῦ|σιν Ἀρτέμιδι Λευκοφρυηνῆι κατὰ τὸν τοῦ θεοῦ χρησμόν· || ὁ δὲ δῆμος σεβόμενος μὲν τοὺς κοινοὺς θεοὺς αὐτοῦ τε | καὶ Μαγνήτων, προαιρούμενος δὲ αὔξειν (τ)ὴν ἐ[αυτοῦ] | εὔνοιαν πρὸς τοὺς συγγενεῖς,

Ab καὶ ἄλλ(ων δὲ π)όλε(ων) | [πολλῶν τὰ αὐτὰ π](ρ)ο(εψ)[η]φ[ισ](μ)έ(νων) --------------το | . . . (σιν) πρὸ (παντὸς) οἴεται δεῖν καιρὸ[ν μηδένα] πα(ρ)α[λεί]||πε[ιν πρέ]ποντα[14], ἐν ὧι [καὶ][15] καθ' ἰδίαν ἑκ[άστωι κ](α)ὶ κοινῆι πᾶ|σιν ἐ[να](π)οδείξεται τ(ὴ)ν σπουδὴν (ἣ)[ν ἔ]χων διατελεῖ | [εἰς τὸ συ]μφέρον τὸ τῶν Μαγνή[των]· ἀγαθῆι τύχη[ι, | δ]ε[δ]ό[χθα]ι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δ(ήμω)[ι, ἐπαι](ν)έσαι μὲν Μά|(γν)ητας τῆ(ς) τε πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείας ἕνεκεν καὶ τῆς || πρὸς τὸμ βασιλέα Ἀντίοχον φιλίας καὶ εὐνοίας καὶ | τὸν δῆμον τὸν Ἀντιοχέων, καὶ δ[ι]ότι τοῖς ἰδίοις ἀγαθ[οῖς] | καὶ τῆι εὐημερίαι [τ]ῆς πόλεως καλῶς χρώμενοι δι[αφ]υ|λάσσουσιν τὴμ πάτριον πολιτεία(ν. ε)ὔξασ[θ]αι δὲ (τ)οὺς | ἱερεῖς θεοῖς

Hinc quoque apparet, Antiochiam Persidis non posse eandem esse cum Characenorum oppido ab Antiocho III Magno restituto (n. 231[4]). 10 Cf. not. 1. 11 ΔΗΜΟΦΙΟΝΤΑ lapis. 12 Eosdem tres legatos habes n. 231, 3. 4. 13 Cf. n. 90[19]. Syll.[2] 256, 10: ἐπιφανοῦς δὲ γενομένης [τῆς Ἀρτέμιδος]. 14 Supplevi. 15 Supplevi.

πᾶσιν καὶ πάσαις, διαμένειν Μ[άγ](ν)ησιν ‖ εἰς (τ)ὸ[ν] ἅπαντα χρόνον ἐπὶ τύχηι ἀγαθῆι τὴ[ν] πολε[ιτεί]‖αν[16]. ἀ(π)[ο](δέ)ξασθαι[17] δὲ τὴν θυσίαν καὶ τὴν πανήγυρι[ν] | καὶ τὴν ἐκε(χ)[ειρίαν καὶ τὸν ἀγῶνα στεφανίτην ἰσοπύθιον] | τόν τε μου[σικὸν καὶ γυμνικὸν καὶ ἱππικόν, ὃν] | συντελο(ῦ)[σι Μάγνητες τῆι Ἀρτέμιδι τῆι Λευκοφρυηνῆι[18]] ‖ διὰ τὸ πάτ(ρι)[ον ----------------------] | φίλων τίμι(α) ------------------------ | καὶ τὰ λοιπὰ ἃ --------- ---------- | καὶ τῆι Μαγνή(τ)[ων πόλει -------] | καθ' ἑκάστην [------- ἀποστεῖλαι δὲ καὶ θεωροὺς[19]] ‖ εἰς Μαγ(ν)ησί(α)[ν τοὺς θύσοντας[20] τῆι Ἀρτέμιδι τῆι Λευκο]‖φρυηνῆι ἐπὶ σωτη(ρία)[ι τοῦ τε βασιλέως καὶ ἀμφοτέρων τῶν[21]] | πόλεων, δίδοσθαι δε α[ὐτοῖς καὶ ἐφόδιον ἐκ τοῦ δημοσίου[22]] | ὅσον ἂν ὁ δῆμος ψηφ[ίζηται ἱκανὸν εἶναι καὶ πρέπον[23] | τῆ]ι πό(λ)[ει. αἱρεῖσθαι δὲ τοὺς θεωροὺς[24] τῆι ------ τοῦ Ἡρα]‖κλείου[25] μηνός, [ὅταν καὶ αἱ ἄλλαι ἀρχαὶ αἱ πολιτικαὶ[26]] | σταθῶσιν[27], τοὺς δὲ [αἱρεθέντας ἀποστέλλεσθαι[28]] | ἀπὸ τῆς ἑστίας τῆς [κοινῆς τοῦ δήμου[29]. τοῖς δὲ παρα]‖γινομένοις θεωροῖ[ς ἐκ Μαγνησίας πρὸς ἡμᾶς[30] δίδοσ]‖θαι ὑπὸ τῶν ταμιῶν ἐ[κ τοῦ δημοσίου ξένια[31], καθὰ δίδο]‖ται[32] καὶ ταῖς παρὰ ἀρ[χόντων καὶ πόλεων πρεσβεί-

---

16 τύχηι ἀγαθῆι τῆ[ς] πολε[ως], litteris AN ad proximum verbum relatis, Kern. At sic subiecto caret infinitivus διαμένειν, id quod ferri omnino nequit. Quare τὴ[ν] πολε[ιτεί]αν rescripsi; ut v. 47. 48 Magnetes collaudantur, quod fortuna urbis prudenter usi rei publicae leges et ordinem conservaverint, sic hic ut id etiam in posterum eis contingat optatur. 17 ἀναποδέξασθαι Kern. Sed _AN potius proximi nominis terminationem esse (not. 16) apparet, neque ἀναποδέχομαι videtur verbum Graecum esse, ut omnino rarissima sunt verba cum duabus praepositionibus, inter quas ἀνά priorem locum tenet, composita. 18 Supplevi. 19 Supplevi. Omnino in versibus 64—82 restituendis versuum quidem longitudinis, quae inter 37 et 44 litteras variat, diligenter rationem habui itemque sententiarum conexionem recte constituisse mihi videor, at non unumquodque verbum me pro certo habere vix est quod moneam. 20 Supplevi. 21 Supplevit Kern. 22 Supplevi; potest sane pro ἐφόδιον etiam ἀργύριον fuisse. 23 Supplevi. 24 Supplevi. 25 Supplevi. Idem nomen Delphis quoque et Halicarnassi occurrit. Cf. E. Bischoff de fastis Graecorum antiquioribus p. 408. 26 Supplevi. 27 Cf. Syll.[2] 426, 23: μετὰ τῶν ἀρχόντων τῶν σταθέντων ἐν Στίρι. 28 Supplevi. 29 Supplevi. 30 Supplevi. Hic iam non de theoris qui Antiochia Magnesiam ad Leucophryenorum ludos mittantur, ut proxime superioribus versibus, sed de eis, qui Magnesia Antiochiam veniant ad invitandam civitatem, verba fieri relliquiae scripturae superstites demonstrant. 31 Supplevi. 32 Supplevit Kern.

αις[33].] | συνθυέτωσαν δὲ οἱ θε[ωροὶ ------- τῆι Ἀρτέμι|δι τῆι Λευκ]ο(φ)[ρυ]ηνῆι τὰ---------------. | τοῖς δὲ νικῶσιν τῶ(ν) [πολιτῶν τὸν ἀγῶνα τῶν Λευκο]|φρυηνῶν[34] εἶναι τὰς α[ὐτὰς τιμὰς καὶ τὰ φιλάνθρωπα[35] παρὰ]‖ τῆς πόλεως καθὰ καὶ [τοῖς τὰ Πύθια νικήσασιν[36] ἐκ τῶν] | νόμων ὑπάρχει. τὰ α------- ----------------|κου ἐφιέμενοι, πειρώ[μενοι δὲ[37] --------- ----------- ἄ]|γεσθαι[38] τοὺς ἀγῶνας -------------------- ----- | ε. σε.. καὶ τῶν παρα --------------------------‖ αἱ τιμαὶ τῶι νικήσα(ν)[τι --------------------------] | καὶ τοὺς πρ(ε)σβευτὰς [-------------------------- ἔτα]|ξεν[39] ὁ ἐπὶ τὴ[ν κ]οινὴν [διοίκησιν ἡιρημένος[40] ----------] | τοὺς πρυτάνεις ἀεὶ [---------------- κατὰ τὰ ὑπὸ[41]] | τοῦ δήμου (ἐ)[ψ]ηφισμ[ένα ---------------- οἱ ἀφι]‖κνούμενοι παρὰ Μα[γνήτων ----------------------] | πάσ(ης) προεδρ[ία]ς τ---------- ------------- | ἵνα καὶ ἡ φιλία ταῖς πό[λεσιν ὑπάρχηι εἰς τὸν ἅπαντα] | χρόνον. αἱρεθῆναι δ[ὲ καὶ θεωροδόκον[42] ὑπὸ τοῦ δήμου[43],] | ὅστις ὑποδέξεται τοὺς θ[εωροὺς τοὺς παραγινομένους πα]‖ρὰ Μαγνήτων. εἶνα[ι δὲ ----------------------] | τὸν θεωροδόκον ε-------------------------- | δέδεκται ὁ δῆμος ----------------------------- | προεψηφισμένο[ις --------- ---------ἐπὶ----] | ἱερ[έως. ἡιρ]έθ[η . . . . Ἡγ](ησά)ν[δρου](?).

Ὁμο[ί]ως δὲ ἔδοξεν καὶ ----------------
Σελε[υ]κεῦσιν τοῖς ----------------
πρὸς [τ]ῶι Τίγρει[44] ----------------
Ἀπαμε(ῦ)σιν τοῖς ----------------
[π]ρὸς τῶι Σελείαι[45] ----------------

---

33 Supplevi. 34 Supplevit Kern. 35 Supplevi. 36 Supplevi collato n. 319, 22: ὑπάρχ[ειν δὲ τοῖς νικ]ῶσιν τ[ὰ] Λευκοφρυ[ηνὰ] ὅσ[α] καὶ [το]ῖς [τὰ] Πύθια νικήσασι. 37 Supplevit Kern. 38 Supplevi. 39 Supplevi. 40 Supplevi. 41 Supplevi. 42 Supplevit Kern. 43 Supplevi. 44 Urbs nobilissima e regione Ctesiphontis in occidentali fluminis ripa sita. Cf. Polyb. V, 45, 3. 48, 11. 15. 54, 10. Strabo XI, 12, 3 p. 521. 14, 8 p. 529. XVI, 1, 5 p. 738: ἐπειδὴ τὴν Σελεύκειαν ἐπὶ τῷ Τίγρει πλησίον τῆς Βαβυλῶνος ἐν τριακοσίοις που σταδίοις ἐτείχισε Σέλευκος ὁ Νικάτωρ. Iosephus Ant. XVIII, 49. 372. 377. Cassius Dio LXVIII, 30, 2. LXXI, 2, 3. Ptolemaeus V, 17, 5. Plin. N. hist. V, 88. Tac. ann. VI, 42. G. Droysen Geschichte des Hellenismus III, 2 p. 313. 45 De hoc oppido cf. E. Schwartzii disputationem doctrinae et acuminis plenissimam apud Kernium Inschr. von Magnesia p. 171 sqq. Qui profectus a Stephani Byzantii testimonio s. v. Ἀπάμεια· ἔστι καὶ ἄλλη

Σελευκεῦσιν τοῖς	Ἀν[τι](ο)[χεῦσιν τοῖς]
πρὸς (τ)ῆι Ἐρυθρᾶι	πρὸς --------------
θαλάσσηι[46]	Ἀλ[εξανδρεῦσιν[48] τοῖς]
Σελευκεῦσιν τοῖς	------------------
πρὸς τῶι (Εὐ)λαίωι[47]	------------------
Σ[ε]λευκ[εῦσι]ν τ[οῖς]	------------------
π[ρὸ]ς τῶ[ι --------]	------------------

ἐν τῇ Μεσηνῶν γῇ τῷ Πίγρητι (l. Τίγριδι) περιεχομένη, ἐν ᾗ σχίζεται ὁ Πίγρης (Τίγρης) ποταμός, καὶ ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ μοίρᾳ περιέρχεται ποταμὸς Σέλλας, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Πίγρης (Τίγρης) ὁμώνυμος τῷ μεγάλῳ et a Plinii loco N. hist. VI, 129: *Tigris — circa Apameam Mesenes oppidum citra Seleuciam Babyloniam CXXV p. divisus in alveos duos, altero meridiem ac Seleuciam petit Mesenen perfundens, altero ad septentrionem flexus eiusdem gentis tergo campos Cauchas secat*, Apameam Mesenes, quae sine accuratiore situs definitione etiam ab Ammiano Marcellino XXIII, 6, 23 inter Assyriae oppida recenseretur, eo loco sitam statuit, ubi Tigris non longe a sinu Persico in duo flumina diffundatur, quibus quae interiecta esset terra circa Σπασίνου χάρακα, eam ab indigenis *Maišân*, a Graecis Μεσηνήν appellatam multis testimoniis comprobat. Ex illis duabus Tigridis partibus altera a Stephano Σέλλας, in hoc titulo Σελείας vocatur. Distinguendam vero ab hoc oppido Apameam Sittacenes apud Plinium VI, 132. 46 Hoc ambiguo nomine (n. 69[6]. 186[4]) quin hic sinus Persicus indicetur, non est dubium. Urbs ipsa quantum scio nusquam praeterea commemoratur. 47 De Seleucia Susianae cf. Strabo XVI, 1, 18 p. 744 Cas. ᾑρέθη δὲ (ὑπὸ τῶν Παρθυαίων) καὶ πρὸς τῷ Ἡδυφῶντι ποταμῷ Σελεύκεια, μεγάλη πόλις· Σολόκη δ' ἐκαλεῖτο πρότερον. Nam eandem urbem hic atque illic significari apparet; etenim Hedyphonta in Eulaeum influere constat (Plin. Nat. hist. VI, 135). Iam si Seleucia ad ipsam quidem ripam fluvii minoris et obscurioris sita erat, neque vero procul ab eo loco ubi is cum maiore et fama celebrato amne Eulaeo (Strabo XV, 3, 4 p. 728. 22 p. 735 Cas.) coniungebatur, inconstantia in situ definiendo non magis mira est, quam quod Magnesia ad Lethaeum sita (Strabo XIV, 1, 39 p. 647 Cas.) plerumque ἡ ἐπὶ Μαιάνδρῳ dicitur. 48 De Alexandria ad ostium Tigridis dici non improbabile est, siquidem omnes quarum nomina hic aetatem tulerunt urbes in campis ad inferiorem Euphratis et Tigridis cursum sitae fuerunt. Cf. Plin. Nat. hist. VI, 138: *conditum est* (oppidum Charax) *primum ab Alexandro Magno colonis ex urbe regia Durine quae tum interiit deductis. militum inutilibus ibi relictis Alexandriam appellari iusserat, pagumque Pellaeum a patria sua quem proprie Macedonum fecerat.* Deinde sane ab Antiocho, quem Magnum, non Epiphanem aut Philopatora esse demonstravi n. 231[4], Antiochiam appellatam refert Plinius idem; sed id post huius tituli demum tempus factum videtur, praesertim cum postremo vitae tempore Antiochum Magnum in illis regionibus versatum esse constet.

234 Basis quadrata inventa Delphis. Ex Homollii et Bourgueti apographo ed. L. Couve Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 235 n. II (J. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschr. II p. 708 n. 2529. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 205 n. 252). Cf. quae adnotaverunt F. Staehelin Gesch. der kleinasiat. Gallier p. 46 not. 3. A. Wilhelm Götting. gel. Anz. 1898 n. 3 p. 224. M. Holleaux Revue des études Grecques XII (1899) p. 345 sqq. B. Haussoullier Revue de philologie XXIII (1899) p. 153 not. 1.

Θεοί. | Ἄρχοντος ἐν Δελφοῖς Φιλαιτώλου[1], πυλαίας ὀπωρινῆς, ἱερομνα|μονούντων Αἰτωλῶν Τελεσάρχου Ἀπιρικοῦ[2], Λέωνος Ναυπα|κτίου, Στομίου Μαχετιέος[3], Θεοδώρου Ἀργείου[4], Νικοβούλου Θηβαίου[5], ‖ Εὐρυμάχου Θαυμακοῦ, Δορυμένεος Ὑπαταίου,

---

Litterarum formae volgares praeter Π; ΘΟΩ reliquis minores. 1 Huius archontis nomen indicat, titulum tertii a. Chr. n. saeculi esse. Namque annorum 201—157 a. Chr. n. archontes Delphorum omnes noti sunt, post hunc annum vero Aetolos non iam undecim suffragia in concilio Amphictionum habere potuisse constat. Iam cum Philaetolum senatorem fuisse sciamus annis 193/2 (Wescher-Foucart Inscr. rec. à Delphes 304. Gr. Dialektinschr. II, 1969, 24) et 187/6 a. Chr. n. (Syll.[2] 268, 160), eius magistratum eponymum ad postremam superioris saeculi partem referendam esse apparet. Couve. Baunack. Accuratius etiam aetas definita est a Pomtowio in litteris ad Holleauxium datis, qui monet Cephallenas (v. 7) Amphictionum concilio non interfuisse nisi per annorum 205—196 a. Chr. spatium, neque undecim hieromnemonum Aetolorum numerum confectum esse ante exclusos Phocenses, id quod item non ante annum 205 a. Chr. n. factum esset. Apparet igitur, huius tituli originem annorum 205 et 202 a. Chr. n. terminis contineri. 2 Cf. Syll.[2] 293, 17 (anno 178 a. Chr. n.) Ἀναξάνδρωι Τελεσάρχου Ἀπειρικῶι, qui manifesto huius hieromnemonis filius est. Cave de Epirota cogitaveris; nam ea gens Amphictioniae nunquam particeps fuit, neque ethnici forma convenit. Immo ignotum ceteroqui oppidulum aut Aetoliae ipsius aut earum regionum, quae tum temporis ab Aetolis tenebantur, intellegendum est. 3 Ad Hesychium Μακεττία· ἡ Μακεδονία provocat Couve, ideoque Macedoniae occidentalis incolam intellegit monetque Antigonum Gonatam cum Aetolis foedus fecisse. Sed haec, etsi assensum tulerunt Baunackii, plane incredibilia sunt. Nam ut taceam, de occidentali potissimum Macedoniae parte nihil dicere Hesychium, quo pacto propter foedus illud homo Macedo inter Aetolorum hieromnemonas esse potuit? Macedonum gens certe neque Aetolorum sympolitiae neque Amphictionum concilio unquam interfuit. Quare Μαχετιεῖς non minus quam Ἀπειρικοί civitas obscura et exigua Aetoliae aut finitimarum regionum fuisse mihi videntur. 4 Argis Amphilochicis, quod oppidum tum Aetoliae erat, oriundus. B. 5 Ex Phthiotide. B.

Θεοδώρου Κοττα|έος[6], Λατταμίου Βουκατιέος[7], Εὐδάμου Ἀρσινοέος[8], Λαμίου Ἀπολλω|νιέος· Κεφαλ(λ)άνων[9] Οἰνανθίου· Δελφῶν Ἀριστομάχου, Καλλικρά|τεος· Ἀθηναίων Ἀριστοκλέος· Βοιωτῶν Φόξου, Καλλικράτεος· | Μαγνήτων Πολεμαίου· Χίων[10] Μητροφάνεος, γραμματεύον‖τος τοῖς ἱερομνάμοσιν Μενάνδρου Θαυμακοῦ· | ἀγαθᾶι τύχαι· ἔδοξε τῶι κοινῶι τῶν Ἀμφικτιόνων, ἐπεὶ ἁ πόλις | ἁ τῶν Ἀντιοχέων τῶν ἐκ τοῦ Χρυσαορέων ἔθνεος[11], συγγενὴς ἐοῦσα | τῶν Ἑλλάνων, ἀποστεί-

---

6 Cf. Gr. Dialektinschriften II p. 789 n. 2598, 2 Δελφοὶ ἔδωκαν Κλευμένει Κρεύθωνος Κοτταεῖ αὐτῶι καὶ ἐκγόνοις προξενίαν κτλ. B. Situs oppidi ignoratur. 7 Βου(χ)ατιέος emendavit Couve, contra quem Baunack recte monet I. G. Sept. III, 417, 7 Λυκόφρων Ἀγήτα Βουκατιεύς, ibid. v. 8. 9 μάρτυροι Κρατιάδας, Ὑβρίλαος Βουκατιεῖς, Ἀρίσταρχος, Στρατόλαος Βουκατιεῖς legi. Qui titulus cum Phistyi repertus sit et praeterea ethnica Ἀρσινοεύς, Φιστυός habeat, etiam Bucatienses in Aetolia antiqua circa lacum Trichonida habitasse probabile est. Couvio, cum Βου(χ)ατιεύς reponeret, nomen oppidi Epirotici obversatum videtur, quod habet Hegesippus (Dem. VII), 32: τὰς δ' ἐν Κασσωπίᾳ τρεῖς πόλεις, Πανδοσίαν καὶ Βούχετα καὶ Ἐλάτειαν, Ἠλείων ἀποικίας, κατακαύσας τὴν χώραν καὶ εἰς τὰς πόλεις βιασάμενος παρέδωκεν Ἀλεξάνδρῳ τῷ κηδεστῇ τῷ ἑαυτοῦ δουλεύειν et Strabo VII, 7, 5 p. 324 Cas.: ἐγγὺς δὲ τῆς Κιχύρου πολίχνιον Βουχέτιον Κασσωπαίων, μικρὸν ὑπὲρ τῆς θαλάσσης ὄν. At illam regionem unquam Aetolorum fuisse certe non traditur, ut Bucheta vel Buchetium Cassopiae et Bucatium Aetoliae diversa oppidula fuisse statuendum sit. 8 De Arsinoë Aetoliae cf. Polyb. IX 45, 1 ap. Athenaeum X p. 424 c: Πολύβιος δ' ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν ἱστοριῶν καὶ ποταμόν τινα ἀναγράφει Κύαθον καλούμενον περὶ Ἀρσινόην πόλιν Αἰτωλίας. Steph. Byz. s. v. τὸ ἐθνικὸν Ἀρσινοΐτης καὶ Ἀρσινοεὺς ἐπὶ τῆς Αἰτωλικῆς, ὡς Πολύβιος ἐνάτῳ. Polyb. XXX, 11, 5 ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ἀρσινοΐαν σφαγαῖς. Strabo X, 2, 22 p. 460 Cas.: μεταξὺ Πλευρῶνος καὶ Ἀρσινόης πόλεως, ἣ κώμη μὲν ἦν πρότερον καλουμένη Κωνώπα, κτίσμα δ' ὑπῆρξεν Ἀρσινόης, τῆς Πτολεμαίου τοῦ δευτέρου γυναικὸς ἅμα καὶ ἀδελφῆς, εὐφυῶς ἐπικειμένη πως τῇ τοῦ Ἀχελῴου διαβάσει. 9 Cf. not. 1. 10 Cf. Syll.[2] 215[3]. 11 Non diversum est τὸ Χρυσαορέων ἔθνος a natione Carum (Steph. Byz. Χρυσαορίς· Ἐπαφρόδιτος δὲ τὴν Καρίαν πᾶσαν Χρυσαορίδα λέγεσθαι); quae cum antiquitus oppida nondum haberet, sed κατὰ κώμας habitaret, foedus pagorum (κωμῶν) constitutum est circa Iovis Chrysaorei (not. 19) delubrum. Cf. quae post W. H. Waddingtonum ad Lebas Inscr. III 399 aliosque exposuit Holleaux ad hunc titulum (vide etiam n. 111[4]). Post Alexandri Magni vero aetatem cum oppida Graeca in illa regione conderentur, pagi Carici ex parte his oppidis attributi sunt, quo factum est ut quaeque civitas tot suffragia ferret in communi concilio, quot pagos antiquos systematis Chrysaorei eius ager comprehenderet. Cf. Strabo XIV, 2, 25 p. 660 Cas. καλεῖται δὲ τὸ σύστημα αὐτῶν Χρυσαορέων, συνεστηκὸς ἐκ κωμῶν· οἱ δὲ πλείστας παρεχόμενοι κώμας προέχουσι τῇ ψήφῳ, καθάπερ Κεραμιῆται· καὶ Στρατονικεῖς δὲ τοῦ συστήματος μετέχουσιν, οὐκ ὄντες τοῦ Καρικοῦ γένους, ἀλλ' ὅτι κώμας ἔχουσι τοῦ

λασα πρεσβευτὰς ποτὶ πλέονας[12] τέτευχε | πάντων τῶν τιμίων καὶ φιλανθρώπων, καὶ Παυσίμαχος δὲ ὁ πα||ρ' αὐτῶν πρεσβεύσας ἐν ἐκείναις τε καλῶς καὶ ἀξίως τῶν Ἑλλά|νων ἀνέστρεπται[13], καὶ νῦν ποτειληφὼς χρησμὸν παρὰ τοῦ θεοῦ, | κατακολουθέων δὲ τούτωι ποτελθὼν ποτὶ τὸ συνέδριον ἁμῶν | περί τε τᾶς ἰδίας πατρίδος πολλὰ κατευφάμηκε, ἐμφανίζων τὰν | εὐσέβειαν αὐτᾶς καὶ τὰν ἀρετάν· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ βασιλέος || Ἀντιόχου[14] τοῦ εὐεργέτα Ἀντιοχέων εὐλόγηκε εὐχαριστῶν | αὐτῶι διότι τὰν δαμοκρατίαν καὶ τὰν εἰράναν[15] ⟨αν⟩[16] τοῖς Ἀντιοχεῦσιν | διαφυλάσσει κὰτ τὰν τῶν προγόνων[17] ὑφάγησιν· δεδόχθαι ἀποκρίνασ|σθαι αὐτῶι, ὅτι τὸ κοινὸν τῶν Ἀμφικτιόνων τὰμ μὲν πόλιν τὰν Ἀντιο|χέων καὶ τὰν

Χρυσαορικοῦ συστήματος. Iam oppidum cui Ἀντιόχεια nomen esset in Caria fuisse, quod illi concilio interesset, praeter hunc titulum testatur laterculus victorum C. I. Att. II 967, 38: ὁπλίτην | ----ων Παιωνίου Χρυσαορεὺς ἀπ' Ἀντιο[χείας]. Quod oppidum cum Couve ceteroqui ignotum existimaret, Holleaux non diversum esse ab Alabandensium civitate probavit. Nam fuisse Alabanda in societate Chrysaorica apparet cum ex C. I. Att. II, 970, 35: Δ.... έας ....ονίου Χρυσαορεὺς ἀπὸ Ἀλαβάνδων, tum ex decreto Alabandensi Bull. de corr. Hell. X (1886) p. 309 n. 4, 2 sqq. 9 sqq., ubi civis Alabandensis collaudatur propter merita εἴς τε τὴν συγγένειαν καὶ πάντας Χρυσαορεῖς. Atqui huic oppido aliquando Antiochiam nomen fuisse scimus; cf. Steph. Byz. Ἀλάβανδα· πόλις Καρίας, ἡ ποτὲ Ἀντιόχεια· ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Ἀλαβάνδου, τοῦ εὐίππου, ὡς Χάραξ. Quo potissimum regni Seleucidarum tempore nomen mutaverit, non traditur, sed recte Holl. observavit post 189 a. Chr. id nullo modo factum esse posse. Quod vero Couve negat, ante annum 197 a. Chr. Antiochiae nomen oppido impositum esse posse, quia in huius anni rebus apud Livium XXXIII, 18, 7 etiamtum vetere nomine Alabanda appellaretur, id luculentissime refutavit Holleaux, qui observat Polybium, cui Livius sua debet, etiam alibi antiquis urbium nominibus uti non curantem novicia regum praecepta, veluti Mantineam numquam Antigoneam appellet. Iam cum ipsum huius tituli dicendi genus probet, non plus una Antiochia fuisse in systemate Chrysaorico, sequitur ut confidenter de Alabandensibus hoc decretum interpretemur. 12 Sc. πόλεις. Idem nomen paullo infra ad ἐκείναις mente supplendum est. C. 13 Cf. n. 228[8]. ἀνεστρέφησαν Syll.[2] 451, 6. 14 Antiochum III (223—187 a. Chr. n.) iam primus editor agnovit. Nunc cum accuratiora de tituli aetate didicerimus (not. 1), nullus iam relinquitur dubitandi locus. 15 Non civium concordiam et tranquillitatem intra urbem hoc significare potest ex consuetudine sermonis Graeci, sed indicatur regem ab externi belli periculis et miseriis cives tutatum esse. 16 ΕΙΡΑΝΑΝΑΝ lapis. Pro ΑΝ Couve in exemplari minusculo ἐν emendavit, sed de pace inter Antiochenses conservata dici non potest propter vocis εἰράνα notionem (not. 15). Quare merum dativum restituit Wilhelm, lapicidae errore ΑΝ iteratum statuens. 17 Cf. n. 229[8].

χώραν ἀναδεικνύει ἄσυλον καὶ ἱερὰν[18] τοῦ Διὸς Χρυσαορέ‖ως[19] καὶ Ἀπόλλωνος Ἰσοτίμου[20], τὸν δὲ δᾶμον αὐτῶν καὶ βασιλῆ Ἀντίοχον | ἐπαινεῖ, καὶ στεφανοῖ ἑκάτερον εἰκόνι χαλκέαι ὀκταπάχεϊ ἐπὶ πᾶσι | τοῖς προγεγραμμένοις. στᾶσαι δὲ τὰς εἰκόνας ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλ|λωνος τοῦ Πυθίου καὶ καρῦξαι ἐν τοῖς Πυθίοις· ἐπαινεῖ δὲ καὶ Παυσί|μαχον Ἰατροκλέος, καὶ στεφανοῖ χρυσέωι στεφάνωι ἀρετᾶς ἕνε‖κεν καὶ φιλοτιμίας τᾶς εἰς τὰν αὐτοῦ πατρίδα. καὶ καρῦξαι τὸν στέ|φανον αὐτοῦ ἐν τᾶι πατρίδι, ὅταν εἰσάγηι τὸν τῶν Σωτηρίων στέ|φανον[21]. ὅπως δὲ καὶ ὑπόμναμα ἦι εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ἀναγράψαι | τόδε τὸ ψάφισμα ἐν τᾶι βάσει τᾶι τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου ἐν τῶι | ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου, καὶ ἀποστεῖλαι ποτ' Ἀντιοχεῖς ‖ σφραγισαμένους[22] τᾶι κοινᾶι τῶν Ἀμφικτιόνων σφραγῖδι.

Μειδίας[23] ἐπόησε.

---

18 Cum Couvius hic ius asyli, quod urbi iam antea concessum fuisset, etiam ad delubrum Iovis et Apollinis transferri opinatus esset, recte Haussoullier monuit contrarium potius verum esse. Etenim cum illa fana iam pridem sacra et inviolabilia habita essent, Alabandenses probante Amphictionum consilio totam urbem illis deis consecrare, ut ipsa quoque asyliae particeps esset. Quod illa aetate haud inusitatum fuit, non tam pietatis causa quam utilitatis, nempe ut per bella regum, qualia tum imminebant, ab utrorumque vi et armis tutae essent civitates. Cf. H. Usener Mus. Rh. XXIX p. 38 sqq. Quam spem fallere posse sane paucis post hoc decretum annis experti sunt Alabandenses, cum Philippus Demetrii f. anno 190 a. Chr. eorum agrum popularetur (Polyb. XVI, 24, 8: τὴν δ' Ἀλαβανδέων χώραν ὡς πολεμίαν κατέφθειρε, φήσας ἀναγκαῖον εἶναι πορίζειν τῷ στρατεύματι τὰ πρὸς τὴν τροφήν). Holleaux. 19 Cf. Strabo XIV, 2, 25 p. 660 Cas.: ἔστι δ' ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Στρατονικέων δύο ἱερά, ἐν μὲν Λαγίνοις τὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιφανέστατον, πανηγύρεις μεγάλας συνάγον κατ' ἐνιαυτόν· ἐγγὺς δὲ τῆς πόλεως τὸ τοῦ Χρυσαορέως Διὸς κοινὸν ἁπάντων Καρῶν, εἰς ὃ συνίασι θύσοντές τε καὶ βουλευσόμενοι περὶ τῶν κοινῶν. 20 Nomen inauditum et obscurum dicunt editores; sane alibi non legitur, sed quid sibi velit facile est intellectu. Nempe antiquis Carum sacris, quibus Iovem Chrysaorea venerabantur, post Graecas civitates in Caria conditas vel Caricas in Graecam formam mutatas addita sunt novicia Apollinis ea condicione, ut hic deus non minore honore esset quam ille. 21 Victores cum coronam a se partam in patriam referrent magnis honoribus a civibus excipi solitos esse in volgus notum est. Quare Pausimachum ad Soteria Delphos venisse existimo ibique vicisse in aliquo ex certaminibus sacris. Certe aliam probabilem verborum explicationem video nullam. Couve sane Soteria intellegit ferias Antiochiae Chrysaorensium habitas in honorem Antiochi Soteris; in quibus eo tempore, quo praemia victoribus dividantur, hanc coronam renuntiandam esse. At neque singularis τὸν στέφανον, neque verbum εἰσάγηι, cuius subiectum nemo esse potest nisi

Pausimachus, ulla ratione cum hac interpretatione conciliari possunt. 22 Qui decernit ut aliquid fiat, perfrequenter per breviloquentiam ipse id facere dicitur; itaque infinitivorum ἀναγράψαι et ἀποστεῖλαι subiectum sunt Amphictiones, ad quos refertur pluralis σφραγισαμένους. Quae ratio mihi multo accommodatior videtur actorum publicorum sermoni, quam Baunackii, qui σφραγισαμένους pro σφραγισάμενον dici opinatur, etsi unus modo scriba fuerit (v. 9), quia is una cum alio homine cui legati id mandaverint eo negotio functus sit. 23 Statuarius ceteroqui ignotus, qui statuam Antiochi regis (v. 26) confecerat, cuius basi hoc decretum insculptum est (v. 32. 33).

---

235 Marmor album, integrum, quod quondam efficiebat partem sinistram epistylii, inaedificatum Amyzone (*Mazyn-Kalessi*) in muro Byzantino ad orientalem arcis partem. A dextra duo eiusdem generis lapides adiuncti fuerunt, per quos tituli continuabantur. Ed. E. Fabricius Sitzungsberichte der Kgl. Akademie der W. zu Berlin 1894 p. 915 n. I.

I Ἰδριεὺς Ἑκατό[μνω[1] -------- ἀνέθηκεν].
II Ζεῦξις Κυνάγου Μακεδὼν[2] τοὺς ἀγροὺς τῶ[ι θεῶι--- ----- ἀποκατέστησεν].

Titulus antiquior (I) litteris grandioribus volgari saeculi a. Chr. n. quarti forma incisus. In titulo recentiore (II) item volgares litterarum formae praeter ΞΣ, sed minore modulo exaratae et in finibus hastarum tenuibus lineolis transversis ornatae. 1 Idrieus Hecatomni filius, Maussolli frater, post Artemisiae mortem anno 351 a. Chr. n. satrapa Cariae factus anno 344 a. Chr. n. decessit. Cf. Syll.[2] 573[1]. W. Judeich Kleinasiatische Studien p. 226 sqq. 2 Apud Polybium frequenter in Antiochi III Magni rebus enarrandis mentio fit Zeuxidis cuiuspiam exercituum ducis, quem quin hic teneamus eo minus dubitari licet, quia et huius tituli et proximi n. 236 litteratura perbene in illa tempora quadrat. Qui cum anno 220 a. Chr. n. in bello adversus Molona satrapam qui rebellaverat regem fortiter ac strenue adiuvisset (Pol. V, 45, 4. 46, 11. 47, 5. 48, 10. 12. 51, 5. 52, 1. 53, 6. 54, 1) ac deinde Seleuciae obsidioni interfuisset (Pol. V, 60, 4), postea a rege Lydiae satrapiam impetravit, cf. Pol. XXI, 16, 4 Ζεῦξις ὁ πρότερον ὑπάρχων Λυδίας σατράπης. Liv. XXXVII, 45, 5 *Zeuxis qui praefectus Lydiae fuerat.* Ex hoc titulo discimus etiam Amyzona intra eius satrapiae terminos fuisse. Omnino praeter Lydiam etiam occidentalem Cariae partem Zeuxidi paruisse Fabr. recte inde collegit, quod Philippus Demetrii f. Macedonum rex, cum anno 202/1 a. Chr. n. adversus Attalum I bellum gerens Bargyliae hiemaret, commeatum, qui ex pacto ei ab Antiocho debebatur, a Zeuxide potissimum exegit (Polyb. XVI, 1, 8. 24, 6). Tamen eum animo neutiquam propitio erga Philippum fuisse apparet ex Polybii narratione (XVI, 1, 9 ὁ δὲ Ζεῦξις ὑπεκρίνετο μὲν ποιεῖν τὰ κατὰ τὰς συνθήκας, οὐκ ἐβούλετο δὲ σωματοποιεῖν ἀληθινῶς τὸν Φίλιππον) ideoque non

invisus illius hosti Attalo I eiusque successori Eumeni II, ita ut non mireris aliquot annis post, cum Antiochus ad Magnesiam a Romanis et Eumene superatus esset, cui proelio Zeuxis interfuerat (Liv. XXXVII, 41, 1), hunc potissimum a rege legatum de pace missum esse (Polyb. XXI, 16, 4. 17, 9. 24, 1. Liv. XXXVII, 45, 5. 7). Neque ea opera, quam in hoc officio praestitit, Pergamenis displicuisse videtur, quippe qui eum pace reconciliata statuae honore affecerint (n. 236).

---

236 Tabula marmoris albi olim imposita basi statuae, eruta Pergami ad angulum meridionalem et occidentalem arae maximae. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 116 n. 189.

Ζεῦξιν Κυνάγου[1] | ὁ δῆμος.

Litterae volgares (etiam Ι Ξ) praeter Σ. Fines hastarum paullulum dilatati. Vs. 2 postrema littera reliquis aliquanto minor. 1 Cf. n. 235[2].

---

237 Stela marmoris caerulei fracta supra et infra, inaedificata quondam Iasi in pariete balinei aetatis Byzantinae, translata Londinium, ubi est in museo Britannico. Ed. E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 297 n. 174. Greek inscr. in the British Museum III, 1 p. 61 n. CCCCXLII (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 346 n. 467).

----ιο[--- τὴν | δημοκρ]α[τ]ίαν καὶ αὐ[τ]ονομίαν διαφυλάσσειν, γέγ[ρα|φε] πλεονάκις τῶι δήμωι[1] περὶ τούτων, ἀκόλουθα πράσσων |

Litterae volgares praeter ΠΣ. Hastae quae plerumque rectae sunt, hic aliquantulum incurvatae, ΘΟΩ reliquis litteris minores. 1 Iasensium. Eorum civitas per belli tempora, quod Philippus Demetrii f. Macedonum rex cum Romanis gerebat (200—197 a. Chr.), praesidio ab illo tenebatur, quod ut deduceretur pacis condicionibus definite constitutum est; cf. Polyb. XVIII, 44, 3. 4: τοὺς δὲ ταττομένους ὑπὸ Φίλιππον καὶ τὰς πόλεις τὰς ἐμφρούρους παραδοῦναι Φίλιππον Ῥωμαίοις πρὸ τῆς τῶν Ἰσθμίων πανηγύρεως, Εὔρωμον δὲ καὶ Πήδασα καὶ Βαργύλια καὶ τὴν Ἰασέων πόλιν, ὁμοίως Ἄβυδον Θάσον Μύριναν Πέρινθον, ἐλευθέρας ἀφεῖναι, τὰς φρουρὰς ἐξ αὐτῶν μεταστησάμενον. Neque vero Romani earum civitatium libertatem satis strenue tutati sunt. Certe iam anno 194 a. Chr. plerasque in Antiochi dicione fuisse ex Polybii XVIII, 47, 1 sqq. narratione intellegimus; cf. etiam XVIII, 50, 5: ὁ γὰρ Λεύκιος ὁ Κορνήλιος ἠξίου μὲν καὶ τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον ταττομένων πόλεων, ὅσας νῦν εἴληφε κατὰ τὴν Ἀσίαν, παραχωρεῖν τὸν Ἀντίοχον, τῶν δ' ὑπὸ Φίλιππον διεμαρτύρετο φιλοτίμως ἐξίστασθαι· γελοῖον γὰρ εἶναι τὰ Ῥωμαίων ἆθλα τοῦ γεγονότος

τῆι διὰ πατέρων ὑπαρχούσηι αὐτῶι πρὸς τοὺς Ἕλληνας ‖ εὐεργεσίαι[2], ὅ τε θεὸς ὁ ἀρχηγέτης τοῦ γένους τῶμ | βασιλέων[3] συνεγμεμαρτύρηκεν τῶι βασιλεῖ παρακα|λῶν μεθ' ὁμονοίας πολιτεύεσθαι· ὁ δὲ δῆμος ἔχων | ταύτην τὴν αἵρεσιν πολύ τι μᾶλλον μεθ' ὁμονοίας πολι|τευόμενος, τὰ μέγιστα ἀγαθὰ παρειληφὼς παρὰ τοῦ ‖ βασιλέως ταῦτα διατηρεῖ· ἵνα δὲ φανερὸν γένηται τῶι τε | βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ἣν ἔχει διάληψιν ὁ δῆμος | πρῶτομ μὲν ὑπὲρ βασιλέως μεγάλου Ἀντιόχου[4] καὶ | βασιλίσσης Λαοδίκης[5] καὶ τῶν τέκνων αὐτῶν, εἶ[τ]εν[6]

αὐτοῖς πολέμου πρὸς Φίλιππον Ἀντίοχον ἐπελθόντα παραλαμβάνειν. παρῄνει δὲ καὶ τῶν αὐτονόμων ἀπέχεσθαι πόλεων. Anno 190 a. Chr. praesidium Antiochi oppidum Iasensium tenuisse refert Livius XXXVII, 17, 3. Qui quod exules Iasenses tum in exercitu Romano fuisse narrat, solum vertere coactos quod a Romanorum partibus stetissent, eos optimates fuisse probabile est eiectos a popularibus qui Antiocho favebant, qui per speciem imperii popularis ab illorum machinamentis defendendi urbem, cuius αὐτονομίαν se defendere gloriabatur (v. 2), praesidio militari tenebat. Hicks. 2 Seleucidas praecipue in studio civitates Graecas augendi earumque libertatem tuendi aut restituendi se iactasse vides etiam n. 219, 5. 6. 222, 15. 16. 223, 9. 24. 26. 227, 2. 228, 6. 229, 10. 11. 3 Apollo. Cf. n. 219[18]. Ex eius oraculis hic de Didymeo potissimum cogitandum esse propter arctissimam necessitudinem, quae ei inde a Seleuci Nicatoris aetate cum illa stirpe regia intercedebat, omnium certissimum est. Cf. n. 213, 7. 214, 12. 227, 3 sqq. Appian. Syr. 56. Diodor. XIX, 90, 4. 4 Antiochus III (223—187 a. Chr.). 5 Laodice Mithridatis II Ponti regis filia, quam Antiochus in matrimonium duxit anno 221 a. Chr. (Polyb. V, 43, 1—4). 6 Supplevi. ΓΙ¯EN lapis, quod editores non attigerunt. Sed manifestum est hoc respondere illi πρῶτομ μὲν v. 12. Eandem formam pro usitato εἶτα habes Syll. 540, 150. 653, 31, item ἔπειτεν pro ἔπειτα 540, 85. 653, 28. 31. 32. ἔπειτε 660, 2, qui tituli omnes eius aetatis sunt quae est inter Alexandri Magni regnum et principum Romanorum imperium. V. Kühner-Blass Gr. Gramm. I, 1 p. 117. 2 p. 581.

---

238 Marmor infra fractum, in oppido *Karayuk-Bazar* in domo privata cuius dominus Zuppelilerin Suleiman. Ed. V. Bérard Bull. de corr. Hell. XV (1891) p. 556 n. 38. Cf. G. Radet de coloniis a Macedonibus in Asiam cis Taurum deductis p. 52. A. Schulten Hermae XXXII p. 531 sq. B. Haussoullier Revue de philologie XXV (1901) p. 24. Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 94. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 95 not. 4. p. 96 not. 5. J. P. Mahaffy The empire of the Ptolemies p. 492.

Οἱ ἐν τῆι περὶ Ἔριζαν[1] ὑπαρχίαι[2] | φυλακῖται[3] καὶ οἱ κατοικοῦντες[4] | ἐν Μοξουπόλει[5] καὶ Κριθίνηι[6] | Μην(ό)δ(ω)ρον[7] Ζή-

Litterae volgares praeter ΑΘΣ; notabiles antiquiores formae ΙΞ.
1 Cf. Liv. XXXVIII, 14, 1: *Tertio inde* (i. e. a Tabis) *die ad Casum amnem perventum; inde profecti Erizam urbem primo impetu ceperunt. ad Thabusion castellum imminens flumini Indo ventum est.* Ex qua itineris descriptione G. Cousin et Ch. Diehl Erizam prope hodiernum *Karayuk-Bazar* sitam fuisse collegerunt, id quod hoc titulo comprobatum est. Bérard. Praeterea cf. Plin. N. h. X, 124: *in Erizena regione Asiae.* Ptolemaeus Geogr. V, 2, 15 (p. 825, 8 Müller) post enumeratas Cariae urbes: καὶ δῆμος πρὸς τῇ Φρυγίᾳ Ἐριζηνοί (Ἐριζῆλοι codd.). Hierocles Synecd. p. 689: Σεβαστόπολις, Ἰασός, Ἔρεζος, Μαρκιανούπολις. Etiam nummos exstare cum titulo Ἐριζηνοί — Κάος (fluvius, qui apud Livium l. l. *Casus* est) monuit Ptolemaei editor. Coloniam ab Antiocho II Deo (261—246 a. Chr.) propter bellum, quod cum regibus Pergamenis gerebat, conditam suspicatur Schulten. 2 Hanc vocem idem ac σατραπείαν et postea apud Romanos ἐπαρχείαν significare Bérardus aliique opinati sunt. Sed cum ex n. 225, 36 appareat, ὑπάρχους subditos esse praesidibus satrapiarum (cf. illic not. 31), sequitur ut σατραπείαν quamque in plures ὑπαρχίας divisam fuisse statuamus. Ac perquam acute et probabiliter Appiani Syr. 62 narrationem de imperio Seleuci Nicatoris in septuaginta duas satrapias diviso re vera ad hyparchiarum numerum spectare coniecit Koehler. Quod vero hoc institutum Seleucidarum regni proprium hic invenimus, id certissimum argumentum est, a Schulteno, Niesio, Haussoulliero recte Erizam huius tituli tempore Seleucidis attribui, cum Bérardus et Mahaffyus Ptolemaeorum potius fuisse statuant. Etenim de regni Lagidarum satrapiis et hyparchiis nihil usquam legitur, neque eorum quae illi in Asiae oris et maris Aegaei insulis tenebant situs et condicio ea erat, ut tales provincias fuisse credibile sit. Cf. etiam not. 3. Accedit, quod Cabalida regionem mediterraneam inter Cariam Phrygiamque sitam unquam in Ptolemaeorum dicione fuisse neque usquam traditur neque per se veri simile est, id quod ipsum Bérardum non fugit. 3 De phylacitis Aegyptiis cf. n. 85[3]. Idem genus custodum securitatis publicae etiam in Seleucidarum regno fuisse certe multo minus improbabile est, quam Ptolemaeos regnum per hyparchias divisisse (not. 2), etsi hoc quidem unum quantum video in causa fuit, cur haec sub Lagidarum dominatione nonnulli incisa statuere mallent. 4 Cum κατοίκων ἱππέων in Aegypto appellatione (n. 128[5]) hoc contulit Bérard, negavitque simpliciter incolas significari; nam cur, si aliter res se haberet, non simpliciter Μοξοπολίτας appellari? At hoc facile expeditur, dummodo statuamus Μοξούπολιν et Κριθίνην non civitates fuisse, sed κώμας modo, quae haud raro voce latissime patente κατοικίαι vocantur. Quod alter locus nomine cum πόλις composito utitur, huic explicationi minime obstat. Cf. Thucyd. III 101, 2: καὶ Ὑαῖοι οὐκ ἔδοσαν ὁμήρους πρὶν αὐτῶν εἷλον κώμην Πόλιν ὄνομα ἔχουσαν. Xenophon Anab. VI, 6, 38: καὶ ἀφίκοντο ἑκταῖοι εἰς Χρυσόπολιν τῆς Καλχηδονίας. Greek papyri in the British Museum II p. 95 n. CLXXX, 18 κώμης Νειλουπόλεως. p. 184 n. CCLXXXVI, 14. 15

θου Ἀδραμ[υτ]τηνόν, ‖ τὸν ἐπὶ τῶν προσόδων[8], διὰ τὴν | πρὸς α[ὐτοὺς εὔ]νοιαν καὶ ------- | εα-------, θε[οῖ]ς [π]ᾶσιν.

κω[μῶν Νει]λουπόλεως καὶ Σοκνοπαίου [Νήσ]ου. p. 202 n. CCLXXXVIII, 3. 4 ἐν Νιλουπόλει. p. 278 n. CXL, 4 ἐν κώμῃ Ἑρ(μ)ουπόλει. n. CXLI, 4. 5 ἐν κώμῃ Ἑρμουπόλεως. p. 281 n. CCCCVI, 5 [ἀ]πὸ κώμης Ἑρμουπόλεως. Pagi Νείλου πόλις mentio etiam in papyris Berolinensibus perfrequens est. Schultenus militum coloniam interpretatur, quod per se fortasse non improbabile est, sed usus verbi κατοικεῖν profecto non sufficit ad eam sententiam comprobandam (cf. n. 229[13]). 5 Locus quod sciam ceteroqui ignotus. 6 ΚΡΙΘΙΝΗΙ Bér. maiusculis litteris, Κριθινίῃ idem maiusculis. Hoc quam illud ad errorem editoris revocare malim. 7 ΜΗΝΩΔΟΡΟΝ. 8 Appian. Syr. 45: Συρίας καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ἐθνῶν ἐγκρατῶς ἦρχε (Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανής), σατράπην μὲν ἔχων ἐν Βαβυλῶνι Τίμαρχον, ἐπὶ δὲ ταῖς προσόδοις Ἡρακλείδην, ἀδελφὼ μὲν ἀλλήλων, ἄμφω δὲ αὐτοῦ γενομένω παιδικά attulit Schulten. Vides hic quoque perbene convenire titulo cum Seleucidarum institutis, etsi hic quidem locus nullius momenti est in diiudicanda quaestione de qua verba feci not. 2. Nam ne a Lagidarum quidem regno illa officii publici appellatio aliena est. Cf. n. 179, 4. 194, 4. A. Peyron papyri mus. Taurin. I p. 24 n. I 1, 2. 3 ἐπιστάτου τοῦ περὶ Θήβας καὶ ἐπὶ τῶν προσόδων τοῦ νομοῦ. G. Lumbroso Recherches sur l'économie politique de l'Égypte p. 343.

---

239 Basis marmorea inventa Deli ante templum Apollinis. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 360 n. 1 (Syll.[1] 205. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 870 n. 1297).

[Β]ασιλέα [μέγαν] | Ἀντίοχο[ν[1]] | βασιλέως Σελεύκο[υ | Κ]αλλινίκου[2], ‖ [Μ]ακεδόνα[3], | [τ]ὸν α[ὐ]το[ῦ] σωτῆρα | [κ]αὶ ε[ὐ]ε[ργέ]την, | [Μ]ένιππος[4] . . . . ου | ἀνέ[θηκεν].

Litterae volgares. 1 A. 223—187 a. Chr. 2 A. 246—226 a. Chr. 3 Cf. Paus. VI, 3, 1: Μακεδόνα δὲ αὐτὸν ὁ Πτολεμαῖος ἐν τῷ ἐπιγράμματι ἐκάλεσε, βασιλεύων ὅμως Αἰγύπτου. X, 7, 8: ἔχαιρον γὰρ δὴ Μακεδόνες οἱ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενοι βασιλεῖς, καθάπερ γε ἦσαν. 4 Cf. Liv. XXXIV, 57, 6: *Menippus et Hegesianax principes regiae legationis* (quam a. 193 a. Chr. Antiochus Magnus Romam miserat) *erant.* 59, 3. 6. Syll.[2] 279, 4: Μένιππος ὅ τε παρ' Ἀντιόχου βασιλέως ἀποσταλεὶς πρὸς ἡμᾶς πρεσβευτής.

---

240 Tria fragmenta basis marmoris albi eruta Pergami in arce. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 112 n. 182.

Βασιλέ[α μέγαν Ἀντίοχ]ον[1] | [β]ασιλέως Σ[ελεύκου Καλλι]νίκου[2] | [Πρω]τᾶς Μεν[ίππου[3] νομ]οφύλαξ[4].

Litterae volgares praeter ΞΣ. 1 Cf. n. 239[1]. 2 Cf. n. 239[2]. 3 Vix huic homini quicquam necessitudinis intercesserit cum illo Menippo, quem habes n. 239, 8. Neque enim hominem Pergamenum tum ab Antiocho legatum Romam missum esse credibile est. 4 Civitatis Pergamenorum. Cf. n. 290, 4.

---

241 Delphis exscripsit Cyriacus, apud quem est p. XXVII n. 196. Ed. Muratori T. II p. DLXXXIX, 1 (Boeckh C. I. G. 1693. J. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschr. II p. 847 n. 2677). Cf. quae adnotaverunt F. Stähelin Geschichte der Kleinasiatischen Galater p. 19 not. 1. A. Nikitsky, Die geographische Liste der delphischen Proxenoi p. 11.

Ἀγαθὰ τύχα. Ἄρχοντος (Ξ)έ(ν)ωνος[1]. | ἐπειδὴ Δαμοκράτης καὶ Τιμασ(ίω)ν[2] κ(αὶ) Ἄθαμβο(ς) ὁ ἱ(ερ)εὺς[3] ἐξαποσταλέντες | θεωροὶ[4] ποτὶ τὸν (β)ασ(ιλῆ Ἀν)τ(ίο)χ(ον)[5] ἐπὶ τὰν ἐκκλησίαν ἀνάγγειλα[ν[6]] | περὶ Δικαιάρχου τοῦ Φιλωνίδα Λαοδικέος[7], ὅτι ἀνὴρ ἀγαθὸς

Apographa litterarum formas volgares praeter ΖΘΞΣ habent, sed nulla videtur eorum fides esse. 1 ΕΛΕΩΝ traditur. Simplicissima quidem est emendatio [Κ]λέων, quam Nikitsky unam veram esse et eis quae aliunde de Philonida et Dicaearcho Laodicensibus cognita haberemus confirmari pronuntiavit; itaque annum 168/7 a. Chr. esse, regem vero Antiochum IV Epiphanem, non Antiochum III Magnum. Non nego hanc sententiam gravibus rationibus commendari; at tamen mihi probari non potest propter Athambi sacerdotis nomen v. 2 emendatione omnino certa restitutum. Nam Cleonis archontis anno iam Amyntas et Tarantinus sacerdotes Apollinis Pythii fuerunt (H. Pomtow ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 2637). Quare aliam rei expediendae viam video nullam nisi ut, sane aliquanto violentiore mutatione, cum Pomtowio Philol. LIV p. 363 Xenonis Atisidae f., qui 189/8 a. Chr. n. in magistratu fuit (Syll.[2] 268, 104 sqq.), nomen reponatur. 2 ΤΙΜΑΣΝΙ. Emendare conatus sum. Τίμ(ω)ν Baunack dubitanter. 3 ΙΕΥΣ. Emendavit Pomtow l. l. monens Xenonis Atisidae f. magistratum in eam aetatem incidere, per quam Xeno et Athambus sacerdotes Apollinis fuissent. 4 Ad indicenda Soteria Delphorum. Cf. not. 29. 5 ΠΟΤΙ ΤΟΝΤΑΣΤΕΧ Cyriacus, quod Muratorius temere mutavit in ΠΟΤΙΤΑΤ ΤΟΝΤΕΣΤΑ. Emendavit Boeckh. Antiochus III Magnus (223—187 a. Chr. n.) est. Cf. not. 1. 6 ΑΝΑΓΓΕΙΛΑΙ. 7 C. I. Att. II, 605 decretum Eumolpidarum et Cerycum est, qui honoribus afficiunt Philonidam patrem cum filiis Philonida et Dicaearcho; minorem natu ex filiis eundem hominem esse

(δια)τε[λεῖ[8] ὢν ποτί τε] ‖ τὸ [ἱερ]ὸν καὶ τὰν πόλιν τῶν Δελφῶν καὶ περὶ πλείστου ποιείμενος | τὰν ποτὶ τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν εὔ(χρη)σ(το)ν (αὐτὸν[9]) παρασκευάζει | ἐν παντὶ καιρῶι καὶ κοινᾶι τᾶι πόλει καὶ ἰδίαι τοῖς ἐ(ν)τυγχανόν|τοις[10], (εἰς ἅ)[11] κά τις αὐ(τ)ὸν[12] παρακαλῇ, καὶ τοῖς ἀφικνουμένοις | Δελφῶν ποτὶ τὸν βασιλῆ⟨α⟩[13] Ἀντίοχον συνεργεῖ μετὰ πάσης ‖ προθυμίας (ὧν) κα⟨ι⟩[14] τυγχάνων(τι)[15] χρεί(α)ν[16] ἔχοντες, καὶ λέγει | καὶ πράσσει διὰ παντὸς παρὰ τῶι βασιλεῖ Ἀντιόχωι περὶ | τοῦ ἱεροῦ καὶ τᾶς πόλιος τῶν Δελφῶν, ἀγαθᾶι τύχαι, | δεδόχθαι (τ)ᾶι[17] πόλει τῶν Δελφῶν (ἐν) ἀγορᾶι (τελείῳ σὺμ ψ)άφοις[18] ταῖς | ἐννόμοις, ἐπαινέσαι Δικαίαρχον Φιλ(ω)νίδα[19] Λαοδικέα τῶν ‖ ποτὶ θαλάσσαι ἐ(π)ὶ[20] τᾶι εὐσ(εβε)ίαι[21] καὶ ἐπ(ὶ[22]) τᾶι λοι(π)ᾶι[23] προ(α)ιρέσει[24] ἂν | ἔχων τυγχάνει ποτί τε τὸ ἱερὸν καὶ τὰν πόλιν τῶν (Δελφῶν, καὶ ὑπάρχειν[25]) αὐτῶι (κ)[αὶ[26] ἐγγόνοις παρὰ τᾶς πόλιος] | θεωροδοκίαν[27] τῶν (τ)ε[28] Πυθίων καὶ Σω-

---

apparet cuius laudes hic praedicantur. Utriusque fratris nomen redit in laterculo secundum regiones et civitates digesto, quem proxenorum Delphorum esse evicit Nikitsky p. 22 sqq., cum Pomtow probantibus Wilhelmo, Homollio, Baunackio θεαροδόκους potius esse statuisset. Cf. Gr. Dialekt-inschriften II 2580 B 105 sqq.: ἐν Λαοδικείαι τᾶι π[οτὶ θαλάσσαι Φιλωνί]δας Φιλωνίδα καὶ ὁ ἀ[δελφὸς] Δικαίαρχος Φιλωνίδα. Cf. etiam not. 27. 8 ΑΓΑΘΟΣΤΕ. 9 ΕΥΠΑΣΣΟΝΠΑΡΑΣΚΕΥΑΖΕΙ Cyr., ΕΥΠΡΑΣΣΩΝΠΑΡΑΣΚΕΥΑΖΕΙ Mur., quem pro arbitrio lectionem emendasse apparet. Quare nolim assentiri Baunackio α[ὐ]σω[τὸ]ν emendanti, nam Ω videtur Muratorii commentum esse. 10 ΕΥΤΥΓΧΑΝΟΝ|ΤΟΙΣ Cyr. In fine versus ΩΝ Murat., cuius discrepantes lectiones omnes enotare operae pretium non videtur. 11 Hae voces in apographis non sunt. Supplevit Boeckh. 12 ΑΥΖΟΝ. 13 βασιλῆα retinuit Boeckh, contra dialecti leges. 14 ΠΡΟΘΥΜΙΑΣΚΑΙ. 15 ΤΥΓΧΑΝΩΝ. 16 ΧΡΕΙΗΝ. 17 ΚΑΙ. Emendavit Boeckh. 18 ΑΓΟΡΑΙΑΦΟΙΣ lacunis non indicatis, ut ubique per totum titulum. 19 ΦΙΛΟΝΙΔΑ. 20 ΕΙ. 21 ΕΥΣΩΣΙΑΙ. 22 ΕΡ. 23 ΛΟΙΓΑΙ. 24 ΠΡΟΔΙΡΕΣΕΙ. 25 Lacuna a Cyriaco et Muratorio non indicata. Cf. not. 18. 26 ΑΥΤΩΙΣ. 27 Quod Baunackius miratur, hic Dicaearchum θεωροδόκον fieri anno 189 a. Chr., ac tamen anno fere 173 eum iterum inter θεωροδόκους Delphorum recenseri cum fratre (not. 7), nodum in scirpo quaesivisse mihi videtur. Non magni momenti est, quod id argumentum rectius de proxenia, quae hic item ei decernitur, quam de theorodocia proferretur secundum ea quae Nikitsky de illo laterculo indagavit. At utut hoc est, manifesto catalogus per regiones dispositus non eos continet, quibus tum ipsum hic honos decretus sit, sed omnes qui tum eo fruebantur, etiamsi iam aliquot decenniis ante in eos delatus esset. Quod clarissime elucet ex exemplis Xenonis Xenonis f. Cassandrensis, cuius nomen illic deprehendit Nikitsky p. 7, cum

τηρίων[29]. εἶμεν δὲ | αὐτὸν καὶ πρόξενον καὶ εὐεργέταν ⟨ιον⟩ τοῦ ἱεροῦ καὶ | τᾶς πόλιος τῶν Δελφῶν, καὶ ὑ(π)ά(ρχε)ιν[30] αὐτῶι προμαντείαν, ‖ προδικίαν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν πάν(των, προεδρ)ίαν[31] ἐμ π(άντο)ις[32] τοῖς | ἀγώνοις (οἷς)[33] ἁ π⟨ρ⟩όλις (τίθητι[34],) καὶ τἆλλα τ(ίμ)ι(α)[35], (ὅ)σα[36] καὶ τοῖς | ἄλλοις προξένοις καὶ ε(ὐ)-ερ(γέτα)ις[37] (ὑπ)ά(ρχ)ει[38] παρὰ τᾶς πόλιος.

ex Syll.[2] 268, 181 discimus eum iam anno 187/6 a. Chr. n. proxeniae honore affectum esse, et Onasimi Epicratidis f. Pellaei (Nikitsky l. l. coll. 268, 103, a. 190/89 a. Chr.). Quare cui a. 189/8 proxenia decreta sit, eum in illo laterculo recenseri nihil habet miri. Multo gravior est Nikitskyi argumentatio, qui ad annum 168/7 descendit. Quod cur probare nequeam exposui not. 1. Neque quod Philoniden et Dicaearchum etiamtum Antiochi Epiphanis aetate floruisse demonstratum est, eo efficitur hunc titulum anni 189/8 a. Chr. esse non posse, quippe qui ab Epiphanis regni initio non distet plus quam tredecim annis, ita ut hominem eundem et tunc Antiocho Magno et postea Epiphani utilem operam praestitisse nulla ex parte incredibile sit. 28 ΤΩΝΔΕ. 29 De Soteriis Delphicis cf. Syll[2]. n. 206[11]. 691[1]. Nam iniuria Boeckhium de feriis tum temporis Antiochiae ad Daphnen institutis, ad quae Delphorum civitas theoros miserit, interpretari monet Staehelin. 30 ΥΓΑΙΝ. 31 ΓΑΝΙΑΝ lacuna non indicata. 32 ΕΜΠΡΑΣΕΙΣ. 33 Pronomen propter terminationem proximi nominis omissum in exscribendo. 34 ΑΠΡΟΛΙΣΣΥΝ. 35 ΚΑΙΤΑΛΛΑΤΟΙΣ. 36 ΩΣΑ. 37 ΕΤΕΡΟΙΣ. 38 ΚΑΙΣΕΙ.

---

242 Fragmentum stelae marmoris albi inventum Ephesi a Woodio et in museum Britannicum illatum. Ed. E. L. Hicks Greek inscr. in the British Museum III, 2 p. 149 n. CCCCLXXXV.

[Κυ]μαί[ων][1] |.

[Βασιλεὺς Ἀν]τίοχος[2] Ἐφεσίων[3] τῆ[ι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι

Litterae volgares praeter ΘΟ reliquis minores et Φ. Primus versus maioribus litteris exaratus et vacuo unius versus spatio a reliquis separatus. 1 Sic potius supplendum videtur quam [Περὶ Κυ]μαί[ων], quod dubitanter proposuit Hicks. Cf. Syll.[2] 33, 1 Μεθωναίων ἐκ Πιερίας. 49, 2 Νεοπολιτῶν τῶμ παρὰ Θάσον. 91, 2 Μυτιληναίων. 115, 2 sqq. [Ν]εοπολι[τῶν Δη]μοσθένους τοῦ Θεοξ[ένου, Δι]ο[σκ]ουρίδου τοῦ Ἀμειψ[ίου]. 151, 1 [Εὐδήμ]ου Πλαται[έως]. Quibus locis omnibus mero genetivo indicantur quorum de rebus decernitur, non qui decernunt, ut Syll.[2] 279, 1 Ῥωμαίων et alibi. 2 Unum ex tribus primis Antiochis has litteras dedisse certum, quis potissimum fuerit perquam dubium est. Ut ad Antiochum I Sotera aut Antiochum II Deum referamus litteratura suadet, quae priori parti tertii a. Chr. n. saeculi si

χαίρειν· οἱ ἀφι|κόμενοι π]ρὸς ἡμᾶς Κυμαῖοι[4] πρότερ[ον ------ --------------- καὶ νῦν ---- | ------] ἡμῖν ὢν ἰδιόξενος ἐμφα[νίζει ------------------------- ‖ -----μὴ κ]αθυστερεῖν καὶ μηδεμία[ν------].

quid video melius convenit quam secundi initio. Contra in argumento, quantum de eo iudicari patitur mutila lapidis condicio, sane aliqua sunt quae in Antiochi III Magni aetatem, de qua Hicksius interpretatur, haud male quadrent. Atque Hicksius quidem hieme 192/1 a. Chr. Chalcide Euboeae missam statuit epistulam. 3 Ephesum per tempora belli quod Antiochus contra Romanos gerebat stationem classis regiae et omnino praecipuam sedem copiarum eius per Asiae minoris partes occidentales fuisse docet Livii narratio XXXVII, 10, 10. 11. 11, 2. Hicks. 4 Cymaeos cum Ephesiis discidia habuisse ideoque cives quosdam questum ad regem misisse, quorum precibus permotus ille has ad Ephesios litteras dedisset perquam probabiliter coniecit Hicks. Quare si modo ille omnino recte titulum Antiochi III aetati vindicavit (not. 2), utique ante Cymaeorum ad Romanos defectionem (cf. Liv. XXXVII, 11, 15. XXXVIII, 39, 8), quae post cladem a rege ad Thermopylas acceptam (191 a. Chr. n.) accidit, hae litterae scriptae sunt.

243 Calymnae. Ex apographo, quod miserat Biliotti, ed. E. Loewy Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VII (1883) p. 135 n. 69 (P. Müllensiefen ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III p. 305 n. 3566 *a*).

Ἔδοξε τᾷ βουλᾷ καὶ τῶι | δάμωι τῶν Καλυμνίων, | γνώμα προστατᾶν· ἐπειδὴ | Μενέλαος Μενεκράτευς ‖ Ῥόδιος[1], φίλος ὢν τοῦ βασιλέως | Ἀντιόχου[2], εὔνοός ἐστι τῶι | δάμωι τῶν Καλυμνίων καὶ | πολυ(ω)ρεῖ[3] πάντων τῶν πολιτ(ᾶ)ν[4] | ------- ---- ‖ -------- Ἀθηναίων | --------

Litterae volgares praeter ΞΣ. 1 Menelaum quendam ab Alexandrinis ad Antiochum XIII Asiaticum legatum apud Porphyrium (C. Müller Fragm. hist. Gr. III p. 716 fr. 26) commemorari observavit Loewy. Quem tamen hic significari neutiquam credibile mihi videtur. Nam neque Alexandrinos Rhodio homine legato usuros fuisse existimo, neque litteratura tituli illi aetate convenit. Quare potius ei tempori, quo Calymnii et Rhodii etiamtum regni Seleucidarum vicini erant, titulum vindico, ut unus ex tribus primis Antiochis intellegatur. 2 Cf. not. 1. 3 ΓΟΛΥΘΡΕΙ. Emendavit Müllensiefen. 4 ΓΟΛΙΤΩΝ. Emendavit Müllensiefen non improbabiliter, etsi volgaris flexio potest etiam ad lapicidae incuriam referri, qui simili inconstantia v. 10 Ἀθηναίων exaravit.

244 Lapis fractus a superiore parte, inscriptus litteris neglegenter et non profunde incisis ideoque lectu paullo difficilioribus, inventus Daphnae prope Antiochiam (*Beit-el-mâ*) in horto, translatus in museum societatis orientalis Americanae. Ed. Hadley Journal of the American Oriental Society VI (1860) p. 550 (G. F. Schoemann Philologus XVII p. 345. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 2713 *a*).

---------- δ . . . λι . . ιεν . ηπιμ[-------------------- | τ]ῆς εἰς ἡμᾶς[1] καὶ τὰ [π]ράγ[μ]α[τα δ]ια[θ]έσ[εω]ς[2] [π]ο[λ]|λὰς καὶ μεγάλας ἀποδε[ίξ]εις [π]εποίη]μένον | ἐκτενῶς καὶ οὔτε τῆς [ψυχ]ῆς[3] ο[ὔτ]ε τῶν ὑπα[ρ]‖χόντων[4] πεφεισμένο[ν] εἰς τὰ ἡμῖν συμφέροντα, | διεξαγηοχότα δὲ κα[ὶ τὰ[5]] ἐγχειρισθέντα αὐτ[ῶι[6]] | ὡς ἦν προσῆκον, καὶ κατὰ τὰ λοιπὰ ἀγόμενον | [ἀ]ξίως τῶν προϋπηργμένων ἐ[ξ] αὐτοῦ εἰς τὰ π[ρά]|γματα, ἠβουλόμεθα μὲν ἔτ[ι] συνέχειν[7] συμ‖πράσσοντα ἡμῖν πολλά · [ἀ]λ[λ᾽][8] αὐτοῦ προφερο|μένου τὴν περὶ τὸ σῶμα [γε]γενημένην[9] ἀσθέ|νειαν διὰ τὰς συνεχεῖς κακο[π]αθίας[10], ἀξιοῦ[ν]|τός[11] τε ἡμᾶς ἐᾶσαι αὐτὸν ἐφ᾽ ἡσ[υ]χίας

Litteras ΘΞΠΣ exhibet Hadley, cui sane non existimo de formis litterarum multum fidei habendum esse, quandoquidem typis volgaribus maiusculis qualibus in scriptorum editionibus uti solemus titulum exprimendum curavit. 1 Epistula est Antiochi III Magni data sub finem regni (not. 32) ad aliquem ex supremis regni magistratibus (not. 22) de hominis cuiuspiam, cuius nomen ignoramus, de regno optime meriti honoribus. 2 ΚΑΙ ΤΑ . ΡΑΓ . Α . ΙΑΦΕΣ \ ΣΙΟ \ lapis ex Hadleyi testimonio. Hic suppleverat [σ]αφεσ[τάτα]ς [π]ολλὰς καὶ μεγάλας, sed recte monuit Waddington, non solere his πολλοὶ καὶ μεγάλοι praemitti aliud adiectivum ideoque reposuit [δι]αθέσ[εως] medela lenissima, siquidem Θ et Φ facillime confundi potuisse in propatulo est. 3 ΤΗΣΥ . [Κ]ΗΣ H. 4 ΥΠΑΕ|ΧΟΝΤΩΝ H. 5 In Hadleyi exemplo ΚΑ . ΕΓΧΕΙ est, unius modo litterae spatio inter Α et Ε vacante. Sed recte articulum supplevit ipse H., quo nullo modo careri potest. 6 ΑΥΤΟ H. 7 ΕΤΕ . ΣΥΝΕΧΕΙΝ lapis. Hadley exhibet ἔτε[ι], quod sine dubio adverbium ἔτι perperam per diphthongum scriptum esse volt, nam dativo nominis ἔτος hic nullum locum esse patet. Quod contra Waddington ἔτ[η] supplevit, coniungendum illud quidem ratus cum πολλά. At etsi ΕΙ pro correpta vocali Ι incisum tam antiquo tempore habet quo offendaris, tamen quin Hadleyius verum viderit nullus dubito. Nam notione 'etiam', 'amplius' hic aegre careas, cum multorum annorum mentio minime quidem abhorreat a sententia, sed tamen non necessaria sit. πολλά vero substantive usurpatum, ut obiectum sit verbi συμπράσσοντα, nihil habet offensionis. 8 . ΙΛ . ΑΥΤΘΥ H. 9 Σ . [Γ]ΕΝΗΜΕΝΗΝ H. 10 ΚΑΚΟΤΑΘΙΑΣ. Ceterum cave haec τὴν γεγενημένην ἀσθένειαν διὰ τὰς κακοπαθίας in tautologiae crimen incurrere existimaveris. Nam nomine κακοπαθία Graeci inferioris aetatis frequenter utuntur non tam de malis, quibus quis afflictatur,

γενέ[σ|θ]αι[12] ὅ[π]ως[13] τὸν ἐπίλοιπον χρόνον τοῦ β[ί]ου[14] [ἀδι||α]σπάστως ἐν εὐσταθεία[ι] τοῦ σώματος γέ||[ν]ηται, συμπεριηνέχθημεν [θ]έ[λ]οντες[15] καὶ ἐ[ν | τ]ούτοις φανερὰν ποιεῖν ἣν ἔ[χ]ομεν[16] πρὸ[ς | αὐ]τὸν αἵρεσ[ι]ν. ἵνα μὲν οὖν κα[ὶ] εἰς τὸ [λ]ο[ι|π]ὸν[17] τυγχάνηι πάντων τῶν εἰς τιμὴν κ[αὶ || δ]όξαν ἀνηκόντων, ἡμῖν[18] ἔστα[ι][19] ἐπιμελ[ές, | ἐ]πειδή, τῆς ἀρχιερωσύνης τοῦ Ἀπόλλωνο[ς| κ]αὶ τῆς Ἀρτέμιδος τῶν Δα[φναί]ων[20] καὶ τῶ[ν] | ἄλλων ἱερῶν ὧν τὰ τεμένη ἐστὶν ἐπ[ὶ] | Δάφνης προσδεομένης ἀνδρὸς φίλου, || [δυ]νησομένου δὲ προστῆνα[ι] ἀξ[ί]ως τῆς [ὑ]||πὲρ τοῦ τόπου σπουδῆς ἣν ἔσχον ο[ἵ] τ[ε | πρό]γονοι καὶ ἡμεῖς καὶ τῆ[ς] ἐ[ξ] ἡμῶν πρὸς τὸ θεῖον | εὐσεβείας, ἀποδε[δ]είχαμ[ε]ν αὐτὸν ἀρχ[ι]|ερέα τούτων πε[πει]σ[μέ]νοι[21] τὴν περὶ τὰ ἱερ[ὰ] || ἐξαγωγὴν μάλιστ' ἂν διὰ τούτου συν|τελεσθήσεσθαι δεόντως. σύνταξον [οὖν[22]] |

---

quam de negotiis laboriosis et molestis, quae in se suscipit. Cf. n. 339[13]. 11 ΑΞΙΟΥΙ|ΤΟΣ. 12 ΟΑΙ. 13 ΟΓΩΣ. 14 ΒΟΥ. Deinde ΛΓ (pro ΑΔ litteris initialibus vocabuli ἀδιασπάστως). 15 ΘΕΑΟ[Ν]ΤΕΣ H. 16 ENOMEN. 17 ΑΟ.|.ΟΝ. 18 Hoc in lapide esse, cum Schoemannus ὑμῖν emendare conatus esset, definite asseveravit Hadley Journal of the American Oriental Society VII 1861 p. XLIV. Neque id quicquam offensionis habet; immo multo accommodatius est sententiae quam ὑμῖν, praesertim cum ad unum hominem datae sint hae litterae (cf. not. 22). 19 ΕΣΤΑ, nulla post Α lacune significatione, H. 20 ΔΑΙΤΤΩΝ Hadley, qui δαιτ[ρ]ῶν emendat. At hoc cognomen deorum omnino incredibile est, quare Schoemannus emendavit Δα[φναί]ων, quod ut in re incertissima tamen retinendum existimavi. Sane Hadley Journ. Am. Or. soc. VII 1861 p. XLIV ΔΑΙΤΤΩΝ quidem lectionem certam non esse concedit, sed ΔΑΦΝΑΙΩΝ non fuisse asseveravit. Quo testimonio fretus Waddington Δ[ιδύμ]ων restituit. At hoc cum etiam magis discrepet a ΔΑΙΤΤΩΝ, quam illud quod Schoemannus posuit, et cum Hadleyus quinam litterarum ductus certo in lapide agnoscantur non indicaverit, malo cognomen deorum quod certe de Apolline testatum habemus (cf. C. Wernicke ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 46) retinere quam vocabulum recipere, quod appellative quidem de Apolline et Diana usurpari potuisse apparet, sed ἐπικλήσεως sollemnis vicem quod sciam nusquam gerit. Etenim Διδυμεύς, a loco ubi colebatur Apollo derivatum, alius generis esse sponte patet. 21 ΠΕΓ..Σ..ΝΟΙ. 22 Supplevi. ΣΥΝΤΑΞΟΝ in lapide esse definite affirmat Hadley Journ. Am. Or. soc. VII 1861 p. XLIV. Atque ipse quidem satis habebat σύνταξον scripsisse sine supplemento, sed ex positura litterarum, qualis in ipsius exemplo maiusculo est, aliquot litteras in fine periisse iure meritoque colligas. Quare Waddington quidem συντάξον[τες] scripsit, monens hanc vocem futurum tempus habere ut ἔσται paullo ante (v. 20) et ab eo pendere infinitivos καταχωρίζειν — προτιμᾶν — συνεπιλαμβάνεσθαι. Atque hoc quidem de infinitivis manifesto verum est, participium vero futuri satis incommode se habet.

ἔν τε τοῖς χρηματισμοῖς[23] καταχωρί[ζ]ειν[24] | αὐτὸν ἀρχιερέα τῶν δεδηλωμένων ἱερῶν | καὶ προτιμᾶν τὸν ἄνδρα ἀξίως τῆς ἡμε‖τέρας κρίσεως, καὶ ἐὰν εἴς τινα παρακαλ[ῆι] | τῶν ἀνη[κ]όντων[25] εἰς ταῦτα, συνεπιλαμ|βάνεσ[θ]αι[26] τούς τε πρὸς τοῖς ἱεροῖς γινομ[έ]‖νους καὶ τοὺς ἄλλους οὓς καθήκει π[ει]|θαρχεῖν[27] αὐτοῦ[28], συστῆσαι παραγγεί[λ]α[ν]‖τας[29] ὑπακούειν [π]ερὶ ὧν ἂν γράφ[ηι] ἢ[30] σ[υ]ντά[σ]‖σηι[31], ἀναγραφῆναι δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς | τὸ ἀντίγραφον εἰς στήλας καὶ ἀναθεῖν[αι] | ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις τόποις. | δκρʹ[32], Δίου[33] ιδʹ.

Nam supra quidem, ubi rem aliquam sibi in posterum quoque curae futuram pollicetur rex, futurum recte ponitur, sed hic cur ea quae deinde singillatim perscribuntur se imperaturum promittat potius quam statim imperet non intellegitur. Adde quod hoc participio inserto admodum molesta fit enuntiati conformatio. Addidi igitur particulam consecutivam, qua careri sane non potest, quia hic nova incipit periodus. Nam ἐπειδὴ — ἀποδεδείχαμεν αὐτὸν ἀρχιερέα non huius apodoseos protasin esse, sed a priore enuntiato ἡμῖν ἔσται ἐπιμελές pendere inde apparet, quod aliter necessario post ἐπειδὴ particula δὲ aut γὰρ aut οὖν inserenda fuit. Ad aliquem ex supremis magistratibus litteras datas esse manifestum est. 23 Cf. n. 56, 22. 224[13]. 24 ΡΙΞΕΙΝ H. 25 ΑΝΗΡΟΝΤΩΝ H. 26 ΣΟΑ[Ι] H. 27 ΠΙ |ΘΑΡΧΕΙΝ. 28 Eadem huius verbi structura, scriptoribus quod sciam omnino ignota, redit in epistula Darei regis Syll.[2] 2, 5 sqq. πυνθάνομαι σὲ τῶν ἐμῶν ἐπιταγμάτων οὐ κατὰ πάντα πειθαρχεῖν. Illic not. 5 eam ab Ionum potissimum consuetudine repetivi, quoniam simillima locutio πείθεσθαί τινος apud scriptores Ionicos occurreret. 29 ΠΑ[ΡΑ]ΓΓΕ[ΙΑ]Α. |ΤΑΣ H. 30 [Γ]ΡΑ[Φ]ΙΙΙ H. 31 ΣΙΝΤΑ. |ΣΗΙ. 32 Annus aerae Seleucidarum centesimus vigesimus quartus 189/8 a. Chr. n. est. 33 Primus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Pyanepsioni, Romanorum fere Octobri.

---

245 Seleuciae Pieriae. Ed. Pocock. Inscr. antiq. c. I p. 4. 18 (J. Franz C. I. G. 4458). Cf. quae adnotaverunt U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2470. B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 679 not. 3.

Litterae volgares praeter ΖΘΞΠΣ, si modo apographo credere licet. Hic illic singulae, binae, quaternae litterae minore modulo exaratae interponuntur a Pocockio, quae ab eo coniectura suppletae videntur. Laterculus est sacerdotum annuorum per singulos deinceps annos continuatus, ex quo non exstant nisi duorum annorum recensus ac ne hi quidem integri. De tempore cf. not. 1. 13.

[ἔτους --------------]
καὶ ἑκατοστοῦ[1]
ἱερεῖς·
Διὸς Ὀλυμπίου
καὶ Διὸς Κορυφαίου[2]
Νικήρατος Νικηράτου
Ἀπόλλωνος τοῦ ἐπὶ Δά[φν]ῃ[3]
Καλλικλῆς Διογέν[ους]
Ἀπόλλωνος[4]
Ζηνόβιος Ζήνωνος
Σελεύκου Διὸς
Νικάτορος[5] καὶ Ἀντιόχου
Ἀπόλλωνος Σωτῆρο[ς][6]
καὶ Ἀντιόχου Θεοῦ[7]
καὶ Σελεύκου ‖ Καλλινίκου[8]
καὶ Σελεύκου Σωτῆρος[9]
καὶ Ἀντιόχου[10] καὶ
Ἀντιόχου Μεγάλου[11]
[Δι]ογέν(η)ς[12] Ἀρτέμωνος
[Βασι]λέως Σελεύκου[13]
[Εὐ]κράτης Ἀναξίωνος
[σκηπ]τροφόρος
[---------- Δ]ημητρίου

[ἔτους --------------]
καὶ ἑκατοστοῦ[14]
ἱερεῖς·
Διὸς Ὀλυμπίου[15] [καὶ]
τῶν θεῶν τῶν
Σωτήρ[ων][16] καὶ Διὸς
Κο[ρυφ]αίου[17]
Ἄ[νδ]ρων Φιλόφ[ρονος]
Ἀπόλλ(ω)νος[18]
Θεόφιλος Ἀντ-------
Σελεύκου Διὸς
Νικάτορος καὶ Ἀντ[ιόχου]
Ἀπόλλωνος Σωτῆρος
καὶ Ἀντιόχου Θεοῦ
καὶ Σελεύκου Σωτῆ[ρος][19]
καὶ Ἀντιόχου καὶ
Ἀντιόχου Μεγάλου
Ἀριστία[ς] Ὁμ(ή)[ρου][20]
τοῦ Ἀριστάρ[χ]ου[21]
Βασιλέως Σελεύκου
Νουμή(νι)ος[22] Νου[μηνί]ου
[σ]κηπτροφόρος
Θόας (Π)υθοκλέ(ου)ς[23]
κεραυνοφόροι
Ἱέρων Σώ(ζ)ον[τος][24]
[Ἰάτρ]ω[ν Ἰα]τρα(γ)όρου.[25]

---

1 Annum aerae Seleucidarum et hic et v. 24. 25 scriptum fuisse apparet. Atque hic quidem neque minor numerus quam 101 (212/1 a. Chr. n.) neque maior quam 198 (115/4 a. Chr.) fuisse potest. Sed multo arctioribus terminis ea re continetur numerus, quod Seleuco IV Philopatore regnante titulum exaratum esse cognitum est (cf. not. 13). Franz. 2 Cf. Polyb. V, 59, 3. 4: τὴν δὲ τῆς Σελευκείας θέσιν καὶ τὴν τῶν πέριξ τόπων ἰδιότητα τοιαύτην ἔχειν τὴν φύσιν συμβαίνει. κειμένης γὰρ αὐτῆς ἐπὶ θαλάττῃ μεταξὺ Κιλικίας καὶ Φοινίκης ὄρος ἐπίκειται παμμέγεθες, ὃ καλοῦσι Κορυφαῖον. Franz. 3 Cf. n. 244, 22. C. Wernicke ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 46. 4 Mireris et hic et proximo anno (v. 32) sacerdotium recenseri, quod simpliciter Apollinis esse dicatur sine cognomine aut loci appellatione. Quod cum proximo loco ante regum sacerdotes recenseatur, nescio an ad sacra pertineat quibus Seleucidae Apollinem ut sui generis auctorem prosequebantur (cf. n. 219[18]). 5 Seleucus I Nicator (306—280 a. Chr. n.). In eius nummis Iovis imaginem frequentem esse, ut non mirum sit ipsum regem hic Iovem

appellari observavit Franz. Cf. R. S. Poole Catalogue of Greek coins in the Brit. Mus. Seleucid Kings of Syria p. 1 sqq. n. 4. 5. p. 2 n. 6. 7. n. 17—23. 6 Antiochus I Soter (280—261 a. Chr. n.). De Apollinis effigie in eius nummis plerisque expressa (Cat. of Greek coins. Sel. Kings p. 8 sqq. n. 2—34) monuit Franz. Eam sane etiam successores retinuerunt. 7 Antiochus II Deus (261—246 a. Chr. n.). 8 Seleucus II Callinicus (246—226 a. Chr. n.). 9 Seleucus III (226—223 a. Chr. n.), Callinici filius et successor, Antiochi III Magni frater natu maior. Cognomen solenne Σωτήρ ex hoc demum titulo innotuit. Nam nummi omnino carent cognomine (Cat. of Greek coins. Seleucid Kings p. 22 n. 1—13) itemque Polybius IV, 48, 6 et Appianus Syr. 66. Cognominis Κεραυνός unus mentionem facit Eusebius Chron. I p. 253, 9 Schoene (vers. Armen.): *succeditque illi* (Seleuco Callinico) *filius eiusdem Alexandrus, qui Seleucum semetipsum nuncupavit, Keraunus tamen ab exercitu appellabatur*. Quae verba ipsa indicant, neutiquam sollenne cognomen in sacris usurpatum hoc esse. 10 Cum Antiochus quidam medius inter Seleucum III Sotera et Antiochum III Magnum interpositus esset, Droysenus Gesch. des Hellenismus III, 2 p. 121 not. 3 illum morientem filium impuberem reliquisse coniecit; qui cum per brevissimum tempus regnasset, a patruo Antiocho III necatum ei aditum ad regnum patefecisse. Eidem vindicandos esse nummos Antiochi regis nomen et imaginem infantis exhibentes. Probant Babelon, Rois de Syrie p. LXXIV sqq. R. S. Poole Catalogue of Gr. coins Seleukid Kings p. XXXIV. p. 24 n. 1—6. B. Niese, qui tamen in addendis retractavit. Verum primus vidit A. von Gutschmid, Gesch. Irans p. 34 not. 3. Qui quin recte ad Antiochi III Magni filium natu maximum, qui anno 193 a. Chr. n. defunctus est (Liv. XXXV, 15, 2), hunc tituli locum rettulerit, post titulos Magneticos n. 232. 233, qui eum regio quoque nomine usum esse demonstrant, erutos nulla ex parte iam dubium est, ut observaverunt Kern, Wilcken, Niese. In defunctorum regum numero, quibus sacra fiunt, recte ante patrem recensetur, quia ante illum decessit. 11 Antiochus III Magnus (223—187 a. Chr. n.). 12 ΔΙΟΓΕΝΕΙΣ. 13 Seleucus IV Philopator (187—175 a. Chr. n.), Antiochi III filius post Antiochum qui ante patrem obierat (not. 10) natu maximus. Eo regnante titulum incisum esse cum inde, quod suum sacerdotem habet, qui excipit sacerdotem regum priorum divinis honoribus affectorum, tum ex regis appellatione, quae ei uni inter omnes tribuitur, apparet. Fr. 14 Cf. not. 1. 15 Cf. v. 3. 16 Quod hi inter Iovem Olympium et Iovem Coryphaeum inseruntur non videtur de mutata huius sacerdotii condicione intellegendum esse, sed praestat in prioris anni fastis verba καὶ τῶν θεῶν τῶν Σωτήρων mera neglegentia omissa statuere. Cf. not. 19. 17 Cf. not. 2. 18 ΑΠΟΛΛΟΝΟΣ. Cf. not. 4. 19 Quin verba Καλλινίκου καὶ Σελεύκου propter ὁμοιοτέλευτον omissa sint nemo dubitabit; qui error nescio an Pocockio potius quam lapicidae vitio vertendus sit. 20 ΑΡΙΣΤΙΑΛΟΜΕ... Pococke, cuius lectionem lenissima medela emendare et supplere conatus sum. Ἀριστία[ς Κλε]ομέ[νου] Franz, id quod spatii rationibus non convenit. 21 ΑΡΙΣΤΑΡΚΟΥ. 22 ΝΟΥΜΗΦΟΣ. 23 ΝΥΘΟΚΛΕΩΣ. 24 ΣΩΤΟΝ. 25 Ο... ΤΡΑΠΟΡΟΥ Pococke. Supplere conatus sum. Priores editores non attigerunt.

246 Basis marmorea exigua inventa Tei. Ed. G. Hirschfeld Archäol. Ztg. XXXIII (1876) p. 26 not. 22.

Θεοῦ Σελε[ύ]κου[1]
Καὶ Ἀντιόχου Μεγάλο[υ[2]]
Καὶ Ἀντιόχου Σωτῆρος[3] καὶ
Σελεύκου θεοῦ[4] καὶ
[Ἀν]τιόχου θεοῦ[5] καὶ
Σελεύκου θεοῦ[6] καὶ
[Ἀ]ντιόχου Μεγάλου[7] καὶ
[Ἀ]ντιόχου θεοῦ[8] καὶ
[Σ]ελεύκου θεοῦ[9] καὶ
[Ἀ]ντιόχου θεοῦ Ἐπιφανοῦς[10]

Litterae ΑΘΣ; πῖ v. 10 Γ est, v. 14 Π. 1 Etsi Seleucidarum defunctorum nomina hic similiter enumerantur ac n. 245, 10—18. 34—40, tamen ratio ac natura horum titulorum neutiquam eadem est. Nam cum hic lapis ab omnibus partibus integer esse videatur praeter inferiorem, non sacerdotii divorum regum hic mentionem fieri ut illic in propatulo est. Immo opus nescio quod sustinuisse videtur haec basis, quod illis dedicatum erat. Iam quia haec dedicatio non ad sacra solennia regni pertinebat, sed privatim ab homine Graeco in oppido Teiorum facta erat, non mirum eum egregia quidem pietate regiam domum prosecutum esse, sed nequaquam ab omni parte accuratam notitiam de eius rebus, quae antiquiorum temporum fuissent, et de singulis qui in numerum deorum recepti essent regibus habuisse. Cf. not. 2. 4. 6. Qui ordinem ducit, sine dubio est Seleucus I Nicator, auctor stirpis regiae (306—280 a. Chr. n.). In hoc solo θεοῦ non subiungitur proprio nomini, sed praemittitur. 2 Antiochus III Magnus infra v. 7 suo loco redit. Quonam errore aut qua ratione hic praeter temporum ordinem interpositus sit, latet. 3 Antiochus I Soter (280—261 a. Chr. n.). 4 Inter Antiochum I Sotera et Antiochum II Deum qui interiectus est Seleucus non potest non illius filius natu maximus esse, qui annis fere 275—269 a. Chr. n. una cum patre regnavit. Cf. n. 220[6]. In solennibus regni sacris sane is nullum inter divos locum habebat, neque id mirum, quandoquidem propter seditionis suspicionem a patre necatus est. 5 Antiochus II Deus (261—246 a. Chr. n.). 6 Seleucus II Callinicus (246—226 a. Chr. n.). Mero errore post eum omissus videtur filius natu maximus, qui in regno ei successit, Seleucus III Soter sive Ceraunus (226—223 a. Chr.). 7 Antiochus III Magnus (223—187 a. Chr.) 8 Antiochi Magni filius natu maximus qui vita functus est ante patrem 193 a. Chr. n. Cf. n. 232[1]. 245[10]. 9 Seleucus IV Philopator Antiochi III Magni filius ex superstitibus maximus natu et successor (187—175 a. Chr. n.). 10 Antiochus IV Epiphanes (175—164 a. Chr. n.). Eius filius et successor Antiochus V Eupator (164—162 a. Chr.) non neglegentia omissus videtur, sed quia eius regnum a Demetrio Sotere eiusque posteris non legitimum habebatur.

[Δ]ημητρίου θεοῦ Σωτῆρος[11]
----------------- θεοῦ Φιλί[ππου[12]]
----------------- αλλη[13] ----------
--------------- θεοῦ Πτο[λεμαίου[14]]
[----- θε]οῦ [Πτολε](μ)αίου κ(α)[ὶ[15] ---]

11 Demetrius I Seleuci IV Philopatoris filius, qui regnavit ab anno 162 usque ad annum 150 a. Chr. n. 12 Supplevi. ΦΙΛΙ⁻ lapis ex Hirschfeldii testimonio. Ceterum inter v. 11 et 12 unius versus vacuum spatium est, unde colligas, indicem Seleucidarum defunctorum versu undecimo finiri, deinde alia subici, quorum de argumento propter mutilam huius partis condicionem iudicium fieri nequit. Versum 12 sic exhibet H.: ΟΥΛιΤΗΟΙ ΟΤ ΘΕΟΥΦΙΛΙ⁻. Priora quid sibi velint non assequor. 13 ΛΛΛΗ. 14 ΟΕΙ ΛΕΤΕ ΙΘΕΟΥΠΤΟ. Supplevi. Nomen quod est Πτολεμαῖος a Seleucidarum gente omnino alienum, Φίλιππος (v. 12) primo demum a. Chr. n. saeculo, quo hic titulus sine dubio aliquanto antiquior est, in ea occurrit. 15 ΟΥ//////////ΝΑΙΟΥΚΑ. Supplevi et emendavi.

247 Basis marmoris caerulei similis Hymettio eruta Deli. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. I (1877) p. 285 n. VII.

Ἡλιόδωρον Αἰσχύλου Ἀν[τιοχέα[1],] | τὸν σύντροφον[2] τοῦ βασιλέως

Litterae ΑΠΣ; ο multo minore modulo exarata. 1 Idem videtur qui postea regem Seleucum interfecit. Cf. Appian. Syr. 45: Ἀντιόχου δ' ἐπανιόντος ἐκ τῆς ὁμηρείας καὶ ὄντος ἔτι περὶ Ἀθήνας, ὁ μὲν Σέλευκος ἐξ ἐπιβουλῆς Ἡλιοδώρου τινὸς τῶν περὶ τὴν αὐλὴν ἀποθνήσκει. Macrob. Sat. II, 3. Hom. Eiusdem Heliodori alium titulum honorarium item Delium, huius simillimum, sed ab Artemidoro quodam Heraclidis f. dedicatum, habes Bull. de corr. Hell. III 1879 p. 364 n. 4. 2 De hac appellatione cf. G. Lumbroso Recherches sur l'économie politique de l'Égypte p. 208. M. Fränkel Alterth. v. Pergamon VIII, 1 p. 111 sq. F. Staehelin Gesch. der kleinasiat. Galater p. 99 not. 4. Qui observaverunt, in omnibus regnis successorum Alexandri eam usitatam fuisse videri. De Aegypto testatur Polybius XV, 33, 11 σύντροφοι τῆς Ἀρσινόης γεγενημέναι τινὲς παιδίσκαι, de Seleucidarum regno hic quem interpretamur titulus, de Attalidarum aula Polyb. XXXII, 27, 10 Σώσανδρον τὸν τοῦ βασιλέως σύντροφον et inscriptiones n. 323, 2. 331, 6. 28. 334, 3, de Macedonia Polyb. V, 9, 4 ἤδη τότε τῆς ἐπιδεξιότητος τῆς Σάμου φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς μὲν Χρυσογόνου, σύντροφος δὲ τοῦ βασιλέως (Philippi Demetrii f.), de regno Pontico n. 372, 2 τὸν σύντροφον καὶ ἐπὶ τοῦ ἐγχειριδίου. Sed non recte titulum appellant Fränkel et Staehelin; neque enim ulla ex parte illorum συγγενής, τῶν πρώτων φίλων similis est haec vox, sed hominem re vera una cum rege educatum indicat. Etenim reges egregia cura et sollicitudine ex pueris filiorum qui aliquando regnaturi essent aequalibus eos elegisse, quos

Σ[ελεύκου] | Φιλοπάτορος[3] καὶ ἐπὶ τῶν πρα[γμάτων] | τεταγμένον[4], οἱ ἐν Λα[οδικείαι] || τῆι ἐν Φοινίκηι ἐγδοχεῖς[5] καὶ να[ύκληροι,] | εὐνοίας ἕνεκεν καὶ φιλοστο[ργίας | τ]ῆς εἰς τὸν βασιλέα καὶ εὐεργ[εσίας] | τῆς εἰς αὐτούς, | Ἀπόλλωνι.

---

una cum eis institui familiarique consuetudine eorum uti vellent, consentaneum est. Similia certe sunt quae Diodorus I, 53, 2 de Sesoosidis patre, Suidas s. v. βασιλικοὶ παῖδες de Alexandro Magno narrant, neque a veri similitudine abhorret Lumbrosi sententia, apud Polybium V, 82, 13 τῶν βασιλικῶν τινα γεγονότα παίδων ἐπιστήσας Μυΐσκον idem valere ac si dixisset τῶν συντρόφων, etsi alibi βασίλειοι vel βασιλικοὶ παῖδες aliam vim habent. Denique Macc. I, 1, 6 καὶ ἐκάλεσε Ἀλέξανδρος τοὺς παῖδας αὐτοῦ τοὺς ἐνδόξους, τοὺς συνεκτρόφους αὐτοῦ ἀπὸ νεότητος, quem locum affert Lumbroso, confirmant hanc vocem ubique propria vi intellegendam esse. Idem in appellationem τροφεὺς τοῦ βασιλέως (n. 148, 2. 256, 1) cadit. 3 Seleucus IV Philopator, Antiochi Magni filius post Antiochum qui patre superstite obierat (n. 232[1]) natu maximus, illi successit anno 187 a. Chr. n., ab Heliodoro (not. 1) occisus est anno 175 a. Chr. n. Successorem habuit fratrem natu minorem Antiochum IV Epiphanem. 4 Cf. n. 291[4]. 5 Cf. n. 140[7].

---

248 Fragmenta duo stelae marmoris albi, ex quibus alterum perexiguum *a* ex initio tituli superest, alterum *b* supra fractum, a reliquis partibus integrum, usque ad finem totius inscriptionis pertinet. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 85 n. 160 cum addendis fasc. 2 p. 508 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 414 n. 550). Cf. quae adnotaverunt U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2471. M. Holleaux Revue des études grecques XIII (1900) p. 258 sqq.

a [. . . . .]ετε[. . .[1]· ἔδοξεν τῶι δήμωι· | ἐπεὶ βασιλεὺς Εὐμέ]ν[ης[2] -----]

Litterae volgares, nisi quod πῖ inter Π et Π fluctuat, σῖγμα brachia modo plane parallela modo paullulum divergentia habet. ⊙ et O plerumque minore quam reliquae litterae mensura exaratae. Memorabilis antiquior forma litterae Ξ constanter conservata. In frustulo *a* supra versum 1 vacuum spatium, deinde margo superior lapidis. 1 ['Επὶ πρυτάνεως Μελ]ετε[ῶνος proposuit Fr. At is quidem decretum populi Antiochensium ad Daphnen hoc esse iudicavit, nullo sane allato argumento. Quod contra Holleaux formam tituli ab Antiochensium quidem more abhorrere, sed cum Atticorum plebiscitorum usu tam accurate consentire (cf. praecipue not. 13. 14) demonstravit, ut nulla ex parte dubium esset quin Atheniensium decretum hic teneremus. Quos Eumenem eiusque fratres eximiis honoribus

b -------- ἀρχο-------- | ------------------γῶς ὑπαρξ------ ‖
------------------ νεώτερον φιλ---- | ------------------τοῦ
πατρὸς [------ | ------- ποιούμ]ενος τὴν ἀναστροφ[ὴν[3] | -------
------------------]ως· εἰς σύσστασιν[4] ἧι θε[5] ----- | ---
------------------------- καὶ ἀδελφοῦ πέμπτου[6] τὰ ε[-- ‖

---

propter Antiochum in regnum evectum et multifariam adiutum ornasse nemo mirabitur qui meminerit, illum tum ipsum cum Romam rediret Athenis commoratum civitatem egregiis beneficiis affecisse. Cf. Polyb. XXVI, 1, 10: ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς πάντας ὑπερέβαλλε τοὺς βεβασιλευκότας. τοῦτο δ' ἄν τις τεκμήραιτο ἔκ τε τοῦ παρ' Ἀθηναίοις Ὀλυμπιείου καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. Liv. XLI, 20, 8: *magnificentiae vero in deos vel Iovis Olympi templum Athenis, unum in terris incohatum pro magnitudine dei, potest* [*testis*] *esse.* Pausan. V, 12, 4: ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ παραπέτασμα ἐρεοῦν κεκοσμημένον ὑφάσμασιν Ἀσσυρίοις καὶ βαφῇ πορφύρας τῆς Φοινίκων ἀνέθηκεν Ἀντίοχος, οὗ δὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Ἀθήνησιν ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργών ἐστιν ἀνάθημα. Etiam στρατηγοῦ ἐπὶ τὰ ὅπλα magistratu eum tum Athenis functum esse Babelon Les rois de Syrie p. XCI sqq. ex nummis Atticis demonstravit. Wilcken. 2 ¯N׀ in lapide exstant, ut regis nomen certe non sine probabilitate restituerit Fränkel. 3 Fortasse de Attali II Athenis commoratione et laudabili victus genere hic verba facta sunt. Cf. Syll.[2] n. 298[2]. 4 Coniurationem Heliodori (not. 7) hic innui existimat Fränkel, quod mihi quidem non probatur. Immo illum quicunque v. 7 collaudetur hic Atheniensibus moribus et victus comitate conciliatum commendatumque esse enuntiatur. Quam vim in συνιστάναι τινί τινα atque in nomine σύστασις inesse notum est. Cf. Polyb. I, 78, 1: οὗτος ἀεὶ μὲν οἰκείως διέκειτο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους πατρικὴν ἔχων σύστασιν. Ac non improbabile est, priusquam ad Eumenis fratrumque de Antiocho merita perveniretur (v. 8), priores quae inter illos et Athenienses intercederent gratiae familiaritatisque causas enumeratas fuisse. Ac fuit cum mihi in mentem veniret v. 5 [τὸν ἀδελφὸν τὸν] νεώτερον Φιλ[έταιρον] reponere, ut ante hunc versum de Attali Athenis commoratione dictum fuerit, tum vero ad fratrem natu minorem eadem necessitudine civitatis cum illis coniunctum (cf. n. 295[9]) transeatur. Sed id incertum esse me non fugit. Utique τοῦ πατρὸς v. 6 ad Attalum I spectare videtur. 5 ἧ[λ]θε G. Kaibel Deutsche Litteraturzeitung 1879 p. 1705, sed neque litterae Λ reponendae spatium sufficere et hastae directae ׀ inferiorem certe partem distincte agnosci testatur Fr. Cogitavi de ἧι θέ[μις], sed id in huiusmodi decreti genus dicendi minus quadrare videtur. 6 Obscurissimum hoc. Quinque fuisse Antiochi III filios recte monet Fr., sed quod hic de una ex quattuor sororibus Antiochi dici existimat idem, id quid sibi velit non assequor. Certe ne tenuissimum quidem eius rei vestigium continent reliquiae scripturae superstites. Probabilius videtur, quattuor Attali filios tanta caritate amplexos praedicari Antiochum Epiphanem, ut eum quasi quintum fratrem suum haberent; at hoc quoque difficultatibus non levibus implicatur.

--------- με]ταλλάξαντος Σελεύκου[7] [καὶ | τῆς συμφορ]ᾶς[8] παρακαλούσης θεωροῦντες | [λαβὴν[9] τ]ὸγ καιρὸμ παραδιδόντα πρὸς τὸ κατα||[θέσ]θαι χάριγ καὶ εὐεργεσίαν, πάντα πάρεργα | [τ]ἆλλα ποιησάμενοι καὶ ἑαυτοὺς ἐπέχρησαν[10] καὶ || μέχρι τῶν ὁρίων τῆς ἰδίας βασιλείας συμπρο|ελθόντες καὶ χρήμασι χορηγήσαντες[11] καὶ | δυνάμεις παρασκευάσαντες καὶ τῶι διαδήματι | μετὰ τῆς ἄλλης κατασκευῆς κοσμήσαντες | ὡς καθῆκεν καὶ βουθυτήσαντες καὶ πίστεις || ποιησάμενοι πρὸς ἀλλήλους μετὰ πάσης εὐνοίας | καὶ φιλοστοργίας ἀξιολόγως συγκατέστησαν ἐπὶ τὴ[μ] | πατρώιαν ἀρχὴν τὸμ βασιλέα Ἀντίοχον[12]. ὅπως ἂν οὖ[ν] | ὁ δῆμος ἐγ χάριτος ἀποδόσει φαίνηται πρωτεύω[ν] | καὶ τοὺς ἑαυτὸν καὶ τοὺς φίλους εὐεργετοῦντα[ς] || ἀπαρακλήτους φανερὸς εἶ τιμῶν καὶ τὰ καλὰ τῶ[ν] | ἔργων εἰς ἀΐδιομ μνήμηγ ἀνάγων καὶ νῦν καθάπε[ρ] | καὶ πρότερον, ἀγαθεῖ τύχηι, δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ, | τοὺς λαχόντας προέδρους[13] εἰς τὴν ἐπιοῦσαν

---

7 Seleucus IV Philopator anno 175 a. Chr. occisus est ab Heliodoro (n. 247 1). Paullo post hoc plebiscitum rogatum est. 8 Supplevit Fränkel monens, de homine quidem qui illos auxilio vocasset hic dictum non fuisse, quandoquidem v. 24. 25 de Eumene fratribusque praedicaretur τοὺς ἑαυτὸν καὶ τοὺς φίλους εὐεργετοῦντα[ς] ἀπαρακλήτους. 9 Sic Kaibel l. l. πόρον Fränkel. Qui recte structuram πόρος πρός τι defendit exemplo Xenophontis Anab. II, 5, 20. Sed ipsa nominis notio, quod non meram occasionis vel oportunitatis vim habet, sed semper (etiam illo Xenophontis loco) opes quasdam et adiumenta quibus uti possumus significat, mihi huic quidem loco minus apta videtur. 10 C. I. G. 3281, 11 ὁ ἐπιχρήσας ἑαυτὸν ἐς ἀπαλλοτρίωσιν confert Fränkel. 11 Verbum χορηγεῖν et nomen χορηγία translata ad quodvis sumptus et munificentiae genus aetate inferiore frequentissima sunt, etiam dativus instrumentalis huic verbo adiunctus nequaquam rarus. Polyb. V, 42, 7 ὅτι Πτολεμαῖος αὐτὸν παρακαλεῖ πραγμάτων ἀντιποιήσασθαι καί φησι καὶ ναυσὶ καὶ χρήμασι χορηγήσειν πρὸς πάσας τὰς ἐπιβολάς. X, 27, 2 τοῖς γὰρ ζῴοις τούτοις (equis) σχεδὸν ἅπασαν χορηγεῖ τὴν Ἀσίαν (ἡ Μηδία) affert Fr. 12 Antiochus IV Epiphanes (175—164 a. Chr. n.). 13 Formula τοὺς λαχόντας προέδρους — ὅτι δοκεῖ τῆι βουλῆι, sollennis illa quidem in Atheniensium decretis, extra Atticam non occurrit nisi in cleruchiis Atheniensium (H. Swoboda Die gr. Volksbeschlüsse p. 43). Quare hunc titulum perquam memorabilem esse pronuntiavit Swoboda Mus. Rh. XLVI p. 510, quia doceret ordinem senatus et formulas populiscitorum Antiochenos accuratissima imitatione ad exemplum rei publicae Atticae expressisse. Quod ut satis mirum est, ita credere deberemus, si modo constaret, inscriptionem Antiochensem esse. Sed id cum nullo certo argumento nitatur, vice versa cum Holleauxio ex hac formula de Attica tituli origine coniecturam facere debebimus.

ἐκκλησίαν | χρηματίσαι περὶ τούτων, γνώμην δὲ ξυμβάλλεσθαι[14] || τῆς βουλῆς εἰς τὸν δῆμον, ὅτι δοκεῖ τεῖ βουλεῖ | ἐπαινέσαι τὸμ βασιλέα Εὐμένη[15] βασιλέως Ἀττά[λου[16]] | καὶ βασιλίσσης Ἀπολλωνίδος[17] καὶ στεφανῶσαι χρυσ[ῶι] | στεφάνωι ἀριστέωι[18] κατὰ τὸν νόμον ἀρετῆς ἕνεκεν | καὶ εὐνοίας καὶ καλοκἀγαθίας, ἣν ἀπεδείξατο || πᾶσιν ἀνθρώποις σπεύσας ὑπὲρ τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου | καὶ συγκαταστήσας αὐτὸν εἰς τὴν τῶμ προγόνων [ἀ]ρ[χὴν[19].] | κατὰ ταὐτὰ δὲ στεφανῶσαι καὶ Ἄτταλον[20], ὅτι μετὰ τοῦ | ἀδελφοῦ Εὐμένους πάντα συνέπραξεν ἀόκνως | καὶ φιλοκινδύνως[21]. ἐπαινέσαι δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς || αὐτῶν Φιλέ-

---

14 Cum in universum antiqua scriptura ξύν fere anno 410 a. Chr. n. recentiori σύν cessisset, in hac formula tamen ξυμβάλλεσθαι retinuerunt Athenienses usque ad primum a. Chr. saeculum tam constanter, ut unum modo formae συμβάλλεσθ[αι] exemplum exstet. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der attischen Inschriften ed. 3 p. 220 sq. not. 1759. 1761. Hoc quoque imitatos esse Antiochenses sane mirum esset. Cf. not. 1. 13. 15 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). 16 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). 17 Attali I uxor. Cf. n. 292[5]. 307[2]. 18 Cf. n. 332, 6. 7: στεφανῶσαι τὸμ βασιλέα χρυσῶι στεφάνωι ἀριστείωι. Syll.[2] 202, 44: στεφανῶ[σ]αι δὲ καὶ τὸ[μ βα]σιλέα Πτολεμαῖον — χρυ[σῶι] στεφάνωι ἀριστεί[ωι]. 86, 32: στέφανος ἀριστεῖον τῷ θεῷ. Scriptura ἀριστέωι extrusa altera diphthongi vocali nihil miri habet illa aetate, siquidem et Athenis (cf. Meisterhans-Schwyzer Gramm. der att. Inschr. ed. 3 p. 40 sqq.) et alibi (Syll.[2] III p. 225. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschr. p. 56) multa eiusdem generis exempla inveniuntur. Frequentius etiam est contrarium ει- pro ε- ante vocalem. Cf. Syll.[2] 133[4]. 19 Cf. Appian. Syr. 45, quo loco post verba quae exscripsi n. 247[1] haec adduntur: τὸν δ' Ἡλιόδωρον Εὐμένης καὶ Ἄτταλος ἐς τὴν ἀρχὴν βιαζόμενον ἐκβάλλουσι καὶ τὸν Ἀντίοχον ἐς αὐτὴν κατάγουσιν, ἑταιριζόμενοι τὸν ἄνδρα· ἀπὸ γάρ τινων προσκρουμάτων ἤδη καὶ οἵδε Ῥωμαίοις ὑπεβλέποντο. οὕτω μὲν Ἀντίοχος ὁ Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου Συρίας ἐπεκράτησεν, ὅτῳ παρὰ τῶν Σύρων ἐπώνυμον ἦν ἐπιφανής, ὅτι τῆς ἀρχῆς ἁρπαζομένης ὑπὸ ἀλλοτρίων βασιλεὺς οἰκεῖος ὤφθη. συνθέμενος δὲ φιλίαν καὶ συμμαχίαν Εὐμένει, Συρίας καὶ τῶν περὶ αὐτὴν ἐθνῶν ἐγκρατῶς ἦρχε. Quam narrationem hoc titulo egregie confirmari observant editores. Ceterum quod Fränkelius verbis ἣν ἀπεδείξατο πᾶσιν ἀνθρώποις enuntiari opinatur, Antiocho in regnum restituto omnes mortales beneficio affectos esse, quae sane adulatio esset abiecta et servilis, falli mihi videtur. Immo nihil dicitur, nisi omnes homines intellegere potuisse ex auxilio quo Antiochum adiuvaret, quanta esset erga illum benevolentia et honestas animi. Sane sic quoque paullo pleniore ore loquitur qui haec scripsit; sed nonne etiam nos quotidie rem quae in propatulo sit omnes homines scire praedicamus? 20 Attalus alter Attali I filius, qui post fratrem Eumenem regnavit 159—138 a. Chr. n. Cf. n. 294[7]. 21 Unus Attalus fratrem Eumenem in auxilio Antiocho ferendo adiuvisse hic dicitur,

ταιρον[22] καὶ Ἀθήναιον[23], καὶ στεφανῶσαι χρυσῶι | στεφάνωι ἑκάτερον αὐτῶν εὐνοίας ἕνεκεν καὶ | φιλοτιμίας, ἣμ παρέσχοντο κατὰ τὴγ κάθοδον τοῦ | βασιλέως Ἀντιόχου. ἐπαινέσαι δὲ καὶ τοὺς γονεῖς[24] | αὐτῶν, τόν τε βασιλέα Ἄτταλον καὶ τὴμ βασίλισσαν ‖ Ἀπολλωνίδα, καὶ στεφανῶσαι χρυσῶι στεφάνωι | ἀριστείωι[25] ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ καλοκἀγαθίας, | ἣμ περιεποίησαν τοῖς υἱοῖς προστάντες τῆς παιδείας | αὐτῶγ καλῶς καὶ σωφρόνως[26]. ἀναγορεῦσαι δὲ τοὺς | στεφάνους τούτους ἔν τε τοῖς ἀγῶσιν οἷς ἄ[ν] ἀ[ε]ὶ τ[ι]θ[ῶμεν[27],] ‖ ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν οἷς ὁ βασιλεὺς Εὐμένης μετά τε τῶν | ἀδελφῶν καὶ τοῦ δήμου τοῦ Περγαμηνῶν, κατὰ ταὐτὰ δὲ | καὶ ἐν οἷς ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος ἐπὶ Δάφνει θήσει, καθάπε[ρ] | αὐτοῖς ἔθος ἦν. ἵνα δὲ καὶ τὸ ὑπόμνημα διαμένει συμ[φ]α[νὲς] | εἰς τὸν αἰώνιογ χρόνον, ἀναγράψαι τόδε τὸ ψήφισμα εἰς στήλας ‖ λιθίνας καὶ στῆσαι τὴμ μὲν ἐν ἀγορᾶι[28] παρὰ τὰς εἰκόνας τὰς | τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου[29], τὴν δὲ ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Νικηφόρου | Ἀθηνᾶς[30], τὴν δὲ ἐν τῶι ἐπὶ Δάφνει τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερῶι[31]. | τῆς δὲ διαποστολῆς αὐτοῦ πρός τε τὸμ βασιλέα[32] καὶ τὴ[μ] | μη-

---

cum natu minores Philetaerus et Athenaeus non collaudentur nisi propter benevolentiam et studium, quo illum prosecuti sint. Quod perbene convenit cum Appiani (not. 19) narratione, qui mentionem in illa causa non faciat nisi Eumenis et Attali. Fr. 22 Cf. n. 295[9]. 23 Cf. n. 296[10]. 24 Memorabile est etiam parentes ambos collaudari, etsi pater iam viginti duobus annis ante vita functus esset. Mater sane etiamtum superstes erat; cf. not. 33 et n. 307[2]. 25 Cf. not. 18. 26 De hac laude nulla ex parte immerita aut adulatoria cf. scriptorum locos quos attuli n. 307[2]. 27 Supplevi, cum intacta reliquisset Fränkelius, cuius in imagine litterarum vestigia indicantur: Ο⁝ΣΑΝΑ⁝⁝ΤΟ. 28 Athenis. Sane mireris, in trium exemplarium quae collocanda sunt locis definiendis urbium Athenarum, Pergami, Antiochiae nomina taceri. Sed cave hac observatione abutaris ad impugnandam Holleauxii de Attica origine sententiam (not. 1. 13. 14). Nam etiamsi Antiochense esset populiscitum, idem incommodum maneret, siquidem Minervae Victricis fanum, quod Pergami esse inter omnes convenit, tamen sine urbis significatione commemoratur. 29 Antiochum tum iam plures statuas in foro Athenarum habuisse nemo mirabitur, qui ea meminerit quae not. 1 de necessitudine inter ipsum et populum Atheniensium intercedente allata sunt. 30 Cf. not. 28. 31 Iuxta Antiochiam. Cf. n. 244[20]. 32 Iniuria si quid video Fränkelius scriptorem decreti vituperat propter nomen proprium Εὐμένη omissum, cum proximo superiore loco non Eumenis, sed Antiochi regis mentio facta esset. At ad eum regem, cuius de honoribus est hoc plebiscitum, exemplum eius transmitti sponte patet, ut nomine proprio opus non sit.

τέρα[33] καὶ τοὺς ἀδελφοὺς ἐπιμεληθῆναι τοὺς στρατηγ[ούς,] ‖ ὅπως ἐπιμελῶς γένηται καὶ τὴν ταχίστην.

33 Apollonida anno 175 etiamtum inter vivos fuisse cum hinc apparet, tum ex eis quae aliunde de tempore quo illa supremum diem obiit (cf. n. 307 [2]) nota sunt.

---

249 Basis quadrangula marmoris albi eruta Deli occidentem versus a templo Apollinis. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 362 n. 2.

[Βασιλέα Ἀντίοχον] Ἐπιφανῆ [1] | [βασιλέως μεγ]άλου Ἀντιόχου [2] | ---------------ος Ἀθηναῖος [3] | [ἀνέθηκεν Ἀπόλλ]ωνι Δ[η]λί[ω]ι.

Litterae ΑΠΣ. 1 Antiochus IV Epiphanes (175—164 a. Chr.). 2 Antiochus III (223—187 a. Chr. n.). 3 Hinc colligas, monumentum anno 167 a. Chr. n., quo Delum recuperaverunt, non recentius esse. Nam aliter demoticum potius quam ethnicum exspectaveris.

---

250 Fragmentum basis inventum Deli prope templum Apollinis. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 363 n. 3.. Ex ectypo chartaceo ab Homollio misso edidit et versus postremi imaginem accurate delineatam proposuit E. Loewy Inschriften griechischer Bildhauer p. 159 n. 210.

Β[ασιλέα] Ἀν[τίοχον Ἐπιφανῆ [1]] | βα[σιλέ]ως με[γάλου Ἀντιόχου [2]] | Ἀλ[έξ]ανδρος Ἀπολλ[οδώρου] | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐ[νοίας τῆς] ‖ εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθ[ηναίων] | Ἀπόλλωνι Δη[λίωι.] | Βόηθος Ἀθανα[ί]ω[ν]ο[ς [3] ἐποίησεν].

Litterae ΑΠΣΩ. Theta punctum in Loewyi effigie non rotundum habet, sed triangulum. 1 Antiochus IV Epiphanes (175—164 a. Chr. n.). 2 Antiochus III Magnus (223—187 a. Chr. n.). 3 Cum Hom. nihil nisi ΑΘΑΝΑ agnovisset, Loewy in ectypo vidit ΑΘΑΝΑ.ϹΝΟ. Boëthum eundem esse cum toreuta nobilissimo (Pausan. V, 17, 4. Cicero in Verr. IV, 14, 32. Plin. N. h. XXXIII, 155. XXXIV, 84) improbabile iudicat Homollius; neque enim illum simul sculptorem fuisse constare, et aetate priorem videri. Recurrit nomen in titulis apud Loewyum p. 348 n. 521: Μηνόδοτος καὶ Διόδοτος οἱ Βοήθου Νικομηδεῖς ἐποίουν et p. 364 n. 535*a* 3 sqq.: τὰν παιδὸς καλλίσταν εἰκὼ τάνδε θεοῖο .... δαιδάλλων μερόπεσσιν ἐμήσαο σεῖο, Βόηθε, εὐπαλάμου σοφίης μνᾶμα καὶ ἐσσομένοις. *b*, 7 sqq.: τοῖόν τοι, Παιὰν Ἀσκληπιέ,

σεῖο Βόηθος χειρὸς ἄγαλμ' ἀγαθῆς τεῦξεν ἑαῖς πραπίσιν. De genuina horum titulorum origine dubitandi nullam iam esse causam demonstravit Loewy, neque est cur alium in eis atque in hac inscriptione Delia artificem Boëthum indicari sumamus. Toreuta si sculptore antiquior fuit, ut sane probabile est, certe eiusdem familiae fuisse videtur. Nam ille apud Pausaniam Calchedonius dicitur, hic vero patre usus est Athanaeone, cuius rarissimi nominis alterum exemplum in titulo Calchedonio C. I. G. 3794, 3 occurrere observavit Benndorfius apud Loewyum. Postea familia Calchedone in vicinum Nicomedensium oppidum migrasse videtur.

---

251 Tabula marmoris caerulei fracta a sinistra et ab inferiore parte, Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 332 n. 28. Cf. quae disputavit Th. Homolle Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 106.

[Ὑπὲρ βα]σιλέως Ἀν|[τιόχο]υ[1] καὶ βασιλίσσης | [Λαοδίκης[2] κ]αὶ

Litterae ΑΠΣ. 1 Antiochum IV Epiphanem (175—164 a. Chr.) Delum multis ac magnificis dedicationibus exornasse (Polyb. XXVI, 1, 10. 11: ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς πάντας ὑπερέβαλλε τοὺς βεβασιλευκότας. τοῦτο δ' ἄν τις τεκμήραιτο ἔκ τε τοῦ παρ' Ἀθηναίοις Ὀλυμπιείου καὶ τῶν περὶ τὸν ἐν Δήλῳ βωμὸν ἀνδριάντων. Liv. XLI, 20, 9: *sed et Delon aris insignibus statuarumque copia exornavit*), nec tamen fieri posse ut ad eum referretur hoc monumentum, adnotavit Hauvette; omnino nomina Ἀντίοχος et Δημήτριος tam frequentia esse in stirpe Seleucidarum, ut de tituli aetate definienda omnino desperandum esset. At hoc ut de Antiochi nomine sine controversia verum est, sic neutiquam cadit in Demetrium, cuius nominis tres modo principes ex Seleuci progenie noti sunt. Atque Homollius quidem sine haesitatione ad Antiochum VIII Grypum (120—96 a. Chr. n.) cum uxore Tryphaena et filio Demetrio III Eucaero monumentum rettulit. Iniuria si quid video. Nam primum quidem qui hic commemoratur Demetrius, eum regis et reginae quorum ante mentio facta sit filium esse neutiquam credibile est; neque enim si ita esset τοῦ υἱοῦ omitti licebat, quod tamen scriptum non fuisse spatii rationes arguunt. Deinde vero ille Demetrius III, qui a. 93—86 a. Chr. regnavit (cf. Josephus Ant. XIII, 370 sqq.), tres habuit fratres natu maiores Seleucum VI Epiphanem (n. 261), Antiochum XI Epiphanem Philadelphum, Philippum (cf. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2484 sq.), ex quibus neminem patre superstite obiisse constat. Iam quis credet, in eiusmodi monumento regem et reginam una cum quarto filio commemorari, tres maiores taceri? Quare cum ferri non posse appareat Homollii rationem, de Antiocho IV Epiphane, uxore Laodice, fratris filio qui postea regnavit Demetrio (I Sotere) titulum interpretor. Certe sic cur neque rex neque filius regis et reginae appelletur Demetrius sponte patet. Neque quo tempore is obses Romam abductus erat (175 a. Chr. n.), eum una cum patruo eiusque uxore in eiusmodi monumento nominari

Δημητρίο[υ[3] | οἱ θερα]πευταὶ[4] οἱ ὑπ' αὐ||[τοὺς τ]αττόμενοι[5] | [πᾶ]σι[6] θεοῖς ἐν ------

incredibile est, dummodo id factum statuamus priusquam ex illo matrimonio nasceretur filius Antiochus (V Philopator). Quare non multo post Antiochi Epiphanis nuptias titulum incisum existimaverim. 2 Supplevi ex n. 252, 2. [Τρυφαίνης] Homolle. Cf. not. 1. 3 Seleuci IV Philopatoris filius qui postea regnavit a. 162—150 a. Chr. Cf. not. 1. 4 Cum vox et deorum cultores significet et hominum ministros, hac quidem vi eam hoc loco interpretari simplicissimum videtur. Cf. n. 370, 2. 5 Supplevi. ὑπ' αὐ[τῶν προστ]αττόμενοι Homolle, quod verbum compositum vix aptam notionem habet. 6 ΞΙ lapis.

---

252 Dymae (*Kato Achaïa*) in impluvio domus M. Fondopulo. Ed. M. D. Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 520 n. I (Syll.[1] 229. O. Hoffmann ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 145 n. 1622. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 831 n. 1096). Cf. quae adnotavit U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2471.

Βασιλῆ Ἀντίοχον[1] βασιλέως Ἀντιόχ[ου] | καὶ βασίλισσαν Λαο-

Litterae ΑΘΣ. 1 Antiocho IV Epiphani (175—164 a. Chr.) quondam titulum vindicavi, atque id nunc quoque maxime probabile existimo. Nam Antiochum II Deum, etsi et patrem habuisse Antiochum et uxorem Laodicen constaret, tamen hic in censum non venire, quia nullo modo minorem quidem fratrem Antiochum Hieracem commemorare, maiorem vero Seleucum II Callinicum silentio premere licuisset, pridem observavi. Sane nunc de Antiocho Antiochi III filio natu maximo cogitaveris. Cuius antea mentionem non feci, quia regium nomen mihi in eum cadere non videbatur, qui patre superstite obiisset. At nunc ex n. 232, 1. 233, 5 didicimus, illum Antiochum una cum patre aliquantisper regnasse. Quem cum sororem germanam Laodicen in matrimonium duxisse narret Appianus Syr. 4, omnia bene convenire videntur. At filii Antiochi mentio impedire videtur, quominus illum intellegamus. Nam nusquam de liberis ex illo matrimonio procreatis quicquam legimus, ad quos tamen, si omnino fuissent, regni hereditas pervenire debebat. Quod contra Antiochus Epiphanes et patrem Antiochum III Magnum et filium Antiochum V Philopatora habuit. Uxoris sane nomen non traditur, sed quidni ex hoc ipso titulo colligamus ei Laodicen nomen fuisse? Eandem sane esse, quam antea frater natu maior in matrimonio habuerit, ut dubitanter coniecit Wilcken, mihi improbabile videtur. Etenim ille maior Antiochus fato functus est anno 193 a. Chr. n. (Liv. XXXV, 15, 2), Epiphanem vero non prius uxorem duxisse quam Roma redux rerum potiretur (175 a. Chr.) ipse Wilckenius rectissime statuit. Quo tempore ei etiamtum appetendum visum esse matrimonium sororis quae per undeviginti annos vidua mansisset haud crediderim.

δίκαν καὶ τὸν υ[ἱὸν] | Ἀντίοχον Ἀγημονίδας Ζεφύρου ἀρε[τᾶς] | ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τᾶς εἰς αὐτὸν θεοῖς.

---

253 Fragmenta duo inter se contingentia lapidis calcarii leucophaei albescentis inventa Babylone, delata Berolinum in museum regium. Edd. U. Koehler Sitzungsberichte der Kgl. Ak. d. Wissensch. zu Berlin 1900 LI p. 1100. B. Haussoullier Revue de philologie XXIV (1900) p. 331. XXV (1901) p. 40.

Βασιλεύοντος Ἀντιόχου[1] θ[εοῦ,] | σωτῆρος τῆς Ἀσίας[2] καὶ κτίσ[του] | τῆς πόλεως[3], ἔτους ϛμ' καὶ [ρ'[4], τῶι] | ἀγῶνι Χαριστηρίοις ὑπὸ [τρίτην[5]] ‖ ἀπιόντος Ὑπερβερεταίου[6], [Ἀντιόχωι] |

Litterae ΑΘΠΣΣ. Numeri senarii nota v. 3 Ϲ est. Scriptura intra lineas horizontales satis profunde incisas. 1 Antiochum IV Epiphanem (175—164 a. Chr. n.) monstrant cum v. 6, tum anni notatio v. 3 ab Haussoulliero recte restituta. K. H. 2 Laudem Koehlerus recte monet si non in ea quae Antiochus re vera assecutus sit, at certe in ea quae non sine ingenio et constantia appetiverit, ut regnum Seleucidarum labefactatum intra eos fines, quos pax Romana constituisset, reficeret, aliquo modo cadere. 3 Antiochiam ad Daphnen intellegit Koehler, cuius conditor Antiochus IV Epiphanes hic praedicetur, quia splendidissima ex quattuor urbis partibus (cf. Benzinger ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 2443) ab eo reliquis tribus adiecta sit. Quod vero Babylone repertus dicatur lapis, id ad fraudem rerum antiquarum mercatorum, generis hominum in oriente mendacissimi, referendum esse. Contra quem Haussoullier monet, in hodierno oppido *Bagdad* lapidem visum et ectypum chartaceum confectum esse priusquam per Londinium et Parisios Berolinum perveniret; atqui Antiochia (*Antakiah*) illuc deportari res antiquas neminem crediturum qui illarum regionum rationes et mores novisset. Quare non esse cur de Babylonia lapidis origine dubitaretur. Quid vero Antiochus illic praestitisset cur conditor urbis praedicaretur, ignorari; sine dubio hanc laudem non minus exaggeratam esse quam illam servati ab eo regni (not. 2). 4 Koehlerus cum ϛμ' integrum numerum esse sibi persuasisset, nec tamen ad Seleucidarum aeram referri posse videret propter Antiochi Epiphanis nomen v. 6 servatum, de propria quadam civitatis Antiochensium annos numerandi ratione cogitabat. Quod ferri non posse, quia omnino Antiochensis esse nequiret titulus, perspexit Haussoullier et numerum supplevit felicissime. Namque annus 146 Seleucidarum, i. e. 167/6 a. Chr. n., in Antiochi Epiphanis regnum incidit. 5 Supplevit Haussoullier. Temporis per ὑπὸ c. acc. indicandi mos rarus quidem est, sed neutiquam inauditus. Cf. Aristoteles poët. 5 p. 1449 b, 13 ὑπὸ μίαν περίοδον ἡλίου. Plutarch. Alex. 14 ὑπὸ τὰς αὐτὰς ἡμέρας. 6 Hyperberetaeus duodecimus est mensis anni Macedonici ab aequinoctio

θεῶι Ἐπιφαν[εῖ[7] δῶρο]ν[8] ἀνέ[θηκεν] | Φίλιππος[9] Δια[-------, γενόμενος[9]] | ἐν τῶι δμ´ [καὶ ρ´ ἔτει[10] ----------].

autumnali incipientis. Itaque hic titulus mense Augusto aut Septembre anni 166 a. Chr. n. incisus est. 7 Cf. not. 1. 8 Supplevi. Vocabulum δῶρον (pro ἀνάθημα) de eis quae deo cuipiam consecrantur, etiam infra n. 407, 4. Syll.[2] 774, 3. 787, 4 est. Koehlerus de ara cogitaverat, sed sic articulo nullo modo careri posse, τὸν βωμὸν vero lacunae spatium excedere perspexit. Haussoullier de novo certamine ludis Charisteriorum qui v. 4 commemorentur adiecto dici statuit, ut omnino non dedicationem, sed laterculum victorum illius certaminis a Philippo instituti ab his versibus, qui aetatem tulerunt, initium cepisse existimandum sit. At ἀγῶνα vel ἆθλον τιθέναι potius dicitur, quam ἀνατιθέναι, quod tamen v. 6 extr. manifesto scriptum fuit. 9 Inter familiares Antiochi IV Philippus quidam fuit, cui ille moriens filii impuberis Antiochi V Philopatoris imperium commendavit. Cf. Ioseph Ant. XII, 360: ὁ δ' Ἀντίοχος πρὶν ἢ τελευτᾶν καλέσας Φίλιππον ἕνα τῶν ἑταίρων τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐπίτροπον καθίστησιν, καὶ δοὺς αὐτῷ τὸ διάδημα καὶ τὴν στολὴν καὶ τὸν δακτύλιον Ἀντιόχῳ τῷ παιδὶ αὐτοῦ ταῦτα ἐκέλευσε κομίσαντα δοῦναι, δεηθεὶς προνοῆσαι τῆς ἀνατροφῆς αὐτοῦ καὶ τηρῆσαι τὴν βασιλείαν ἐκείνῳ. Quem locum attulit quidem Koehler, sed dubitavit num ad eundem spectaret, cuius haec esset dedicatio; immo hic civem nobilem eius urbis, cuius conditor praedicaretur rex, intellegendum esse. Sane in summa nominis frequentia res incertissima est, sed non video cur non ille Iosephi Philippus Babylonius esse potuerit. 9 Supplevit Haussoullier, cum Koehlero statuens hic honorem aliquem municipalem biennio ante dedicationem a Philippo gestum perscriptum fuisse. Cuius honoris appellatio sine dubio v. 8 post ἔτει intercidit. 10 Anno 169/8 a. Chr. n. Cf. not. 4.

---

254 Basis parva, integra, eruta Babylone, translata Berolinum in museum regium. Edd. B. Haussoullier Revue de philologie XXIV (1900) p. 332. U. Koehler Sitzungsberichte der Kgl. Akademie der Wissensch. zu Berlin 1900 LI p. 1107.

Ἡ πόλις[1] | Δημοκράτην Βυττάκου[2], | τὸν στρατηγὸν[3] καὶ ἐπι-

Litterae volgares praeter ΑΠ, sed tota scriptura paullo neglegentius incisa ac quadam ex parte cursivae papyrorum similis, hastae haud raro incurvatae, veluti ϽΗϽϹΣ. 1 Babyloniorum. Cf. n. 253[3]. 2 Byttacus Macedo ad Raphiam anno 218 a. Chr. n. quinque milibus militum praefuit (Polyb. V, 79, 3. 82, 10). Propter summam nominis raritatem probabile est, eundem esse patrem Democratis, qui sub Antiocho IV militaverit. Koehler. 3 Koehlerus cum hunc quoque titulum iniuria Antiochensem origine existimaret (cf. n. 253[3]), Democratem unum ex quattuor praefectis partium Seleucidis provinciae interpretatus est. At eiusmodi magistratus ὕπαρχοι

5 στά|την τῆς πόλεως[4], τεταγμέ||νον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀκρο|φυλακίων[5], καλοκἀγαθίας | ἕνεκεν.

appellabantur (n. 225[31]), cum totarum provinciarum (σατραπειῶν) praesides apud scriptores quidem plerumque σατράπαι audiant, in titulis vero solenni voce στρατηγοί dicantur. Quare quin Democrates Byttaci f. praeses vel satrapa Babyloniae habendus sit non dubito. 4 Cf. Polyb. V, 48, 12: παραλαβὼν δὲ (Μόλων) καὶ ταύτην (Σελεύκειαν) ἐξ ἐφόδου διὰ τὸ πεφευγέναι τοὺς περὶ τὸν Ζεῦξιν, ἅμα δὲ τούτοις τὸν Διομέδοντα τὸν ἐπιστάτην τῆς Σελευκείας. Unde apparet, in maiores civitates mitti consuevisse peculiares magistratus qui eas tutarentur earumque administrationem, quae ipsis civibus permissa erat, regis auctoritate observarent et si opus esset corrigerent. Koehler. In urbe quae caput provinciae erat, hoc officium aliquando cum ipsius provinciae regimine coniunctum fuisse hic videmus. Sic in Aegypto nonnunquam στρατηγὸς καὶ ἐπιστράτηγος Thebaidas simul θηβάρχης, i. e. praefectus militaris oppidi Thebarum est (n. 190[4]). 5 Praefectus praesidii quo arx tenebatur (φρούραρχος) apud Polybium V, 50, 10 appellatur ἀκροφύλαξ. K. Pluralem τῶν ἀκροφυλακίων Koehlerus defendit allato Polybii loco VIII, 17, 5: συνέβαινε δὲ τὸν Καμβύλον καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦτον ταττομένους Κρῆτας πεπιστεῦσθαί τι τῶν φυλακτηρίων τῶν κατὰ τοὺς ὄπισθε τόπους τῆς ἄκρας. Ipsa vox ἀκροφυλάκιον, quae alibi nusquam quod sciam legitur, ab ἀκροφύλαξ derivatur eadem ratione ac φρούριον a φρουρός, περιπόλιον a περίπολος (Syll.[2] 270[1]) neque per se aliud significare potest ac locum ubi custodes arcis versantur, sed naturali quadam synecdocha collective de corpore vel numero defensorum arcis usurpatur.

---

255 Magna basis marmoris albi composita ex duabus partibus, inventa Deli ad porticum Philippi. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 218 (Syll.[1] 245). E. Loewy Inschr. gr. Bildhauer p. 206 n. 294 *b* (Ch. Michel Recueil d'Inscr. Gr. p. 844 n. 1158 *B*).

Ἀντίοχον Φιλοπάτορα[1], βασιλέως μεγάλου | Ἀντιόχου[2] υἱὸν καὶ

Litterae ΑΠΣ; ο paullo minoris quam reliquae mensurae. 1 Antiochi Magni filium natu maximum, qui anno 193 a. Chr. in Syria decessisset (cf. n. 232[1]) indicari sibi persuasit Homollius. Sed is matrem habuit Laodicen, non Cleopatram. At in Antiochum IX Cyzicenum (116—95 a. Chr.) et parentum nomina (not. 2. 3) quadrant et Philopatora eum vocatum esse testantur nummi (cf. Catal. of Greek coins in the British Museum, Seleucid Kings p. 91 sqq.). 2 Antiochus VII Sidetes (138—129 a. Chr.). Hunc cum anno 130 a. Chr. n. Parthis victis Babylonia potitus esset βασιλέα μέγαν appellatum esse praeter hunc titulum et n. 256 etiam Iustini narratio indicare videtur XXXVIII, 10, 6: *Antiochus tribus proeliis victor cum Babyloniam occupasset, magnus haberi coepit.* Tum igitur, anno 130 aut 129 a. Chr. n., filio regis eiusque tutori statuae Deli positae sunt.

βασιλίσσης Κλεοπάτρας[3], | Σωσίστρατος Σωσιστράτου Σάμιος, τῶν | πρώτων φίλων[4], ἀρετῆς ἕνεκα καὶ εὐνοίας ‖ τῆς εἰς ἑαυτόν, Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ.

3 Cleopatra Ptolemaei VI Philometoris filia a patre primum Alexandro Balae, qui regnum Syriae affectabat Antiochi Epiphanis filium se dicens, in matrimonium data est (U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 1437) anno 150 a. Chr. n., postea vero 146 a. Chr. n. ei ademta et adversario eius Demetrio II Nicatori collocata. Cui cum duos filios Seleucum et Antiochum VIII Grypum (n. 257—260) peperisset, marito a. 138 a. Chr. a Parthis capto et nuptiis Rhodogunae sororis regis Parthorum honorato, illa ipsius fratrem natu minorem Antiochum Sidetam ad regnum capessendum evocavit eique nupsit, quo ex conubio Antiochus Cyzicenus natus est. Postea Demetrium ex captivitate reducem interemisse traditur. 4 Cf. n. 99[1]. 104[2].

---

256 In altera parte eiusdem basis ac n. 255. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 217 n. 10 (Syll.[1] 244). Repetivit E. Loewy Inschriften gr. Bildhauer p. 205 n. 294 *a* et artificis signaturam una cum exigua parte reliqui tituli imagine accurate ex Homollii ectypo delineata expressit (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 843 n. 1158 *A*).

Κράτερον Κρατέρου Ἀντιοχέα, τὸν τροφέα[1] | Ἀντιόχου Φιλοπάτορος[2], τοῦ ἐγ βασιλέως | μεγάλου Ἀντιόχου[3] καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας[4], | γεγονότα δὲ καὶ τῶν πρώτων φίλων[5] βασιλέως Ἀντι‖όχου καὶ ἀρχίατρον[6] καὶ ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τῆς | βασιλίσσης[7], Σωσίστρατος Σωσιστράτου | Σάμιος, τῶν πρώτων φίλων, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ | εὐνοίας καὶ φιλοστοργίας τῆς εἰς ἑαυτὸν | Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ.

Φιλότεχνος Ἡρώδου Σάμιος[8] ἐποίει.

Litterae ΑΠΣ; ο et Ω multo minore modulo quam reliquae exaratae. Fines hastarum apicibus ornatae. 1 Cf. n. 148[4]. 247[2]. 2 Cf. n. 255[1]. 3 Cf. n. 255[2]. 4 Cf. n. 255[3]. 5 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 6 Cf. n. 104[5]. 7 Hoc officium ut pleraque eiusmodi ex aula Achaemenidarum ad Seleucidas transiisse probabile est. Praefectus cubiculi regii commemoratur in narratione de Xerxis caede apud Diodorum XI, 69, 1: ἀνακοινωσάμενος δὲ (ὁ Ἀρτάβανος) τὴν ἐπιβουλὴν πρὸς Μιθριδάτην τὸν εὐνοῦχον, ὃς ἦν κατακοιμιστὴς τοῦ βασιλέως κτλ. § 2 ὑπὸ τούτου δὲ νυκτὸς εἰσαχθεὶς ὁ Ἀρτάβανος εἰς τὸν κοιτῶνα κτλ. De voce κοιτών, quae ab Atticistis quidem damnatur, sed iam ab Aristophane usurpata erat et inferiore aetate perfrequens est, cf. Lobeck ad Phynichum p. 252 sqq. 8 Eiusdem artificis titulum statuae Cn. Domitii Cn. f. a

populo Samiorum dedicatae subscriptum habes apud Loewyum Inschr. gr. Bildhauer p. 206 n. 95: Φιλότεχνος Ἡρώιδου ἐποίει. Ethnicum illic omittitur quia monumentum in ipsa Philotechni patria erectum est.

---

257 Tabula marmoris albi, inscripta litteris parvis venuste incisis, fracta a sinistra. Iuxta scripturam ab utraque parte singulae antae anaglypho expressae. Inventus lapis in templo Veneris Paphiae in vico *Kuklia* infra pavimentum opere musivo compositum, translatus in museum Britannicum. Edd. E. A. Gardner, D. G. Hogarth, M. R. James Journal of Hell. stud. IX (1888) p. 229 n. 14 (Initium repetivit M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 269 n. 148). Accuratius ex ectypo chartaceo a C. Smithio accepto W. R. Paton Classical Review IV (1890) p. 283 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 62 n. 49). Cf. quae disputaverunt U. Wilcken Hermae XXIX p. 436 sqq. et apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie I, 2 p. 2482. A. Wilhelm Götting. gel. Anzeigen 1898 n. 3 p. 212 sqq.

I [Β]ασιλεὺς Ἀντίοχος[1] βασιλεῖ Πτολεμαίωι τῶι καὶ | [Ἀλ]εξάνδρωι[2] τῶι ἀδελφῶι[3] χαίρειν· εἰ ἔρρωσαι, εἴη ἂν ὡς βου|[λόμε]θα· καὶ αὐτοὶ δὲ ὑγιαίνομεν[4] καὶ σοῦ ἐμνημονεύομεν |

Litterae ΑΞΠΣ; ο minore quam reliquae modulo exarata. 1 Antiochus VIII, qui volgo Grypus dicitur (125—96 a. Chr. n.). Cf. n. 258[1]. 2 Ptolemaeus XI Alexander I. Cf. n. 175[2]. Is per annos 114—108 Cypro praefuit, cum Aegyptum gubernarent mater eius Cleopatra III et frater natu maior Ptolemaeus X Soter II (Lathyrus). Quem deinde mater regno expulit in Cyprum insulam, Alexandrum vero illinc arcessivit, ut secum in Aegypto regnaret. Quod cum non ante auctumnum anni 108 a. Chr. n. accidisse constet (cf. M. L. Strack Die Dynastie der Ptolemäer p. 202 not. 35), apparet has litteras, quippe quae mense Augusto 109 a. Chr. n. scriptae sint (not. 22. 23), ad Ptolemaeum Alexandrum Cypri, non Aegypti regem missas esse. 3 Inter Antiochum Grypum et Ptolemaeum Alexandrum sane arcta sanguinis necessitudo intercedebat, nam ex duabus sororibus, Ptolemaei VI Philometoris filiabus, quarum utrique Cleopatra nomen erat (cf. n. 255[3]), suscepti erant. Neque vero ἀδελφός hic minus accurate pro ἀνεψιός usurpari statuendum est, sed vocabulum blandum et honorificum est, quo reges in epistulis non modo se invicem, sed etiam homines, qui nobilissimi in aula regia τῶν συγγενῶν ordinis sunt (cf. n. 138[8]), appellant. Simile certe est quod in Ptolemaeorum regno regina etiam quae nulla originis necessitudine regem attingat honoris causa ἀδελφή appellatur (cf. n. 60[3]). 4 Imperfectum esse, usurpatum ideo quia qui epistulam scribit iam de illo tempore cogitat, quo alter eam lecturus est, apparet ex ἐμνημονεύομεν quod statim sequitur.

[φιλοστ]όργως. Σελευκεῖς τοὺς ἐν Πιερίαι[5] τῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου ‖ [ἐξ ἀρχῆς[6]] μὲν τῶι πατρὶ ἡμῶν[7] προσκληρωθέντας[8] καὶ τὴν | [πρὸς αὐτ]ὸν εὔνοιαν μέχρι τέλους συντηρήσαν|[τας, ἐμμείνα]ντας[9] δὲ τῆι πρὸς ἡμᾶς φιλοστοργίαι καὶ ταύ|[την διὰ πολλῶ]ν

5 De Seleucia Pieriae, una ex quattuor principalibus Seleucidis (n. 219[4]) urbibus, a Seleuco I Nicatore condita, cf. Polyb. V, 59, 3 sqq., qui eius situm inter Phoenicen et Ciliciam, ad mare sub radicibus montis Coryphaei, accurate describit. Strabo XVI, 2, 4 p. 749. 2, 7 p. 751 Cas. Mela I, 12, 69. Plinius N. hist. V, 67. 79. VI, 126. 206. 213. XII, 124. Ptolemaeus Geogr. V, 14, 2 p. 960, 16. 6 Supplevit Paton. [ἐγνώκα]μεν Gardner Hogarth James. 7 Demetrius II Nicator (146—138 et 129—125 a. Chr. n.). Cf. n. 258, 2. 259, 3. 260, 3. 8 Seleucenses, qui paullo ante Ptolemaei Philometoris mortem eius partibus se applicuissent (Maccab. I, 11, 8), per prima Demetrii II regni tempora ad illum transiisse hinc collegit Wilcken. De hac re vero passivum προσεκληρώθησαν usurpari non aliter atque in Actis apostolorum 17, 4 καί τινες ἐξ αὐτῶν ἐπείσθησαν καὶ προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ. Nam de partitione imperii, per quam ille inter alias urbes etiam Seleuciam Pieriae sortitus sit, haec accipi nequeunt. De fide Demetrio a Seleucensibus conservata, quam titulus praedicat, etiam apud scriptores nonnulla exstare testimonia monuit idem: Ab Antiocho VI Dionyso in bello superatum Seleuciam confugisse Demetrium legitur apud Livium Perioch. LII, idque oppidum quasi praetorium eius in bello contra illum gerendo fuisse refert Syncellus p. 554 Bonn: μερίζεται ἡ τῆς Συρίας ἀρχὴ εἴς τε Δημήτριον τὸν Δημητρίου υἱὸν ὁρμώμενον ἐκ τῆς Σελευκείας καὶ εἰς τὸν υἱὸν Ἀλεξάνδρου ὁρμώμενον ἐκ Συρίας καὶ Ἀντιοχείας Ἀντίοχον, quos locos affert W. Etiam postea Seleucenses in eadem fide erga legitimum regem perseverasse ex Diodoro XXXIII, 28 et Iosepho Ant. XIII 221 sqq., ubi regis captivi uxorem ibi consedisse et illius fratrem Antiochum VII Sidetam inde profectum legitimum Demetrii ius bello ab Diodoto Tryphone defendisse refertur, demonstravit W., ex nummis anni 138/7 a. Chr. cum inscriptione Σελευκέων τῶν ἐμ Πιερίᾳ τῆς ἱερᾶς καὶ ἀσύλου εορʹ colligens, tum ipsum fidei praemium eos ius asyli nanctos esse. Reduce ex captivitate Parthorum Demetrio (129 a. Chr. n.) Apamenses quidem *'ceterasque civitates'* ad Alexandrum II Zabinam defecisse narrari a Iustino XXXIX, 1, 3, sed ex verbis tituli μέχρι τέλους apparere, Seleucenses in eo numero non fuisse. 9 Supplevit Wilcken, probavit Wilhelm. [ἐκλάμψαν]τας Ga. Ho. Ja. Ut de Seleucensium erga patrem Demetrium fide (not. 8) sic etiam de ea quam filio Antiocho Grypo praestiterint scriptorum testimoniis nos non plane destitui observavit Wilcken; nam apud Diodorum XXXIV 28, 1 haec legi: συλᾶν δὲ ἐπιβαλόμενος (Alexander Zabinas) διὰ τινῶν βαρβάρων τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν καὶ φωραθείς, ἐκινδύνευσε μὲν μετὰ τῆς δυνάμεως ἐκ χειρὸς τυχεῖν τῆς ἁρμοττούσης τιμωρίας, φθάσας δὲ καὶ διαδρὰς μετ' ὀλίγων ἐπεβάλετο φεύγειν εἰς Σελεύκειαν. τῆς δὲ φήμης αὐτὸν καταταχούσης, οἱ Σελευκεῖς ἀκούσαντες τὰ περὶ τὴν ἱεροσυλίαν ἀπέκλεισαν αὐτὸν τῆς πολέως. Nam quod indignitate sacrilegii permotos id fecisse diceret cives, fortasse ad ipsius Diodori potius coniecturam quam ad rei gestae memoriam referendum esse.

καὶ καλῶν ἔργων καὶ μάλιστα ἐν τοῖς ἐπει|[ληφόσιν[10] ἀναγκαι]οτάτοις[11] καιροῖς ἀποδειξαμένους καὶ κα||[τὰ τὰ ἄλλα[12] μεγαλ]οψύχως καὶ αὐτῶν ἀξίως ἐπαυξήσαντες | [εἰς ἐπιφανέστερον[13] πρ]οηγάγομεν ἀξίωμα· καὶ νυνὶ δὲ τῆς πρώ|[της καὶ μεγίστης εὐεργ]εσίας καταξιῶσαι σπουδάζοντες | [αὐτούς, ἐκρίναμεν[14] εἰ]ς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέρους | [εἶναι, καὶ περιελάβομεν[15] αὐτοὺ]ς αἷς ἐποιησάμεθα πρὸς ἀλλή||[λους συνθήκαις, νομίζοντες[16] οὕτ]ως καὶ τὸ πρὸς τὴν πατρίδα | [εὐσεβὲς καὶ μεγαλομερὲς[17]

10 Supplevit Wilhelm. ἔπει[τα Wilcken, quod lacunam non explet, ἐπεί[γουσι Ga. Ho. Ja. De ἐπιλαμβάνειν sine accusativo de rebus subito ingruentibus cf. Pausan. I, 40, 4 τὸ δὲ ἄγαλμα οὐκ ἐξειργάσθη τοῦ Διὸς ἐπιλαβόντος τοῦ Πελοποννησίων πολέμου πρὸς Ἀθηναίους. 11 ἀναγκαι]οτάτοις Wilcken (qui confert n. 323, 17) et Paton, suo uterque Marte; probavit Wilhelm. δειν]οτάτοις Ga. Ho. Ja. 12 Supplevit Wilhelm. καὶ κα[λῶς καὶ πάνυ Ga. Ho. Ja. καὶ κα[ταφανῶς καὶ Paton. καὶ κα[λῶς καὶ Wilcken, quod iusto brevius est. Ceterum μεγαλ]οψύχως iam primi editores. 13 Primi editores intactum reliquerunt, Paton supplevit ἐπαυξήσαντες | [μὲν εἰς τὸ ὑπάρχον πρ]οηγάγομεν, Wilcken [εἰς μεῖζον πρ]οηγάγομεν, quod per se aptissimum, sed iusto brevius est. Recepi Wilhelmi supplementum. Proximo versu cum Wilhelmo Patonis vestigia pressi; Ga. Ho. Ja. nihil nisi εὐεργ]εσίας restituerunt, Wilcken πρώ|[της εὐεργ]εσίας supplevisse satis habuit, quod cum spatii rationibus pugnat. 14 Etiam in versibus 13 et 14 restituendis in summa rei verum vidit Wilhelmus, qui scripsit [ἐκρίναμεν αὐτονόμους εἰ]ς τὸν ἅπαντα χρόνον ἐλευθέρους | [τε εἶναι καὶ περιλαβεῖν αὐτοὺ]ς αἷς ἐποιησάμεθα, sed cum male habere mihi viderentur adiectiva αὐτονόμους et ἐλευθέρους aliis interpositis separata et particula τε conexa, paullo aliter orationem conformandam existimavi. 15 παρενεγράψαμεν Paton, quod Wilhelm non sine causa minus idoneum dicit. Idem de περιλαμβάνειν provocat ad Polybium V, 67, 12: Πτολεμαῖος μὲν γὰρ ἐσπούδαζε περιλαβεῖν ταῖς συνθήκαις αὐτόν (Achaeum), Ἀντίοχος δὲ καθάπαξ οὐδὲ λόγον ἠνείχετο περὶ τούτων. Iam a versu quarto decimo Antiochum exponere quibus de causis hanc ad Seleucenses epistulam dederit statuit Wilcken. At Wilhelm id versibus 17. 18 demum fieri observavit, priores vero versus etiam ad beneficiorum in Seleucenses collatorum descriptionem referendos esse, quorum causae rationesque hic plane eadem ratione per participium νομίζοντες adiungerentur, ac n. 331, 20 per ὑπολαμβάνοντες, ibid. v. 37 per κρίναντες, v. 52 per νομίσαντες. 16 Supplevit Wilhelm. 17 Supplevit Wilhelm. [ὅπ]ως καὶ τὸ πρὸς τὴν πατρίδα [φιλόστοργον μέλλῃ] ἐκφανέστερον ἔσεσθαι Wilcken. At μέλλῃ in enuntiatum finale non quadrat; aut ὅπως — ᾖ dicendum fuit aut ἐπειδὴ οὕτω μέλλει ἐπιφανέστερον ἔσεσθαι. — τὸ πρὸς τὴν πατρίδα [αὐτῶν πεφιλανθρωπημένον] Paton. De Seleucensium erga suam ipsorum patriam caritate non dici, sed urbem in qua inde a tenerrima aetate saepe et diu commoratus erat Antiochus, quae eius ius et regnum cum infantis tum adulti fidelissime tutata erat, ipsius regis patriam appellari perspexit Wilhelm.

ἡμῶν] ἐκφανέστερον ἔσεσθαι. | [ὅπως δὲ καὶ σὺ τὰ συγχωρηθέντα[18] παρα]κολουθῇς[19], καλῶς ἔχειν | [ἐκρίναμεν ἐπιστεῖλαί σοι[20]. ἔρρω]σθε[21]. L γσ′[22], Γορπιαίου[23] κθ′.

II [Βασιλεὺς Ἀντίοχος Σελευκέων τ]ῶν ἐν Πιερίαι τῆς ἱε||[ρᾶς[24] καὶ ἀσύλου τοῖς ἄρχουσι καὶ τῆι βο]υλῆι καὶ τῶι δήμωι | [χαί-

18 Supplevit Wilhelm collato n. 221, 17: ἵνα μένηι ὑμῖν βεβαίως εἰς πάντα τὸγ χρόνον τὰ συγχωρηθέντα. 19 Supplevit Paton. De verbo παρακολουθεῖν transitive usurpato Wilhelmus testimonium affert titulorum C. I. Att. II, 551, 92. 552a, 5 sqq., ubi collato I. G. Sept. I, 4135 rescribit [τοὺς δὲ ἱερομνή]μονας ἀνενεγκεῖν [τὸ δόγμα τόδε εἰς τὰ ἔθνη τὰ ἴδια καὶ τὰ]ς πόλεις ὅπως παρα[κολουθῶσιν ἅπαντες τὰ ἐψηφισμένα το]ῖς τεχνίταις φιλάνθρωπα aliorumque de quibus disputavit Mitth. des arch. Inst. in Athen XV 1890 p. 287 not. 3 (C. I. Att. II, 464, 13. C. I. G. 2557, 6. 7. Syll.[2] 790, 90. Ath. Mitth. XIV 1889 p. 52 n. 1, 33). 20 Supplevit Wilhelm, qui confert n. 331, 24: ἔκρινον ἐπιστεῖλαί σοι. 41: ἔκρινα ἐπιστεῖλαι ὑμῖν. Ioseph. Ant. XI, 24: καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἡμῖν γράψαι σοι. 21 ΣΘΕ pro ΣΟ lapicidae errore exaratum videtur. Nam pluralis quomodo defendi possit non video. 22 Numerus quem Patonis testimonio constat in lapide esse (priores editores Γ legerant, quod de regni anno intellectum non carebat gravissimis difficultatibus) non potest non intellegi de aera Seleucidarum, cuius annus ducentesimus tertius est 110/9 a. Chr. Quo pacto Paton proximum annum 109/8 ponat, cum dicat Gorpiaeum mensem in a. 108 a. Chr. n. incidere, non video, nam aeram Seleucidarum ab auctumno anni 312 a. Chr. n. initium capere constat (cf. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 448 sqq. Kubitschek ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I p. 633). Ab eodem anno Seleucenses annos libertatis numerare (Eckhel D. N. III p. 327), quae eis hoc ipso regis Antiochi decreto concessa sit, observant Wilcken, Paton, Wilhelm. 23 Undecimus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Metagitnioni. Hae igitur litterae fere m. Augusto a. 109 a. Chr. scriptae sunt. 24 De harum litterarum (II) argumento et restitutione magnopere dissentiunt homines docti. Nam Wilckenus quidem epistulam Seleucensium ad Paphios datam agnoscit ideoque v. 19—21 sic restituere conatur [Ὁ δῆμος τῶν Σελευκέων τ]ῶν ἐν Πιερίαι τῆς ἱε||[ρᾶς καὶ ἐλευθέρας Παφίων τῇ βο]υλῇ καὶ τῶι δήμωι | [χαίρειν]. At cur de Paphiis cogitemus nullam video idoneam causam; nam quod Paphi haec documenta lapidi incisa sunt, non sufficit, siquidem tales litteras in celeberrimis delubris, quo in numero illud Veneris Paphiae sine controversia fuit, etiam extra agrum civitatis cuius essent aut ad quam spectarent publice proponi moris erat. Cf. n. 225, 24 sqq. 229, 83 sqq. 266, 17 sqq. Adde quod in Wilckenii sententia certe non facile explicatur, quomodo hae duae epistulae in eundem lapidem pervenerint. Nam si, ut ille statuit, Seleucenses litteris II Paphios certiores facere voluissent de privilegiis a rege in se collatis, illius rescriptum ad ipsos Seleucenses datum potius, quam epistulam ad Ptolemaeum Alexandrum missam suis litteris adiuncturos fuisse consentaneum

ρειν· εἰ ἔρρωσθε ὑμεῖς καὶ ἡ πόλις, εἴη ἂν] ὡς βουλόμε||[θα. ἐπέμψαμεν ὑμῖν ἀντίγραφον τῆς τε ἐπιστολ]ῆς[25] ἧς γε||[γράφαμεν πρὸς βασιλέα Πτολεμαῖον καὶ τῆς πρὸς τὴν Ῥ]ωμαί||[ων[26] σύγκλητον, ἵνα ---------------- παρα]κολου||[θῆτε[27] -------]

est. Quare mihi quidem probabilior videtur Patonis sententia, hic litteras Antiochi regis ad Seleucenses haberi, per quas cum eis communicet exemplum epistulae a se ad Ptolemaeum scriptae. Ideo v. 19—21 βουλόμε||[θα Patonis supplementa recepi. 25 Supplevit Paton, nisi quod στήλ]ης scripsit. ἐπιστολ]ῆς Wilcken, quod sine dubio praeferendum est. 26 Supplevi. ἧς γέ[γραπται συμμέτοχος ἡ πόλις ἡμῶν· αὐτὸς ἔρρ]ωμαι Paton. At postrema quidem tolerari nequeunt cum quia alienissimo loco intruduntur, tum quia rex ubique de se plurali numero utitur; priora vero conexa sunt cum supplemento minus idoneo τῆς στήλ]ης. Wilcken sollerter τῆς ἐπιστολ]ῆς ἧς γέ[γραφεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος πρὸς τοὺς Ῥ]ωμαί[ους, τὸ ἀντίγραφον ὑποτετάχαμεν, quod tamen sibi certum non videri ipse indicat; neque aliter ipse de meo restituendi conatu existimo. Ad litteras I hic respici mihi probabile videtur, sed simul etiam alias commemoratas fuisse propter Romanorum nomen, quod sine dubio recte v. 23 extr. agnovit Wilcken, statuendum est. 27 Supplevit Wilcken. Cf. not. 19. [ἀ]κολούθ[ως] Paton.

---

258 Titulus percurrens per tria marmora accurate inter se commissa, quae magnam basin efficiunt; inventi lapides Deli. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 346 n. 6.

Βασιλέα Ἀντίοχον Ἐπιφανῆ Φιλομήτορα | Καλλίνικον[1], τὸν ἐγ βασιλέως Δημητρίου[2] | καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας[3], ὁ ἱερεὺς | Ἡλιάναξ Ἀσκληπιοδώρου Ἀθηναῖος[4] θεοῖς.

Litterae ΑΘΞΠΣ. 1 Antiochus VIII, qui volgo Grypus dicitur, natus 141 a. Chr. n. (U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 2480), regnavit ab anno 125 a. Chr. usque ad mortem (96 a. Chr. n.), sed ita ut per maximam partem regni cum fratre uterino Antiocho IX Cyziceno ancipiti Marte de terra Syria contenderet. 2 Demetrius II Nicator, Demetrii I Soteris filius natu maior (146—138 et 129—125 a. Chr. n.). 3 Cf. n. 255[3]. 4 Idem homo Deli monumenta Ariarathis Cappodociae regis (n. 353) et complurium Mithridatis Eupatoris amicorum et ducum (n. 371. 372. 373. 374), denique hominis qui in aula Mithridatis II Parthorum regis magna auctoritate florebat (n. 430) dedicavit, quorum omnium originem ab anno 110 a. Chr. n. non magno intervallo distare manifestum est, id quod etiam in hanc Antiochi Grypi statuam optime quadrat.

259 Basis inventa Deli prope porticum magnam septentrionalem. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 105.

[Βασι]λέα [Ἀν]τίοχον Ἐπιφανῆ | [Φιλ]ομήτο[ρα Κα]λλίνικον[1], τὸν ἐγ βασιλέως | Δημητρίο[υ[2] κα]ὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας[3], | [Βῖ]θυς Θρασ[έο]υ[4] ὁ συνγενὴς[5] καὶ ἐπιστο||[λο]γράφο[ς[6], ἀ]ρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς ἑ[αυ]τόν, Ἀπόλλωνι.

Litterae ΑΠΣ. 1 Cf. n. 258[1]. 2 Cf. n. 258[2]. 3 Cf. n. 258[3]. 4 Fortasse nepos Ptolemaei Thraseae f., quem habes n. 230, 1. 5 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 6 Cf. n. 139, 14. 168, 49.

260 Fragmentum basis marmoris subcaerulei inventum Deli prope porticum magnam septentrionalem. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 105.

Βασιλεὺ[ς Ἀντίοχος Ἐπιφανὴς] | Φιλομήτωρ [Καλλίνικος[1] βασιλέως] | Δημητρίου[2] [καὶ βασιλίσσης Κλεοπάτρας[3]] | Γναῖον Παπ[ίριον Γαΐου υἱόν[4],] || στρατη[γὸν Ῥωμαίων, εὐεργεσίας] | ἕνεκε[ν τῆς εἰς ἑαυτόν, Ἀπόλλωνι].

Litterae ΑΠΣ. 1 Cf. n. 258[1]. 2 Cf. n. 258[2]. 3 Cf. n. 258[3]. 4 Supplevit Homolle monens ex gentibus, quae per illa tempora ad summos in republica honores pervenissent, nullius nomen ab his litteris incipere praeter Papiriam. Cn. Papirius C. f. consul fuit 113 a. Chr. n., ut eum praetura functum non post annum 116 a. Chr. certum, sed ne multis quidem annis ante probabile sit.

261 Deli. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 106.

[Βασιλ]έα Σ[έλευκον Ἐπιφανῆ[1], | βασιλ]έως Ἀν[τιόχου Φιλομή-

Litterae ΑΣ. 1 Supplevit Homolle. Qui cum tres primos Seleucos itemque Seleucum IV Philopatora (187—175 a. Chr. n.) propter litteraturam in censum non venire perspiceret, Seleucum V vero propter patris nomen, Seleucum VI Epiphanem agnovit. Qui Antiochi Grypi filius natu maximus, cum pater anno 96 a. Chr. decessisset, Antiochum Cyzicenum avunculum bello petivit et regno exuit (Appian. Syr. 69: ἀλλὰ καὶ τόνδε Σέλευκος ὁ Ἀντιόχου τοῦ γρυποῦ παῖς, ἐπιστρατεύσας ὄντι περ θείῳ, παρείλετο τὴν ἀρχήν). At Cyziceno mortuo (95 a. Chr. n.) eius filius Antiochus X patris iniurias ultum ivit et Seleucum propter crudelitatem invisum primum Syria expulit, deinde

τορος[2], | -------]λειος[3] [------- | Ἀθη]ναῖος τ[ὸν ἑαυτοῦ εὐεργέτην[4] || Ἀπό]λλωνι, Ἀ[ρτέμιδι, Λητοῖ].

---

in Ciliciam transgressum apud Mopsuhestiam proelio fudit, per quam occasionem in oppidi incendio periit Seleucus a. 94 a. Chr. n. (cf. Appian. l. l. Iosephus Ant. XIII 367 sq. Euseb. Chron. I p. 259, 33 sqq.). 2 Cf. n. 258 1. 3 ΛΓΙΟΣ. 4 Aut sic aut τ[ῶν πρώτων φίλων] suppleri posse adnotat Homolle.

---

262 Tabula marmorea inaedificata in muro periboli templi antiqui in loco *Husn Suleiman* in parte meridionali Ansairiorum montis inter *Safitam* et *Masgad* castella, ubi fuit pagus Baetocaece. Supra hunc titulum epistula Latina Valeriani et Gallieni Augustorum et Salonini Caesaris. Ed. Chandler Append. Inscr. p. 88 (J. Franz C. I. G. 4474). Accuratius adhibito ectypo, quod miserat Rey, W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 2720 *a*. Cf. quae adnotavit U. Wilcken Philologus LIII p. 103.

I Ἐπιστολὴ Ἀντιόχου βασιλέως[1].
Βασιλεὺς Ἀντίοχος Εὐφήμῳ[2] χαίρειν· ἐδόθη ὁ κατακεχωρισ|μένος[3] ὑπομνηματισμός[4]. γενέσθω οὖν καθότι δεδήλωται περὶ ὧν δεῖ διὰ σοῦ | συντελεσθῆναι[5].

Litterae Є (nonnunquam Ε) ΖΘΞΠΡ (semel Ρ) C ω (aliquotiens Ω). Omnia quae in hac tabula sunt, conscripta quidem diversissimis aetatibus, tamen uno eodemque tempore, tertio p. Chr. n. saeculo, lapidi incisa sunt (not. 28), ut et litteratura et orthographia (not. 8. 14. 23. 25) illius aetatis sint, nisi quod in antiquioribus documentis incidendis paullo cautior fuit lapicida, quam in eis quae ipsius demum aetate composita erant. 1 Quinam potissimum ex magno regum Seleucidarum numero, quibus Antiochus nomen fuerit, hic intellegendus sit in medio relinquendum est. Ceterum epistulam (I) usque ad συντελεσθῆναι v. 4 modo pertinere, post quam vocem clausula solennis ἔρρωσθε praecisa esset, verissime observavit Wilcken. 2 Praeses (στρατηγός, σατράπης) hic fuit provinciae Apamensis (τῆς περὶ Ἀπάμειαν σατραπείας v. 7). In epistulis regum ad eos qui provinciis praesint nuda nomina poni sine officii significatione docet n. 224, 12: Βασιλεὺς Ἀντίοχος Ἀναξ[ι]μβρότωι χαίρειν. 3 Idem quod ὑποτεταγμένος. Wilcken, qui affert Ioseph. Ant. XII, 262: Βασιλεὺς Ἀντίοχος Νικάνορι· οἱ ἐν Σικίμοις Σιδώνιοι ἐπέδωκαν τὸ κατακεχωρισμένον ὑπόμνημα. Cf. n. 224 5. 4 Decretum regium. Id (II) statim subiungitur v. 4—17. Wilcken. 5 In fine decreti (v. 16. 17) constituitur, ut litteris datis id cum eis communicetur quorum interesset de hac re doceri. Inter quos principem sine controversia locum tenet praeses eius provinciae in qua vicus Baetocaece situs erat.

II Προσενεχθέντος μοι περὶ τῆς ἐνεργείας θεοῦ Διὸς Βαιτοκαίκης ‖ ἐκρίθη συνχωρηθῆναι αὐτῷ εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον, ὅθεν καὶ ἡ δύναμις τοῦ | θεοῦ κατάρχεται[6], κώμην τὴν Βαιτοκαι[κη]νήν[7], ἣν πρότερον ἔσχεν Δημήτριος | Δημητρίου τοῦ Μνασ(έ)ου[8] ἐντουρίωνα[9] τῆς περὶ Ἀπάμ(ε)ιαν σατραπείας[10] σὺν τοῖς | συνκύρουσι[11] καὶ καθήκουσι πᾶσι κατὰ τοὺς προϋπάρχοντας περιορισμοὺς[12] | καὶ σὺν τοῖς τοῦ ἐνεστῶτος ἔτους γενήμασιν, ὅπως ἡ ἀπὸ ταύτης πρόσοδος ‖ ἀναλίσκηται εἰς τὰς κατὰ μῆνας συντελουμένας θυσίας καὶ τἆλλα τὰ πρὸς αὔξη|σιν τοῦ ἱεροῦ συντείνοντα ὑπὸ τοῦ καθεσταμένου ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἱερέως ὡς εἴ|θισται, ἄγωνται δὲ καὶ κατὰ μῆνα πανηγύρεις ἀτελεῖς[13] τῇ πεντεκαιδεκάτῃ καὶ | τριακάδι, καὶ εἶναι τὸ μὲν ἱερὸν ἄσυλον, τὴν δὲ κώμην ἀνεπίσ(τ)α(θ)μον[14] μηδεμιᾶς | ἀπορρήσεως προσ-

---

6 Enuntiatum relativum ad κώμην τὴν Βαιτοκαι[κη]νήν referri videtur: 'eum locum, unde vis numinis proficiscitur, qui locus est vicus Baetocaece'. 7 Cf. C. I. G. 4475: θεῷ Βαιτοχειχεῖ οἱ κατόχοι ἐκ τῶν ἰδίων ἐν τῷ βπυ' ἔτει ἐποίησαν. 8 ΜΝΑCΑΙΟΥ, quod retinuerunt editores, emendavi. Nam quo tempore epistula huic lapidi incisa est, sane $\overline{\alpha\iota}$ et ε perinde habebantur (v. 23. 25 ΑΠΑΙΤΗCΑΙѠC), sed qua aetate composita est, etiamtum diligenter distinguebantur. 9 Cum iam Chandlerus ΕΝΤΟΥΡΙѠΝΛ legisset, Waddington in ectypo distincte ЄΝΤΟΥΡΙѠΝΑ apparere testatus est ideoque Franzii emendationem violentam ἐντὸ(ς ὁ)ρίων merito reiecit. Idem barbaram vocem esse suspicatus est, quae magistratum ('*fonction*') significaret. Is igitur manifesto ad nomen Δημήτριος rettulit. At neque officialem aliquem provinciae in regno Seleucidarum appellatione non Graeca significatum esse probabile mihi videtur, neque ἐντουρίωνα nominativum esse. Nam nominis barbari appellativi illos certe flexionem suae linguae aliquatenus accommodaturos fuisse existimo. Quare accusativum puto ad ἥν referendum et iuris condicionisque qua ille vicus in satrapia Apamensi usus sit significationem nescio quam inesse statuo. 10 Cf. Strabo XVI, 2, 4 p. 749 Cas.: ἡ δὲ Σελευκὶς ἀρίστη μέν ἐστι τῶν λεχθεισῶν μερίδων, καλεῖται δὲ τετράπολις καὶ ἔστι κατὰ τὰς ἐξεχούσας ἐν αὐτῇ πόλεις, ἐπεὶ πλείους γέ εἰσιν, μέγισται δὲ τέτταρες, Ἀντιόχεια ἡ ἐπὶ Δάφνῃ καὶ Σελεύκεια ἡ ἐν Πιερίᾳ, καὶ Ἀπάμεια δὲ καὶ Λαοδίκεια. 750: οἰκείως δὲ τῇ τετραπόλει καὶ εἰς σατραπείας διῄρητο τέτταρας ἡ Σελευκίς. 11 συνκυροῦσι Franz. Waddington. At cf. n. 52[2]. 65[5]. 92, 5. 12 Finium descriptiones. Antiquior aetas hac vi simplex ὁρισμός usurpabat, at inferiores haud raro compositum habent. Cf. Dionys. Hal. Ant. VIII, 75, 3: τοῖς αἱρεθησομένοις ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῆς χώρας καὶ περιορισμόν. Syll.[2] 929, 57: καθ[ό]τι καὶ [οἱ ἐπιδειχ]θέντες ἡμῖν ὑφ' ἑκατέρων περιορισμοὶ τῆς χώρας ἐμήνυον. 65: ὅ τε αὖ τοῖς Ἱεραπυτνίοις καὶ Πραισίοις γενηθεὶς περι[ο]ρισμὸς γεγραμμένος οὕτως. 13 I. e. per quas mercatum haberi licebit sine vectigalibus. Cf. v. 22. 24. 14 ΑΝЄΠΙCΘΑΜΟΝ in ectypo dispici testatur Waddington. Munus hospites, i. e. magistratus cum comitibus, iudices, milites itinera

ενεχθείσης[15]. τὸν δὲ ἐναντιωθησόμενόν τισι τῶν προγε||γραμμένων ἔνοχον εἶναι ἀσεβείᾳ. ἀναγραφῆναί τε καὶ τὰ ἀντίγραφα ἐν | στήλῃ λιθίνῃ καὶ τεθῆναι ἐν τῷ αὐτῷ ἱερῷ. δεήσει οὖν γραφῆναι οἷς εἴ|θισται[16], ἵνα γένηται ἀκολούθως τοῖς δηλουμένοις.

III Ψήφισμα τῆς πόλεως[17] πεμφθὲν θεῷ Αὐγούστῳ.

Ἐπάνανκες δὲ ἀνέρχεσθαι πάντα τὰ ὤν⟨ε⟩ια διὰ τῶν ἐνταῦθα καὶ ἐπὶ χώρας || ἀγορητῶν[18] πραθησόμενα καθ' ἑ(κ)άστην[19] ἱερομηνίαν πρὸς τὸ ἀδιάλε(ι)π[τα[20]] ὑπάρχ(ε)ιν | πᾶσι τοῖς ἀνιοῦσ⟨ε⟩ι προσκυνηταῖς, ἐπιμελομένου τοῦ τῆς πόλεως ἀγο|ρητοῦ[21] μηδὲ ἐπιχειροῦντος ἢ ὀχλοῦντος προφάσει παροχῆς καὶ τέλους[22] | καὶ ἐπηρείας τινὸς ἢ ἀπαιτήσ(ε)ως[23]. ἀνδράποδα δὲ καὶ τετράποδα | καὶ λοιπὰ[24] ζῷα ὁμοίως πωλείσθω ἐν τῷ τόπῳ χωρὶς τέλους ἢ ἐπη||ρείας τινὸς ἢ ἀπαιτήσ(ε)ως[25].

IV Οἱ κάτοχοι[26] ἁγίου Οὐρανίου Διὸς τῆς ὑπὸ τῶν Σε|βαστῶν εἴς

---

facientes domo recipiendi ἐπισταθμία vocabatur. Cf. E. Kuhn Die städtische und bürgerliche Verfassung des röm. Reichs I p. 61, qui praeter nonnullos Iustiniani Digestorum locos affert Cic. ad Att. XIII, 52, 2: *habes hospitium sive* ἐπισταθμίαν *odiosam mihi, dixi, non molestam.* Polyb. XV, 24, 2: Θάσιοι εἶπον πρὸς Μητρόδωρον τὸν Φιλίππου στρατηγὸν παραδοῦναι τὴν πόλιν, εἰ διατηρήσοι αὐτοὺς ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, ἀνεπισταθμεύτους, νόμοις χρῆσθαι τοῖς ἰδίοις. Hesych. ἐπισταθμ(ε)ία· ὑποδοχὴ ξένων. Quod munus cum multas haberet molestias propter eorum qui eo aut iure aut iniuria uterentur avaritiam et intemperantiam (Syll.² n. 418), privilegium immunitatis summo studio appetebatur et defendebatur (Syll.² n. 415). 15 Hoc quid sibi velit non assequor. 16 Cf. not. 5. 17 Civitatis cuius est vicus Baetocaece. Cogitaveris de Apamea (v. 7). Sed cum Strabo (not. 10) perspicue testetur, urbes quidem plures fuisse in Seleucide, sed principem ex eis locum tenuisse quattuor ideoque provinciam τετράπολιν appellatam, apparet vicum in satrapia Apamensi situm propterea non necessario in ipsius Apameae agro fuisse. Ceterum apparet partem decreti Augusti aetate facti eadem de causa hic incidi atque epistulam et rescriptum Antiochi regis, nempe quia hic definiuntur privilegia quae deinde a Gallieno sociisque imperii confirmata sunt. 18 Eosdem qui alibi ἀγορανόμοι dicerentur intellexit Franz. Sed probabilius praecones publicos, quorum ope merces in foro veneant, interpretatur Waddington. Unus in urbe (v. 21), plures ruri fuisse videntur. 19 ЄΑСΤΗΝ in lapide esse ectypo examinato asseverat Waddington. 20 ΑΔΙΑΛЄΠ . Λ . lapis Wadd. 21 Cf. not. 18. 22 Cf. not. 13. 23 ΑΠΑΙΤΗСΑΙѠС. 24 Articulum, quem per leges sermonis Graeci sane omitti non licuit, tamen reponere nolui, quia nescio an soloecismus potius scriptoris quam error lapicidae sit. 25 ΑΠΑΙΤΗСΑΙѠС. 26 Eadem vox recurrit in titulo C. I. G. 4475 de eodem hominum genere (cf. not. 7). Eos significat qui in illo vico fundos domosque habent (κατέχουσι). Neque enim est cur ex κάτοικοι corruptam existimemus, etsi significatione quidem fere ad idem redit.

τε τὸν θεὸν εὐσεβείας καὶ τὸν τόπον ἐλευθε|ρ⟨ε⟩[ί]ας τὴν θείαν[27] ἀντιγραφὴν[28] ὑπὸ πάντων προσκυνουμένην προέταξαν.

27 Per principatus tempora quaecumque imperatoris sint, θεῖα et ἱερά dici notum est. Cf. Syll.² 415¹. 28 Rescriptum (cf. Syll.² 418, 8. 72) imperatorum quod summo huius tabulae loco insculptum est hoc exemplo: *Imp. Caesar Publius Licinius Valerianus Pius Felix Aug. et Imp. Caesar Publius Licinius Gallienus Pius Fel(ix) Aug. et Licinius Cornelius Saloninus Valerianus nobilissimus Caesar Aurelio Mareae* [e]*t aliis*: *Regum antiqua beneficia consuetudine etiam insecuti temporis adprobata is qui provinciam regit remota violentia partis adversae incolumia vobis manere curabit.* Quas litteras ex imperatorum nominibus apparet intra annorum 253 et 259 p. Chr. terminos datas esse. Fr.

---

263 Laodiceae ad mare (*Latakia*). Ed. Chandler Inscr. Append. p. 91. 5 (Marini Act. fratr. Arval. T. II p. 724. Eckhel D. N. III p. 317. J. Franz C. I. G. 4471).

Ἰουλίαν Τίτου θυγατ(έ)ρα[1] | Βερενίκην[2], τὴν ἀπὸ | βασιλέως Σελεύκου | Νικάτορος[3], ἱερ(α)σαμέν(η)ν[4] || τῷ δξρʹ ἔτει[5] τῆς κυρία[ς] | Ἀρτέμιδος[6], | Κασσία Λε(π)ίδα[7] ἡ μήτηρ.

Litterae ΘΖΠΣ. Vs. 3 Υ intra litterae Ο orbem. 1 ΘΥΓΑΤΡΑ. 2 Mulier ceteroqui quod sciam ignota. 3 Seleucus I (306—280 a. Chr. n.). 4 ΙΕΡΕΣΑΜΕΝΝ. 5 Laodiceae anni ab 48 a. Chr. n. numerabantur (Eckhel D. N. III p. 318). Itaque hic titulus anni 116 p. Chr. n. est. 6 Ad Eckhelii D. N. III p. 319 provocat Franz. 7 ΛΕΗΙΔΑ.

V.

Regnum Attalidarum.

264 Tres lapides quadrati marmoris albi subcaerulei, qui quondam parietis alicuius partes efficiebant, in domo Turcica vici *Piradsik* siti horae intervallo a Pergamo qua itur ad oppidum *Kirkagatsch*. Omnes has reliquias eiusdem tituli esse certum est, etsi lapis *a* paullo minoris moduli litteras habet quam *b* et *c*.

Edd. M. Fränkel Bericht über die Ergebnisse der Ausgr. III p. 56 sqq. Titulum *a* exhibet Th. Reinach Revue historique XXXII p. 76 (Add. p. 471). S. Reinach Revue arch. Troisième série IX (1887) p. 87. E. Kontoleon Νέα Σμύρνη ἔτος κ' n. 4020—4023 (29. December 1889—4. Januar 1890). Omnium imaginem accuratissime delineatam edidit M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 378 n. 613. Cf. quae adnotavit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 59.

a [------- ἔπεισεν[1] Ἀ]ρχίας[2] [πρυτάν]εις αἱ[ρεῖσθαι τῆς | πόλεως κατ'] ἔτος ἕκασ[τ]ον, καὶ πρῶτος ἐπρυτ[ά|νευεν Ἀρχί]ας, καὶ ἐξ ἐκείνου μέχρι νῦν πρυτα[νευό|μενοι[3]] διατελοῦσιν. Ὀρόντης[4] δὲ

Litterae ΑΒΗΘΠΣ; ξῖ v. 10 Ξ est, reliquis locis omnibus Σ. Extremae hastae apicibus ornatae. Vs. 4 ante nomen ΟΡΟΝΤΗΣ unius litterae spatium vacat. Ex litteratura Fabricius collegit, haec lapidi incisa esse Hadriani fere aetate; sed fieri potest, ut multo antiquiore tempore conscripta sint. 1 Quod ex Orontis seditione (cf. not. 4. 5) ea modo hic narrantur, quae ad urbis Pergamenorum casus ac vicissitudines spectant, inde editores collegerunt, chronica huius urbis haec esse; qua cum sententia fragmentum *c* perbene convenit, fr. *b* certe sine ulla difficultate conciliatur. Vs. 1 initio συνέταξεν Fränkel dubitanter. Quod supplementum minus aptum iudicat Wilhelm. Ac sane eam tum fuisse civitatis condicionem, ut non tam imperaret Archias, sed persuaderet civibus, ex ipsa narratione apparere videtur. Quare ἔπεισεν restitui. 2 Cum Th. Reinach [μον]αρχία supplevisset, Fränkel perspexit hic de eodem Archia dici, a quo Aesculapii sacra Epidauro Pergamum translata constaret. Cf. Pausan. II, 26, 8: Ἀρχίας ὁ Ἀρισταίχμου τὸ συμβὰν σπάσμα θηρεύοντί οἱ περὶ τὸν Πίνδασον ἰαθεὶς ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ τὸν θεὸν ἐπηγάγετο ἐς Πέργαμον. Alterth. von Pergamum VIII, 1 p. 116 n. 190: [------- | Ἀσκλη]πιάδου | [Ἀρίσται]χμον Ἀρχίου | [τὸ]ν θεῖον. Quem Archiam praeter sacra etiam institutiones rei publicae mutasse rogatione ad populum lata (not. 1) hic videmus. Non multo ante Orontis defectionem, priore quarti a. Chr. n. saeculi parte, eum fuisse ordo narrationis docet, id quod observavit Fr. 3 Supplevit Wilhelm. πρυτά[νεις | εἶναι] Fränkel, quod certe ὄντες esse debebat. 4 Cf. F. Justi Iranisches Namenbuch p. 235. Patria hinc demum innotuit, ac ne patris quidem nomen usquam comparet apud scriptores, sed praeter hunc lapidem etiam in Commagenes monumentis n. 391, 7. 392, 10 est. Quibus simul refutata est eorum opinio, qui propter longinquum temporis spatium (401—349 a. Chr. n.), per quod rerum ab Oronte gestarum mentio fit, duos homines, natu maiorem Armeniae, minorem Mysiae satrapam, distinxerant. Nam idem Artasyrae filius illic quidem Rhodogunen Artaxerxis filiam in matrimonium duxisse fertur, id quod anno 401 a. Chr. n. accidisse discimus ex Xenophontis anabasi (cf. n. 391[8]) et hic ab Artaxerxe II defecisse ac rursus ad fidem rediisse, id quod ad annos proximos post 362

Ἀρτασύ‖[ρου, τὸ γέν]ος Βάκτριος, ἀποστὰς[5] ἀπὸ Ἀρταξέρ‖[ξου τοῦ Περσ]ῶν βασιλέως[6], ἐκράτησεν τῶν Περγα‖[μηνῶν καὶ μ]ετῴκισεν αὐτοὺς πάλιν ἐπὶ τὸν κο‖[λωνὸν[7] εἰς] τὴν πα[λαι]ὰν

---

a. Chr. n. referendum esse constat. Cf. not. 5. Hic igitur regis gener Armeniae praefectus fuit iam anno 401 a. Chr. n. Xen. anab. III, 5, 17: τούτους γὰρ διελθόντας ἔφασαν εἰς Ἀρμενίαν ἥξειν, ἧς Ὀρόντας ἦρχε πολλῆς καὶ εὐδαίμονος. IV, 3, 3. 4: ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ ὁρῶσιν ἱππέας που πέραν τοῦ ποταμοῦ ἐξωπλισμένους ὡς κωλύσοντας διαβαίνειν, πεζοὺς δ᾽ ἐπὶ ταῖς ὄχθαις παρατεταγμένους ἄνω τῶν ἱππέων ὡς κωλύσοντος εἰς τὴν Ἀρμενίαν ἐκβαίνειν. ἦσαν δ᾽ οὗτοι Ὀρόντα καὶ Ἀρτούχα Ἀρμένιοι καὶ Μάρδοι καὶ Χαλδαῖοι μισθοφόροι. Eandem vero satrapiam tenuit etiamtum cum deficeret, si fides habenda est Trogo Prol. 10: *defectores in Asia purpuratos suos persecutus* (Artaxerxes Mnemon) — *primum Dotamen — deinde — Ariobarzanen, deinde in Syria praefectum Armeniae Oronten.* Discrepat sane Diodorus XV, 90, 3: Ὀρόντης μὲν τῆς Μυσίας σατράπης. At hic tempora confudisse videtur; nempe cum in fidem rediisset Mysiam ei praemii loco datam esse non improbabilis est sententia E. Meyeri Gesch. des Alterthums V p. 487. Per illa quattuor decennia ante rebellionem certe una res memorabilis tradita est: Anno 382 a. Chr. exercitui pedestri regis praefuit in bello contra Cyprios (Diodor. XV, 2, 1). Cum Tiribazum aemulum apud regem accusasset et vinctum ad illum misisset (Diod. XV, 8, 3) et militibus indignantibus pavens praepropere pacem cum Euagora fecisset (Diod. XV, 9, 3), calumnia patefacta a rege summa ignominia affectus est (Diod. XV, 11, 2). Sed eum labente tempore restitutum esse apparet. De nominis scriptura fluctuante v. n. 391[7], de patre Artasyra n. 390[6].

5 Defectionem Orontis ad annum 362/1 refert Diodorus XV, 90, 3. Sed paullo post desertis sociis defectionis cum rege in gratiam rediit Mysiaeque praefectus est. Deinde vero iterum fidem exuit, ac certe anno 354 p. Chr. n. eum rursus rebellem fuisse testatur Demosthenes XIV, 31: ἐγὼ γὰρ ἡγοῦμαι ἐπ᾽ Αἴγυπτον μὲν καὶ Ὀρόνταν καί τινας τῶν ἄλλων βαρβάρων πολλοὺς ἂν θελῆσαι — μισθοφορεῖν παρ᾽ ἐκείνῳ, i. e. apud regem Artaxerxem III Ochum (358—337 a. Chr. n.). Per huius alterius seditionis tempora manifesto acciderunt quae Polyaenus narrat VII, 14, 3. 4 ad Cymen Aeolidis ab Oronte contra Autophradatem bellante gesta esse. Anno 351/0 (Meyer) de auxilio ei mittendo, quo tempore Chares, Charidemus, Phocio praetores erat, decreverunt Athenienses, anno 349/8 a. Chr. n. eum civitate donaverunt (C. I. Att. II 108). Paullo post hunc annum cum rege in gratiam rediisse videtur. E. Meyer Geschichte des Alterthums V p. 487.

6 Artaxerxes II Mnemon (401—358 a. Chr. n.).

7 Supplevit Fränkel. κό‖[λπον] Th. Reinach, qui sinum Elaeaticum intellegit ac deinde τὴν παλαιὰν πόλιν ad Teuthraniam refert. Sed κόλπον propterea ferri non posse quia ubique in hoc titulo versus ab integris syllabis inciperent docuit Fränkel. Quod vero post KO litteram I in ectypo dispici refert R., eum in errore versari asseverat Fränkel; nam ex ectypo musei Berolinensis apparere non litteram eam esse, sed fortuitam lapidis rimam. Oppidum Pergamenorum primo in monte conditum postea nescio quo tempore in planiciem proximam translatum erat, sed ab Oronte cives

πόλιν· εἶτα Ὀρόντης | [τὴν πόλιν ἐ]πιτρέ[ψας Ἀρτα]ξέρξηι ἀπέθανεν[8].

10 *b* [----------- γήμα]ντα Ἀναξίπ|[πην[9] ----------- ἐγέννησεν Εὔ]ιππον, Εὔιππος | [δὲ --------------------------- κ]αὶ

---

in pristinum locum reducti sunt. Etiamtum anno 191 a. Chr. n. urbem totam in monte fuisse ex Livii narratione (XXXVII, 20, 3: *ad radices fere collis, in quo posita urbs est.* § 6: *haec Diophanes ex alta urbe Pergamo contemplatus*) colligit Fränkel, per proxima demum regni Eumenis II tempora adiectis campestribus locis vicinis amplificatam esse; cf. Strabo XIII, 4, 2 p. 624 Cas.: καὶ τὴν ἐπὶ τοσόνδε κατοικίαν τοῦ Περγάμου τὴν νῦν οὖσαν ἐκεῖνος (Eumenes II) προσεφιλοκάλησε. Sed postea etiam, Romanorum aetate, domos habitationesque civium in monte mansisse: οἱ τὴν ἀκρόπολιν κατοικοῦντες Alterth. v. Perg. VIII, 2 p. 280 n. 394, 4 (principatu Claudii). p. 297 n. 434, 4 (a. 197 p. Chr. n.). 8 Cf. Diodor. XV, 91, 1: οἱ δ' ἀφεστηκότες τοῦ βασιλέως ἐπὶ τὴν τῶν ὅλων διοίκησιν εἵλοντο στρατηγὸν Ὀρόντην. οὗτος δὲ παραλαβὼν τὴν ἡγεμονίαν καὶ χρήματα πρὸς ξενολογίαν — ἐγένετο προδότης τῶν πιστευσάντων. ὑπολαβὼν γὰρ παρὰ τοῦ βασιλέως δωρεῶν τε μεγάλων τεύξεσθαι καὶ τῆς παραθαλασσίου πάσης παραλήψεσθαι τὴν σατραπείαν, ἐὰν ἐγχειρίσῃ τοῖς Πέρσαις τοὺς ἀφεστηκότας, πρῶτον μὲν τοὺς κομίσαντας τὰ χρήματα συνέλαβε καὶ πρὸς τὸν Ἀρταξέρξην ἀπέστειλε, μετὰ δὲ ταῦτα πολλὰς τῶν πόλεων καὶ τοὺς ξενολογηθέντας στρατιώτας τοῖς ὑπὸ τοῦ βασιλέως πεμφθεῖσιν ἡγεμόσι παρέδωκεν. Sane dubites, num inter illas multas urbes Pergamum fuerit. Nam quae Diodorus narrat, post priorem potius quam post alteram Orontis defectionem (cf. not. 5) gesta videntur. Utique cum annorum 354—349 spatio Orontem contra regis satrapam in Aeolide et Mysia bellum gessisse constet, rex cui Pergamum reddidit idem fuisse non potest, a quo primum defecerat, sed eius successor Artaxerxes Ochus. 9 Fragmentum *b* ad relationem de Philetaeri maioribus pertinere acute perspexit Fränkel. Quem a Pausania I, 8, 1 Paphlagona vocari manifesto propter maternam originem, de qua haec legerentur apud Athenaeum XIII 577 b: Φιλέταιρον δὲ τὸν Περγάμου καὶ τῆς Καινῆς ταύτης λεγομένης βασιλεύσαντα χώρας Βόας αὐλητρίδος ἑταίρας τὸ γένος ἀπὸ Παφλαγονίας υἱόν φησι γενέσθαι Καρύστιος ἐν ἱστορικοῖς ὑπομνήμασιν. Nam ipsum quidem non Paphlagona fuisse, sed Tieo ex oppidulo Ponti oriundum (Strabo XII, 3, 8 p. 543 Cas.). Huic mulieri hic nobilem stirpem affingi. In qua comminiscenda quod scriptor nomina cum ἵππος composita praetulisset, id fortasse referendum esse ad illam Attalidarum genealogiam, quam Nicander tangeret in versibus ab ipsius biographo servatis O. Schneider Nicandrea p. 1, 3—5: Ἄτταλ', ἐπεὶ σέο ῥίζαν ἐπέκλυον Ἡρακλῆος εἰσέτι Λυσιδίκης τε περίφρονος, ἣν Πελοπηῒς Ἱπποδάμεια φύτευσεν, ὅτ' Ἄπιδος ἤρατο τιμήν. Nam inter Hippodamiae posteros eiusmodi nomina frequentia fuisse, qua de re provocat ad testimonia ab Hoefero allata ap. Roscher Lexicon der gr. u. röm. Mythologie I 2 p. 2669. At ut reliqua Fränkelii disputatio tam acuta est, quam probabilis, sic hic nimis subtilis mihi videtur. Etenim ei qui humilis condicionis mulierem fictis maiorum nominibus nobilitare vellet, sponte se offerebant eiusmodi nomina

Δάσκυλον[10], ἀ|[δελφὴ δὲ τούτων μία Θε]ρσίππη ἐγένε|[το, αὕτη δὲ συνοικήσασα---------------]νι, Παφλαγόνι ‖ [τὸ γένος, ἔτεκε--------, κα]ὶ [με]τὰ ταῦτ[α|-----------------]

c [----------|-]ον Ε[ὐ]μέ[νης[11], διὰ βίου ἤδη τῆς ἀρχῆς κοινω]|νήσας [Ἀτ]τά[λωι τῶι ἀδελφῶι[12], ἀπεθάνε κατα]|λείπων τὴν [μὲν βασιλείαν τῶι ἑαυτοῦ υἱῶι] | Ἀττάλωι[13], κατ' ἐ[πιτροπὴν δὲ ἐκείνωι. οὗτος δὲ] ‖ ἀπέδωκεν τὴ[ν βασιλείαν ἀποθνήσκων Ἀττάλωι] | τῶι τοῦ Εὐμέν[ους ----------------------|------ ἄρ]ξαν[τα----- | --]ην------

quae ab equorum cura equestriumque certaminis splendore derivata generosis potissimum hominibus in deliciis erant; cf. Aristoph. Nub. 63 sq.: ἡ μὲν γὰρ ἵππον προσετίθει πρὸς τοὔνομα, Ξάνθιππον ἢ Χαίριππον ἢ Καλλιππίδην. 10 Cf. Escher ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV 2 p. 2221, qui quattuor recenset huius nominis homines quorum in Asiae minoris, ac potissimum quidem Phrygiae, Lydiae, Cariae memoria ac fabulis mentio fiat. Sed hi omnes antiquiores sunt quam ut hic in censum veniant. 11 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). 12 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 13 Quae hic probabititer restituit Fränkel, accurate conveniunt cum testimonio Strabonis XIII, 4, 2 p. 624 Cas.: βασιλεύσας δὲ ἔτη τετταρακόντα καὶ ἐννέα (Eumenes II) ἀπέλιπεν υἱῷ τὴν ἀρχὴν Ἀττάλῳ, γεγονότι ἐκ Στρατονίκης τῆς Ἀριαράθου θυγατρὸς τοῦ Καππαδόκων βασιλέως. ἐπίτροπον δὲ κατέστησε καὶ τοῦ παιδὸς νέου τελέως ὄντος καὶ τῆς ἀρχῆς τὸν ἀδελφὸν Ἄτταλον. At in publicis regis ipsius et populi Pergamenorum litteris Attalus Eumenis f. superstite patruo nunquam rex appellatur. Cf. n. 326[7].

---

265 Pars superior stelae marmoris caerulei venis albis distincti, fracta in duas partes, inventa Pergami. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 3 n. 5 cum addendis p. XVIII. O. Hoffmann Die gr. Dialekte II p. 105 n. 147 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 14 n. 18). Cf. quae disputaverunt H. Swoboda Mus. Rh. XLVI p. 497. E. Szanto Gr. Bürgerrecht p. 78.

I [Ἔγνω βο]υλὴ καὶ δῆμος[1]· γνώμη στρατηγῶν· | [ἐπεὶ ὁ] δῆμος

Litterae volgares Ionicae praeter ΑΞΦ, non dispositae στοιχηδόν. Θ et Ο reliquis litteris minores. 1 Pergamenorum. Lysimachi aut Philetaeri aetate haec decreta esse statuit Fränkel. In addendis idem Schuchhardti (apud Bohnium Altertümer von Aegae p. 64) sententiam probavit, anno 218 a. Chr. Attalum I cum in gratiam rediret cum Temnitis, qui a. 222 a. Chr. ad Achaeum defecissent, pacta antiquiora quae cum illis habuisset instaurasse (Polyb. V, 77, 2—4). Eius foederis originem ad annum 226 a. Chr., quo

ὁ Τημνιτῶν[2] οἰκείως διακ[εί|μενος] τυγχάνει τῶι δήμωι τῶι Περγαμην[ῶν, | ἀγαθῆ]ι τύχηι, δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δή‖[μωι], ἀποστεῖλαι πρεσβευτὰς δύο, οἵτινες παρα‖[γεν]όμενοι ἐμφανιοῦσι τήν τε εὔνοιαν ἣν ἔχων | [δι]ατελεῖ πρὸς αὐτοὺς ὁ δῆμος ὁ Περγαμηνῶν | [κα]ὶ διαλεγήσονται ὅπως ψηφισθῆι ταῖς πόλεσιν | [ἀμ]φοτέραις ἰσοπολιτεία[3]. ἐὰν δὲ φαίν[η]ται ‖ [Τη]-

---

Attalus Asia cis Taurum potitus esset (Polyb. IV, 48, 7), revocandam videri. At hoc quidem pactum, quippe quod inter civitates liberas sine ulla principis mentione factum esset, antiquius videri et, si non prius, certe anno 226 a. Chr. novo foedere cum Attalo conciliato abrogatum. Sed etsi temporis definitionem recte se habere mihi quoque probabile est, tamen pactum Temnitarum cum Attalo in locum eius quod antea cum Pergamenis habuissent successisse non credo. Immo rationes, quae eis cum principe intercedebant, plane separatae erant ab eis quas cum populo Pergamenorum habebant, ut eodem tempore utrumque pactum fuisse nulla ex parte incredibile sit. A tam antiquo tempore rarum quidem est, sed neutiquam inauditum. Cf. titulos Olympia V p. 429 n. 304. 305 postremo saeculi a. Chr. n. quarti decennio incisos. Reliqua vero litteratura, maxime ΠΣ, ad tempora inferiora descendere vetat; etiam Φ praecipue fini quarti et initio tertii a. Chr. saeculi convenit. Formulam ἔγνω βουλὴ καὶ δῆμος vel ἔγνω δῆμος Pergameni tum etiam retinebant ex usu Aeolensium, quorum origine erat civitas. Cf. n. 8[15]. At dialecto tum iam utebantur volgari, cum Temnitae vicini etiamtum Aeolicam religiose conservarent. Quod discrimen nescio an eo referendum sit quod Pergamum tum iam Philetaerus sedem imperii fecerat. Nam cum Alexandri successores reliquique dynastae in omnibus negotiis volgari lingua uterentur, consentaneum est etiam civitates primarias regnorum et principatuum eorum morem secutas esse.

2 Temnus oppidum Aeolicum triginta milibus passuum meridiem versus a Cyme ad ripam Hermi fluminis situm. Cf. Herodot. I, 149. Xen. Hell. IV, 8, 5. Polyb. V, 77, 4. XXXII, 27, 12. Strabo XIII, 3, 5 p. 621 Cas. Pausan. V, 13, 7. Plinius N. h. V, 119. 121. Tac. Ann. II, 47.

3 Ius de quo inter duos populos convenit, ut alterius urbis omnes cives simul civitatem in altera habeant, isopolitiae nomine hic significari apparet; cf. v. 17—25. Eadem vi praecipue in Creticarum civitatium pactis est, C. I. G. 2554, 189. 215 (Oluntiorum et Latiorum). 2555, 20 (Hierapytniorum et alius civitatis Creticae, cuius nomen intercidit). 2556, 12 (Hierapytnionum et Priansiorum). Hermae IV p. 267 n. I, 8 (Lyttiorum et Oluntiorum). Szanto. Sed etiam extra Cretam hoc institutum aliquando repperiri docet exemplum ab eodem allatum pacti inter Messenios et Phigalenses Syll.[2] 234, 11. Nonnunquam non mutuum pactum, sed simplex alterius populi decretum, quo alteri civitas datur, indicatur, ut I. G. Sept. III, 97, 14. 15: καὶ εἶμεν Τη[ν]ίοις ἰσοπολιτείαν πᾶσι δεδομέναν ἐμ Φωκεῦσι. Magis etiam a pristina et propria vi degeneravit vocabulum, ubi nihil nisi ius civitatis singillatim in peregrinos collatum indicat, cuius rei exempla haud pauca ex diversarum regionum decretis congessit Szanto p. 69 sqq.

μνίταις ἐπιτήδειον εἶναι[4], συνθεῖναι περὶ τ[ού|του τ]οὺς ἀφεσταλμένους[5] αὐτοκράτορας[6]. | [οἱ αἱρε]θέντες Ἀπολλωνίδης Π Ἀπελλέος, Η[------- | Ἑρ]μίππου. Ἀγάθαι τύχαι. ἔδοξε Ταμ[νίταισι | κα]ὶ Περ[γ]αμήνοισι, ἐπὶ πρυτάνιος τῶ μ[ετὰ Ἡρα||κ]λητδαν τὸν Δίτα μῆννος Ἡράω, ἐν [Περγάμω] | ἐπὶ πρυτ[ά]νιος[7] Ἀριστοκράτεος τῶ Ἱερα-------, | μῆνος Ἡράω· ἔμμεναι Ταμνί[ταισι ἐν Περ]|γάμω πολι[τ]είαν καὶ Περγαμή[νοισι ἐν Τάμνω,] | μετεχόντ[ε]σσι ὧν καὶ οἱ ἄλλο[ι πολῖται μετέχοι]||σι, καὶ γᾶς καὶ οἰ[κία]ς ἔγκτησιν[8] ἔ[μμεναι τῶ Ταμνί]|τα ἐμ Περγάμω [κ]αὶ τῶ Περγ[αμήνω ἐν Τάμνω. ψᾶφον | δ]ὲ φέρην τὸν Ταμνίταν [ἐμ Περγάμω, καθάπερ ὁ Περ|γ]άμηνος φέρει, κα[ὶ τ]ὸν Π[εργάμηνον ἐν Τάμνω καθάπερ | ὁ] Ταμνίτας φέρε[ι--------- ---------||σ]τείχην ἢ ἐπὶ συ-------------- | . . σι ται---------

4 Hic distinxit Hoffmann, cum Fränkel συνθεῖναι ad protasin pertinere et ab ἐπιτήδειον εἶναι pendere statuisset. Illud praestat, quia verbo apodoseos restituendo spatium non sufficit (cf. not. 6). 5 Cf. n. 64. 6 αὐτοκράτορας [εἶναι] Fränkel. Sed quinque litteras hic suppleri non licere propter spatii angustias monet Hoffmann. 7 Cf. n. 264, 3. 8 Vocalem ab Aeolica dialecto alienam ex volgari sermone ascitam existimat Fränkel, qua in re errat. Nam verbum κτᾶσθαι in omnibus temporibus quae productam vocalem habent itemque nomina inde derivata in omnibus dialectis genuinam vocalem η, non α habere constat. Cf. Ahrens de dialectis I p. 85. 184. II p. 131. Kühner-Blass Gr. Gramm. I, 1 p. 124. Etiam in titulis Aeolicis constanter eam vocalem teneri (κτῆμα, κτήσιας, ἔγκτησις) docent testimonia quae affert O. Hoffmann Gr. Dialekte II p. 503.

---

266 Stela marmoris caerulei ab inferiore parte mutila, fracta in duas partes, inventa Pergami. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 10 n. 13 cum Addendis p. XIX et fasc. 2 p. 507 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 9 n. 15). Cf. quae adnotaverunt F. Koepp Archaeol. Anzeiger 1895 p. 164. B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten II p. 156 not. 2.

[Ἀξ]ιώματα[1] ἃ ἐπεχ[ώρησ]εν[2] Εὐμένης Φιλεταίρο[υ][3] τοῖς | ἐμ]

Litterae Ionicae volgares praeter Ξ, non dispositae στοιχηδόν. ζῆτα antiquiorem formam I habet. ΘΟΩ reliquis litteris multo minores. 1 Supplevit Fränkel, qui nominis hac vi usurpati pauca quidem sed certa exstare exempla observavit: Plut. quaest. conv. II, 1, 9 p. 633 C καὶ γὰρ Ἀντίγονος αὐτὸς μὲν ἑαυτὸν εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ἔσκωπτε· καί ποτε λαβὼν ἀξίωμα μεγάλοις γράμμασι γεγραμμένον 'ταυτὶ μέν', ἔφη, 'καὶ τυφλῷ δῆλα'. Syll.2 303, 6 sqq.

§ 1 Φιλεταιρείαι[4] στρα[τ]ιώταις καὶ τοῖς ἐν Ἀτταλείαι[5]. | [σ]ίτου

ὑπὲρ τῆς πατρίο[υ χώρας], περὶ ἧς ἐπιδοὺς ἀξίωμα βασιλεὺς Θρᾳκῶν Κότ[υς τῆι συ]γκλήτωι — ἤτει τ[ὴν π]άτριον ἡμῶν χώραν. Lebas Inscr. III, 1652, 2: [ἐπέ]δωκεν ἀξίωμα, δι' οὗ ἐλε----. Frequentius verbum ἀξιοῦν usurpatur de eis, qui precibus adeunt regem vel principem. Cf. n. 56, 49 cum not. 82. n. 137, 10. 138, 6. 168, 38. 221, 12. 28. 223, 10. 228, 14. 329, 28. 29. Sequuntur singula ἀξιώματα quibus morem gessit Eumenes, quae numeris § 1—7 distinxi. Ea praeter primum omnia praefixum habent argumenti indicem praepositione ὑπὲρ c. gen. expressum. 2 Haec quoque vox sollennis est in eiusmodi argumento. Fränkelius affert Arrian. Anab. I, 27, 5: ὡς δὲ πάντα (quae Alexander ab Aspendiis postulaverat) οἱ ἐπεχώρησαν, ἀνέζευξεν ἐς Πέργην. Praeterea cf. n. 137, 9: ἐπιχωροῦμεν δὲ ὑμῖν καὶ τὴν ἀνάθεσιν ἧς ἠξιοῦτε στήλης [π]ο[ιή]σ]ασθα[ι]. 139, 19: ἐπιχωρῆσαι ἡμῖν ἀναθεῖναι στήλην. 168, 12: περὶ ὧν ἐπιχωρῆσαι ἀναστῆσ[αι στήλην]. 221, 54: διὰ τὸ Ἀθηναίῳ τῷ ἐπὶ τοῦ ναυστάθμου ἐπικεχωρῆσθαι. 228, 6: ἐπικεχώρηκε δὲ τοῖς [Σμυρ]ναίοις τάν τε πόλιν καὶ τὰν χώραν αὐτῶν ἐλευθέραν εἶμεν. v. 11: τὰ ἐπικεχωρημένα αὐτοῖς. Syll.[2] 280, 5. 314, 9. 18. 22. 425, 2. 558, 15. 19. Alibi, ut n. 221, 15. 17. 56. 62. 63. 223, 27, eadem vi συγχωρεῖν usurpatur. 3 Eumenes I. Eum Strabo non Philetaeri ipsius, sed fratris eius Eumenis filium dicit XIII, 4, 2 p. 624 Cas. ἦσαν δὲ αὐτῷ (Philetaero) δύο ἀδελφοί, πρεσβύτερος μὲν Εὐμένης, νεώτερος δ' Ἄτταλος· ἐκ μὲν οὖν τοῦ Εὐμένους ἐγένετο ὁμώνυμος τῷ πατρὶ Εὐμένης, ὅσπερ καὶ διεδέξατο τὸ Πέργαμον καὶ ἦν ἤδη δυνάστης τῶν κύκλῳ χωρίων. Quae originis significatio manifesto recte se habet, quia Philetaerum eunuchum fuisse constat. Sed titulus docet Eumenem a patruo adoptatum esse, cuius rei aliud vestigium exstat apud Diogenem Laertium IV, 38: ἀλλὰ καὶ ἐχορήγει αὐτῷ (Ἀρκεσίλᾳ) πολλὰ Εὐμένης ὁ τοῦ Φιλεταίρου. Fränkel. Tempora perbene conveniunt, siquidem eodem anno 241 a. Chr. et Arcesilae successit Lacydes et Eumenis I successor Attalus I regnum iniit (cf. n. 268[2]). Philetaerum anno 263 a. Chr. n. octogenarium decessisse constat (Droysen Gesch. des Hellenismus III, 1 p. 277 not. 3). Eumenes per viginti duos annos, usque ad 241 a. Chr., principatum tenuit. Hoc temporis intervallo utique hic titulus incisus est. Quem quod Fränkelius propius ab initio quam a fine imperii Eumenis abesse iudicat, quia mercennariorum seditiones nondum corroboratis novi principis opibus ortas esse maxime probabile sit, id non abhorret a veri similitudine. Certe Niesii opinio, qui has litteras annorum 246 et 241 a. Chr. terminis contineri ex necessitudine eis cum n. 229 intercedente collegit, parum firma mihi videtur. Nam multa quidem utrobique simillima sunt, sed neutiquam inde sequitur alterum titulum altero aliquot lustris antiquiorem esse non posse. 4 Regione in qua hoc castellum situm esset (ὑπὸ τὴν Ἴδην v. 21. 55) ipsum Eumenem I demum sub initia dominationis superato Antiocho I Sotere potitum esse, cum ad id tempus in Seleucidarum dicione fuisset, ex n. 335, 126 sqq. collegit Fränkel. Is igitur castello a se condito appellationem a patrui nomine derivatam imposuit. Quo factum est, ut regum Pergamenorum aetate Philetaeriae delubrum exstaret Eumenis (Εὐμένειον) conditoris. Cf. n. 336, 3. 5 Cf. Steph. Byz. Ἀττάλεια· πόλις Λυδίας,

τιμὴν ἀποτίνειν[6] τοῦ μεδίμνου δραχμὰς τέσσ[α|ρ]ας[7], οἴνου τοῦ
§ 2 μετρητοῦ δραχμὰς τέσσαρας[8]. ὑπὲρ το[ῦ] ‖ ἐνιαυτοῦ ὅπως ἂν
§ 3 ἄγηται δεκάμηνος[9], ἐμβόλιμον δὲ | οὐκ ἄξει[10]. ὑπὲρ τῶν τὸν

πρότερον Ἀγρόειρα ἢ Ἀλλόειρα καλουμένη. Inter Pergamum et Thyatira sitam fuisse certum est, de loco accuratius definiendo sane dissentitur. Cf. Bürchner apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 2155. Hanc quoque in terra quae antea Seleucidarum fuerat constituit Eumenes I et ab alterius patrui nomine appellavit. Fränkel. 6 Frumentum et vinum debebat Eumenes mercennariis quos conduxerat. Pro quibus si malit pecuniam numerare, hic certum pretium constituitur. Fr. 7 Alibi modo maius modo minus pretium quam quaternarum in singulos medimnos drachmarum commemoratur. Quinque drachmae Athenis sub finem quarti a. Chr. n. saeculi usitatum pretium fuerunt. Cf. Dem. XXXIV, 39: ὅτε δ' ὁ σῖτος ἐπετιμήθη τὸ πρότερον καὶ ἐγένετο ἐκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς, πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. Syll.[2] 152, 9 sqq. ἐπέδωκεν ἐν τῇ σπανοσιτίᾳ τρισχιλίους μεδίμνους πυρῶν πεντεδράχμους πρῶτος τῶν καταπλευσάντων ἐνπόρων. v. 68 sq. καταπλεύσας Ἀθήναζε σῖτον ἄγων ἐπ' Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος (330/29 a. Chr.) ἐπέδωκεν τῷ δήμῳ τρισχιλίους μεδίμνους πεντεδράχμους. At Deli initio alterius a. Chr. saeculi medimnum tribus drachmis veniisse observat Fränkel ad Boeckhii Staatsh. d. Ath. II[3] p. 26* not. 165 provocans ad titulum Bull. de corr. Hell. VI 1882 p. 14, 103. Nihil igitur miri habet quattuor drachmarum pretium medio saeculo tertio in regione Asiae minoris fertili. 8 Cf. Dem. XLII, 20: σὺ δ' ἐκ τῆς ἐσχατιᾶς νῦν πωλῶν τὰς κριθὰς ὀκτωκαιδεκαδράχμους καὶ τὸν οἶνον δωδεκάδραχμον, πλουτεῖς εἰκότως, ἐπειδὰν ποιῇς σίτου μὲν μεδίμνους πλέον ἢ χιλίους, οἴνου δὲ μετρητὰς ὑπὲρ ὀκτακοσίους. § 31 ὅταν οἱ πλούσιοι καὶ μηδὲν ὑμῖν πώποτε χρήσιμοι γεγενημένοι, πολὺν καὶ σῖτον καὶ οἶνον ποιοῦντες καὶ τοῦτον τριπλασίας τιμῆς ἢ πρότερον διατιθέμενοι, πλεονεκτῶσι παρ' ὑμῖν. Unde Boeckhius Staatsh. I[3] p. 123 collegit, usitatum pretium fuisse quaternarum in singulos metretas drachmarum. Fr. 9 Hoc cum Fränkelius mero errore pro (δω)δεκάμηνος incisum coniecisset, oblocuti sunt H. Usener apud Fr. p. 14 sq. B. Keil Hermae XXIX p. 78 not. 2. E. L. Hicks Classical Review VI 1892 p. 53 eorumque sententiae accessit Fränkel in Addendis. Qui omnes consentiunt, mercedem militum in annum constitutam fuisse, sed ita ut anni nomine id modo temporis spatium, quod omnino rei bellicae aptum esset, significaretur. Id ne unquam longius quam decem mensium sit cavetur. Quae res sane militibus ita modo curae fuisse potest, si merces non ex dierum mensiumve numero computabatur, sed certa et immutabilis summa pro tota militia annua pacta erat. Sic enim adiecto undecimo mense labor augebatur, lucrum non item. Huius stipendia numerandi rationis vero Hicksius luculentissimum attulit testimonium tituli Coi apud Paton et Hicks Inscr. of Cos p. 20 n. 10 d, 64 sqq. οἱ ἐ|πηγγελμένοι τὰς μισθοφορά[ς· Στα]|σαγορῖνος Τιμοξένου τοῦ [σι]τηρεσί|ου ἐνιαυτόν Η𐅄⊢. Τείσαρχ[ος] Γερά|στιος τοῦ σιτηρεσίου ἐνι[αυ]τὸν Η𐅄[⊢]. | Ἀρίστων Ἀριστοκλείδα το[ῦ σιτηρε]|σίου ἐνιαυτὸν Η𐅄⊢. Ἀλθαιμέ[νης -----]|σθένευς καὶ

ἀριθμὸν ἀποδόντων τὸν κύριον[11] | καὶ γενομένων ἀπέργων, ὅπως τὸ ὀψώνιον λαμβάνωσι | τοῦ προειργασμένου χρόνου.
§ 4 ὑπὲρ ὀρφανικῶν[12], ὅπως ἂν | οἱ ἄγχιστα γένους λαμβάνωσιν,
§ 5 ἢ ὧι ἂν ἀπολίπηι[13]. ὑπὲρ τελῶν, ‖ ὅπως ἂν ἡ ἀτέλεια ὑπάρχηι

ὑπὲρ τῶν υἱῶν σι[τηρέσιον] | ἐτῶν δύο ΗΗΗ⊢⊢. Χρυσάντα[ς ---------] | σιτηρέσιον ἑξαμήνου 𐅄Δ[ΔΔΔ⊢⊢⊢⊢⊢⊢⊢⊢⊢IIII. Ἀγα]|θόστρατος Μέμνονος σιτ[ηρέσιον ἑ]|ξαμήνου 𐅄ΔΔΔΔ⊢⊢⊢⊢⊢⊢⊢⊢⊢IIII. Nam hic semenstris quidem temporis merces est drachmarum $99^2/_3$, annui vere non duplex summa ($199^1/_3$ dr.), sed multo minor (151 dr., biennii 302 dr.). Quod quin Newtonus recte de anno militari novem mensium interpretatus sit, dubitari non licet. Sane haec tota computandi ratio, ex condicione et necessitatibus exercituum nata, nullam habet conexionem cum fastis anni civilis. Neque enim recte si quid video Usenerus has reliquias iudicat antiquioris fastorum ordinis cuius memoria cum apud Romanos in illo Romuli anno tum in Graecorum quibusdam caerimoniis conservata sit. 10 Eumenes. Sponte patet, non fastis civilibus Pergamenorum ne mensis intercalaris inseratur caveri, id quod in civitate, quae anno lunisolari quem dicunt uteretur, omnium absurdissimum erat, sed ne Eumenes illis annis, qui mensem intercalarem habeant, mercennarios undecim menses sub signis contineat. 11 Qui eum annorum numerum, in quem conducti sunt, absolverint. Fr. 12 Fränkel opinatur, non modo liberis, sed etiam proximis consanguineis atque eis quos quisque testamento designasset, mercedem post illius mortem per aliquantum temporis ab Eumene datam esse. At hoc cum per se ipsum incredibile est, tum quo pacto tales pecuniae ὀρφανικά vocari possint non intellegitur, quia plerumque ad alios homines atque ad liberos, quos miles impuberes reliquerat, perveniebant. Neque haec permira institutio credibilior fit Fränkelii observatione, quoniam multi ex militibus sine dubio liberos habuissent non ex legitimo matrimonio susceptos sed ex concubinis procreatos, his verendum fuisse, ne si liberis modo destinarentur illae pensiones, origine eorum in dubium vocata hoc emolumento privarentur. Quod ut vitetur, ius ὀρφανικῶν sic amplificari. Hoc aliquatenus probabile videatur de illa clausula ᾧ ἂν ἀπολίπῃ. At quod est de proximo agnato, in id profecto illa explicatio nullo modo cadit, et tamen hoc est quod omnium maxime mirum ac plane inauditum videri debeat. Nam quis quaeso credet milite quopiam liberis orbo defuncto fratrem aut patruum aut fratrem patruelem (hi enim sunt οἱ ἄγχιστα γένους) liberorum impuberum instar habitos pecunias ὀρφανικῶν nomine ab Eumene accepisse? Immo ὀρφανικά de tutela liberorum et cura rei familiaris relictae intellegenda sunt. Si non Eumenem ipsum, at certe eius asseclas et ministros vel ductores ordinum inhiasse pecuniis, quas milites defuncti reliquissent, pro rei natura probabile est. Qua de causa omnium maxime militum intererat, ne quilibet homo tutor ab Eumene aut aliquo ex ducibus datus per fraudem infantes bonis paternis privaret, sed ius proximi agnati aut tutoris testamento instituti religiose conservaretur. 13 Miles qui liberis nondum adultis decessit. De ἀπολείπειν inferiore aetate pro καταλείπειν usurpato cf. n. 326[21].

ἡ ἐν τῶι τετάρτωι καὶ τεσσαρα|κοστῶι ἔτει[14]. ἐάν τις ἄπεργος γένηται ἢ παραιτή[σ]ηται, ἀφιέ[σ|θ]ω καὶ ἀτελὴς ἔστω ἐξάγων
§ 6 τὰ αὐτοῦ ὑπάρχοντα. ὑπ[ὲρ | τ]οῦ ὀψωνίου οὗ ὡμολόγησεν τῆς τετραμήνου[15], ἵνα δοθῆι [τὸ ὁ|μ]όλογον, καὶ μὴ ὑπολογιζέσθω

14 Fränkelius cum legeret ὅπως ἂν ἡ ἀτέλεια ὑπάρχηι (neglecto H quod ipsius tabula post ΥΠΑΡΧΗΙ exhibet) ἐν τῶι τετάρτωι καὶ τεσσαρακοστῶι ἔτει, interpretatus est de immunitate qua milites fruerentur inde ab aetatis anno quadragesimo quarto. At si id indicaretur, ἀπὸ τοῦ τετάρτου καὶ τεσσαρακοστοῦ ἔτους aut τοῖς τεσσαράκοντα καὶ τέσσαρα ἔτη γεγονόσι dicendum fuit. Quod scriptum est, si omnino de aetatis anno accipiendum esset, nihil significare posset, nisi per unum illum annum milites immunitate frui, post eum vero non magis quam ante, id quod absurdum est. Quare ne Koeppii quidem interpretationem probare possum legentis ὅπως ἂν ἢ ἀτέλεια ὑπάρχηι ἢ ἐν τῶι τετάρτωι καὶ τεσσαρακοστῶι ἔτει, ἐάν τις ἄπεργος γένηται ἢ παραιτήσηται, ἀφιέσθω καὶ ἀτελὴς ἔστω ἐξάγων τὰ αὐτοῦ ὑπάρχοντα. Quae lectio vitio grammatico laborat; nam cum particulis ἢ — ἢ post ὅπως positis duo enuntiati finalis membra disiungantur, apparet in altero ex eis pro imperativis ἀφιέσθω καὶ ἀτελὴς ἔστω coniunctivos ἀφεθῇ καὶ ἀτελὴς ᾖ ponendos fuisse. Denique illud nudum ἀτέλεια ὑπάρχηι obscurissimum est, praesertim cum etiam in altero membro ἀτελὴς ἔστω legamus. Sed haec omnia incommoda nascuntur ex prava verborum ἐν τῷ τετάρτῳ καὶ τεσσαρακοστῷ ἔτει interpretatione, quae quin de immunitate anno 44 aerae Seleucidarum (269/8 a. Chr.) concessa intellegenda sint nullus dubito. Philetaerum eiusque successores hac annos numerandi ratione usos esse, dum Attalus I regio nomine ornatus regni annos litteris publicis praescribere inciperet (n. 268, 1 βασιλεύοντος Ἀττάλου, ἔτους πρώτου), nihil habet miri. Quod vero anni Seleucidarum indicantur mero numero, nulla addita aerae significatione, sed vocabulis plene scriptis, non notis numeralibus, id etiam in titulo aetate suppari habes n. 225, 5. 6: σὺν τοῖς [τοῦ ἐ]νάτου καὶ πεντηκοστοῦ ἔτους προσόδοις. ibid. v. 18: ἐν τῶι ἑξηκοστῶι ἔτει. Philetaerus igitur immunitatem concesserat militibus, quam sex aut paullo pluribus annis post eis, qui post defectionem in gratiam redibant, confirmavit illius successor Eumenes I. Quae immunitas qualis sit exponitur proximo enuntiato per asyndeton explicativum adnexo. Ut principis interesset, eos qui apud ipsum militarent alere ac fovere, sic metuendum erat, ne eorum qui ipsi nihil amplius prodesse poterant, nullam haberet rationem, sed ex eorum bonis lucrum captaret. Hoc ex metu nata est condicio de infantium tutela (§ 4, cf. not. 12); eodem spectat quod hic interdicitur, ne e discedentis militis re familiari partem Eumenes vectigalis nomine retineat. De alia immunitate hic omnino non dicitur. Nam milites, quos mercede conduxerat princeps, ei vectigalia non pependisse dum militarent per se intellegitur. 15 Per quattuor menses mercennarii defecerant ab Eumene; quorum mensium stipendia, quae ante ille pactus erat, ne deducerentur de summa debita hic constituitur. Fr.

§ 7 εἰς τὸ ὀψώνιον. ὑπὲρ τῶν λευ[κί]‖νων[16] ὅπως καὶ τὸν σῖτον λάβωσιν τοῦ χρόνου οὗ καὶ τὸν στέφανον[17]. |

Τὸν ὅρκον δὲ καὶ τὴν ὁμολογίαν ἀναγραψάτω εἰς στήλας λιθί‖[να]ς τέσσαρας καὶ ἀνα[θ]έτω μίαμ μὲν ἐμ Περγάμωι ἐν τῶι τῆς | [Ἀθ]ηνᾶς ἱερῶι[18], μίαν δὲ ἐγ Γρυνείωι[19], μίαν δὲ ἐν Δήλωι[20], μίαν δὲ ἐμ Μιτυ|λήνηι[21] ἐν τῶι τοῦ Ἀσκληπιοῦ.

Ὅρκος ὃν ὤμοσεν Παράμονος καὶ οἱ ‖ ἡγεμόνες[22] καὶ οἱ ὑφ' αὐτοὺς[23] στρατιῶται οἱ ὄντες ἐμ Φιλεταιρείαι | τῆι ὑπὸ τὴν Ἴδην[24] καὶ Πολύλαος καὶ οἱ ὑφ' αὐτὸν ἡγεμόνες καὶ στ[ρα|τ]ιῶται οἱ ὄντες ἐν Ἀτταλείαι καὶ Ἀττίνας (ὁ[25]) ἱππάρχης καὶ

---

16 Λευ[κα]νῶν Fränkel, λευ[κί]νων sine dubio rectius Koepp, qui monet coronam frondis populneae Herculis insigne (Theocrit. II, 120 κρατὶ δ' ἔχων λεύκαν, Ἡρακλέος ἱερὸν ἔρνος. Vergil. Eclog. VII, 61: *populus Alcidae gratissima*), aptissimum fuisse praemium egregiae fortitudinis. Atque unum certe eiusmodi coronae publice decretae exemplum inveniri Inscr. ins. mar. Aeg. I p. 51 n. 155, 78. 79: στεφανωθεὶς πρᾶτος λευκαίας στεφάνωι. Nam λευκαία ac λεύκη quin eandem arborem significent non videtur dubium. Adiectivum λεύκινος legitur etiam ap. Arist. Oecon. II p. 1353 b, 26. 27: εἶτα ἱμάτια μὲν λευκά, στεφάνους δὲ λευκίνους περιετίθει. Similiter etiam pro στέφανος δάφνης, θαλλοῦ, κιττοῦ, quae frequentissima sunt, inferiore aetate nonnunquam dicitur δάφνινος (Syll.^{2} 790, 40), θάλλινος (Syll.^{2} 742, 3. 8), κίσσινος (Syll.^{2} 588, 194). Sed hic sumendum est, quod sane novum videtur, milites hoc praemio ornatos satis audaci metonymia ipsos λευκίνους appellatos esse. Neque enim aliter stare potest enuntiati structura et sententia. 17 Qui corona ornati sint, eos σῖτον quoque accepisse, cum reliquis nihil daretur nisi ὀψώνιον (v. 13. 14), existimat Koepp. Sed haec distinctio redarguitur versu v. 3, qui omnibus militibus σῖτον deberi testatur. Quare tempus de quo hic dicitur nullo modo militiae esse potest, sed cum honesta missione id coniunctum fuisse videtur, ut ei, qui illud singulare coronae populneae praemium tulerat, etiam militiae tempore finito per aliquod tempus alimenta darentur. Mireris sane illud οὗ καὶ τὸν στέφανον, quia corona in certum aliquod tempus data quod sciam sine exemplo est. 18 Cf. n. 248, 56. Νικηφόρου cognomen Minerva Pergamena Eumenis I aetate nondum gerebat. 19 Cf. n. 229, 85 cum not. 47. 20 Deli non propter peculiarem quandam necessitudinem, quae Eumeni cum Deliis aut Apollinis Delii delubro intercederet, unum ex exemplaribus erigi iubetur, sed quia illud templum prae aliis ab omnium gentium Graecarum hominibus frequentabatur. 21 Eandem nominis formam iam in epistula Antigoni ad Teios data anno 304 vel 303 a. Chr. n. (Syll.^{2} 177, 30) habes, cum praeterea saeculo a. Chr. n. quarto et domi et peregre constanter Μυτιλήνη scribatur. 22 Paramonus στρατηγός est, proximi post illum ἡγεμόνες appellantur. Cf. n. 69^{3}. 115^{5}. 23 De pronominum personalis et reflexivi confusione cf. quae adnotavi n. 90^{36}. 24 Cf. not. 4. 25 Articulum neglegentia lapicidae omissum restituit Fränkel.

οἱ ὑφ' αὐ|τὸν ἱππεῖς καὶ Ὁλώϊχος [κ]αὶ οἱ ὑφ' αὐτὸν Τραλεῖς[26]· ‛ Ὀμνύω Δία, Γῆν, | Ἥλιον[27], Ποσειδῶ, Δήμητρα, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν[28] καὶ τὴν Ταυροπόλο[ν[29]] ‖ καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς πά[ν]τας καὶ πάσας[30]· διαλύομαι ἀπὸ τοῦ | [βελ]τίστου[31] πρὸς Εὐμένη τὸν Φιλεταίρου, καὶ εὐνοήσω αὐτῶι καὶ | [τοῖς ἐ]κείνου, καὶ οὐκ ἐπιβ[ο]υλ[εύ]σω Εὐμένει τῶι Φιλεταίρου οὐδὲ ὅπλα | [ὑπενα]ντία θήσομαι [οὐ]δ' ἐγκαταλείψω Εὐμένη, ἀλλὰ μαχοῦμαι | [ὑπὲρ α]ὐτοῦ καὶ τῶ[ν] πραγμάτων τῶν ἐκείνου ἕως ζωῆς καὶ θανά‖[του[32]. παρ]έξομαι δὲ καὶ τὴν ἄλλην χρείαν εὐνόως καὶ

---

26 Cf. Diodor. XVII, 65, 1: ἐκ δὲ Θρᾴκης ἱππεῖς μὲν ἑξακόσιοι, Τραλλεῖς δὲ τρισχίλιοι καὶ πεντακόσιοι. Plut. Ages. 16: ὡς δὲ διαβὰς τὸν Ἑλλήσποντον (Agesilaos) ἐβάδιζε διὰ τῆς Θρᾴκης, ----------· οἱ δὲ καλούμενοι Τράλλεις (τραχαλεῖς V), οἷς καὶ Ξέρξης ἔδωκεν ὡς λέγεται δῶρα, τῆς διόδου μισθὸν ᾔτουν τὸν Ἀγησίλαον ἑκατὸν ἀργυρίου τάλαντα καὶ τοσαύτας γυναῖκας. Liv. XXVII, 32, 4: *contracto iam inter Aetolos et Tralis* (*Illyriorum id est genus*) *certamine.* XXXI, 35, 1: *rex — quadringentos Trallis* (*Illyriorum id, sicut alio diximus loco, est genus*) *et Cretenses trecentos — misit.* XXXIII, 4, 4: *Thracumque et Illyriorum* (*Trallis est nomen gentis*) *par numerus bina milia erant.* Stephanus Byz. Βῆγις· πόλις Τράλλεων· οὗτοι δὲ τῶν Ἰλλυριῶν μοῖρα. Βόλουρος· πόλις τῶν ἐν Ἰλλυρίᾳ Τράλλεων. Τραλλία· μοῖρα τῆς Ἰλλυρίας. λέγονται καὶ Τράλλοι, καὶ Τράλλεις παρὰ Θεοπόμπῳ. Hesych. Τραλλεῖς· οὕτως ἐκαλοῦντο μισθοφόροι Θρᾷκες τοῖς βασιλεῦσιν, οἱ τὰς φονικὰς χρείας πληροῦντες. Hi loci, quos fere omnes attulit Fränkel, utrum ad duas gentes cognomines, alteram Thraciam, Illyriam alteram spectent an ad unam eandemque, quae utrius nationis sit ambigatur, dubites. Hoc veri similius visum Fränkelio; at eiusmodi dissensus ita modo nasci poterat, si certe in vicinia Illyrici habitabant, a cuius finibus illas Thraciae partes, per quas et Xerxes et Agesilaus iter faciebant (cf. Plut. Ages. l. l.), omnium maxime remotas esse constat. Scripturam per simplicem liquidam veram esse, geminationem vero sive scriptorum sive librariorum culpa ex multo notiore oppidi Asiani nomine irrepsisse persuasum habeo. Ceterum Trales Thracas, quos hic in Eumenis I exercitu reperimus, etiamtum apud Eumenem II stipendia fecisse annis 190 et 189 a. Chr. n. refert Livius XXXVII, 39, 10. XXXVIII, 21, 2. Fr. 27 Cf. n. 229[32]. 28 Quod milites per hanc potissimum Minervam iurent, id probare nondum fuisse illa aetate Νικηφόρου cognomen observat Fränkel. At etsi hoc per se verum est, tamen hic omnino Pergamenorum sacra in censum non venire docent iurisiurandi formulae n. 229, 60. 70: Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν. Immo quia hi sunt dei belli reique militaris tutores, et hic et illic per eos iuratur. 29 Cf. n. 229, 60. 70. 30 Cf. n. 306[2]. 31 Cf. n. 229, 49. Syll.[2] 216, 8. 278, 7. Dionys. Hal. ad Cn. Pompeium 1, 12. Plutarch. Themist. 3. Fr. 32 Zeugma (pro ἐν ζωῇ ἕως θανάτου) hic esse existimat Fränkel. At per se ἕως ζωῆς non minus recte se habet quam ἕως ἂν ζῇ aut μέχρι ζωᾶς (Syll.[2] 868, 15), μέχρι βίου (Syll.[2] 603, 3), quibus locis cum mortis mentio non fiat, de zeugmate cogitari nullo modo licet. Immo μέχρι et ἕως sive genetivum

ἀπροφα‖[σ]ί[σ]τως [με]τὰ πάσης προθυμίας εἰς δύναμιν εἶναι τὴν ἐμήν[33], | ἐάν τέ τινα αἰσθάνωμαι ἐπι[β]ουλεύοντα Εὐμένει τῶι Φιλεταίρο[υ | ἢ ἄ]λλο τι πράσσοντα ἐναντίον ἐκείνωι ἢ τοῖς πράγμασιν αὐτο‖[ῦ, οὐ]κ ἐπιτρέψω εἰ[ς] δύναμιν εἶναι τὴν ἐμήν, καὶ ἐξαγγελῶ[34] | πα‖[ραχρῆ]μα ἢ ὡς ἂν τάχιστα [δ]ύνωμαι τὸν τούτων τι ποιοῦντα [Εὐμέν]ει τῶι Φιλεταίρου ἢ ὃν ἂν ὑπολαμβάνω τάχιστα τούτωι | [ἐμφανι]εῖν. (δ)ιαφυλάξω[35] δὲ [κ]αί, ἐάν τι παραλάβω παρ᾽ αὐτοῦ, ἢ πόλιν ἢ φρού‖[ριον ἢ ν]αῦς ἢ χρήματα ἢ ἄλλο δ ἄμ μοι παραδοθῆι, καὶ ἀποδώσω ὀρθῶς | [καὶ] δικαίως Εὐμένει τῶι Φιλετ[α]ίρου, ἢ ὧι ἂν οὗτος προστάσσηι, ποιοῦντος ‖ [αὐτ]οῦ τὰ ὡμολογημένα. οὐ λήψο[μ]αι δὲ παρὰ τῶν ἐναντίων οὐδὲ γράμμ[α|τα, ο]ὐδὲ πρεσβευτὴν προ[σ]δέξομ[α]ι οὔτε αὐτὸς ἀποστελῶ πρὸς αὐτούς, | ἐάν τέ τις ἐνέγκηι μοι, τά τε γράμματ᾽ ἀνοίσω κατεσφραγισμένα καὶ | τὸν ἐνεγκόντα ἀνάξω ὡς ἂν τάχιστα δύνωμαι πρὸς Εὐμένη τὸν Φιλε|ταίρου ἢ πρ[ὸ]ς ὃν ἂν ὑπολαμβάνω τάχιστ[α α]ὐτῶι ἐμφανιεῖν, πρὸς τοῦτο[ν] ‖ ἀνάξω καὶ ἀνοίσω. οὐδὲ κακοτεχνήσω περὶ τὸν ὅρκον τοῦτον οὐθὲν | οὔτε τέχνηι οὔτε παρευρέσει οὐδεμιᾶι. παραλύω δὲ καὶ Εὐμένη τὸ[ν] | Ἀττάλου[36] τοῦ ὅρκου καὶ τοὺς μεθ᾽ αὐτοῦ[37] ὀμωμοκ[ό]-

---

regunt sive enuntiatum secundarium ab eis pendet non modo 'usque ad illud temporis punctum' sed etiam 'per illud temporis spatium' significare in volgus notum est. Illud sane reprehensione non caret, quod particula ad utrumque nomen refertur non eadem significatione. 33 Cf. n. 229, 39 εἰς δύναμιν εἶναι τὴν αὐτῶν. Syll.[2] 734, 116. Fr. 34 Cf. Syll.[2] 461, 44 sqq. καὶ εἴ τινά κ[α σ]υνωμοσίαν αἴσ[θ]ωμαι ἐοῦσαν [ἢ γιγ]νομέναν, ἐξαγγελῶ τοῖς δαμ[ιοργ]οῖς. 462, 16 sqq. [οὐδ]ὲ σύλλογον οὐδὲ συνω[μοσίαν] ποιησέω ἐπὶ τῶι κακίονι τ[ᾶς πόλ]ιος [ἢ] τῶ[ν] πολιτᾶν, οὐδὲ ἄλ[λωι] σ[υ]νεσσέομαι οὐδενί, αἴ τ[ίς κα χρ]ή[ι]ζηι τούτων τ[ι π]οιεῖν, ἄ[λλ᾽] ἐρέω ποτὶ τοὺς ἄρχοντας. 463, 70: εἰ δέ τινάς κα πύθωμαι συνομνύοντας, ἐξαγγελίω τοῦ κόσμου τοῖς πλίασιν. supra n. 229, 76: καὶ ἐάν τινα αἰσθάνωμαι ἐπιβουλεύοντα αὐτοῖς ἢ τοῖς ἐκγόνο[ις] αὐτῶν ἢ τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῶν, μηνύσω ὡς ἂν τάχιστα δύνωμαι. 35 ΛΙΑΦΥΛΑΞΩ. 36 Etsi hic homo nusquam praeterea commemoratur, tamen ipsius patrisque nominibus probabile ac paene certum fit, hunc esse fratrem patruelem Eumenis I, germanum Attali I. Eum rebellasse cum mercennariis contra Eumenem Philetaeri f. coniecit Fränkel ab eisque iure iurando obligatum esse, se ipsos nunquam deserturum neque cum fratre patrueli in gratiam rediturum esse. Quod fieri potuisse non licet praefracte negari; at veri simile non est, quia illa familia praeterea splendidissimum concordiae et mutuae fidei caritatisque exemplum exhibet. Quare mihi magis placet Niesii sententia, Eumenem Attali f. a rebellibus comprehensum et obsidis loco retentum esse; per quam occasionem consentaneum est illos eum iurare coëgisse quae e re esse ipsis viderentur. 37 Cf. not. 23.

τας συντελεσθέ[ν]|των τῶν ὡμολογημένων. εὐορκοῦντι μέμ μοι καὶ ἐ[μμ]ένοντι ἐν τῆι | πρὸς Εὐμένη τὸν Φιλεταίρου εὐνοίαι εὖ εἴη καὶ αὐτῶι [κα]ὶ τοῖς ἐμοῖς, ‖ εἰ δ' ἐφιορκοίην καὶ παραβαίνοιμί τι τῶν ὡμολογημένων, [ἐ]ξώλης ε[ἴην] | καὶ αὐτὸς καὶ γένος τὸ ἀπ' ἐμοῦ.

Ὅρκος Εὐμένους· Ὀμνύω Δ[ία, Γῆ]ν, | Ἥλιον, Ποσειδῶ, Ἀπόλλω, Δήμητρα, Ἄρη, Ἀθηνᾶν Ἀρείαν καὶ τὴν [Ταυροπό]|λον καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς πάντας καὶ πάσας· εὐνοήσω Παραμ[όνωι] | καὶ τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐμμίσθοις τοῖς ἐν τῆι στρατη[γίαι[38] ‖ τ]ῆι ἐμ Φιλεταιρείαι τῆι ὑπὸ τὴν Ἴδην ὑπὸ Παράμονον ταχθ[εῖ]σ[ι]ν κα[ὶ] | Ἄρχητι καὶ τοῖς ὑφ' αὐτὸν[39] φρουροῖς καὶ Φιλωνίδηι καὶ τοῖς ἀμίσθοις[40] τοῖς | [σ]υνομωμοκόσι τούτοις καὶ τοῖς τούτων πᾶσι καὶ Πολυλάωι καὶ τοῖς | [ἡγ]εμόσι καὶ τοῖς ἄλλοις στρατιώταις τοῖς ὑφ' αὐτὸν τασσομέ-

38 Supplevi. στρατη[ίαι] Fränkel, quem sequitur Michel. Aeolicam formam hic conservatam opinatur Fr., qui monet idem accidisse n. 265, 15 in nomine [Ἡρακ]λήϊδαν. Sed illic quidem in decreto Aeolice conscripto antiquior eiusdem dialecti forma retinetur, cuius rei aliquot alia exempla attulit Fr. in commentario, hic idem accidisse in inscriptione, quae ceteroqui volgarem recentioris aetatis sermonem habeat, certe multo minus veri simile est. Accedit quod propria quidem nominis στρατεία notio (militia vel expeditio) hunc non quadrat, exercitum vero hanc vocem significare posse non est demonstratum. Nam confunduntur sane notiones horum vocabulorum iam eo tempore, quo ῐ et ει pronuntiatione et scriptura etiamtum accurate distinguuntur, sed ita modo, ut στρατιά pro στρατεία usurpetur (cf. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der att. Inschriften p. 55 not. 473. 474), vice versa non item. Quod vero Fränkelius negat, iam Eumenis I tempore στρατηγία provinciam vel praefecturam significasse, ut apud Plinium N. hist. VI, 27: ***dividitur, quod certum est, in praefecturas, quas strategias vocant***, ei non obloquor. Sed fugit eum illam notionem ei qui στρατη[γίαν] suppleret non modo non necessario statuendam esse, sed omnino a conexu sententiarum alienam esse. Nam in illa locali nominis notione non τῆι ἐμ Φιλεταιρείαι dicendum fuit, sed τῆι περὶ Φιλεταίρειαν. Cf. n. 238, 1 οἱ ἐν τῆι περὶ Ἔριζαν ὑπαρχίαι φυλακῖται. n. 262, 7 τῆς περὶ Ἀπάμειαν σατραπείας. Quod contra si στρατηγίαν corpus numerumque militum interpretabimur qui eidem στρατηγῶι pareant, omnia bene se habebunt, neque id illius aetatis sermoni convenire negandum est, quandoquidem iam in titulo aliquot decenniis antiquiore ἡγεμονίαι vocantur militum ordines qui singuli singulos habeant ἡγέμονας. Cf. Syll.² 197, 21: τοὺς μὲν βουλομέν[ους στρατ]εύεσθαι διώικησεν ὅπως ἂν καταχωρισθῶσιν [ἐν] ἡγεμονίαις. 39 Cf. not. 23. 40 Homines qui voluntarii sine mercede militarent interpretatus est Fr., neque video quid aliud significare possit vocabulum, etsi eiusmodi homines fuisse sane mireris.

νοις | [ἐν Ἀτ]ταλείαι πᾶσι καὶ πεζοῖς καὶ ἱππεῦσι καὶ Τραλέσιν[41], ἕως ἂν ‖ [σὺν ἡ]μῖν στρατεύωνται, καὶ οὐκ ἐπιβουλεύσω οὐδὲ ἄλλος δι' ἐμ[ὲ | οὐθείς, ο]ὐδὲ προδώσω ὑπεναντίωι οὐθενὶ οὔτε αὐτοὺς οὔτε αὐτ[ῶν τι, οὐ|δὲ τοὺς ἐπὶ[42]] τούτων οὐδὲ τοὺς ὑπὸ τοῦ κοινοῦ αἱρε[θ]έντας[43] τρόπωι οὐ[θενὶ | οὐδὲ παρε]υ[ρ]έσει ο[ὐδε]μιᾶι, οὐδὲ [ὅπλα] ἐναντία [θ]ήσομαι οὐδὲ ---------------

41 Cf. not. 26. 42 Supplevi. οὔτε αὐτ[ῶν τὰ πράγματα] τούτων Fränkel. At αὐτῶν et τούτων ad idem nomen referri nullo modo possunt. Quare per οὔτε — οὔτε omnes milites eorumque res tangi sumo, deinde per οὐδὲ adiungi quae ad duces superioris inferiorisque gradus (στρατηγούς, ἡγεμόνας), qui communi appellatione οἱ ἐπὶ τούτων comprehenduntur, aliosque homines ab eis electos (not. 43) pertineant. 43 Ductores infimi ordinis interpretatur Fr. Sed nescio an praestet de hominibus cogitare, qui per rebellionis tempus ad certa negotia, veluti ut legati inter diversa militum qui defecerant corpora commearent, electi erant. Milites etiam qui in fide perseverarent, ius suffragiis aliquos e suo numero ad negotia quaedam eligendi habuisse, ex titulis Atticis Syll.² 192. 246 didicimus.

267 Stela marmoris candidi inventa in turri Turcica ad portam arcis Pergami. Ed. M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 19 n. 18 cum Addendis p. XIX (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 48 n. 38. p. 384 n. 516). Cf. quae de titulo exposuit H. Swoboda Mus. Rhen. XLVI p. 497 sqq.

I [Εὐμένης Φιλεταίρου[1] Περγαμηνῶν τῶι δήμωι χαίρ]ειν· | [Παλάμανδρος, Σκύμνος, Μητρόδωρος, Θεότιμος, Φιλ]ίσκος, | [οἱ κατασταθέντες ἐφ' ἱερέως[2] --------- σ]τρ[ατηγ]οί, φαίνοντα[ι |

Litterae volgares praeter ΞΠΣ; ζῆτα hic quoque antiquiorem formam I habet. ΘΟΩ reliquis litteris multo minores. V. 20 inter ΕΙΝΑΙ et ΕΡΡΩΣΘΕ undecim litterarum vacuum spatium, inter epistulam (I) et plebiscitum (II) fere trium versuum. 1 Supplevit Fränkel ex n. 266, 1. 26. 27. 36. 39. 43. 49. Cum in decreto identidem Eumenes quidam commemoretur, cuius summam esse auctoritatem quidem in rebus Pergamenorum appareat, sed ei nunquam regium nomen tribuatur (cf. v. 22. 24. 25. 30. 33. 35. 37), hunc Eumenem I (263—241 a. Chr. n.) esse sponte patet. Sed ad posteriorem dominationis partem, proximis ante 241 a. Chr. annis, has litteras rettulit Fr., cum quia non ut n. 266 labantem et militum defectionibus concussam, sed confirmatam ostenderent Eumenis potentiam, tum quia litteratura sine dubio aliquanto recentior esset quam illius tituli; utrumque argumentum non caret probabilitate. 2 Supplevit Fränkel ex v. 39. Praeterea sane ubique annos Pergami non sacerdotum, sed prytannum (n. 264³) nominibus significari, praeter unum titulum anni 133 a. Chr. n. (n. 338, 1 ἐπὶ ἱερέως

ἐν παντὶ καιρῶι καλῶς προεστηκότες τ]ῆς ἀρχῆς· τῶν τε γά[ρ || ------------------------ μ]ὲν[3] πεπολίτευνται δικαίως, | [καὶ τάς τε κοινὰς τ]ῆς πόλεως καὶ τὰς ἱερὰς προσόδους[4] | [οὐ μόνον ἐ]φ' αὑτῶν ὠικονομήκασι συμφερόντως τῶι δήμωι καὶ | [το]ῖς θεοῖς, ἀλλὰ καὶ τὰ παραλελειμμένα ὑπὸ τῶν πρότερον | ἀρχείων[5] ἀναζητήσαντες καὶ οὐθενὸς τῶν κατεσχηκότων || τι φεισάμενοι ἀποκατέστησαν τῆι πόλει· ἐπεμελήθησαν δὲ | καὶ περὶ τῆς ἐπισκευῆς τῶν ἱερῶν ἀναθημάτων[6] ὥστε τούτων | εἰς ἀποκατάστασιν ἀγηγοχότων[7] τὰ προγεγραμμένα καὶ τοὺς | ἐπιγινομένους στρατηγοὺς ἐπακολουθοῦντας τῆι ὑφηγήσε[ι[8]] | εὐχερῶς δύνασθαι διοικεῖν τὰ κοινά. κρίνοντες οὖν δίκαιον εἶναι || μὴ ὀλιγωρεῖν τῶν οὕτως ἐπιστατούντων, ἵνα καὶ οἱ μετὰ ταῦτα | δεικνύμενοι[9] πειρῶνται κατὰ τρόπον προΐστασθαι τοῦ δήμου, | αὐτοί τε διεγνώκαμεν τοῖς Παναθηναίοις[10] στεφανοῦν αὐτοὺς | καὶ πρὸς ὑμᾶς ὤιμεθα δεῖν γράψαι περὶ τούτων, ὅπως ἐν τῶι | μεταξὺ χρόνωι βουλευσάμενοι τιμήσητε αὐτοὺς καθότι ἂν || ἀξίους ὑπολαμβάνητε εἶναι. ἔρρωσθε.

Μενεστρά[του τ]οῦ Ἀπολλοδώρου) observavit idem p. 5. 3 τῶν τε γά[ρ || ἱερῶν καὶ τῶν πολιτικῶν πάντα μ]ὲν Fr., quo in supplemento cum genetivus partitivus a πάντα pendens minus placet, tum ἱερά et πολιτικά locum obiecti tenentia verbi πεπολίτευνται; nihil offensionis haec haberent si aliud verbum, veluti οἰκονομεῖν, διοικεῖν c. acc. aut ἐπιμελεῖσθαι c. gen. scriptum esset. 4 Singulare est, praesertim tam antiqua aetate, quod strategi etiam summam pecuniarum non modo publicarum, sed etiam sacrarum administrationem habent, etsi eorum negotia alibi quoque non plane aliena ab re pecuniaria ac ne a sacris quidem (cf. not. 6) fuisse scimus. 5 A prioribus praetorum collegiis. De hac nominis ἀρχεῖον vi cf. Syll.[2] 177, 65. 239, 7 306, 44. 468, 33. 914, 4. 6 Etiam Athenis unum ex praetoribus (τὸν στρατηγὸν τὸν ἐπὶ τὴν παρασκευήν) collegio, quod de vasis sacris quae usu detrita erant conflandis novisque inde efficiendis et deo consecrandis consultaret (C. I. Att. II, 403, 27. 404, 12. 839, 8) interfuisse eadem fere aetate, cuius hic titulus Pergamenus esset, observavit Fränkel. 7 Cf. n. 219[12]. 8 Cf. n. 234, 22 κὰτ τὰν τῶν προγόνων ὑφάγησιν. 9 Usitatius in hac re est verbum compositum ἀποδεικνύναι. Fr. 10 Panathenaea Pergamenorum ad imitationem Atheniensium refert Fränkelius, qui adnotat eiusdem nominis ferias inferiore aetate etiam Ilii celebratas esse (C. I. G. 3620, 3). At haec Iliensium Panathenaea non recentiora esse Eumenis I aetate, sed haud exiguo temporis spatio antiquiora probat titulus Iliensis Syll.[2] 479, 18, qui sine dubio quarti a. Chr. n. saeculi est. Utique in utrisque sacris ad Atheniensium exemplar nihil expressum est nisi nomen compositum Παναθήναια; nam non modo delubra et caerimonias Minervae Iliadis et Pergamenae in universam, sed etiam ipsas illas ferias antiquiores fuisse consentaneum est.

II Ἔγνω δῆμος[11]· Ἀρχέστρατος Ἑρμίππου εἶπεν· ἐπειδὴ οἱ καταστα|θέντες ὑπ' Εὐμένους[12] στρατηγοί, Παλάμανδρος, Σκύμνος, | Μητρόδωρος, Θεότιμος, Φιλίσκος[13], καλῶς τῆς ἀρχῆς προέστη|σαν, καθάπερ καὶ Εὐμένης ἐπέστειλε· δεδόχθαι τῶι δήμωι, || ἐπαινέσαι μὲν Εὐμένη, διότι ἐν παντὶ καιρῶι πρόνοιαν ποεῖται | τῶν τῶι δήμωι χρησίμων καὶ τοὺς εἰς ταῦτα συναντιλαμβανο|μένους τῶν πολιτῶν τιμᾶι τε καὶ στεφανοῖ, βουλόμενος τοὺς | ἄρχοντας τοὺς καθισταμένους προθυμοτέρους κατασκευάζειν | εἰς τὸ φροντίζειν τῶν τε ἱερῶν καὶ τῶν πολιτικῶν[14]. ἵνα δὲ καὶ ὁ δῆ||μος φανερὸς γίνηται Εὐμένει σπεύδων περὶ τῶν τοιούτων ἀνδρῶν, | δεδόχθαι τῶι δήμωι, στεφανῶσαί τε αὐτοὺς ἐν τοῖς Παναθη|ναίοις[15] χρυσῶι στεφάνωι ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς | Εὐμένη τε καὶ τὸν δῆμον· διδότωσαν δὲ αὐτοῖς ἀεὶ οἱ ταμίαι οἱ κα|τιστάμενοι κατ' ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς Εὐμενείοις[16] πρόβατον, οἱ δὲ || λαμβάνοντες θυέτωσαν Εὐμένει εὐεργέτηι[17], ἵνα φανερὸς ἧι ὁ δῆμ[ος] | ἅπασιν εὐχάριστος ὤν. ἀναγράψαι δὲ τήν τε ἐπιστολὴν τὴν | παρ' Εὐμένου καὶ τὸ ψήφισμα εἰς στήλην λιθίνην καὶ στῆσαι ἐν τῆι | ἀγορᾶι, τὸ δὲ ἀνάλωμα τὸ εἰς τὴν στήλην καὶ τὴν ἀναγραφὴν δοῦναι | τοὺς ταμίας τοὺς ἐφ' ἱερέως Ἀρκέοντος[18].

---

11 Cf. n. 265[1]. 12 Summos reipublicae magistratus non a comitiis populi eligi, sed a principe institui singulare est; inde apparet, quanta iam ante regium nomen ab Attalo I receptum fuerit principis in civitate auctoritas. 13 Praetorum collegium aliquotiens in titulis per regni tempora incisis commemoratur, frequentius Romanorum principatu. Memorabile est, tum quoque numerum quinarium mansisse, de quo praeter hunc titulum nullum exstat testimonium aetatis prioris. At quini nominatim enumeratur Augusti aetate Alterth. v. Pergamon VIII, 2 p. 274 n. 383 B, 1 sqq., intra annorum 114—116 p. Chr. spatium p. 281 n. 395, 10 sqq., anno 120 p. Chr. n. p. 282 n. 397, 13 sqq., Hadriani principatu p. 257 n. 361, 2 sqq. 362, 2 sqq. 14 Cf. not. 4. 15 Cf. not. 10. 16 Feriae quotannis peragi solitae, sine dubio Eumenis Philetaeri f. die natali, fortasse in Eumeneo quod erat Philetaeriae (n. 336, 3. 4). 17 Eadem appellatio omnibus qui post Eumenem regnaverunt, tribuitur passim in titulis, ut appareat eam non ut idem vocabulum in Ptolemaeis III et VIII, aut Φιλάδελφος in Attalo II, Φιλομήτωρ in Attalo III, pro sollenni cognomine habendam esse, sed nihil hic esse nisi laudem et grati animi significationem, qua etiam privatos homines propter beneficia accepta ornare solebant civitates Graecae. 18 Cf. not. 2.

268 Nacrasae (*Bakir*) ad fontem. Ed. Chishull Ant. Asiat. p. 146. Ex hoc et schedis Spanhemianis et Sherardianis Boeckh C. I. G. 3521. Cf. quae adnotaverunt U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyclopädie II, 2 p. 2159 sq. F. Staehelin Gesch. der Kleinasiatischen Galater p. 27 sq.

Βασιλεύοντος Ἀττάλου[1], πρώτου | ἔτους[2], μηνὸς Ὑπερβερεταίου[3] τεσσα|ρεσκαιδεκάτηι· ἐπεὶ Ἀπολλώνιος Μελεά|γρου ἐπιστάτης[4], προχειρισθεὶς ἐν τῶι ‖ τῆς πανηγύρεως χρόνωι ἀγωνοθέτης | τῶν ἀχθέντων Βασιλείων[5] καὶ εὐεργέτης | ὢν (ἐ)φιλαγάθησεν[6] ἐμ πᾶσιν ἐκδεξάμενος | τάς τε πα(ρο)ύσας[7] θεωρίας πρ(επ)όντως[8]

Litterae volgares praeter ΘΘΞΠ; σῖγμα apud Sherardum quidem antiquiorem formam habet, in Chishulli vero exemplo et in schedis Spanhemianis Σ est. Fere ubique Sherardum sequor et ubi ab eo discedo id definite adnotavi; reliquorum vero discrepantes lectiones, quae partim errori, partim interpolationi audacissimae debentur, plerasque silentio premere satius visum. 1 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). 2 Regium nomen devictis Galatis accepisse Attalum constat. Cf. Polyb. XVIII, 41, 7: νικήσας γὰρ μάχῃ Γαλάτας, ὃ βαρύτατον καὶ μαχιμώτατον ἔθνος ἦν τότε κατὰ τὴν Ἀσίαν, ταύτην ἀρχὴν ἐποιήσατο καὶ τότε πρῶτον αὑτὸν ἔδειξε βασιλέα. Liv. XXXIII, 21, 3. Strabo XIII, 4, 2 p. 624 Cas. Quando hoc factum esset, priores quidem homines docti dissentiebant; sed verissime Wilckenus disputavit, quia Polybius (XVIII, 41, 7: τυχὼν δὲ τῆς τιμῆς ταύτης καὶ βιώσας ἔτη δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα, τούτων δὲ βασιλεύσας τετταράκοντα καὶ τέτταρα, σωφρονέστατα μὲν ἐβίωσε κτλ.) definite regni, non imperii aut potestatis, annos numeraret quadraginta quattuor, anno 241/0 a. Chr. eum regio nomine ornatum esse. Cui quod opponit Staehelinus, etiam si Polybius initia potestatis antequam rex appellaretur illo annorum numero comprehendere vellet, eum ne potuisse quidem sine molestis ambagibus aliter loqui, id nequeo satis mirari. Quid enim, si ea fuisset Polybii mens, impediebat quominus ἄρξας diceret pro βασιλεύσας, qua voce omnis ambiguitas vitata esset? 3 Duodecimus anni Macedonic' ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Boëdromioni, Romanorum fere Septembri. Auctumno igitur anni Iuliani 240 a. Chr. incipiente haec decreta sunt. 4 Hic malui commate distinguere, quam cum Boeckhio post προχειρισθείς. Etenim si hoc participium ad ἐπιστάτης spectaret, nomen ἀγωνοθέτης necessario ad ὤν referendum esset. At in hoc ἀγωνοθέτης καὶ εὐεργέτης ὤν prave inter se coniunguntur res plane diversi generis. Erat igitur per illum annum epistata Apollonius, sed cum feriae Basiliorum instituerentur, eorum agonotheta creatus est (προχειρισθεὶς ἀγωνοθέτης) et in eo officio beneficum se praestitit (εὐεργέτης ὤν). 5 Ludi in memoriam regiae dignitatis quam Attalus nactus erat instituti. 6 ΟΦΙΛΑΓΑΘΗΣΕΝ Sherardus, quod Chishullus magis etiam corrumpit in ΟΦΙΛΑΓΑΘΟΣΕΝ. 7 ΠΑΟΘΥΣΑΣ Sherard. 8 ΠΡΟΤΟΝΤΩΣ Sher. ΠΡΩΤΟΝΤΩΣ Spanh. ΠΡΑΤΤΟΝΤΑΣ Chishull.

καὶ | τοὺς παρεπιδημοῦντας ξένους. καὶ πρότε‖ρον δὲ στρατηγὸς τῆς πόλεως κατασταθεὶς | ἀνεστράφη κατὰ τὸ δέον· ἐπήγγελται δὲ καὶ νῦν | ἀναθήσειν φιάλας δύο, ἑκατέραν ἀπὸ δραχμῶν | Ἀλεξανδρείων ἑκατόν· ἔδ[οξεν] ἐπαινέσαι τε αὐ|τὸν καὶ στεφανῶσαι χρυσῶι στεφάνωι. εἶναι δὲ αὐ‖τῶι καὶ σίτησιν ἐμ πρυτανή[ωι]. προσφέρεσθαι δὲ | καὶ λιβανωτόν. καὶ τὰ δεδογμένα ἀναγράψαι εἰς | στήλην λευκοῦ λίθου καὶ ἀναθεῖναι ἐν τῆι | στοᾶι πρὸ τοῦ ἀρχείου· τὰ δὲ ἐσόμενα ἀναλώ|ματα εἴς τε τὸν στέφανον καὶ εἰς τὴν ‖ στήλην προ(θ)έσ(θ)α(ι) (τ)ὸν[9] τῆς πόλεως ταμίαν.

9 ΠΡΟΕΣΩΑΝΟΝ Sherard. ΠΑΡΕΞΕΙΝΤΟΝ Chishull. Hoc pro arbitrio emendatum esse apparet, et infelicissime quidem, quoniam futurum hic in gravissimum soloecismi crimen incurrit. Boeckhius cum videret a Sherardianis proficiscendum esse, sollertissime inde elicuit προέσ(θ)α(ι τ)ὸν. Tamen eum sequi nolui, quia προΐημι verbi notio ab huius loci sententia alienior est. Iubetur sine dubio quaestor summam in praesentia de suo numerare, ut postea ex aerario recipiat. Qua de re sollenne est verbum προτιθέναι (cf. Syll.[2] 226, 127. 160 cum not. 13). Sane alibi activum, non medium ea vi usurpari solet, sed medium vel passivum activi locum etiam alibi haud raro tenet in sermone inferioris aetatis; cf. n. 90, 23 ἦσαν — συντετελεσμένοι. 90, 39 παρεστήξεται. Berl. gr. Urk. I p. 342 n. 351, 3 συνετάξω γάρ μοι (pro συνέταξας i. e. προσέταξας). Papyrus Parisinus Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 p. 291 n. 34, 16 κελευόμενοι ἐπιτηροῦνται αὐτοὺς καθ' ἡμέραν ἃ π[ο]ιοῦσιν. n. 210[6].

---

269 Fragmenta novem marmoris caerulei, quae ad summam partem grandis basis pertinebant, inventa Pergami partim in fano Minervae, partim in theatro. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 22 n. 20 cum Addendis fasc. 2 p. 507 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 854 n. 1213). Cf. M. Fränkel Philologus LIV p. 1 sqq. F. Staehelin Gesch. der Kleinasiat. Galater p. 25. 28.

[Βασιλεὺς Ἄτταλος[1], νικήσας μά]χηι Τολιστ[οαγίους[2] Γαλάτα]ς π[ερὶ πηγὰς] Καΐκ[ου ποταμοῦ[3], χα]ρι[στ]ή[ριον Ἀθ]η[νᾶι].

Litterae magnae, accurate et eleganter incisae, in universum quidem volgaris formae, sed ἄλφα arcum pro linea recta transversa habet, O paullo minore modulo quam reliquae litterae exarata est, Σ brachiis non plane quidem parallelis, sed non multum divergentibus. Extremae hastae dilatatae. 1 Supplevit Fabricius apud Fränkelium. Attali I monumentum esse cum titulus n. 276 docet, tum litteratura aliquanto antiquior quam quae in titulis monumentorum magnificorum Eumenis II occurrit. Victoriam Attali aliam

non esse atque illam nobilissimam qua regiam dignitatem meruisset, ex ipsa magnitudine monumenti recte collegit Fränkel. Accedit quod et hostium (not. 2) et loci (not. 3) significatio perbene quadrat. Quam victoriam recte a Wilckeno ad annum 241/0 a. Chr. n. referri docui n. 268[2] refutatis quae Staehelinus contra illum disputaverat. 2 De nominis forma cf. Syll.[2] 276[27]. Staehelin Gesch. der Kleinasiatischen Galater p. 52 not. 2. Eadem redit in titulis Pergamenis n. 275, 1. 276, 2. Tolistoagios potissimum fuisse, quos Attalus per ipsa regni initia vicisset, Livii narratio docet XXXVIII, 16, 12: *Troemis Hellesponti ora data, Tolostobogii Aeolida atque Ioniam, Tectosages mediterranea Asiae sortiti sunt.* Nam eis qui Aeolida tenerent tributum principes Pergami pependisse consentanem est. Quod cum primus omnium Attalus dare recusasset (Livius XXXVIII, 16, 14), bellum exortum est, quo is signis collatis Galatas fudit. Fr. 3 Pausanias I, 25, 2: καὶ Γαλατῶν τὴν ἐν Μυσίᾳ φθορὰν ἀνέθηκεν Ἄτταλος. In Mysia vero esse Caïci fontes testatur Strabo XII, 8, 3 p. 572 Cas.: τοὺς δὲ Μυσοὺς (οἰκῆσαι) ὑπὲρ τὰς τοῦ Καΐκου πηγὰς πλησίον Λυδῶν. XIII, 1, 70 p. 616: πολὺ γὰρ τῆς Ἴδης ἄπωθεν αἱ Κελαιναί, πολὺ δὲ καὶ αἱ τοῦ Καΐκου πηγαί· δείκνυνται γὰρ ἐν πεδίῳ. Locus igitur erat idoneus proelio magnorum exercituum committendo. Minus accurate Trog. prol. 27: *Galli Pergamo victi ab Attalo.* Fr. Ceterum Niebuhrii sententiam a Koehlero defensam, qui negat Galatarum gentem unquam solam per se cum Attalo bellum gessisse ideoque omnia, quae de regis victoriis Gallicis narrentur, ad unos Antiochi Hieracis socios vel mercennarios referenda esse existimat, argumentis aptissimis a F. Koeppio Mus. Rhen. XL p. 114 sqq. refutatam ideoque iure meritoque a plerisque nunc relictam existimo.

---

270 Basis lapidis calcarii inaedificata in muro recentioris aetatis, reperta Apterae (*Palaiokastro*) in insula Creta. Exstat Polae in oppido Istriae in villa M. Pietruskii equitis de Siemuszowa trierarchi classis imperatoriae et regiae Austriacae. Ed. B. Haussoullier Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 425 (P. Cauer Delectus inscr. Gr. ed. 2 p. 87 n. 130. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 330 n. 445). Imaginem tituli accurate delineatam proposuit R. Weisshäupl Jahreshefte des österr. arch. Instituts I (1898) p. 104.

Ἔδοξε [τᾶι] βουλᾶι καὶ τῶι δ[άμωι· ------------ εἶπεν·] | ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος[1] φίλος [ὑπάρχων διὰ προ]|γόνων

Litterae ΑΛΑΞΓΣ; ΘΟΩ reliquis aliquanto minores. Memorabile est ζῆτα etiamtum antiquiorem formam Ι habere. Vs. 7 post ΒΑΣΙΛΕΑ et vs. 14 post ΤΟΙΣΑΛΛΟΙΣ singularum litterarum spatia vacua relicta. 1 Attalum II (159—138 a. Chr.) significari maxime probabile visum est Haussoulliero, eique assensus est Michel. Quae opinio maxime ea re nititur, quod in eodem lapide iuxta hunc titulum instrumentum proxeniae ab Aptaraeis

πρόνοιαν ποῆται περὶ τῶ κοιν[ῶ τῶν Κρητῶν] | καὶ ἰδίαι τᾶς τῶν Ἀπταραίων[2] πόλιος, καὶ τοῖς [παραγε]‖νομένοις ποτ' αὐτὸν

Prusiae II Bithyniae regi (183—149 a. Chr.) decretae legitur (cf. n. 341). At tenendum est has esse reliquias muri multis eiusdem generis titulis inscripti, in quo diversorum temporum litteras in eodem lapide occurrere non mirum est; certe manumissiones Delphicae haud pauca huius rei exempla praebent. Quod si per illud decennium, quo Attalus II et Prusias II simul regnaverunt (159—149 a. Chr. n.) haec incisa statuas, mirum sane videbitur qui reges per hoc omne tempus acerrimas inimicitias exercerent, eos simul ab eadem civitate hospitii publici honore affectos esse; quodsi aut Prusiae decretum priore regni tempore (183—159 a. Chr.) aut Attali postremis eius annis (149—138 a. Chr.) factum statues, evertetur ea ipsa ratio, qua una nititur sententia Haussoullieri. Adde quod litteratura horum titulorum diversa est. Primaria vero causa, cur de Attalo I interpretari praestet, ea est, quod non modo hic, sed, qui rei cardo est, in ipsa summa decreti v. 7 simpliciter βασιλέα Ἄτταλον legitur neque cognomine neque paternae originis significatione adiuncta. Nam Attali I quidem tituli cuiusque generis ad unum omnes hoc simplex appellationis genus habent (n. 268, 1. 273, 1. 280, 1. 281, 1. 282, 1. 283, 1. 284, 1. 289, 1. Syll.[2] 286, 1. 296, 2. 299, 2. 306, 7. 588, 61. 105. 183. 846, 3. Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 31 n. 30, 3. p. 38 n. 43, 1. 2. 44, 1. 2. 45, 1. 2. p. 160 n. 247, 1) neque dubium est, quin patris nomen propterea constanter taceatur, quia is privatus fuit. Quod contra in Attalo II probe distinguenda sunt inscriptionum genera. Simpliciter βασιλεὺς Ἄτταλος legitur in formula initiali epistularum regis (n. 315, 33. 331, 5); item ubi in tenore cuiuslibet tituli qualibet de causa regis mentio fit, nonnunquam nudum βασιλεὺς Ἄτταλος occurrit (n. 326, 18); multo frequentius cognomen Φιλάδελφος adiungitur (n. 319, 15. 323, 17. 329, 5. 37. 38), sed patris nomen ne hic quidem addi consuevit. Denique idem cadit in temporis definitiones. Cf. n. 325, 1: βασιλεύοντος Ἀττάλου Φιλαδέλφου. Quod contra tituli donorum a rege dis dedicatorum nunquam paternae originis significatione carent; βασιλεὺς Ἄτταλος βασιλέως Ἀττάλου n. 317, 1. 318, 1. 327, 1. 328, 1. Alterth. v. Pergamum VIII, 1 p. 126 n. 218, 1. 2. Idem cadit in subscriptiones statuarum regis. Cf. n. 320, 1. 2. Quid vero in decretis honorariis moris fuerit, docet populiscitum Delphorum Syll.[2] 306, ubi v. 7 legitur ἐπειδὴ βασιλεὺς Ἄτταλος βασιλέως Ἀττάλου — ἀπέστειλε τῆι πόλει κτλ., cum v. 56. 57 ex more simpliciter [καθ]ὼς διατέτακ[ται ὑπ]ὲρ τὸν βασιλέα Ἄτταλον, v. 67 ἐπὶ τὰν εἰκόνα τοῦ βασιλέως Ἀττάλου dicatur. Satis confidenter igitur pronuntiari licet, si Attali II essent hic honores, futurum fuisse ut et v. 2 et v. 7 βασιλέως Ἀττάλου adderetur. Neque [διὰ προ]γόνων impedimento sunt, quominus Attalum I intellegamus; neque enim maiores regnasse praedicatur, sed amicitiam eis cum Aptaraeorum civitate intercessisse; quod de Attalo Attali I patre, de Philetaero eius patruo, de Eumene I eius fratre patrueli credere quid prohibeat non video. 2 Oppidum situm in occidentali insulae Cretae parte non longe a sinu maris a septentrionibus introrsum penetrantis orientem versus a Cydonia (*Kania*) in planicie fertilissima, quae hodie

τὰμ[3] π[ᾶ]σαν φιλανθρωπίαν ἐνδ[εί]|κνυται, δεδόχθαι τᾶι βωλᾶι καὶ τῶι δάμωι, στεφανῶσ[αι] | βασιλέα Ἄτταλον εἰκόνι χαλκέαι τελείαι, εἴτε κα [βώ]||ληται[4] πεζόν, εἴτε κα ἐφ' ἵππωι. αἴ[5] κα προαιρῆται καρυ|χθῆμεν ἔν τινι τῶν ἀγώνων τῶν στεφανιτῶν, ἐπιμ[ε]||λὲς γενέσθω τοῖς κόσμοις, ὅπως καρυχθῇ. ἦμεν δὲ αὐτῶι | καὶ προεδρίαν καὶ ἀσυλίαν καὶ ἀτέλειαν καὶ ἀσφάλειαν καὶ π[ο]||λέμω καὶ εἰρήνας[6] καὶ ἐν πόλι καὶ ἐν τοῖς λιμένοις[7], καὶ ξενολο[γ]||ῆσθαι καὶ ὁρμίζεσθαι καὶ αὐτῶι καὶ τοῖς ἐκγόνοις, καὶ τὰ λοιπὰ ὑ[π]|άρχε[ι]ν ὅσα κα[ὶ] τοῖς ἄλλοις εὐεργέταις.

Apokorona appellatur. Cf. Scylax Peripl. 27 p. 43, 6 ἡ Ἀπτεραία χώρα. Strab X, 4, 13 p. 479 Cas. Stadiasmus mar. magn. § 344 p. 512, 6 Müller. Pausan. X, 5, 10. Ptolemaeus Geogr. III, 15, 7 p. 569, 1 Müller. Hierocles Synecd. 650, 11. Plin. Nat. hist. IV, 59 (*Apteron*). Atque hi quidem omnes in media syllaba ε habent; unum apud scriptorem formae apud ipsos incolas usitatae vestigium est in Dionysii Calliphontis f. descriptione Graeciae v. 122. Nam hic in Ἀγγαραίαν non Ἀπτεραίαν latere, ut e Meursii coniectura scribunt editores, sed Ἀπταραίαν monuit Ahrens de dialectis II p. 114. Nummi constanter Ἀπταραίων habent itemque inscriptiones complures (cf. Syll.[3] 288, 4. 477, 9). Cf. etiam Hesych. Ἀπταρεύς· ὁ ἀπὸ Κρήτης. Ἀπτά(ρα) γὰρ πόλις Κρήτης. C. Bursian Geogr. v. Griechenland II p. 543. 3 TAM Weisshäuplii delineatio. Utrum M a lapicida in N mutatum sit an vice versa dubitaveris. 4 Sic Haussoullier, Michel, Weisshäupl. [δή]ληται Cauer. Cum multa volgaria irrepserint vel in rebus quae pertinacius conservari solent, quam eiusmodi vocabula vetusta (not. 5), illos sequi praestat. 5 ἆι editores, qui haec ad priora referunt sic distinguentes εἴτε κα ἐφ' ἵππωι, ἆι κα προαιρῆται. καρυχθῆμεν ἔν τινι τῶν ἀγώνων τῶν στεφανιτῶν. ἐπιμ[ε]λὲς γενέσθω τοῖς κόσμοις ὅπως καρυχθῇ. At primum quidem ἆι Dorice non 'ubi' est, sed 'quo'. Cf. Apollon. de adv. p. 624, 31; deinde in hoc conexu sententiarum illud indefinitum ἔν τινι τῶν ἀγώνων τῶν στεφανιτῶν intolerabile est, cum in mea lectione manifesto etiam arbitrium ludorum, per quos potissimum pronuntiari velit honorem suum, eligendorum regi permittatur. Tum asyndeton, quod post ἵππωι statuo, non abhorret a titulorum usu, quia ad aliam rem transitur. Quod contra priores editores duo admittunt asyndeta, ex quibus prius quidem ante καρυχθῆμεν eandem habet excusationem, sed alterum ante ἐπιμ[ε]λές omnino intolerabile est. Quod hic αἴ κα scriptum est, paullo ante εἴτε κα — εἴτε κα, id plane eandem inter Dorica et volgaria fluctuationem habet ac v. 1 βουλᾶι, v. 6 βωλᾶι, aut v. 13. 14 ὑπάρχειν collatum cum ποῆται v. 3. ἦμεν v. 10. ξενολογῆσθαι v. 12. 13. 6 Cave hoc ad eandem dialecti inconstantiam rettuleris, de qua verba feci not. 5. Immo εἰρήνα legitima forma est, ut prodit sermo Atticus, in quo post ρ antiquum ᾱ conservari debuerat. 7 Duo fuerunt Apteraeorum portus, Minoa ad septentrionalem, Cisamus ad meridionalem illius sinus, qui hodie *Suda* vocatur, oram. Cf. Plin. Nat. hist. IV, 59 *Minoium*, *Apteron*. Ptolemaeus Geogr.

III, 15, 5 p. 567, 6 Μινώια. Stadiasmus mar. Magn. § 344 p. 512, 6: ἀπὸ Κυδωνίας εἰς Ἀπτέραν περιπλέεται σταδίοις ρν'· πεζῇ δὲ στάδιοι ρκ'. ὁ τόπος Μίνως καλεῖται, εἰς ὃν κεῖνται νῆσοι τρεῖς, αἳ καλοῦνται Λευκαί. § 345: ἀπὸ τῆς Μίνωος εἰς Ἀμφιμάτριον στάδιοι ρν'. Strabo X, 4, 13 p. 479: Ἀπτέρας δ' ἐπίνειόν ἐστι Κίσαμος. Bursian Geogr. v. Griechenland II p. 544.

---

271 Fragmenta tria inter se contingentia basis exiguae marmoris caerulei inventa in muro a Turcis exstructo ad marginem meridionalem delubri Minervae in arce Pergamenorum. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 46 n. 58. Cf. quae disputaverunt O. Meischke Symbolae ad Eumenis II Pergamenorum regis historiam p. 69 sq. F. Staehelin Geschichte der Kleinasiat. Galater p. 35 cum not. 2.

Βασιλε[ὺς Ἄτταλος 1] | Διὶ καὶ Ἀθην[ᾶι 2] | ἀπὸ τῆς πα[ρὰ τὸν] | Ἅρπασον 3 ἐ[γ Καρίαι 4 ‖ π]ρὸς [Ἀ]ντ[ίοχον 5 μάχης].

Litterae volgares praeter ΠΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Εὐμένης Fränkel dubitanter. Is enim certamina Attali I cum Antiocho Hierace hic in censum non venire sibi persuasit, quia illarum quidem victoriarum illud magnum monumentum fuisset, quod haberet titulos n. 273—279. Quare fieri non posse quin v. 3 Antiochus III Magnus intellegeretur. At de eius bello a. 190 a. Chr. n. gesto loci significationem (not. 3) cogitare non sinere. Nihil igitur restare nisi ut ad anni 197 a. Chr. n. res gestas monumentum referretur, quo Antiochus Ptolemaeorum oppidis in Cilicia Lycia Caria sitis potiri conatus esset, cuius impetum tamen Rhodiorum auxilio repressissent civitates. Cf. Liv. XXXIII, 19, 11: *simul — Ciliciae Lyciaeque et Cariae tentaturus urbes, quae in dicione Ptolemaei essent.* 20, 10 sqq.: *hoc nuntio* (de proelio ad Cynoscephalas) *accepto Rhodii dempto metu a Philippo omiserunt consilium obviam eundi classe Antiocho, illam alteram curam non omiserunt tuendae libertatis civitatum sociarum Ptolemaei, quibus bellum ab Antiocho imminebat. nam alias auxiliis iuverunt, alias providendo ac praemonendo conatus hostis causaque libertatis fuerunt Caunis, Myndis, Halicarnassensibus Samiisque.* At neque hic ulla est memoria auxilii civitatibus a regibus Pergamenis adversus Antiochum lati, et nullum tum fuisse inter Attalidas et Seleucidas bellum ex Livii narratione (XXXII, 27, 1) collegit Meischke. Qui recte de Antiocho Hierace haec interpretatur, nam quam Fränkelius unam huic sententiae obstare opinatur rationem, ea in errore de monumento illo magnifico posita est (cf. n. 273 2). Antiochum Hieracem vero in Caria ab Attalo superatum esse testatur Eusebius Chron. I p. 253, 5 sqq. Schoene: *anno primo centesimae tricesimae octavae olompiadis, in Thrakiam fugere ab Attalo coactus post proelium in Karia factum, moritur.* Ad hoc anni 228 a. Chr. n. proelium spectat titulus. 2 Νικηφόρωι Fränkel, quod retinuit Meischke, sed recte reiecit Staehelin,

quia etiamtum in titulo n. 273, qui manifesto hoc monumento recentior est, Minerva hoc cognomine caret. Addita hac appellatione versus iusto longior, omissa iusto brevior fieri videtur. Sed in propatulo est, hic ut in aliis titulis, in quibus unusquisque versus ab integro vocabulo initium capiat, necessario non eandem fuisse versuum longitudinem. 3 Fränkelius recte Cariae flumen intellegit allatis Liv. XXXVIII, 13, 2: *hinc* (ab Hiera Come) *alteris castris ad Harpasum flumen perventum est.* Steph. Byz. Ἅρπασα, πόλις Καρίας, ἀπὸ Ἁρπάσου ποταμοῦ. Etym. M. 147, 57 Ἅρπαλος· ποταμὸς Καρίας, πρότερον Δαφνοῦς καλούμενος. εἴρηται δὲ διὰ τὸ ὀξύτατον τοῦ ῥοῦ, καὶ ὅτι ἁρπάζει τοὺς παριόντας αὐτῷ· οὕτως ἱστορεῖ Ἀπολλώνιος ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ δεκάτῳ τῶν Καρικῶν. Nam cognominem Armeniae fluvium (Xen. Anab. IV, 7, 18. Ἅρπαγος Diodor. XIV, 29, 2) ab hoc loco alienum esse. 4 Supplevit Fränkel. Cf. n. 279, 1, ubi vice versa terrae nomen servatum est, fluvii intercidit. 5 Antiochus Hierax Antiochi II Dei et Laodices filius natu minor. Cf. not. 1.

---

272 Basis exigua cubi figura marmoris caerulei, fracta in duas partes, inventa Pergami in theatro. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 32 n. 35. Cf. quae disputaverunt U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 2161. H. Gaebler Erythrae p. 46 not. 2. F. Staehelin Geschichte der Kleinasiat. Galater p. 37 sq.

[Βασιλεὺς Ἄτταλος[1]] | Διὶ [καὶ Ἀθηνᾶι | ἀ]π[ὸ τῆς ---------]
πρ]ὸς Λυσ[ίαν[2] καὶ τοὺς | Σελ]εύκο[υ[3] στρατηγοὺς μάχης].

Litterae volgares praeter Σ. Hastarum fines dilatati. 1 Supplevit Fränkel ex aliis eiusdem plane formae lapidibus, quorum fragmenta apud ipsum sunt n. 33: [Βασιλεὺς] Ἄ[τταλο]ς | [Διὶ καὶ Ἀθ]ην[ᾶι Νικηφόρωι | ἀπὸ τῆς μ]ετ[ὰ -------] | πρὸς Γ------ | περ[ὶ ------ μάχης]. n. 34 [Βα]σιλ(εὺς) [Ἄττ]αλ[ος | Διὶ] καὶ [Ἀθηναῖ Νικηφόρωι | ἀπὸ τῆς π]α[ρὰ --------- | πρ]ὸς Τ[------- μάχης]. n. 36: [Βασιλεὺς Ἄτταλος | Διὶ καὶ Ἀθηνᾶι] | ἀ[πὸ τῆς πρὸς] | Ε[----- καὶ τοὺς] | Σελεύκο[υ στρατηγοὺς μάχης]. Praeterea fragmentum, quod Fränkelius duobus huius tituli tertium adiunxit (C), Gaeblerus ad alium eiusdem generis lapidem pertinuisse demonstravit. Etenim in eo [Βασιλεὺ]ς Ἄ[τταλος | Διὶ καὶ Ἀθη]ναῖ Ν[ικηφόρωι] agnoscuntur, cum basis n. 272 itemque simillima Alterth. v. Perg. n. 36 eius aetatis sint, qua dea nondum hac appellatione usa est. Etiam de n. 33. 34 similes dubitationes movit Gaebler. 2 ΛΥ Fränkel. Sed Gaebler lapide iterum accurate examinato distincte agnovit ΛΙΣ supplevitque ex n. 277, 1. Ipse quidem hunc Lysiam Seleuci exercitus ducem existimavit, at Staehelin recte monuit, eum ducum regiorum appellatione non comprehendi, sed ab eis distingui. Quare dynastam nescio cuius regionis, qui cum rege Seleuco adversus Attalum bellum gesserit, designari videri. 3 Seleucum II Callinicum (246—226 a. Chr. n.)

intellexerunt Fränkel, Gäbler, Köpp. Eum postquam Antiochus Hierax anno 228/7 a. Chr. n. ab Attalo superatus esset, Asiam minorem victori eripere conatum, sed ipsius quoque exercitus a Pergamenis pulsos esse. At recte Wilckenus, cui assentitur Staehelin, monet de hac quidem re nihil usquam traditum esse, sed Seleucum III Ceraunum Callinici filium (226—223 a. Chr. n.) iam ab initio regni de recuperanda Asia cis Taurum cogitasse, verum non ante annum 223 a. Chr. n. eo se contulisse. Cf. Polyb. IV, 48, 7. 8: Σέλευκος γὰρ ὁ νέος ὡς θᾶττον παρέλαβε τὴν βασιλείαν, πυνθανόμενος Ἄτταλον πᾶσαν ἤδη τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου δυναστείαν ὑφ' αὑτὸν πεποιῆσθαι, παρωρμήθη βοηθεῖν τοῖς σφετέροις πράγμασιν, ὑπερβαλὼν δὲ μεγάλῃ δυνάμει τὸν Ταῦρον καὶ δολοφονηθεὶς ὑπό τ' Ἀπατουρίου τοῦ Γαλάτου καὶ Νικάνορος μετήλλαξε τὸν βίον. Consentaneum igitur esse eum prioribus regni annis (inter 226 et 224 a. Chr. n.) exercitibus ducibusque missis illa terra potiri conatum, his vero ab Attalo victis iam ipsum cum validiore manu rem aggressum esse.

273—279 Tabulae septem marmoris caerulei, inter quas una (277) fracta in duas partes. Omnes quondam summam partem permagnae basis efficiebant, erutae sunt in arce Pergami partim ad marginem meridionalem fani Minervae in muro a Turcis exstructo, partim in foro. Omnia praeter n. 278 ed. E. Loewy Inschriften gr. Bildhauer p. 113 n. 154 *a*—*f. h*. Unum n. 275 iam antea, et plenius quidem quam nunc exstat, ex Peyssonelii schedis ediderat Boeckhius C. I. G. 3536 (Titulos 273. 274. 275. 276 repetivi Syll.[1] 174—177). Omnia accurate delineata exhibet M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 24 n. 21—28 cum addendis fasc. 2 p. 507 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 855 n. 1214. n. 276 habet E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. ed. 1 p. 311 n. 180). Cf. quae disputaverunt U. Koehler Hist. Zeitschr. XLVII p. 1 sqq. H. Gaebler Erythrae p. 46. M. Fränkel Philologus LIV p. 1 sqq. F. Köpp Mus. Rhen. XL p. 114. Wochenschrift für class. Philologie XII 1895 p. 809 sqq. E. Thraemer Pergamos p. 258 sqq. J. Beloch Histor. Zeitschrift 1888 p. 449 sqq. F. Staehelin Gesch. der Kleinasiat. Galater p. 29 sqq. 39 sqq.

273 Βασιλεὺς Ἄτταλος[1] τῶν κατὰ πόλεμον | ἀγώνων[2] χαριστήρια Ἀθηνᾶι[3].

Litterae accurate incisae, quae a quarti a. Chr. n. saeculi scriptura Ionica non fere discrepant nisi quod Π lineam transversam paullulum ultra hastas directas prolongatam habet et quod ΘΟΩ multo minores sunt quam reliquae litterae. 1 Attalus I (241—197 a. Chr.). Apparet hanc dedicationem ad totum monumentum spectare, cum reliquae singillatim victorias indicent, quarum memoriae unumquodque opus statuariae artis consecratum sit.

274 [Ἀπὸ τῆς ἐμ Φρ]υγίαι[4] τῆι ἐφ' Ἑλλ[η]σ|[πόντωι[5] πρὸς Ἀ]ντίοχον[6] μάχης[7].

---

2 De huius monumenti ratione magna est dissensio inter homines doctos. Nam cum Koehler, Fränkel, Beloch, Thraemer id ad bellum ab Attalo I contra Antiochum Hieracem a Gallis adiutum referant, Köpp, Gaebler, Staehelin multo latius patere eius vim existimant. Nempe per posteriorem regni partem Attalum regem cum aliquantulum quietis post continua bella nactus esset, omnium quae ad id tempus prospere gessisset magnificum monumentum Minervae consecrare constituisse. Huic opinioni egregie favet illud τῶν κατὰ πόλεμον ἀγώνων, ubi articulus et nomini ἀγώνων additus et in vocabulo πόλεμον omissus multo melius in eiusmodi dedicationem quadrat quam in eam cui unum bellum ansam dederit. Quod Fränkelius (Philol.) huic argumento obmovet, eandem formulam in Attali II dedicatione n. 328, 1 recurrere, id nihil probat. Nam cum illum quoque ut patrem pluribus bellis interfuisse in eisque fortiter et strenue se gessisse constet, non est cur illud unius modo belli monumentum existimemus. Ac de hoc quidem titulo id etiam aliis argumentis confirmatur. Namque earundem, quae hic coniunctae enumerantur, victoriarum etiam singillatim peculiaria monumenta a rege dedicata sunt, id quod de n. 276 omnino certum (cf. not. 13), de 277 et 279 certe perquam probabile est (cf. not. 14. 17). Hoc vero non praefracte nego etiam usu venire potuisse, si hoc opus ad unum Antiochi Hieracis bellum spectaret; sed tamen multo accommodatius est rerum naturae, si Koeppii eorumque qui illum secuti sunt sententia recte se habet. Accedit, quod gravius est, ex illis tribus titulis, quibus alii ad easdem victorias spectantes respondeant, unum modo (n. 279) victoriam de Antiocho reportatam attingere, ex reliquis duobus n. 276 recte ad res illo bello priores, n. 277 ad posteriores relatum esse (cf. not. 14. 17). 3 Cf. n. 271[2]. 4 Supplevit H. G. Lolling Mitth. des arch. Instituts in Athen VI (1881) p. 101 not. 1, qui nomen terrae agnovit etsi in Conzii exemplo ΙΓΙΑΙ erat levissimo errore. In Fabricii delineatione iuxta ipsum marginem distincta litterae Υ vestigia agnoscuntur (Ι′). 5 Ἑλλ[η]ς Schoene et Conze coll. Steph. Byz. Ἕλλα· χωρίον Ἀσίας, Ἀττάλου βασιλέως ἐμπόριον. At primum quidem ἐπὶ ubi loco proelii alicuius designando inservit, id quod aliquando fit si non urbis est nomen, semper dativum habet (ἐπ' Ἀρτεμισίῳ, ἐπὶ Δηλίῳ), deinde vero ex quo terrae Phrygiae nomen agnovit Lollingius (not. 4) dubitari iam non potest quin verum viderit amicus nescio quis Conzii, qui cum eo communicavit supplementum Ἑλλ[η]σ[πόντωι]. Cf. Strabo XII, 8, 1 p. 571 Cas.: Φρυγία τε γὰρ ἡ μὲν καλεῖται μεγάλη, ἧς ὁ Μίδας ἐβασίλευσε καὶ ἧς μέρος οἱ Γαλάται κατέσχον, ἡ δὲ μικρά, ἡ ἐφ' Ἑλλησπόντῳ καὶ ἡ περὶ τὸν Ὄλυμπον, ἡ καὶ ἐπίκτητος λεγομένη. Xenophon Cyropaed. II, 1, 5: ἀπὸ Φρυγίας τῆς πρὸς Ἑλλησπόντῳ. IV, 2, 30: τὸν τῆς παρ' Ἑλλήσποντον ἄρχοντα Φρυγίας. VIII, 6, 7: εἰς Φρυγίαν δὲ τὴν παρ' Ἑλλήσποντον καὶ Αἰολίδα (σατράπην ἔπεμπε) Φαρνοῦχον. VII, 4, 8: ὁ δὲ Κῦρος ἐν τούτῳ ἀπεστάλκει Ὑστάσπαν στράτευμα ἄγοντα ἐπὶ Φρυγίαν τὴν περὶ Ἑλλήσποντον, quorum locorum plerosque affert Fr., qui item observat adiectivo ἡ Ἑλλησποντιακὴ Φρυγία uti Strabonem XII, 4, 1 p. 563 Cas. 6 Antiochus

275 [Ἀπὸ τῆς παρὰ τὸ] Ἀφροδίσιον[8] πρὸς Τολιστοαγίους[9] | [καὶ Τεκτοσά](γ)ας[10] Γαλ⟨λ⟩άτας[11] καὶ Ἀντίοχον[12] μάχης.

276 Ἀπὸ τῆς περὶ πηγ[ὰς] Καΐκου ποταμοῦ | πρὸς Τ[ολισ]τοαγίους Γαλάτας μάχης[13].

Hierax, Antiochi II Dei et Laodices filius natu minor, quocum bellum prospere gessit Attalus. Cf. n. 271[1], unde apparet et hunc titulum et reliquos, qui Antiochi inter Attali hostes mentionem faciant (n. 275, 2. 278, 2. 279, 2), aut 228 a. Chr. aut annis proxime superioribus gestas res tangere. Ceterum hic non ut n. 275, 1. 2 Galatarum Attali sociorum mentionem factam esse, ut Conzius sumpserat cum [πρὸς Γαλάτας καὶ] Ἀντίοχον restitueret, spatii rationes docent. 7 In hoc lapide aliquanto infra titulum n. 274 litteris grandioribus et magno intervallo inter se distantibus, etiam figura aliquatenus ab illo discrepantibus, siquidem O hic plane eandem habet magnitudinem, incisa sunt ONOYE. Quae quin artificis signatura esset dubitare nemo poterat. De nomine tamen restituendo dubitabatur propter Plin. N. hist. XXXIV, 84: *plures artifices fecere Attali et Eumenis adversus Gallos proelia, Isigonus, Pyromachus, Stratonicus, Antigonus qui volumina condidit de sua arte.* At propter n. 280, 6 Fränkelius iure maluit [Ἐπιγ]όνου ἔ[ργα] supplere quam [Ἰσι]γόνου aut [Ἀντι]γόνου. Nam ille titulus utique paucis annis modo ab hoc distat, cum artifices a Plinio commemorati partim aliquanto antiquiores, partim (propter Eumenis regis mentionem) multis decenniis recentiores esse possint huius monumenti origine. 8 Quia nomen delubri accuratiore situs definitione caret, Conze et Fränkel recte de Veneris templo iuxta Pergamum sito interpretantur, de quo cf. Liv. XXXII, 33, 5: *Nicephorium Venerisque templum, quae spoliasset evastassetque* (Philippus Demetrii f. Macedonum rex), *pro incorruptis restitui.* 9 Cf. n. 269[2]. 10 Supplevit et emendavit Boeckh. Peyssoneli apographum, quo uno haec tituli pars continetur, ΤΑΣ habet. 11 ΓΑΛΛΑΤΑΣ traditur (ne haec quidem vox hodie exstat) nescio an Peyssonelii potius quam lapicidae errore. 12 Cf. not. 6. 13 Plane geminus est hic titulus eius quem supra habes n. 269. Quae res, cum illum quidem ad nobilem victoriam Gallicam, qua regnum meruit Attalus, spectare omnes consentiant, magnam difficultatem creat eis, qui hoc monumentum ad unum Antiochi Hieracis bellum referunt. Nam simplicissima quidem res esset, si recte Niebuhrius, Koehlerus, Reischius neque illam ipsam ante certamen cum Antiocho partam esse neque omnino unquam Attalum cum Gallis aliis atque Antiochi sociis bellasse statuerent. At id non ita est. Cf. n. 269[3]. Quare Fränkelius quidem bis eodem loco eandem Tolistoagiorum gentem ab Attalo fugatam esse statuit, primum (n. 269) cum soli adversus eum bellarent, iterum (n. 276) cum Antiochum adiuvarent. At id iure meritoque in summa titulorum similitudine omnium maxime improbabile iudicavit Gaebler, quicquid contra eum disputat Fränkel (Phil.). Aliam viam ingreditur Thraemer. Qui cum concedat, lapidis figura et magnitudine, verbis litterarumque formis simillimum esse titulum n. 276 reliquarum huius basis partium, tamen fieri posse dicit

277 Ἀπὸ τῆς παρ[ὰ---- πρ]ὸς Λ[υ]σίαν[14] | καὶ τοὺς Σελ[εύκου[15] στρατ]ηγο[ὺ]ς μάχης.

---

ut omnino ab ea separandus sit. Quod num per se veri simile sit, nunc nihil moror. Nam certa ratione Thraemeri opinio redarguitur. Etenim praeter multa alia, quae hic plane concinunt cum n. 274. 275. 277—279, memorabile est hos omnes carere nomine eius qui dedicet et deae cui dedicetur. Quod hic quidem cur fiat luce clarius est; nam hae omnes inscriptiones non sunt nisi supplementa tituli dedicatorii quem habes n. 273. Quare si separandus est titulus 276 a reliquis, eum alius monumenti simillimi partem effecisse, quod item una dedicatione omnia comprehendens aliis titulis singillatim designaret complures victorias. At illud ad unum Galatarum bellum anno 241 a. Chr. feliciter gestum spectasse non potest, quia id uno proelio transactum est. Quod quoniam utique n. 276 non potest non pars fuisse monumenti quod plurium bellorum proelia victoriasque una comprehenderet, quid attinet aliud eiusmodi opus fingere potius, quam agnoscere id in hoc ipsum cadere? Quare mihi quidem titulus n. 276 certissimum argumentum praebere videtur, de totius monumenti ratione et inscriptionum argumento Gaebleri, non Fränkelii sententiam recte se habere. 14 Fränkelius, cum dextram et sinistram partem duorum diversorum titulorum esse opinaretur, hunc Lysiam Antiochi Hieracis militum ducem existimabat ideoque supplementum [ἀπὸ τῆς πρ]ὸς Λ[υ]σίαν | [καὶ τοὺς ἄλλους Ἀντιόχου στρατ]ηγο[ὺ]ς μάχης proposuit (n. 26). At ex quo Gaebleri sagacitate perspectum est et haec duo fragmenta coniungenda esse et titulum ad eandem victoriam spectare ac n. 272, Staehelinus recte monuit eum sic distingui a ducibus Seleuci, ut in eorum numero habendus non esset, sed unus ex illis dynastis esse videretur, quales tum temporis in abditis Asiae minoris partibus haud pauci fuissent. Spectant haec ad res gestas annis 226—223 a. Chr. n. Cf. n. 272[2.3]. 15 Cum sinistram partem alius lapidis (n. 25) esse existimaret Fränkel, Σελ[γεῖς] supplevit. Etenim Selgenses Pisidiae propter oppidi egregiam firmitatem semper sui iuris mansisse (Strabo XII, 7, 3 p. 571 Cas.: διὰ δὲ τὴν ἐρυμνότητα οὔτε πρότερον οὔθ' ὕστερον οὐδ' ἅπαξ οἱ Σελγεῖς ἐπ' ἄλλοις ἐγένοντο, ἀλλὰ τὴν μὲν ἄλλην χώραν ἀδεῶς ἐκαρποῦντο, ὑπὲρ δὲ τῆς κάτω τῆς τε ἐν τῇ Παμφυλίᾳ καὶ τῆς ἐντὸς τοῦ Ταύρου διεμάχοντο πρὸς τοὺς βασιλέας ἀεί). Hic et condicionem et mentem Selgensium talem describi, ut ab ea neutiquam abhorreat belli cum Attalo contra Antiochum gerendi conatus, concedendum est; sed memoriam de eiusmodi belli societate tenemus nullam; etiam articulus ethnico additus certe insolentior est (cf. n. 269, 1. 275, 1. 276, 2. 283, 4. 298, 3. Syll.[2] 272, 3. 283, 3. 4). Quod Fränkelius ad hunc usum defendendum attulit exemplum Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 49 n. 62, 4 ἐπιστρατεύσαντας τοῖς Ἕλλησι, huc non pertinet quia huius nominis alia ratio est atque eorum quae singulos populos gentesve indicant, sed altero loco quo ille utitur (VIII, 1 p. 160 n. 247, 3) sane τοὺς [Τολιστοαγίους] legitur itemque infra n. 280, 3 τοὺς Γαλάτας. Gaebler coniunctis his duobus fragmentis et comparato titulo 272 Seleuci III Soteris (226—223 a. Chr. n.) nomen restituit.

278 [Ἀπὸ τῆς περὶ Κολ]όην[16] | [πρὸς Ἀντίοχον μ]άχης.

279 [Ἀπὸ τῆς παρὰ τὸν Ἅρπασον ἐν Κ]αρίαι[17] | [πρὸς Ἀντίοχον μάχης].

---

16 Supplevit Fränkel coll. Euseb. Chron. I p. 254, 1 sqq. Schoene: *Attamen CXXXVII olompiadis anno quarto* (229 a. Chr. n.) *bellum in Lidiorum terra bis aggressus* (Antiochus Hierax) *debellatus est, et e regione Koloae cum Attalo proelium committebat.* 17 Etsi relliquiae perexiguae sunt, tamen iam Fränkelius monuit, propter spatii rationes ante terrae Cariae mentionem loci alicuius appellationem scriptam fuisse. Reliqua supplevit Gaebler ex n. 271. Sane non ab omni parte certa haec sunt, sed cum alia teneamus certissima eiusdem generis exempla (n. 276. 277), hic quoque proelii cuius praeterea separatum monumentum exstaret memoriam fuisse omnium veri simillimum existimabimus.

---

280 Lapides duo marmoris caerulei, qui quondam inter se contingentes summam partem magnae basis efficiebant. Sinister (*a*) iampridem periit, dexter (*b*) anno 1880 inventus est in muro Turcico meridiem versus a fano Minervae in arce Pergami. Illam partem ex Peyssoneli schedis ed. Boeckh C. I. G. 3535, hanc A. Conze Monatsber. der Ak. zu Berlin 1881 p. 869 tab. I *B*; coniunctas exhibet E. Loewy Insch. gr. Bildhauer p. 116 n. 154 *i* (E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 308 n. 177. Syll.[1] 173). M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 29 n. 29 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 855 n. 1215). Cf. quae disputaverunt U. Koehler, Histor. Zeitschrift XLVII p. 13 sqq. F. Stähelin, Gesch. der Kleinasiat. Gallier p. 36 sqq. S. Reinach Revue des études gr. VII (1894) p. 13 sqq.

a	*b*
Β α σ ι λ	έ α Ἄ τ τ α λ ο ν[1]
Ἐπιγένης[2] καὶ οἱ	ἡγεμόνες[3] καὶ στρατ[ιῶ]ται
οἱ συναγωνισά	μενοι τὰς πρὸς τοὺς Γ[αλ]άτας
καὶ Ἀντίοχ	ον μάχας[4] χαρισ[τ]ήρια[5]
	Διὶ Ἀθηνᾶι.
Ἐ(π)ι	γόνου[6] ἔργα.

Litterae volgares, nisi quod v. 6 extr. A est, cum praeterea ubique volgaris forma A inveniatur, et quod v. 1—5 ΘO reliquis litteris minores sunt, in artificis vero signatura v. 6 utrobique O alias magnitudine aequiparat (cf. n. 274[7]). 1 Attalus I (241—197 a. Chr.). Ex eis, quae Eusebius de Antiochi Hieracis casibus narrat (cf. n. 278[16]), apparet hoc monumentum

neque ante a. 228 a. Chr. n. neque multo post eum consecratum esse. 2 Eiusdem aliam dedicationem versibus compositam ex lapide Pergameno ed. Fränkel Alterth. v. Pergamon VIII, 1 p. 30 n. 30, ubi v. 3 legimus βασιλεῦ χάριν Ἄτταλε, v. 4 [σαφ]ῶς οἴδατε τὸ Ἐπιγένευ[ς]. Tam acuta quam probabilis est Koehleri coniectura, eundem hunc esse quem Polybius commemoret V, 41, 4: μάλιστα δ' ἔσπευδε καὶ περὶ παντὸς ἐποιεῖτο (Hermias) βουλόμενος ἐπανελέσθαι τὸν ἀποκομίσαντα τὰς δυνάμεις τὰς Σελεύκῳ (sc. Seleuco III Soteri a. 223 a. Chr. n.) συνεξελθούσας Ἐπιγένην, διὰ τὸ θεωρεῖν τὸν ἄνδρα λέγειν καὶ πράττειν δυνάμενον καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς ἀξιούμενον παρὰ ταῖς δυνάμεσιν. Nam eum quinquennio ante, quam Seleuci III occisi exercitum cui praeerat fratri illius Antiocho III conservaret, ducem copiarum Attali I cum Antiocho Hierace bellantis fuisse nihil habet improbabile. Quod vero Koehler probante B. Niesio Gesch. der gr. u. maked. Staaten II p. 157 not. 6 statuit Epigenem in praetorio Attali missu Seleuci II illi bello interfuisse, id mihi non magis placet quam Fränkelio. Nam primum quidem de societate belli inter Attalum et Seleucum nihil traditum est, neque probabile est Seleucum vel in acerrima dissensione cum fratre eum adiuturum fuisse, qui tota Asia cis Taurum sita Seleucidas privare conaretur. Deinde vero principem locum in eiusmodi dedicatione sine dubio tenere debebat summus militum Pergamenorum dux, quem excipiunt ordinum ductores et milites gregarii. Cf. n. 266, 20: Παράμονος καὶ οἱ ἡγεμόνες καὶ οἱ ὑφ' αὐτοὺς στρατιῶται. v. 21: Πολύλαος καὶ οἱ ὑφ' αὐτὸν ἡγεμόνες καὶ στ[ρατ]ιῶται. Apparet igitur intra annos 228 et 223 a. Chr. n. Epigenen militiam mutasse, quae res in mercennariorum ducibus illa aetate neutiquam rara fuit. Cf. n. 230 [1]. 3 Cf. n. 69 [3]. 115 [5]. 266 [22]. 4 Cf. n. 271. 274. 275. 278. 279 cum notis. 5 Pluralem χαριστήρια et v. 6 ἔργα Fränkelius quidem eo refert, quod Attalus cum aliis pugnans repraesentatus fuerit. At ea re quomodo pluralis ad nudum nomen βασιλέα Ἄτταλον relatus excusetur non video. Immo monendum est, eiusmodi substantiva haud raro etiam ubi de singulis rebus usurpentur pluralem numerum habere. Cf. Syll.[2] 586, 37: στέφανος θαλλοῦ χρυσοῦς, ὃν ἡ πόλις ἀνέθηκε, τὰ νικητήρια τοῦ κιθαρῳδοῦ. Qua similitudine χαριστήρια certe plane defenditur, pluralem ἔργα sic usurpatum sane insolentiorem esse concedendum est. 6 Priore versus parte Peyssonel ΕΣΤΙ exhibet; iam cum ille inter hunc et v. 4 ΚΑΙΑΝΤΙΟΧ nullum indicet intervallum, Boeckhius quinti versus initium illud esse ratus ἔστ(η)[σαν] Διὶ Ἀθηνᾶι restituit. At neque usquam inter *a* et *b* quicquam scripturae intercidit, et illo supplemento symmetria versuum praeterea ubique religiose conservata omnino evertitur. Quare Fabricius apud Fränkelium perspexit, sexti potius versus hoc initium esse levi errore ΕΣΤΙ pro ΕΠΙ infectum. Epigonum statuarium commemorat Plinius N. h. XXIV, 88: *Epigonus omnia fere praedicta imitatus praecessit in tubicine et matri interfectae infante miserabiliter blandiente.* Utrumque opus inter artificia ob victorias Gallicas dedicata fuisse, et huius quidem imitationes nunc etiam exstare probabiliter disputat Reinach. Praeter hunc lapidem et n. 274 [7], ubi sane coniectura non ab omni parte certa repositum est eius nomen, signaturae Epigoni aetatem tulerunt Pergami tres: Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 10 n. 12: Ἐπίγονος | ἐποίησεν. p. 31 n. 31: Ἐπίγονος ἐποίησεν. p. 32 n. 32: Ἐπίγονος ἐποίησεν. Apparet igitur eximias eius

partes fuisse inter artifices, qui Attalo I in monumentis victoriarum efficiendis operam navarent. Quare merito mireris in illorum numero apud Plinium Nat. hist. XXXIV, 84 (cf. n. 274[7]) hunc potissimum desiderari. At coniectura Adolfi Michaëlis, illic pro *Isigonus* rescribendum esse *Epigonus*, iusto audacior mihi quidem videtur.

---

281 Magna basis marmoris caerulei, fracta in duas partes, ex quibus sinistra inventa est Pergami in turri Turcica ad meridionalem templi Minervae partem, dextra in muro Byzantino meridiem versus a foro. Ed. M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 40 n. 47 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 855 n. 1216). Cf. quae adnotavit B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten II p. 484 n. 5.

Βασιλεὺς Ἄτταλος[1] τῶν ἐξ Αἰγίνης[2] ἀπαρχὴν[3] Ἀθηνᾶι.

Litterarum formae volgares praeter ΠΣ, accurate et eleganter incisae. 1 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). Nam de alterutro ex posterioribus Attalis cogitare praeter argumentum (not. 2) etiam litteratura vetat, quam postremis Attali I annis unice convenire observat Fabricius apud Fränkelium. 2 Cf. Polybius XXII, 11. 9. 10: Μετὰ δὲ τοῦτον ἀναστὰς Κάσσανδρος Αἰγινήτης ἀνέμνησε τοὺς Ἀχαιοὺς τῆς Αἰγινητῶν ἀκληρίας, ᾗ περιέπεσον διὰ τὸ μετὰ τῶν Ἀχαιῶν συμπολιτεύεσθαι, ὅτε Πόπλιος Σολπίκιος ἐπιπλεύσας τῷ στόλῳ πάντας ἐξηνδραποδίσατο τοὺς ταλαιπώρους Αἰγινήτας· ὑπὲρ ὧν διεσαφήσαμεν, τίνα τρόπον Αἰτωλοί, κύριοι γενόμενοι τῆς πόλεως κατὰ τὰς πρὸς Ῥωμαίους συνθήκας, Ἀττάλῳ παραδοῖεν τριάκοντα τάλαντα παρ' αὐτοῦ λαβόντες. Quae acciderunt fere a. 210 a. Chr. n. Ex quo tempore Attalidae insulam tenuerunt usque ad finem regni (cf. Syll.[2] 297[4] et infra n. 329). 3 Partem praedae Attalo cessisse, ex qua has primitias dedicaret, ideoque statuendum esse, quod sane nusquam traderetur, etiam Attali milites Sulpicii expeditioni interfuisse, probabiliter existimat Niese.

---

282 Magnesiae ad Maeandrum in foro in pariete porticus. Ed. O. Kern Inschriften von Magnesia p. 17 n. 22.

Βασιλεὺς Ἄτταλ(ο)ς[1] [Μα]||γνήτων τῆι βουλῆι καὶ τῶι [δή]||μωι χαίρειν· Πυθίων καὶ Λυκ[ο]||μήδης[2] οἱ παρ' ὑμῶν ἀνεκόμι||σαν

1 Attalus I (241—197 a. Chr.). Hae litterae fere anno 206 a. Chr. n. scriptae sunt. Cf. Syll.[2] 256[2]. De eis quae hic ut in aliis titulis Magneticis uncis rotundis circumscripsi cf. n. 231[5]. 2 Nomen Magnesiae non infrequens, sed quia patronymico caret, dubites quisnam potissimum ex hominibus cognominibus, qui in aliis titulis inveniuntur, hic sit. At quia Lycomedes Charisii f. de eisdem Dianae Leucophryenes feriis etiam ad

πρός με ψήφισμα, καθ' ὃ πα[ρα]|καλεῖτε τὸν ἀγῶνα, ὃν τίθετ(ε) | τῆι Ἀρτέμιδι τῆι Λ(ε)υκοφρυην[ῆι[3]] | μουσικὸν καὶ γυμνικὸν καὶ ἱ(π)|πικόν, ἀποδέξασθαι στεφανίτ[ην] ‖ ἰσοπύθιον, καὶ αὐτοὶ διελέχθησ[αν] | ἀκολούθως τοῖς γεγραμμένο[ις,] | ἠξίουν δὲ καὶ τὰς ὑπ' ἐμὲ πόλε(ι)[ς] | ἀποδέξασθαι ὁμοίως· θεωρ(ῶ)[ν δὲ] | τὸν δῆμον μεμνημένον τῶν [ὑπ' ἐ]‖μοῦ γεγενημένων εἰς αὐτοὺς εὐ[εργε]|σιῶν καὶ ὁμιλοῦντα ἐμ Μούσ(αι)[ς[4] δει]|νῶς, τόν τε ἀγῶνα ὥσπερ παρα[καλεῖ]|τε ἀποδέχομαι καὶ ἀπαρχὴν ἐ(γ)[ώ τε ἔτα]‖ξα δοῦναι, καὶ αἱ πόλεις δὲ αἱ (π)[ειθόμε]‖ναι ἐμοὶ ποιήσουσιν ὁμοίως. [ἔγραψα] | (γ)ὰρ αὐταῖς παρακαλῶν[5]· κα[ὶ Περγαμη]|νοῖς δὲ καθ' ὅσον ὁ δῆμος [αἰτεῖται | συνα](υ)ξήσω τὸν ἀγῶν(α) ----------- | --------------- (τ)ην π-----------

Athenienses, Boeotos, Chalcidenses, Eretrienses, Phocenses legatus profectus est (Inschr. von Magnesia 25 *b*, 3. 34, 4. 25. 37, 12. 34. 47, 11. 48, 4), hunc potissimum hic innui existimaverim. 3 Cf. n. 231[3]. 4 Supplevit Kern, provocans ad I. G. Sept. III, 235, 2. 3: ὃς ἐμ Μούσαις γράμμασιν εὐξυνέτω[ς] παιδείην ἤσκησεν. Ubi quondam ἐμμούσ(ο)ις emendabam; at etsi nudum nomen γράμμασι dativo instrumenti iuxta ἐμ Μούσαις positum ne nunc quidem venustum existimare possum, tamen hi duo loci se invicem tutari mihi videntur. 5 Cf. n. 231, 25: γεγράφαμεν δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν πραγμάτων τεταγμένοις, ὅπως καὶ αἱ πόλεις ἀκολούθως ἀποδέξωνται et Syll.[2] 260, ubi Chalcidenses de eisdem sacris Dianae Leucophryenes decernunt ex litteris Philippi Demetrii f. regis Macedonum.

283 Basis cylindri figura, fracta in tres partes, eruta Pergami. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 44 n. 52 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 855 n. 1217). Tractavit M. Holleaux Revue des études Grecques XI (1898) p. 251 n. II.

[Βασιλεὺς] Ἄτ[ταλος | Διὶ] κα[ὶ Ἀθηνᾶι] Νικ[ηφόρωι | ἀ]πὸ τ[ῆς πρὸς Φίλιππον[1]] | καὶ Μακεδ[όνας περὶ Χίον[2]] ‖ ναυμ[αχίας].

Litterae volgares praeter Π. 1 Supplevit Holl. collato Polyb. XVIII, 46, 5: ἡ σύγκλητος ἡ Ῥωμαίων καὶ Τίτος Κοΐντιος στρατηγὸς ὕπατος, καταπολεμήσαντες βασιλέα Φίλιππον καὶ Μακεδόνας. Eadem ratione dedicationem ab Aemilio Paullo post devictos Macedonas Delphis factam in titulo inedito, quem E. Bourguet per litteras cum Holleauxio communicasset, his verbis enuntiari: *L. Aimilius ..... de rege Perse Macedonibusque cepet.* 2 Nullum quod magni momenti esset proelium navale inter Attalum et Macedonas unquam commissum esse nisi prope Chium anno 201 a. Chr. (Polyb. XVI, 2—8) verissime monet Holl. Ad quod tamen Fr. titulum referre

noluit, quia ante καὶ Μακεδ[όνας] necessario alius gentis nomen supplendum esset, quae primarium inter Attali hostes locum teneret, cum Macedones adiutorum modo loco essent; id quod in proelium ad Chium commissum neutiquam quadraret. At hoc Holleauxii supplemento versus tertii refutatum ideoque manifesto recte insulae Chii nomen ab eodem repositum est.

---

284 Supremus lapis basis marmoris candidi fractus in duas partes, ex quibus sinistra inventa est in theatro Pergameno, dextra in fano Minervae. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 35 n. 38.

Βασιλ[εὺ]ς Ἄτταλος[1] ἐκ τῆ[ς Ὠρεοῦ[2]] | καταλ[ή]ψεως ἐξαίρετ[α Ἀθηνᾶι].

Litterae volgares praeter Σ, quod brachia modo prorsus parallela, modo paullulum divergentia habet. Notabilis antiquior forma Ξ. Extremae hastae lineolis tenuibus transversis ornatae. 1 Attalus I (241—197 a. Chr.). 2 Dubitanter supplevit Fränkel, monens spatii quidem rationibus hoc nomen bene convenire. Cf. n. 288. Liv. XXXI, 46, 6 *inde agitari de Oreo obpugnando coeptum* (a. 200 a. Chr. n.). § 9: *Oreum diversi Romani et rex Attalus obpugnabant, Romani a marituma arce, regii adversus vallem inter duas iacentem arces, qua et muro intersaepta urbs est.* § 15. 16: *muri quoque pars ariete incusso subruta multis iam locis prociderat perque apertum ruina iter nocte Romani maritumam, quae super portum est, in arcem perruperunt. Attalus luce prima signo ex arce dato ab Romanis et ipse urbem invasit stratis magna ex parte muris; praesidium oppidanique in arcem alteram perfugere, unde biduo post deditio facta . urbs regi, captiva corpora Romanis cessere.* Pausan. VII, 7, 9 item Orei (Hestiaeae) a Romanis capti mentionem facit, sed de partibus quas Attalus in hac re egit tacet.

---

285 Epistylium lapidis trachytae qui dicitur, fractum in duas partes, inventum in muro Romanorum aetate exstructo in occidentali arcis Pergamenorum parte, haud exiguo intervallo meridiem versus a foro antiquo. Dextram partem ex Peyssoneli apographo ed. Boeckh C. I. G. 3541, utramque accuratissime ex ipso lapide M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 35 n. 39.

[Βασιλεὺς Ἄτταλος[1] ------------[2] ἐκ τ]ῶν ληφ[θέντω]ν ὅπλων[3] Ἀθηνᾶι.

Litterae volgares praeter Π; ⊙ et Ω reliquis litteris minores, O non item. 1 Attalum I agnovit Fränkel propter Fabricii observationem,

lapide trachyte in eiusmodi monumentis publicis Eumenem II non iam usum esse. 2 Hic hostium superatorum appellatio scripta fuit. Aedificium, cuius hoc epistylium esset, spolia et fortasse etiam tabulam pictam habuisse coniecit F., cuius Pausanias mentionem faceret I, 4, 5: Περγαμηνοῖς δὲ ἔστι μὲν σκῦλα ἀπὸ Γαλατῶν, ἔστι δὲ γραφὴ τὸ ἔργον τὸ πρὸς Γαλάτας ἔχουσα. Sed ex titulo (cf. not. 3) id neutiquam colligi licet neque omnino certum est, ad Galatas potissimum ab Attalo victos hoc monumentum spectare. 3 Si recte supplevit Fränkel, qua de re non videtur dubitari posse, nequaquam arma de hostibus capta (σκῦλα) in hoc aedificio asservari, sed ipsum potius ex eorum pretio (de manibiis, ut Romani loquuntur) aedificatum esse indicat inscriptio.

---

286 Marmor album subcaeruleum, quod cum aliis commissum basin anathematis efficiebat, erutum Pergami inter caveam theatri et templum Ionicum. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 41 n. 48.

['Ονάτας 1] Σμίκωνος Αἰγινήτης 2 [ἐποίησεν].

Litterae volgares praeter Σ, quod brachia paene parallela habet. Hastarum fines dilatati, O et Ω reliquis litteris paullo minores. 1 Tituli n. 286—288 ad artificia nobilissima spectant, quae Attalus praedae loco ex oppidis Graecis capta Pergamum detulerat ibique collocaverat. Atque hic quidem incluti illius Apollinis statuae ab Onata elaboratae basin haberi perspexit Fabricius collato loco Pausaniae VIII, 42, 7: τοῦ δὲ 'Ονάτα τούτου Περγαμηνοῖς ἐστιν Ἀπόλλων χαλκοῦς, θαῦμα ἐν τοῖς μάλιστα μεγέθους τε ἕνεκα καὶ ἐπὶ τῇ τέχνῃ. Consentaneum est, hoc quoque artis opus ut n. 287, 3 ex Onatae patria Aegina ablatum esse. 2 Aeginetam fuisse Onatam constat, patris nomen Μίκων scribitur cum apud Pausaniam VIII, 42, 7, tum in ipsius statuarii signaturis apud eundem V, 25, 10 ὃν Αἰγίνῃ γείνατο παῖδα Μίκων et § 13 υἱὸς μέν με Μίκωνος 'Ονάτας ἐξετέλεσσεν, ubi metrum simplicem consonam initialem firmat. Adde quod σμ- in hac stirpe antiquum quidem est, sed Atticum potius quam Doricum. Quare opinetur quispiam ['Ονάτα]ς Μίκωνος potius legendum esse. Sed recte Schuchhardtus et Fränkelius observant, inter vocabula Σμίκωνος et Αἰγινήτης aliquanto plus spatii quam quo alibi duae vicinae litterae distineantur vacuum relictum esse, sine dubio consulto ad vocabula distinguenda. Quod quoniam inter Σ et M non usu veniat, necessario sibilantem initialem alterius, non finalem primi nominis litteram habendam esse. Sed quandoquidem hic basis Pergamenae titulus manifesto non ex antiqua monumenti Aeginaei inscriptione repetitus est (nam sic certe Αἰγινάτας scriptum esset), non mirus videtur error de orthographia nominis paterni, quae ipsius artificis patriae et aetati conveniret.

---

287 Marmor album subcaeruleum quadratum, quod quondam partem basis efficiebat. In superficie vestigia statuae aheneae et duo foramina. Vs. 1. 2 in fronte, v. 3 in latere dextro. Inventus lapis Pergami in gymnasio. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 41 n. 49.

Θήρων Βοιώτιος[1] | ἐποίησεν.
ἐξ Αἰγίνης[2].

Litterae volgares praeter ΞΠΣ. Litterae Ο v. 2 et Σ v. 3 fin. reliquis minores; extremae hastae cuneatim dilatatae. 1 Cf. Pausan. VI, 14, 11: Γόργον δὲ τὸν Εὐκλήτου Μεσσήνιον ἀνελόμενον πεντάθλου νίκην καὶ Δαμάρετον καὶ τοῦτον Μεσσήνιον κρατήσαντα πυγμῇ παῖδας, τὸν μὲν αὐτῶν Βοιώτιος Θήρων, Δαμαρέτου δὲ τὴν εἰκόνα Ἀθηναῖος Σιλανίων ἐποίησεν. Gorgi victoriam utique Olympiade 103 (368 a. Chr. n.) recentiorem esse, quia per exilii Messeniorum tempora nemo ex eis Olympiae vicisset (Pausan. VI, 2, 10), monuit Brunn Gesch. der gr. Künstler I p. 296; idem tamen probabile existimat, non multis annis post illum coronam certaminis Olympici reportasse, quia per illam potissimum aetatem, qua inter Messenios et Thebanos magna familiaritas intercedebat, Messenium victorem Boeotio artifice usum esse maxime veri simile sit. 2 Cf. n. 286[2].

---

288 Fragmenta tria (*a b c*) epistylii exigui Ionici ex duobus lapidibus compositi. Versuum 1. 2 reliquiae in fragmento utrimque mutilo, quod in superficie foramen quadratum habet. Versus 3 in commissura fragmentorum *b* et *c*, quorum illud eiusdem atque *a* lapidis fuisse videtur, mutilum a sinistra, integrum a dextra, ubi accurate commissum est cum alterius lapidis fragmento *c* ab hac parte item integro. Scriptura ita disposita, ut tres priores versus 3 litterae in lapide *b* sint, quattuor postremae in *c*. In superficie duo pedum vestigia, in utroque lapide iuxta commissuram singula. Inventi lapides Pergami ad clivum meridionalem delubri Minervae. Ed. M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 41 n. 50.

a
Σιλανίω[ν Ἀθηναῖος ἐποίησεν.[1]] | ἐξ --------
b *c*
ἐξ Ὠ|[ρ]εοῦ[2].

Litterae volgares praeter ΞΣ. Extremae hastae lineolis tenuibus transversis ornatae. 1 Cf. Pausanias VI, 4, 5: Σάτυρος δὲ Ἠλεῖος Λυσιάνακτος πατρός, γένους δὲ τοῦ Ἰαμιδῶν, ἐν Νεμέᾳ πεντάκις ἐνίκησε πυκτεύων καὶ Πυθοῖ

τε δὶς καὶ δὶς ἐν Ὀλυμπίᾳ. τέχνη δὲ Ἀθηναίου Σιλανίωνος ὁ ἀνδριάς ἐστι. VI, 14, 11 (v. n. 287[1]). Plin. N. hist. XXXIV, 51: *CXIII* (Olympiade, a. 328 a. Chr. n.) — *fuit* — *Silanion*; *in hoc mirabile quod nullo doctore nobilis fuit*; *ipse discipulum habuit Zeuxiadem.* § 81: *Silanion Apollodorum fudit, fictorem et ipsum — et Achillem nobilem, item epistaten exercentem athletas.* De aliis eius operibus v. locos quos affert H. Brunn Gesch. der gr. Künstler I p. 394 sqq., qui eum iam ante tempus a Plinio indicatum in arte versari coepisse colligit inde, quod ipse Platonis anno 347 a. Chr. mortui statuam fecisse narratur apud Diogenem Laertium III, 25, Zeuxiades discipulus imaginem Hyperidis, quem necatum esse constat anno 322 a. Chr. n. (C. I. G. 6118). 2 Cf. n. 284[2].

---

289 Basis marmoris albi, in campo meridiem versus ab oppido Heraclea, prope lacum Latmium. Ed. B. Haussoullier Revue de philologie XXIII (1899) p. 283 n. 6.

[Βα]σιλέως | [Ἀττά]λου | [Σωτ]ῆρος[1].

1 Alia basis item Heracleae ad Latmum inventa habet titulum Βασιλέα | Ἄτταλον | Σωτῆρα. Revue de phil. XX p. 283 n. 5. In ipsa patria eidem regi tres arae cum eodem cognomine honorifico, quod sine dubio propter Galatas devictos ei tributum est, dedicatae sunt, quorum titulos habes Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 38 n. 43: Βασιλεῖ | Ἀττάλωι | Σωτῆρι | Ἀπολλόδωρος. n. 44: [Βασ]ιλεῖ | [Ἀτ]τάλωι | [Σω]τ[ῆρι]. n. 45: Βασιλέως | Ἀττάλου | Σωτῆρος. Simile monumentum VIII, 1 p. 46 n. 59 utrum ad Attalum I an ad eius filium Eumenem II, qui sub finem regni eodem cognomine ornatus est (cf. n. 308, 4. 14. 24), spectet, quia nomen proprium intercidit in medio relinquendum est.

---

290 Basis magna marmoris leucophaei subcaerulei, inventa Pergami ad clivum meridionalem arcis antiquae, supra extremas oppidi hodierni domos. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 2 p. 504 n. 176 *a*.

[Οἱ περὶ Νά]κρασον[1] Μακεδόνες[2] | [Μηνογέ]νην Μηνοφάντου[3], |

Litterae volgares praeter Σ. 1 Cf. Ptolemaeus Geogr. V, 2, 14 p. 819, 7 sqq.: Λυδίας δὲ πόλεις Περπέρη, Μοστήνη, Ἱεροκαισάρεια, Νάκρασα, Θυάτειρα κτλ. Arcis oppidi relliquias iuxta vicum *Eljesler* esse vidit C. Schuchhardt Mitth. des arch. Instituts in Athen XIII 1888 p. 2. Etenim titulum Nacrasitanum C. I. G. 3522 (v. not. 2) in oppido *Bakyr* inventum esse, in cuius proxima vicinia nullae exstarent oppidi antiqui relliquiae, sed sesquihorae intervallo ad orientem illum vicum esse neque ullas alias parietinas tam prope a *Bakyr*

[συγγενῆ[4]] βασιλέως Εὐμένου | [καὶ[5] νομ]οφύλακα, ἀρετῆς ἕνεκεν || [καὶ ἀνδρα]γαθίας καὶ εὐνοίας | [τῆς εἰς τὸ]μ βασιλέα καὶ ἑαυτούς.

---

abesse. Pluralis et singularis vicissitudinem similibus exemplis Γρύνειον et Γρύνεια, Πήδασον et Πήδασα defendit Fränkel, idemque Steph. Byz. Νάρκασος ad hoc oppidum referri posse negavit, quia illud Cariae esse diceret scriptor, quod profecto in urbem inter Thyatira et Pergamum sitam non cadit. 2 Cf. C. I. G. 3522: Αὐτοκράτορα, θεοῦ Νέ|ρουα υ(ἱ)ωνόν, θεοῦ | Τραϊανοῦ υἱόν, | Τραϊανὸν Ἁδριανὸν | Καίσαρα Σεβαστὸν ἡ Μα|κεδόνων Νακρασειτῶν | βουλὴ καὶ ὁ δῆμος. 3 Cf. n. 291[3]. 4 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 5 Admodum ambigua est huius loci restitutio. [τὸν καὶ νομ]οφύλακα Fränkel, id quod accommodatum quidem est spatii rationibus, sed cum sermonis usu adversa fronte pugnat. Vice versa [τὸν νομ]οφύλακα vel [καὶ νομ]οφύλακα itemque [γενόμενον νομ]οφύλακα nihil habent offensionis, sed illa nimis brevia sunt, hoc nimis longum.

291—296 Fragmenta basis magnae semicircularis marmoris albi; scriptura in planicie concava antica. Praeter n. 295, quod in templo Minervae Pergameno erutum est, reliqua omnia ex theatri cavea et orchestra prodierunt. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 108 n. 171—176.

291 Βασιλέα Ἄ[τταλον[1] θεὸν[2]] | καὶ εὐεργέτην [Μηνογένης] | Μηνοφάντου[3] [ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων[4]] | ἀρετῆς ἕνεκε[ν καὶ εὐνοίας] || τῆ[ς εἰς ἑαυτόν].

Litterae volgares praeter ΠΣ. 1 Attali I hoc fuisse monumentum constat, sed utrum superstiti an defuncto dedicatum sit ambigas, quia Eumenis basis periit, ita ut ignoretur utrum is regio nomine ornatus fuerit an eo caruerit ut fratres (n. 294, 1. 295, 1. 296, 1). Sed praestare videtur Fränkelii sententia titulum ad Eumenis II regnum (a. 197—159 a. Chr. n.) referentis cum propter litteraturam tum propter Menogenis nomen (not. 3). 2 Supplevit Fränkel collato n. 302, 1 sqq. ὑπὲρ βασιλέως Εὐμένου Φιλαδέλφου, θεοῦ καὶ εὐεργέτου. Ac si cum illo titulum Attalo defuncto incisum statuimus (not. 1), hoc supplementum necessarium est. Si illo regnante scriptus esset, commode suppleretur σωτῆρα] καὶ εὐεργέτην, qua nominum coniunctione nihil est frequentius. 3 Cf. n. 290, 2 sqq. Qui illic νομοφύλαξ civitatis Pergamenorum est, hic summae rerum publicarum a rege praepositus dicitur (not. 8). Quare illum titulum hoc antiquiorem esse paene certum est. In quo cum rex appelletur Eumenes, sequitur ut ne hunc quidem ad Attali I regnum referri liceat. Quo minus dubium est quin recte idem cum hoc habeatur a Fränkelio Menogenes ille, quem regi Attalo II (159—138 a. Chr. n.) in consilio fuisse legimus n. 315, 36. 4 Cf. not. 8.

292 Βασ[ίλισσαν Ἀπολλωνίδα[5]] | Μην[ογένης Μηνοφάντου] | ὁ ἐπ[ὶ τῶν πραγμάτων, ἀρετῆς ἕνεκεν] | καὶ ε[ὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν].

293 [Βασίλισσαν] Στρα[τονίκην[6] | Μηνογένης] Μην[οφάντου, | ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων, ἀρετῆς ἕνεκεν | καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν].

294 Ἄτταλον βασιλέω[ς Ἀττάλου[7]] | Μηνογένης Μηνοφάν[του] | ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων[8] ἀρ[ετῆς ἕνεκεν] | καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑ[αυτόν].

---

5 De Apollonide Cyzicena Attali I uxore cf. n. 307[2]. Eius nomen quin recte hic restituerit Fränkelius vix dubium est, nam cum regium nomen praemissum demonstret neminem omnino in censum venire praeter ipsam et filium natu maximum Eumenem, qui huius monumenti tempore regnabat (not. 1), huius quidem appellatio βασ[ιλέα Εὐμένη βασιλέως Ἀττάλου] esse debebat, cui restituendae spatium non sufficere versus alterius comparatio docet. Nam tertius quidem versus in omnibus his titulis aliquot litteris plus habet quam reliqui. 6 Stratonice Ariarathis IV Cappadociae regis filia anno 189/8 a. Chr. Eumeni II nupsit (cf. n. 350[1]. Strabo XIII, 4, 2 p. 624 Cas. Liv. XXXVIII, 39, 6), cuius in matrimonio (cf. n. 301, 6. 7. 308, 19. 309, 6) versata est usque ad annum 171 a. Chr. Quo tempore cum Eumene per insidias graviter vulnerato falsus rumor de eius morte Pergamum allatus esset, Attalus frater natu minor eam uxorem duxit (n. 303[2]), sed brevi patefacto errore priori marito reddidit. At cum anno 159 a. Chr. Eumenes re vera fato functus esset, ille Stratonices coniugium repetivit (n. 313, 1. 319, 16. 329, 38). Eam alteri quoque marito superstitem fuisse discimus ex titulo 331, 45. 46, ubi Attalus III (138—133 a. Chr.) de ea dicit βασίλισσα Στρατονίκη ἡ μήτηρ μου. Nam etsi argumentum non necessario reginam etiamtum inter vivos versantem intellegere cogit, tamen aliter sine dubio θεά additum esset. 7 Attalum alterum ex quattuor Attali I filiis apparet nondum regem fuisse cum haec inciderentur. Eum per totum fratris natu maioris regnum sollerter et fideliter illum belli domique adiuvisse et omnino inter omnes quattuor fratres egregiam fuisse concordiam et caritatem notum est. Cf. n. 248, 37 sqq.: κατὰ ταὐτὰ δὲ στεφανῶσαι καὶ Ἄτταλον, ὅτι μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ Εὐμένους πάντα συνέπραξεν ἀόκνως καὶ φιλοκινδύνως. ἐπαινέσαι δὲ καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν Φιλέταιρον καὶ Ἀθήναιον καὶ στεφανῶσαι χρυσῷ στεφάνῳ ἑκάτερον αὐτῶν εὐνοίας ἕνεκεν καὶ φιλοτιμίας, ἣμ παρέσχοντο κατὰ τὴγ κάθοδον τοῦ βασιλέως Ἀντιόχου. n. 308, 14. 15: θρέψασα (Apollonis regina) τέκνα σὺν τύχῃ καὶ συμπεριενεχθεῖσα γνησ[ί]ως βασιλεῖ τε Εὐμένει Σωτῆρι [κ]αὶ Ἀττάλωι Φιλαδέλφωι καὶ Φιλ[ε]ταίρωι κα[ὶ] Ἀθηναίωι. Syll.[2] 295, 10. 11: [ἐπ]αινέσαι [βασιλέ]α Εὐμένη καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ Ἄτταλον, Φιλέταιρον, Ἀθήναιον. Strabo XIII, 4, 2 p. 624 Cas.: γηραιὸς δὲ ἐτελεύτα (Attalus I) — κατέλιπε δὲ τέτταρας υἱοὺς ἐξ Ἀπολλωνίδος Κυζικηνῆς γυναικός, Εὐμένη, Ἄτταλον, Φιλέταιρον, Ἀθήναιον. Plutarch. de fraterno amore 5 p. 480 C.: Ἀπολλωνίδα δὲ τὴν Κυζικηνήν, Εὐμένους δὲ τοῦ βασιλέως μητέρα καὶ τριῶν ἄλλων, Ἀττάλου καὶ Φιλεταίρου καὶ Ἀθηναίου. Qui loci inter se consentientes de aetatum ordine nihil dubii relinquunt. 8 Singulari numero usurpatum hoc non potest non eum significare, cui a rege summa omnium rerum publicarum cura et administratio

295 [Φιλέταιρον[9] βα]σιλέως Ἀ[ττάλου | Μηνογένης Μη]νοφάντου ὁ ἐπὶ [τῶν | πραγμάτων, ἀρ]ετῆς ἕνεκεν καὶ εὐ[νοίας | τῆς εἰς] ἑαυτόν.

296 [Ἀθ]ήναιο[ν[10] βασιλέως Ἀττάλου | Μη]νογέν[ης Μην]οφά[ντου |

permissa est. In Seleucidarum regno eandem huius officii appellationem usitatam fuisse Fränkelius demonstravit allatis testimoniis Polybii V, 41, 1. 2, Iosephi Ant. XII, 295, Maccabaeorum libri II, 3, 7 et tituli n. 247, 3. 4. Quod contra pluralem οἱ ἐπὶ τῶν πραγμάτων omnes magistratus superiores non modo qui circa ipsum regem sint, sed etiam strategos et hyparchos provinciarum comprehendere apparet ex n. 231, 26 τοῖς ἐπὶ τῶν πραγμάτων τεταγμένοις. 9 Tertius Attali I et Apollonidis filius. Cf. titulos allatos not. 7. Hic vel inter fratres favore erga Graecos et studio litterarum artiumque Graecarum eminuisse videtur. Athenienses ei civitatem dederunt statuamque eius Olympiae dedicaverunt (C. I. Att. II, 435. Syll.[2] 299), ipse Musas Heliconiadas magnificis donationibus prosecutus est (n. 310, 1. 311, 2) itemque in vicinia patriae suae Apollini Chresterio nescio quid dedicavit (n. 312, 2). Pergami duo eius monumenta honoraria novimus; alterius (Alterth. v. Perg. VIII, 2 p. 504 n. 169*a*) titulus Attalum II fratrem maiorem priusquam regnaret illius statuam erigendam curasse prodit, alterius (Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 110 n. 177) inscriptio tam mutila est ut quis dedicaverit lateat. Etiam virtutis bellicae laude floruisse indicat epigramma Delium apud Loewyum Inschr. griechischer Bildhauer p. 109 n. 147: ὦ μάκαρ ὦ Φιλέταιρε, σὺ καὶ θείοισιν ἀοιδοῖς καὶ πλάστῃσιν, ἄναξ, εὐπαλάμοισι μέλεις. v. 5. 6: ὥς ποτε δυσπολέμοις Γαλάταις θοὸν Ἄρεα μείξας ἤλασας οἰκείων πολλὸν ὕπερθεν ὅρων. Ad quaenam potissimum Eumenis cum Galatis certamina haec epigrammatis verba referrentur sane dubitatum est; sed omnium maxime probabilis est Staehelini sententia, de bello dici quod Eumenes post pacem a Romanis inter ipsum et Prusiam Bithyniae regem conciliatam adversus Galatas qui Prusiae socii fuissent eorumque regem Ortiagonta gesserit (Polyb. III, 3, 6: τοὺς Εὐμένει συστάντας πρός τε Προυσίαν καὶ Γαλάτας πολέμους. Trogus prol. 32: *in Asia bellum ab rege Eumene gestum adversus Gallum Ortiagontem*) anno 183 a. Chr. n. Cf. Staehelin Geschichte der Kleinasiatischen Gallier p. 78 sqq. In rebus publicis administrandis fratrem Eumenem ab eo adiutum esse apparet ex Polyb. XXXIX, 7, 1. 2: ὅτι Πυθέας ἦν — κατὰ τὴν πολιτείαν θρασὺς καὶ πλεονέκτης, καὶ δι' Εὐμένους καὶ Φιλεταίρου σεσωματοποιημένος διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. Anno 171 a. Chr. Eumenes cum Romanis auxilio adversus Perseum veniret, Attalum et Athenaeum fratres secum duxit, Philetaerum Pergami reliquit ad tutelam regni (Liv. XLII, 55, 7). Hoc novissimum de eo traditur in litteris, quae aetatem tulerunt; neque hoc ad casum referendum esse, sed re vera primum ex quattuor fratribus fato functum Philetaerum, ex nonnullis Athenaei fratris titulis (cf. not. 10) colligendum est. 10 Minimus natu (cf. not. 7) ex Attali I filiis, de quo v. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 2 p. 2024 n. 12. Anno 189 a. Chr. sub fratre Attalo expeditioni Cn. Manlii Volsonis contra Galatas

ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτ]ων, ἀ[ρετῆς ἕνεκεν | καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν].

---

interfuit (Liv. XXXVIII, 12, 8), anno 188 classis Pergamenae imperium habuit (Liv. XXXVIII, 40, 3), anno 183 ab Eumene Romam missus est ut Philippum regem Macedonum accusaret (Polyb. XXIII, 1, 4. Liv. XXXIX, 46, 9). Bello Persei a. 171 a. Chr. Attalum fratrem Romanis auxilium ferentem in Thessaliam comitatus est (Liv. XLII, 55, 7), a. 167 a. Chr. L. Aemilii Paulli per Thessaliam Delphos iter facientis latera texit (Livius XLV, 27, 6). Anno 163 ad senatum missus est, ut Prusiae criminibus obviam iret (Polyb. XXXI, 2 sqq.). Cum Attalus II rerum potitus esset, hic quoque fratre legato usus est, qui apud Romanos de Prusiae iniuriis quereretur (Polyb. XXXII, 28, 1. XXXIII, 1, 1) anno 155 a. Chr. n. Denique anno 154 in bello quod Attalus adversus Prusiam gerebat oppida ad Hellespontum sita vastavit (Polyb. XXXIII, 13, 1 sqq.). Post hunc annum non amplius commemoratur. Qui n. 315, 35 primo loco inter regis Attali II consiliarios commemoratur Athenaeus, sine dubio hic frater natu minimus regis est. Quod vero neque in hoc titulo, neque in aliis qui Attali II aetate incisi Athenaei mentionem faciunt (n. 319, 15 βασιλέως Ἀττάλου καὶ Ἀθηναίου τοῦ ἀδελφοῦ. n. 320. 321. Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 126 n. 219) Philetaeri nomen invenitur, inde probabile fit, eum (cf. not. 9) iam Eumene regnante supremum diem obiisse.

---

297 Basis marmorea inventa Calaureae (*Poro*). Ex schedis Cyriaci ed. Reinesius Synt. inscr. Cl. III p. 336 n. 87, ex ipso lapide Chandler Inscr. II p. 80 n. 131 (Boeckh C. I. G. 1188). Lebas Inscr. II 1756 (W. Prellwitz ap. Collitz Gr. Dialektinschr. III p. 180 n. 3379. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 864 n. 1270. Cf. Meischke Symbolae ad Eumenis II historiam p. 101).

[Βασιλ]ῆ Εὐμένεα[1] | βασιλέος Ἀττάλου[2] | ἁ πόλις ἁ τῶν Καλαυρεατᾶν[3] | ἀνέθηκε ἀρετᾶς ἕνεκεν ‖ καὶ εὐεργεσίας τᾶς εἴς τε | [τ]ὸν θεὸν[4] καὶ αὐτὰν | καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλλανας.

Litterae volgares praeter ΠΘΣ. 1 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). 2 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). 3 Cum per totum Eumenis II regnum Aegina in dicione regis fuerit, satis causae fuisse apparet Calaureatis vicinis, cur regem sibi colendum atque observandum existimarent. Sed quicunque honores Eumeni decreti erant per foederis Achaici civitates, eos paullo ante annum 172 a. Chr. n. a concilio Achaeorum sublatos, anno 170/69 vero petente Attalo, rogante Archone praetore, oratione rogationem adiuvante Polybio hipparcho restitutos esse constat. Cf. Polyb. XXVIII, 7. 12, 7. In eo numero etiam Calaureatarum statuam fuisse, ut haec quam tenemus basis anno 170/69 a. Chr. non videatur antiquior esse, probabiliter disputavit Meischke.

4 Neptunum qui Calaureae colebatur agnovit Boeckh. Cf. Strabo VIII, 6, 14 p. 373 Cas. Καλαυρία νησίδιον ὅσον τριάκοντα σταδίων ἔχον τὸν κύκλον· ἐνταῦθα ἦν ἄσυλον Ποσειδῶνος ἱερόν. Pausan. X, 5, 6 Ποσειδῶνι δ' ἀντὶ τοῦ μαντείου Καλαυρίαν ἀντιδοῦναί φασιν αὐτὸν (Apollinem) τὴν πρὸ Τροιζῆνος.

---

298 Marmor candidum, quod summam partem basis statuae efficiebat, Pergami. Edd. Lebas Inscr. III 1720*a*. Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς II, 1 p. 6. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 52 n. 65. Cf. F. Staehelin Geschichte der Kleinasiat. Galater p. 77 sq.

[Ἄτ]ταλος βασι[λέως Ἀττάλου[1] | Δ]ιὶ καὶ Ἀθηνᾶι Νικ[ηφόρωι | ἀπ]ὸ [τῆς πρ]ὸ[ς Βιθ]υνοὺς[2] κ[αὶ Γαλάτας[3] | π]ερὶ τὸ Λύ[π]εδρον[4] [μάχης].

Litterae volgares praeter Σ. Hastae extremae lineolis transversis ornatae, ⊙ et ο reliquis minores. 1 Attalus II regnante etiamtum fratre Eumene II hoc monumentum dedicavit. 2 Ad bellum Eumenis contra Prusiam Bithyniae regem gestum paullo ante 183 a. Chr. n. hoc spectare certum est. De quo bello cf. Polyb. III, 3, 6. XXIII, 1, 4. Nepos Hannibal 10, 2 sqq. Iustin. XXXII, 4, 6. Terra marique bellum gestum esse scriptores referunt, terrestribus Eumenis copiis Attalum fratrem praefuisse ex hoc titulo discimus. Pacem senatus Romani opera compositam anno 184 a. Chr. probabiliter vindicavit Clinton Fasti Hellenici III p. 404. Cf. Thrämer Pergamos p. 251 sqq. et Staehelin l. l. 3 Supplevit Fränkel. Galatas Prusiae auxilio venisse iam M. H. E. Meier Encykl. v. Ersch und Gruber III 16 p. 379 ex Nepotis verbis *conciliabat* (Hannibal Prusiae) *ceteros reges adiungebatque bellicosas nationes* collegerat. Nam quae aliae nationes sic iuxta reges commemorari potuerint nemo facile dixerit. 4 Cf. Memnon. ap. Phot. bibl. cod. 224 p. 228 a, 27 Bekker (Fr. hist. Gr. III p. 537 n. XX): Ζιποίτης, λαμπρὸς ἐν πολέμοις γεγονώς — κτίζει πόλιν ὑπὸ τῷ Λυπερῷ (l. Λυπέδρῳ) ὄρει, τῇ αὐτοῦ κλήσει ἐπώνυμον.

---

299 Basis rotunda marmoris albi inventa Pergami in muro Byzantino ad angulum septentrionalem et orientalem fori. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 103 n. 167 cum addendis p. XX (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 384 n. 517). Cf. quae disputaverunt A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 56. F. Staehelin Gesch. der Kleinasiat. Galater p. 89. 90 not. 4.

Ὁ δῆμος | Μῆτριν Ἀρτεμιδώρου | ἱερητεύσασαν τὰ ἔνατα | Νικηφόρια τοῦ στεφανίτου ἀγῶνος[1].

Ἔδοξεν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι· γνώμη στρατηγῶν· ἐπεὶ ἱερητευούσης | τῆς Νικηφόρου Ἀθηνᾶς Μήτριδος τῆς Ἀρτεμιδώρου τοῦ Θεοτίμου θυγατρὸς | μείζονα εὐημερήματα[2] γέγονεν τῶι

Litterae volgares praeter ΠΣ. Memorabiles antiquiores formae IΞ. Vs. 2—4 multo maiores quam reliqui versus litteras habent, vs. 1 rursus paene duplici altitudine earum quae v. 2—4 sunt. 1 Cf. n. 322, 5 sqq. ἐν τοῖς ἀχθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ τεσσαρεσκαιδεκάτοις Νικηφορίοις τοῦ στεφανίτου ἀγῶνος. n. 324, 4. 5 ἐν τοῖς ὀκτωκαιδεκάτοις Νικη[φ]ορίοις. Quod in duobus titulis additur τοῦ στεφανίτου ἀγῶνος, id probat non ab origine harum feriarum in universum, sed ab instituto certamine coronario numerari. Iam ludos Minervae Victricis quidem Pergami Attali I aetate habitos testatur Polybius IV, 49, 3: ἠρέθιζε δ' αὐτὸν (Prusiam) καὶ τὸ δοκεῖν Βυζαντίους πρὸς μὲν Ἄτταλον εἰς τοὺς τῆς Ἀθηνᾶς ἀγῶνας τοὺς συνθύσοντας ἐξαπεσταλκέναι, πρὸς αὐτὸν δ' εἰς τὰ Σωτήρια μηδένα πεπομφέναι, sed Eumenis II demum regno (197—159 a. Chr.) Aetolorum decretum Syll.[2] 295 factum est, quo illi morem gesserunt regi petenti per theoros ἀποδέξασθαι τοὺς ἀγῶνας τῶν Νικαφορίων στεφανίτας, τὸμ μὲν μουσικὸν ἰσοπύθιον, τὸν δὲ γυμνικὸν καὶ ἱππικὸν ἰσολύμπιον (v. 8 sqq. 14 sqq.). In quo cum regem iam plura bella feliciter peregisse et opes regni amplificasse praedicetur (v. 4 sqq. γεγονότων δὲ αὐτοῦ πολλῶν καὶ μεγάλων εὐαμερημά[των διὰ τοὺς π]ολέμους, ἐπαυξηκὼς τὰμ βασιλείαν καὶ ἐν τὰν καλλίσταν διάθεσιν ἀγνηκώς), utique non ante a. 189 a. Chr. n. haec decreta esse possunt. Eodem tempore sine dubio rex delubrum Minervae Victricis luco addito exornavit. Cf. Strabo XIII, 4, 2 p. 624 Cas. κατεσκεύασε δ' οὗτος (Eumenes II) τὴν πόλιν καὶ τὸ Νικηφόριον ἄλσει κατεφύτευσε. Iam cum trieterici fuerint ludi (not. 4), sequitur ut annus huius tituli prior nullo modo esse possit quam 173 a. Chr. n. Fränkel. Quot annis recentior sit (not. 2) non tam accurate definiri licet. 2 Quoniam haec utique non multo ante 173 a. Chr. n. Eumeni obtigisse possunt, de Gallis superatis cogitat Fränkel, monens anno 168 a. Chr. n., cum Attalus fratris missu Romam iret, Eumenis regnum a Gallis bello petitum esse. Polyb. XXX, 1, 1: ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἦλθε παρὰ τοῦ βασιλέως Εὐμένους ἀδελφὸς Ἄτταλος, ἔχων μὲν πρόφασιν, εἰ καὶ μὴ τὸ κατὰ τοὺς Γαλάτας ἐγεγόνει σύμπτωμα περὶ τὴν βασιλείαν, ὅμως ἐλθεῖν εἰς τὴν Ῥώμην ἕνεκεν τοῦ συγχαρῆναι τῇ συγκλήτῳ καὶ τυχεῖν τινος ἐπισημασίας διὰ τὸ συμπεπολεμηκέναι καὶ πάντων εὐμενῶς σφίσι μετεσχηκέναι τῶν κινδύνων· τότε δὲ καὶ διὰ τὴν Γαλατικὴν περίστασιν ἠναγκασμένος ἧκεν εἰς τὴν Ῥώμην. 2, 8: μεγάλην γὰρ δεῖν ἔχειν πᾶσι τοῖς θεοῖς χάριν, εἰ συμπνεύσαντες καὶ μιᾷ γνώμῃ χρώμενοι (Eumenes et Attalus fratres) δύναιντο τὸν ἀπὸ Γαλατῶν φόβον ἀπώσασθαι καὶ τὸν ἀπὸ τούτων ἐφεστῶτα κίνδυνον. 20, 12: μεγάλου γὰρ ὑπὸ τῶν Γαλατῶν ἐπικρεμαμένου κινδύνου τῇ βασιλείᾳ. Liv. XLV, 19, 12: *accessisse etiam novam tempestatem regno tumultus Gallici.* Quo terrore adductus Attalus petivit a senatu, ut legatos mitteret qui Gallorum impetum cohiberent et pristinam rerum condicionem restituerent

βασιλεῖ, ἐξ ὧν τὰ μέγιστ' ἀγαθὰ τῶι τε ἡμε|τέρωι δήμωι καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν περιγέγονεν, καθῆκόν τ' ἐστὶν πρὸς | τὴν κοινὴν τιμὴν τοῦ πράγματος ἀνήκοντος πρόνοιαν ἡμᾶς ποιήσασθαι τῶν τοιούτων ‖ τὴν μεγίστην· διὸ καὶ ἀγαθῆι τύχηι δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, ἐπη|νῆσθαί τε Μῆτριν τὴν ἱέρειαν τῆς Ἀθηνᾶς ἐπὶ τῶι προσηνῆ γεγενῆσθαι | αὐτὴν τῆι θεᾶι καὶ τὴν καλλίστην κατάστασιν ἀπηντηκέναι τῶν πραγμάτων[3], | καὶ στεφανῶσαι αὐτὴν χρυσῶι στεφάνωι τῶι ἐκ τοῦ νόμου καὶ εἰκόνι | χαλκῆι, ἣν στῆσαι ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Νικηφόρου Ἀθηνᾶς, καὶ ἐπιγράψαι ἐπὶ ‖ τοῦ βήματος ὅτι 'ὁ δῆμος Μῆτριν Ἀρτεμιδώρου ἱερητεύσασαν τὰ ἔνατα Νι|κηφόρια τοῦ στεφανίτου ἀγῶνος'. τὴν δ' ἀναγόρευσιν ποιήσασθαι τῶν | ἐψηφισμένων

(Polyb. XXX, 3, 2). Quod Romani ne facerent non recusaverunt, sed conatus per legatos pacem inter Eumenem et Gallos conciliandi frustra fuerunt (Polyb. XXX, 3, 8. 20, 12. Liv. XLV, 34, 10). Bellum varia fortuna continuatum est, cum Galli in Phrygia cladem acciperent (Alterth. v. Pergamon VIII, 1 p. 102 n. 165: ἐνίκησαν παραταξάμενοι ἐμ Φρυγίαι — Γαλάτας), sed brevi in Lydiam irrumperent et Sardes oppugnarent. Cf. n. 305, 11, ubi Sardiani praedicant auxilium ab Eumene sibi latum. Tum fusis barbaris Eumenes cognomen quod est Σωτήρ meruisse, tum Philetaerus eius frater egregiam fortitudinem praestitisse videtur (cf. n. 295 [9]). Quibus certaminibus fracti Galli a. 166 a. Chr. n. Romanos adierunt, ut pacem cum Eumene conciliarent, quam non impetraverunt nisi condicionibus satis duris (Polyb. XXXI, 2: ὅτι τοῖς παρὰ τῶν ἐκ τῆς Ἀσίας Γαλατῶν πρεσβευταῖς συνεχώρησαν τὴν αὐτονομίαν μένουσιν ἐν ταῖς ἰδίαις κατοικίαις καὶ μὴ στρατευομένοις ἐκτὸς τῶν ἰδίων ὅρων), ut sine nimia exaggeratione eos subactos a rege dicat Diodorus XXXI, 14: οὐ μόνον ἐκ μεγάλων κινδύνων ἐρρύσατο (Eumenes) τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ τῶν Γαλατῶν ἔθνος ὑποχείριον ἐποιήσατο. Haec gesta sunt anno 166 a. Chr. n., ut biennium per quod Metris sacerdotio functa est annos 167 et 166 a. Chr. n. vel 166 et 165 a. Chr. n. continere videatur. Huic Fränkelii argumentationi obloquitur Staehelin, cui neutiquam demonstratum videtur, ad Gallorum potissimum arma victoriis regis fracta illa μείζονα εὐημερήματα spectare; nam non minore iure etiam de Persei clade (168 a. Chr.) cogitari posse. Sed ni fallor per bellum Macedonicum tertium neque res ab Eumene gestae tanti momenti fuerunt neque commoda, quae ex eo percepit rex, ut tam pleno ore ea praedicari probabile sit; quod contra quae identidem apud scriptores (vide supra) redeunt querellae de Gallici tumultus periculis et calamitatibus, indicant quanta laetitia victoria regis, qua regnum tantis malis liberaverat, a civitate Pergamenorum accipi debuerit. Quare non est, cur a Fränkelii rationibus nonas ferias Nicephoriorum anno 167 a. Chr. ideoque decretum de eis instituendis anno 183 a. Chr. vindicantis dissentiamus. 3 Ex fortuna belli, quam dea Pergamenis eorumque regi dederat, sacerdotem eiusque officia ei grata acceptaque (προσηνῆ) fuisse colligitur.

τιμῶν τὸν ἀγωνοθέτην τριετηρίδων[4] τῆι δεύτερον[5] ἡμέραι | ἐν ἧι τοὺς χοροὺς ἵστησιν ἡ πόλις τῆι θεᾶι.

4 Cum hic de aliis atque ipsorum Nicephoriorum feriis dici omnium ineptissimum esset, recte Fränkelius trieterica fuisse illa sacra et unamquamque sacerdotem per biennium in officio mansisse statuit, id quod insuper confirmari observat titulo honorario Romanae aetatis Alterth. v. Pergamon VIII, 2 p. 342 n. 525, 6 sqq.: Αὐρ(ηλίαν) Κλ(αυδίαν) Ἀπολλωνίαν, ἱέρειαν τῆς Νικηφόρου καὶ Πολιάδος Ἀθηνᾶς, — ἱερασαμένην ἐνδόξως καὶ μεγαλοπρεπῶς διετεῖ χρόνῳ καὶ τῇ ἑξῆς διετίᾳ εὐσεβῶς πᾶσαν θρησκείαν ἐκτελέσασαν τῇ θεῷ. 5 Errore hoc pro δευτέρᾳ incisum iudicabat Fränkel, sed vindicaverunt G. Kaibel Stil und Text der Ἀθηναίων πολιτεία p. 176 ad c. 22, 5. 34, 2 (τῷ ὕστερον ἔτει). 53, 4 (τῷ πρότερον ἔτει), A. Wilhelm Denkschr. der Wiener Ak., phil.-hist. Cl. XLIV p. 113. 164 et Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 56, ubi affert n. 221, 73 ἐν τῇ πρότερον ἐπιστολῇ, B. Keil Hermae XXXI p. 509. Atque hic quidem rectissime provocat ad geminum plane exemplum tituli Rhodii Inscr. ins. mar. Aeg. I, 155, 28 τᾶι δεύτερον ἁμέραι μετὰ τὰ ἱερά. Nam πρότερον et ὕστερον cum 'prius' et 'posterius' significent, τῷ ὕστερον ἔτει non inusitatius dictum est quam τῷ νῦν ἔτει vel τῇ αὔριον ἡμέρᾳ; at δεύτερον cum 'iterum' sit, ἡ δεύτερον ἡμέρα per se non recte habet, sed hoc dicendi genus ad illius quod est ἡ σήμερον ἡμέρα similitudinem conformatum esse probabiliter coniecit Keil.

---

300 Limen superius portae alicuius, inventum Pergami in muro Byzantino, qui est ad meridionalem fori partem. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 136 n. 237.

[Ἀ]πολλόδωρος Ἀρτέμωνος[1], Διονύσιος Νουμηνίου, Ἀριστόβουλος Ἡρακλείδου | [νο]μοφύλακες[2] Διὶ Τροπαίωι[3] καὶ τῶι δήμωι[4] τό

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 Idem homo, cum scriba populi esset, portam theatri dedicavit. Cf. Alterth. von Pergamon VIII 1 p. 136 n. 236: Ἀπολλόδωρος Ἀρτέμωνος γενόμενος γραμματεὺς δήμου τὸν πυλῶνα καὶ τὸ ἐν αὐτῶι ἐμπέτασμα Διονύσωι Καθηγεμόνι καὶ τῶι δήμωι. 2 Alius dedicationis ab eodem nomophylacum collegio factae reliquias habes Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 137 n. 238: [Ἀπολλόδωρο]ς Ἀρτέμωνος, | [Διονύσιος] Νουμηνί[ου, | Ἀριστόβουλος Ἡ]ρακ[λείδου -----]. 3 Cf. Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 160 n. 247 II, 2 sqq. κατ[ὰ] ψήφισμα ἐπὶ Πύρρου τοῦ Ἀθηνοδώρου διὰ τὴν γενομένην ὑπὸ τοῦ Διὸς τοῦ Τροπαίου ἐπιφάνειαν. Aedificii pacis negotiis destinati partes deo bellicoso dedicari miratur Fränkel. Sed ni fallor victoria tunc ipsum parta huic dedicationi ansam dedit. Quaenam potissimum fuerit definiri nequit. Nam ut litteratura alterum a. Chr. n. saeculum indicare videtur, sic accuratioribus temporis indiciis destituimur. Ceterum quod Fränkelius dicit, hunc titulum separari non posse ab eo quem edidit Alterth.

τε θύρωμα καὶ τὰς παραστάδας | [κ]αὶ τὴν ἐν [τῶ]ι νομοφυλακίωι ἐπισκευὴν καὶ τὰς παραθυρ[ίδας][5].

v. Perg. VIII, 1 p. 137 n. 239: Ἀσκληπιόδωρος Ζεύξιδος ὁ πρὸς τῇ παραφυλακῇ ----- | τό τε θύρωμα καὶ τὰς παραστάδας καὶ τὰς παραθυ[ρίδας -----], nequeo cum eo facere. Nam eius quidem tituli litteraturam (ΑΘΠΣ) inferiorem aetatem indicare videri ipse fatetur, neque cur eam fallacem speciem esse opinetur perspicio. Nam quae a tribus illis nomophylacibus effecta sunt opera quo pacto etiam ab Asclepiodoro Zeuxidis f. dedicata esse possunt? Quod contra si quae illi altero a. Chr. n. saeculo facienda curaverunt, postea ab Asclepiodoro restituta esse sumemus, nihil difficultatis relinquetur. Ac ne officium quidem Apollodori Zeuxidis f. idem est atque illorum triumvirorum; namque Fränkelium πρὸς τῇ παραφυλακῇ [τῶν νόμων] restituentem et haec ad νομοφύλακος magistratum referentem redarguerunt G. Kaibel Deutsche Litteraturzeitung 1891 p. 1706, cui frustra obloquitur Fr. in Addendis II p. 509, et A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 56, qui monuit παραφυλακή tam definitam certisque finibus circumscriptam notionem habere, ut nullo modo longe alia vi pro simplici φυλακή usurpari potuerit. 4 Hic non addi regum nomen (n. 336[4]) nullam habet offensionem, quia et nomophylacium et theatrum (not. 1) aedificia sunt in populi usum constituta. 5 Sic malo supplere quam παραθύρ[ας] cum Fränkelio propter spatii rationis. Notio eadem est, utrumque vocabulum in litteris Graecis non invenitur nisi aetate multo inferiore quam cuius hic titulus est.

---

301 Tabula marmorea, Panii (*Panidon*) orae Thraciae in ecclesia Παναγίας τῶν Βλαχερνῶν. Ed. G. Seure Bull. de corr. Hell. XXIV (1900) p. 165 n. 8.

Ὑπὲρ βασιλέως | Εὐμένου[1], σωτῆρος[2] | καὶ εὐεργέτου καὶ | κτίστου τῆς πό||λεως, καὶ τῶν ἀδελ|φῶν αὐτοῦ[3], καὶ βα|σιλίσσης Στρατονεί|κης[4] Διόδωρο[ς] | Ἀρριδαίου Δι[ὶ Σω]||τῆρι καὶ Ἀθη|ν[ᾶι] | Νικηφόρωι κ[αὶ] | Ἀπόλλωνι[5].

Litterae volgares praeter ΘΠΣΥ. ἄλφα v. 2 altero loco Α est, fortasse typothetae errore, praeterea ubique Α. 1 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). 2 Cave hoc cognomen sollenne existimaveris, quod Eumenes sane alibi aliquando gerit (cf. n. 308, 4. 14. 24. 332, 22. 25. 45). Sed hic adiuncta illa καὶ εὐεργέτου καὶ κτίστου τῆς πόλεως docent, de hoc modo oppido regis beneficio conservato cogitari. 3 Cf. n. 294[7]. 295[9]. 296[10]. 4 Cf. n. 293[6]. 303[2]. 5 Hi dei sunt Pergamenorum, quos etiam Panii in oppido a rege Pergameno in ora Thraciae condito sacra habuisse consentaneum est. S.

302—304 Lapides tres inventi in vico *Panados*, ad Thracium Propontitis litus prope oppidum *Rodosto*. Ex Mordtmanni apographis ed. Th. Mommsen Hermae IX p. 117 (Syll.[1] 223—225). Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 869 n. 1288.

302 Ὑπὲρ βασι|λέως Εὐμένου | Φιλαδέλφου[1] | θεοῦ καὶ εὐερ‖γέτου Δημή|τριος Ποσει|δωνίου.

303 Ὑπὲρ βασιλέ|ως Ἀττάλου | Φιλαδέλφου καὶ | βασιλίσσης ‖ Στρατονίκης[2] | Ζώτας | Δημητρίου.

304 Ὑπὲρ βασιλέως | Ἀττάλου | Φιλαδέλφου | καὶ βασιλίσσης ‖ Στρατονίκης[2] | Ἑστιαῖος | Ἰζιμάρτου.

Litterae ΘΠΣ. 1 Hoc cognomen multo frequentius quidem esse in fratre minore Attalo II, sed tamen uno certe loco (Steph. Byz. Εὐμένεια πόλις Φρυγίας, Ἀττάλου καλέσαντος ἀπὸ Εὐμένους τοῦ Φιλαδέλφου, ubi sane conieceris ἀδελφοῦ potius scribendum esse) etiam de Eumene usurpari adnotavit M. Idem Lysimachiam cum ea parte Thraciae, ubi hi tituli inventi sunt, anno 188 a. Chr. pace cum Antiocho facta Eumeni traditam esse (Polyb. XXI, 48, 9) monuit. Cum tituli manifesto integri sint, mireris nusquam indicari, cui deo haec monumenta consecrentur. Sed hoc ex loco ubi posita essent unumquemque non monitum cognoscere potuisse probabiliter conicit G. Hirschfeld Greek inscr. in the British Museum IV, 2 p. 81. 2 Stratonice Ariarathis f. 188 a. Chr. Eumeni nupsit (n. 350[2]. Liv. XXXVIII, 39, 6), qui cum 171 a. Chr. prope Delphos Persei insidiis gravissime vulneratus rumorque de eius morte in Asiam perlatus esset, statim Attalus frater regno potitus est et Stratonicen matrimonio sibi iunxit (Plut. de frat. am. 18 p. 489 E. reg. et imper. apophth. p. 184 A), per quod tempus hi lapides confecti esse videntur, sed mox fratri superstiti uxorem reddere coactus est. At cum ille a. 159 a. Chr. re vera decessisset, Attalus viduam fratris iterum uxorem duxit. Mommsen.

---

305 Delphis. Ed. B. Haussoullier Bull. de corr. Hell. V (1881) p. 383 n. 4. J. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschriften II p. 817 n. 2643. Cf. quae de titulo disputavit F. Staehelin Gesch. der Kleinasiatischen Gallier p. 87 not. 3.

[Ἔδοξεν τᾶι πόλ]ει τῶν Δελφῶν ἐν ἀγορᾶι τελείωι σὺμ ψάφοις ταῖς ἐννόμοις[1]· ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ Σαρδιανῶν, φίλ[ος | καὶ σύμμαχος

Litterae volgares praeter ΠΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Decretum populi Delphorum factum paullo post annum 167 a. Chr. n. Cf. not. 11. 12.

διὰ πρ]ογόνων ὑπάρχων τᾶς πόλιος[2], ψάφισμά τε καὶ πρεσβευτ[ά]ς ἐξαποστείλας Σώστρατον Σωστ[ρά|του, Ἀπολλωνί]δην Ἀσκληπιάδου, ἄνδρας καλοὺς κἀγαθούς, οἳ καὶ ἀποδόντες τὸ ψάφισμα καὶ ἐπελθό[ντες ἐπὶ | τὰν ἐκκλησ]ίαν διελέγεν [ἀκ]ολούθως τοῖς ἐν τῶι ψαφίσματι κατακεχωρισμένοις, σπουδᾶς καὶ φιλο[τιμίας ‖ οὐθὲν ἐνλ]είποντες, καὶ ἀ[ν]ανεωσάμενοι τὰν ὑπάρχουσαν αὐτ[ῶ]ν τᾶι πόλει παρὰ τοῦ δάμου προμαντεί[αν, | προδικία]ν, προεδρίαν καὶ πολιτείαν πα[ρε]κάλ[ε]ον τὰν πόλιν ἀπο[δέξα]σθαι τὰς θυσίας καὶ τὰν πανάγυ|[ριν καὶ τοὺς ἀγ](ῶ)[να]ς[3], προκ[αλ]εί[μ]ε[νοι][4] συντελ[εῖ]ν θ[υσία]ς, θ[έμεν δ'] ἀγῶν[ας τᾶ]ι [Ἀθανᾶι] καὶ βασιλεῖ Εὐμένει τῶι | [Σωτῆρι[5], καθὼς ἔγραψ]εν[6] τᾶι πόλει αὐτός, στεφανίτας ἰσοπυθίους κατὰ π[ε]ν[ταε]τ[ίαν][7] μουσικόν [τε] καὶ γυμνικόν, ποτα[γο|ρεύοντες[8] Ἀθαν]αῖα κ[αὶ Εὐ]μέν[εια[9]. ἀγαθ]ᾶι

---

2 Necessitudinem iam tertio a. Chr. n. saeculo inter Delphos et Sardianos intercedentem testantur tituli honorarii Delphici Matrophanis Menecratis f. Sardiani Syll.[2] 484 (Dialektinschr. 2645). Dialektinschr. 2646 et alius civis cuius nomen intercidit Dialektinschr. 2646 A. Baunack. 3 Ο . Σ. Supplevit et emendavit Baunack. 4 ΠΡΟΚ . . ΕΙ . Ξ . . . lapis ex Haussoullieri testimonio. προκ[αλ]εῖ (sc. ὁ δᾶμος) legit Hauss. Post hanc vocem Baun. temporis definitionem intercidisse existimat, sed eam alio loco fuisse demonstrabitur not. 7. Iam cum neque activum προκαλεῖν hac vi usurpetur, sed medium, nec quid postremae quinque litterae evanidae sibi voluerint facile expedias, participium medii ad παρεκάλεον relatum reposui. Neque vero postulandi vel adhortandi, sed pollicendi vel declarandi notio inest, ut Thuc. V, 112, 3 προκαλούμεθα ὑμᾶς φίλοι μὲν εἶναι, πολέμιοι δὲ μηδετέροις. Dem. XXVII, 50 προὐκαλεῖτο δ' ἐθέλειν ἐπιδεῖξαί μοι τὴν οὐσίαν δέκα ταλάντων οὖσαν. Sic sane anacoluthia existit, quia subiectum ὁ δᾶμος ὁ Σαρδιανῶν verbo finito caret, sed ea facile toleratur, quia in enuntiato relativo οἳ — διελέγεν κτλ. iam omnia quae populus per legatos egit enuntiata sunt. 5 Supplevit Hauss. assentientibus Baunackio et Staehelino. Propter Galatas anno 167 a. Chr. n. victos (not. 11) rex hoc cognomen honorificum accepisse videtur. 6 Supplevi. Cum Sardiani de illis sacris nuper institutis agnoscendis Delphos adire vellent, a rege petiverunt ut suis litteris ipsorum causam Delphorum benevolentiae commendaret, quod rex haud gravatus fecit. [διέταξ]εν Haussoullier, qui conicit fortasse civitatem regem consuluisse, quo modo potissimum ludos in ipsius honorem decretos institueret. Sed πόλις hic neque Sardianorum est, ut Hauss. vult, neque Pergamenorum (Baun.), quae hic omnino non tangitur, sed Delphorum. 7 Supplevi. Pentaëterica fuisse certamina inde apparet, quod ἰσοπύθια appellantur. Cf. Syll.[2] 206[11]. κατὰ π[ά]ν[τα . . . . . .] Haussoullier, κατὰ π[ά]ν[τα τ](ρ)[όπον] Baunack, quae vix opus est singillatim refellere. 8 Morem nomen sacrorum in ipsis peragendis clare et sollenniter pronuntiandi duobus aliis titulis Delphicis testatum haberi monuit Baunack; cf. Gr. Dialektinschriften II n. 2101, 4: ὥστε θυσίαν καὶ δαμοθοινίαν

τύχ[αι, δεδόχθ]αι τᾶι πόλει, ἀποδέχεσθαι τάς τε θυσίας καὶ τὰν πανάγυρι[ν ‖ καὶ τοὺς ἀγῶνας κ]αθὼς παρεκάλ[εσαν, οὓς διὰ] π[ενταετία]ς[10] συντελεῖν πρ[------------ Εὐμ]ένη[11] Σαρδιανοὶ διαφυγόντες | [τὸν μέγιστον] κίνδυνον[12] μετά τ[ε τᾶς τ]ῶν [θεῶν] εὐν[ο]ίας καὶ [μετὰ τᾶς τοῦ β]ασιλέος Εὐμένεος ἀρετᾶς. κα[ὶ | τὰς τιμὰς καὶ τὰ] λ[οιπὰ πάντα τὰ] κατα[κεχωρισμένα ἐ](ν) [τ]οὺς ⟨τοὺ[ς]⟩ (ἀγῶ)[νας τῶ]ν [Πυ](θίω)[ν καὶ Σωτηρίω]ν καὶ τῶν (Ὀ)‖[λυμπίων εἶμεν τοῖς νικησάντοις, ὅσοι ἐχρή]σαν[το] τοῖς [ν]όμοις[13]. [ἐλέ]σθαι δὲ καὶ θεωροδόκον Δεξι-

---

συντελεῖν τὰν πόλιν τῶν Δελφῶν | τῶι Ἀπόλλωνι τῶι Πυθίωι κατ' ἐνιαυτὸν ποτονομάζοντας Ἀλκεσίππεια. 2642 (Syll.[2] 306), 54 sqq.: θυόντω δὲ οἱ ἐπιμεληταὶ βοῦς τελεί‖[ους τρ]εῖς, οὓς κα οἱ πολῖται δῶντι, τῶι Ἀπόλλωνι καὶ τᾶι Λ[α|το]ῖ καὶ τᾶι Ἀρτέμιτι, καὶ τὰ ἄλλα ἱερεῖα [καθ]ὼς διατέτακ[ται | ὑ]πὲρ τὸν βασιλέα Ἄτταλον, ποταγ[ορ]εύοντες τὰν θυσ[ί]|αν Ἀττάλεια. 64 sqq.: ἐπεὶ δέ κα πομπεύσωντι οἱ ἱερεῖς τοῦ Ἀπόλλω|νος, κατα(ρ)χέστων, ποταγορεύοντες τὰν θυσίαν Ἀττά|λεια, καθὼς εἴθισται. 9 Εὐμένεια etiam Aeginae celebrata esse, id quod testetur titulus n. 329, 40, observat Haussoullier. 10 Supplevi; cf. not. 7. 11 Nomen regis supplevit Haussoullier, quem sequitur Baunack. Reliqua neuter ex editoribus attigit, neque ipse restituere audeo. Sane in mentem venit πρ[οεκαλέσαντο ποτ' Εὐμ]ένη i. e. Eumeni declaraverunt, se ludos habituros esse (cf. not. 4); fortasse etiam merus accusativus Εὐμένη tolerabilis videbitur collato Thucydidis loco supra allato V, 112, 3 προκαλούμεθα ὑμᾶς φίλοι μὲν εἶναι i. e. proponimus vobis hoc, ut amici vestri simus. Sed sic quoque spatium sufficere non videtur, et voce quae est βασιλέα aegre caretur. 12 Ex bellis Eumenis nullum in eis regionibus gestum esse, in quibus Sardianorum civitati quicquam periculi oriri posset, praeter illud quo contra Galatas pugnasset anno 167 a. Chr., recte observavit Haussoullier. Tum vero subito barbarorum incursu quantus terror longe lateque regiones Asiae minoris occidentales concussisset, ex scriptorum testimoniis perspici. Cf. Polyb. XXX, 1, 3: τότε δὲ καὶ διὰ τὴν Γαλατικὴν περίστασιν ἠναγκασμένος (Attalus regis Eumenis frater) ἧκεν εἰς τὴν Ῥώμην. 20, 12: μεγάλου γὰρ ὑπὸ τῶν Γαλατῶν ἐπικρεμαμένου κινδύνου τῇ βασιλείᾳ. Liv. XLV, 20, 1: *Gallorum defectionem, quae nuper ingenti motu facta erat, exposuit* (Attalus Romae in senatu). Diodor. XXXI, 12: τότε μεγίστοις περιέπεσε κινδύνοις (rex Eumenes post bellum Persei finitum). Praeterea de hoc bello Gallico cf. n. 295[9]. 299[2]. 13 Versuum admodum lacerorum 12. 13 supplementa, quae neutiquam praestare vellet, sed contentus esset in universum sententiae summam adumbrasse, proposuit Baunackius; quae recepi nisi quod omisi τὰ quod ille post κατα[κεχωρισμένα inseruit. Id enim cum legibus sermonis pugnat, quandoquidem ἐν τοὺς ἀγῶνας pendet a participio. Satis audacter egisse Baunackium apparet collato Haussoullieri exemplo maiusculo, quod sic se habet:
............Λ..........ΚΑΤΑ...............Λ.ΟΥΣΤΟΥ.ΝΤΟ.....
Λ..ΑΝ.......ΝΚΑΙΤΩΝΑΙ |..
ΣΑΝ..ΤΟΙΣ.ΟΜΟΙΣ. Postremis [ὅσοι ἐχρή]σαν[το] τοῖς [ν]όμοις praemia eis

[κρά|τεα Μνασιθέου[14]. ἐπ]α[ινέσα]ι δὲ καὶ τους πρεσβευτάς, Σώστρατον Σωστράτου, Ἀπολλωνίδην Ἀσκλη[πι||άδου, ἀρετᾶς ἕνεκεν κ]αὶ εὐσεβείας καὶ δ[ιότι] τὰν [ἀν]αστροφὰν ἐποιήσαντο ἀξίω[ς] τε τῶν ἐξαποστ[ει|λάντων αὐτοὺς καὶ τᾶς πόλιος. εἶμεν δὲ κ]αὶ αὐτοῖς καὶ ἐκ[γ]όνοις προξενίαν, ἀσυλίαν, ἀτέλειαν καὶ γᾶς κα[ὶ | οἰκίας ἔγκτησιν καὶ τ]ἆ[λλα] πά[ντ]α [ὅσα καὶ] τοῖς ἄλλοις προξένοις καὶ εὐεργέταις τᾶς πόλιος. ἀποστ||[εῖλαι δὲ αὐτοῖς τὸν[15] . . . .]ον ξένια [τὰ μέγ]ιστα ἐκ τῶ(ν)[16] νόμων. τὸ δὲ ψάφισμα ἀναγράψαι ἐν τῶι [ἐπιφανεστάτωι τόπωι τοῦ ἱεροῦ][17].

---

modo ludorum victoribus reservantur, quorum victoria rata sit et legitima, quia nulla ex parte leges certaminum violaverint, id quod athletarum vi fraude cupiditate haud raro factum esse constat. 14 Supplevit Baunack, qui adnotat hunc esse buleutam annorum 189. 188. 186. 177 a. Chr. n. (cf. Syll.[2] 268, 98. 102. 109. 111. 114. 117. 120. 166. 173. 253). Quem plerumque sane nudo nomine Δεξικράτης significari, sed in manumissione Gr. Dialektinschr. II n. 1982, 1 Δεξικράτεος τοῦ Μνασιθέου legi. Idem βεβαιωτήρ est Dialektinschr. II 1749 (Syll.[2] 852), 3. Ceterum ubi de homine aliquo suffragiis eligendo decernitur, plerumque in tenore decreti nihil nisi ipsum eligendi negotium (ἑλέσθαι δὲ καὶ θεωροδόκον) legitur, in fine demum ἡρέθη ὁ δεῖνα adiungitur. Quare fuit cum mallem δεξι[ωσόμενον αὐτοὺς] reponere. Sed sic fieri vix poterat, quin articulus τὸν participio praemitteretur. 15 Sic supplere malui quam cum Baunackio ἀποστ[εῖλαι δὲ καὶ ποτὶ τὸν δᾶμ]ον ξένια. Neque enim usquam civitati mittuntur munera hospitalia, sed ubique legatis. Sumpsi -ον terminationem nescio cuius magistratus appellationis esse; potest sane etiam nominis proprii esse, quod si statuas articulus τὸν omittendus sit. Cf. Syll.[2] 314, 25: δόμεν δὲ αὐτοῖς καὶ Φιλόνικον τὸν ταμίαν ξένια τὰ μέγιστα ἐκ τῶν νόμων. 281, 16. 17: ἀποστεῖλαι δὲ καὶ ξένια τοῖς παραγεγονότοις — τοὺς ταμίας Χαρίξενον, Διόδωρον. Illic sane magistratus vocabulum et nomen proprium coniuncta leguntur, hic alterutrum omissum fuisse ex spatii rationibus colligas. 16 ΤΩΜ. 17 Sic supplevit Baunack, [ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος] Hauss. Utrumque bene se habet, sed illud B. praetulit propter similitudinem huius tituli cum illo Gr. Dialektinschriften II n. 2646 A, ubi legitur ἀναγράψαι δὲ τοὺς ἄρχοντας τὸ ψάφισμα ἐν τῶι ἐπιφανεστάτωι τόπωι [τοῦ ἱ]εροῦ.

---

306 Ara rotunda fracta in duas partes, quae diversis temporibus (1879 et 1883) erutae sunt Pergami ad Traianeum. Superius fragmentum, magnopere laesum illud quidem, titulum habet. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 68 n. 131.

[Βασιλεὺς] Εὐμένης[1] | θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις[2].

Litterae volgares praeter ΠΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. Litteraturam plane eandem esse atque in gigantum nominibus artificumque signaturis, quae in ara maxima legantur, Fränkelius testis est. 1 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). 2 Formula frequentissima cum in precationibus (τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις Dem. XVIII, 1 quod attulit Fr.; Aristoph. Av. 866 ὄρνισιν Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίῃσι πᾶσι καὶ πάσῃσι. Menander ap. Meineke Fr. com. IV p. 153 fr. III, 3 θεοῖς Ὀλυμπίοις εὐχώμεθα Ὀλυμπίαισι πᾶσι πάσαις) et in iureiurando (n. 229, 61. 70. 71. 266, 25. 53. Syll.[2] 427, 17. 463, 35. 790, 56), tum etiam in dedicationibus (Syll.[2] 783, 2. 3). Brevius θεοῖς πᾶσι legitur Syll. 217, 3. 224, 6. 274, 3. θεῶν πάντων 325, 5.

---

307 Magna basis rotunda marmoris candidi, composita ex quattuor partibus, ex quibus ea quae titulum habet inventa est Pergami in fano Minervae, reliquae inaedificatae in muro Byzantino. Edd. A. Conze Monatsberichte der Ak. d. W. zu Berlin 1881 p. 869, tab. III A (Syll.[1] 219). M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 106 n. 169 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 873 n. 1309).

Ἄτταλος[1] βασίλισσαν Ἀπολλωνίδα[2]
τὴμ μητέρα φιλοστοργίας ἕνεκα
τῆς πρὸς αὐτόν.

Litterae volgares praeter ΒΠΣ. Extremae hastae tenuibus lineolis ornatae; littera ο minore quam reliquae modulo exarata. 1 Attalus Attali I regis et Apollonidis filius secundus (n. 294[7]) hoc matris monumentum dedicavit aut fratre maiore Eumene II (197—159 a. Chr. n.) regnante aut adeo aliquo ex postremis patris Attali I (241—197 a. Chr. n.) annis. Nam ipsum nondum regnasse manifestum est. 2 Cf. Polyb. XXII, 20, 1—3: ὅτι Ἀπολλωνίς, ἡ Ἀττάλου τοῦ πατρὸς Εὐμένους τοῦ βασιλέως γαμετή, Κυζικηνὴ ἦν, γυνὴ διὰ πλείους αἰτίας ἀξία μνήμης καὶ παρασημασίας. καὶ γὰρ [ὅτι] δημότις ὑπάρχουσα βασίλισσα ἐγεγόνει, καὶ ταύτην διεφύλαξε τὴν ὑπεροχὴν μέχρι τῆς τελευταίας, οὐχ ἑταιρικὴν προσφερομένη πιθανότητα, σωφρονικὴν δὲ καὶ πολιτικὴν σεμνότητα καὶ καλοκαγαθίαν, δικαία τυγχάνειν τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης ἐστίν, καὶ καθόλου τέτταρας υἱοὺς γεννήσασα πρὸς πάντας τούτους ἀνυπέρβλητον διεφύλαξε τὴν εὔνοιαν καὶ φιλοστοργίαν μέχρι τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς, καίτοι χρόνον οὐκ ὀλίγον ὑπερβιώσασα τἀνδρός. Plutarch. de fraterno amore 5 p. 480 C: Ἀπολλωνίδα γοῦν τὴν Κυζικηνήν, Εὐμένους δὲ τοῦ βασιλέως μητέρα καὶ τριῶν ἄλλων, Ἀττάλου καὶ Φιλεταίρου καὶ Ἀθηναίου, λέγουσι μακαρίζειν ἑαυτὴν ἀεὶ καὶ τοῖς θεοῖς χάριν ἔχειν οὐ διὰ τὸν πλοῦτον οὐδὲ διὰ τὴν ἡγεμονίαν, ἀλλ' ὅτι τοὺς τρεῖς υἱοὺς ἑώρα τὸν πρεσβύτατον δορυφοροῦντας κἀκεῖνον ἐν μέσοις αὐτοῖς δόρατα καὶ ξίφη φοροῦσιν ἀδεῶς διαιτώμενον. Etiam n. 308, 9 eius καλλιτεκνία praedicatur. Natam esse non post annum 238 a. Chr. n. inde apparet, quod

iam anno 220 secundum filium Attalum enixa est. Mortua vero est Eumene II etiamtum regnante, sed quo tempore is iam Σωτήρ appellatus est (n. 308, 4), i. e. intra annorum 166 et 159 a. Chr. spatium, qua cum re perbene convenit quod Polybius eam marito anno 197 a. Chr. defuncto per longum tempus superstitem fuisse enuntiat. Fränkel Alt. v. Perg. VIII 1 p. 88.

---

308 Tabula marmoris albi cum aëtomate inventa Hierapoli orientem versus a porta oppidi meridionali, translata Berolinum. Edd. E. Fabricius et M. Fränkel Archaeol. Anzeiger 1889 p. 86. Beschreibung der antiken Skulpturen Berol. 1891 p. 455 n. 1176 *a* (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 405 n. 541). W. Judeich Alterthümer von Hierapolis IV, Inschriften, p. 77 n. 30. Cf. quae adnotavit M. Fränkel Inschriften von Pergamon I p. XIX et p. 39.

Γνώμη στρατηγῶν Ἀπολλωνίου τοῦ Μάτρωνος, Ἀπολλω⟨ι⟩νίο[υ | τ]οῦ Ἑρμογένου, Ἀπολλωνίδου τοῦ Φαλαγγίτου· ἐπεὶ βασίλισσα | [Ἀπ]ολλωνὶς Εὐσεβής[1], γυνὴ μὲν θεοῦ βασιλέως Ἀττάλου[2], μήτη[ρ] | δὲ βασιλέως Εὐμένου Σωτῆρος[3], μεθέστηκεν εἰς θεοὺς[4] ἔνδο[ξον ‖ κ]αὶ πρέπουσαν ἐν ἀνθρώποις ἀπόδειξιν τῆς ἰδίας ἀρετ[ῆ]ς π[ε|π]οιημένη διὰ τὸ κεχρῆ[σθ]αι καὶ [θε]οῖς εὐσεβῶς καὶ γονεῦσιν ὁσίω[ς, | ὥ]ς[5] καὶ πρὸς τὸν ἴδιον ἄνδραν[6] συν-

---

Litterae ΑΒΒΘΞΠΣΥ-ᐢ-. Extremae hastae lineolis transversis ornatae.
1 Cf. n. 307[2]. 2 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). 3 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). Qui quod hic Σωτήρ appellatur, quod cognomen honorificum Gallis a. 167 a. Chr. n. superatis meruisse videtur (cf. n. 299[2]. 305[5]), inde apparet intra annorum 167—159 spatium et Apollonida vita functam et haec decreta esse. De cognomine honorifico regis cf. etiam Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII (1902) p. 94 n. 86: Βασιλεῖ Εὐμένει θε[ῶι] σωτῆρι καὶ εὐεργέ[τηι] οἱ βάκχοι τοῦ εὐαστοῦ θ[εοῦ]. p. 95 n. 87: Βασιλέως | Εὐμένους | Σωτῆρος. 4 Usitata formula de regum regiaeque familiae hominum mortibus. Cf. n. 338, 4 [μεθισ]τάμενος ἐξ ἀνθρώπων. 339, 16 τῶν τε βασιλέων εἰς θεοὺς μεταστάντων. E. Kornemann, Beiträge zur alten Geschichte I, 1 p. 61 not. 1. 5 Sic Judeich, ὁσιω[τάτ]ως Fränkel (Michel). Contra quem J. recte monet, non bene hunc unum superlativum sic interponi positivis εὐσεβῶς et μεγαλοπρεπῶς. Cui observationi addere licet, omnino superlativos in -ως rarissimos esse (Kühner-Blass Gr. Gramm. I, 1 p. 577) et a titulorum sermone fere alienos. Sane ne ὡς quidem difficultate caret; sed eam vitare possumus si interpretamur 'ut etiam cum marito egregie vixit'. Neque enim infinitivus in eiusmodi enuntiato secundario offensionem habet. 6 De hac forma similibusque γυναῖκαν, θυγατέραν, ἀνδριάνταν, inferiore aetate apud Graecos Asianos non admodum raris, cf. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 156 § 57.

βεβιωκέναι μεγαλοπρεπῶς, προσ|ενενηνέχθαι δὲ καὶ τοῖς τέκνοις μετὰ πάσης ὁμονοίας[7] γνησίως | [κ]αλλιτεκνήσασά τε μεγάλους ἐπαίνους πρὸς εὐδοξίαν ὑπελ[ί||π]ετο τὰς παρὰ τῶν τέκνων ἐπιφανεῖς ἐκομισαμένη[8] χάριτ[ας·] | διὸ καὶ πᾶσι[ν] ἐν τῶι βίωι κεχρημένη [τ]ο[ῖ]ς [πρὸ]ς [τ]ε[ιμ]ὴν καὶ δόξαν | [ἀ]νήκουσιν καλὴν καὶ πρέπουσαν πεποίηται τὴν διαγω[γὴν] | τοῦ βίου, θρέψασα τέκνα σὺν τύχῃ καὶ συμπεριενεχθεῖσα γνησ[ί]|ως βασιλεῖ τε Εὐμένει Σωτῆρι [κ]αὶ Ἀττάλωι Φιλαδέλφωι[9] καὶ Φιλ[ε]||ταίρωι[10] κα[ὶ] Ἀθηναίωι[11], καὶ τῆ(ς)[12] πρὸς θεοὺς εὐσεβείας ἔ[ργ]ωι καλλί[σ|τω]ι οὐ μεικρὸν δοκιμεῖον ἀπέλιπεν, καὶ τῆς ἰδίας καλοκαγα|[θίας] τῆι πρὸς τὰ τέκνα συνπερ[ιφ]ορᾶι καὶ ὁμονοίαι κάλλιστον | [τεκμήριον] π[ρ]ὸς ἔπαινον ὑπελίπετο, τῆι δέ τοῦ βασιλέως Εὐμένου | [Σωτῆρος γυναικὶ β]ασιλίσσηι Στρατονίκηι[13] ἐν ἅπασιν μ[ετ᾽] εὐνοίας || [ἀεὶ προσεφέρετο, τ]ὴν γενομένην κοινωνὸν τέκνο[υ] τῆς ἰδί|[ας φιλοστοργίας κοιν]ωνὸν νομίσασα· διὸ καὶ στοιχοῦσα ν|-------------νη τιμῆς ἀθανάτου τέτευχεν ἐ[ν | ---------------------------]ένη πᾶσίν τε τοῖς Ἕλλησιν | [καὶ πρὸ πάντων βασιλεῖ τε] Ε[ὐ]μένει Σωτῆρι καὶ τοῖς || [ἄλλοις τέκνοις[14] -----------]

7 Cf. n. 307[2]. 8 Vocalis E praemissa ad meram lapicidae socordiam referri potest, sed etiam de pravo sermonis usu cogitare licet, qui augmentum syllabicum hic perperam adiunxerit participio, ut alibi prave subtraxit indicativo. Cf. n. 90, 35 ἀνανεοῦτο. 201, 9 ἀναχωρήθην. 9 Cf. n. 294[7]. Memorabile est Attalum iam priusquam regno potiretur cognomine quod est Φιλάδελφος usum esse. 10 Cf. n. 295[9]. 11 Cf. n. 296[10]. 12 THI. 13 Cf. n. 293[6]. 303[2]. 14 Sequuntur quattuor versuum relliquiae perexiguae, quas hic repetere operae pretium non est.

---

309 Tei (*Budrun*). Edd. Hamilton Researches II n. 246. Lebas-Waddington Inscr. III 88 (Syll.[1] 234. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 372 n. 499).

[---- ἀπ]οδεί[ξ]αντας καὶ (τ)ῶν[1] ἐν τῶι Διο[νυσίωι ----|----- κατ]ὰ τὴν ἡμέραν· συνεῖναι δὲ καὶ τὰς συναρχίας[2] [τάς τε ἱερὰς καὶ | τὰς δημοσίας τ]ὰς ἐν τῆι πόλει καὶ τῆι χώραι, καὶ εἶναι ἐχεχειρίας [καὶ καθιεροῦσ|θαι ταύτην τὴν ἡμ]έραν αὐτῆι[3]· τῶν

Litterae volgares praeter ΑΣ. 1 ΚΑΙΙΩΝ. 2 Cf. Syll.[2] 297[1]. 3 Apollonidi reginae (v. 5. 14).

δὲ θυσιῶν ἐπιμεληθῆναι τὸν ἱερέα [βασιλέως ‖ Εὐμέν]ους[4] κα[ὶ] θεᾶς Ἀπολλωνίδος Εὐσεβοῦς[5] καὶ τὴν ἱέρειαν αὐτῆς κα[ὶ | βα]σιλίσσης Στρατονίκης[6], καὶ τὸν πρύτανιν καὶ τοὺς ἱεροποιοὺς καὶ τὰς | [ἄ]λλας συναρχίας· καὶ μετὰ τὸ συντελεσθῆναι τὰς κατευχὰς καὶ τὰς | [σπ]ονδὰς καὶ τὰς θυσίας ᾆσαι τοὺς ἐλευθέρους παῖδας παραβώμιον· | [πομπ]εῦσαι[7] δὲ καὶ τὰς παρθένους τὰς ἐπιλεγείσας ὑπὸ τοῦ παιδονόμου ‖ [καὶ ἄ]ισαι ὕμνον· ἵνα δὲ καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ὑπὸ μ[ὲ]ν τῶν παίδων ἄι‖[δητ]αι τὸ παρα[β]ώμιον, ὁ δὲ ὕμνος ὑπὸ τῶν παρθένων, συμπομπαὶ δὲ καὶ ἠχ[ὴ | συμπέ]μπωσι, ἐννοεῖσθαι καθʼ ἕκαστον ἔτος τοὺς τιμούχους[8] καὶ τοὺς σ[τρα|τηγούς], πά[σαις] ταῖς ἄλλαις τιμαῖς ταῖς ἐψηφισμέναις θεᾶι Ἀπολλωνίδ[ι ἀκολου|θοῦντας· ναὸν δὲ] θεᾶς Ἀπολλωνίδος Εὐσεβοῦς Ἀποβατηρίας[9] [καθιδρύσασθαι ‖ ἐν τού-

4 Waddington cum [Ἀττάλου Εὐσεβ]οῦς suppleret, de Attalo II (159—138 a. Chr.) intellexit, eamque opinionem a me in proëcdosi impugnatam vindicare conatus est Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 39. At nunc omnis dubitatio eximitur titulo n. 308, quippe qui demonstret Apollonida filio natu maximo Eumene II etiamtum superstite vita functam esse. Itaque ne hoc quidem decretum, quod Wadd. ipse rectissime statim post reginae obitum incisum statuit, ad Attali II regnum referre licebit. Quare ad Attalum I (241—197 a. Chr.) antea titulum spectare persuasum habebam; sed nunc hunc quoque errorem esse perspexi. Etenim nominis quod est Ἄτταλος nec vola nec vestigium exstat in lapide, ita ut plane nostri arbitrii sit utrum Attali I an Eumenis II sacerdotem agnoscamus. Sed hoc, non illud, verum esse Stratonices mentio docet. Etenim illud quidem nullo pacto credibile est, praeter ipsius defunctae sacerdotium mariti et nurus sacerdotes commemorari, sed filii germani tum ipsum regnantis praetermitti. Quod contra neminem praeter eos, qui regis et reginae qui tum essent sacra curarent, recenseri nihil habet insoliti. Accedit quod, si Attalus I indicaretur, θεοῦ addendum fuit, cui tamen reponendo spatium non sufficit. Quare [βασιλέως Εὐμέν]ους rescribere non dubitavi. 5 Cf. n. 307[2]. 6 Cf. n. 293[6]. 303[2]. 7 Supplevi. [ἱερ]εῦσαι Waddington. 8 Eundem Teiorum magistratum habes Syll.[2] 523, 60 et in imprecationibus antiquissimis apud F. Bechtel Inschr. des ion. Dialekts p. 97 n. 156*a*, 29. Omnino Ionum Asianorum et earum coloniarum, quae ab illis originem repetebant, proprius est; redit enim Sinopae (Syll.[2] 603, 13), Naucrati (n. 120[1]), Massiliae (Strabo IV, 1, 5 p. 179 Cas.). Ac Massiliae quidem Strabo refert sescentos fuisse, qui ad vitae tempus magistratu fungerentur et summum reipublicae consilium efficerent. Similis eorum condicio etiam Tei fuisse videtur; certe aptissime senatus et praetores hic coniunguntur. 9 Templum eo loco erectum esse videtur, quo Apollonis cum Teon veniret navi egressa erat, atque inde cognomen petitum. W. Cf. Arrian. Anab. I, 11, 7 λέγουσι δὲ καὶ πρῶτον ἐκ τῆς νεὼς σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκβῆναι αὐτὸν (Ἀλέξανδρον) ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσίαν καὶ βωμοὺς

τωι] τῶι τόπωι καὶ συντελεῖσθαι ἐπ' αὐτοῦ εὐσ[εβῶς ἀγῶνα -----|---]έτην ενε---|---- θηται---

ἱδρύσασθαι ὅθεν τε ἐστάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης καὶ ὅπου ἐξέβη τῆς Ἀσίας Διὸς Ἀποβατηρίου καὶ Ἀθηνᾶς καὶ Ἡρακλέους. Praeterea Ζεὺς Ἀποβατήριος est in titulo Methanio (Lebas-Foucart Inscr. II, 159 j), Ἀπόλλων Ἀποβατήριος in Cyrenaeo (Smith et Porcher, Recent Discoveries at Cyrenae n. 12), quem affert Foucart in adnotatione ad illum.

---

310 Stela inventa in ecclesia ἁγίας Παρασκευῆς, quae est in vico *Karatás* prope Thespias veteres. Altera cum eodem titulo (I. G. Sept. I, 1789) eodem loco reperta est. Ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 158 (R. Meister ap. Collitz Gr. Dialekt-inschr. I Add. p. 402 n. 805 *a*. W. Dittenberger I. G. Sept. I, 1788. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 833 n. 1103).

Φιλέτηρος Ἀτ|τάλω Περγα|μεὺς[1] ἀνέθει|κε τὰν γᾶν ‖ τῆς Μώσης | τῆς Ἑλικω|νιάδεσσι[2] ἱαρὰ|ν εἶμεν τὸ[ν πάν]|τα χρόνον.

Litterae volgares Ionicae praeter Θ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. n. 295[9]. 2 Cf. n. 311, 4 et Addenda.

---

311 Stela lapidis leucophaei, quam Foucartus ex vico *Karatás* in museum Thespiense illatam dicit. Sed Lollingius paullo post ante portam domus Demetrii Kurunis in vico *Erimokastro* repperit. Ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. IX (1885) p. 405 n. 16. Ex Lollingii apographo I. G. Sept. I 1790.

------α-------ας [-----| τὰν γ]ᾶν [ἀ]νέθε[ικε | Φι]λέτηρος [Ἀ]ττά[λω | Π]εργαμεὺς[1] τῆς Μ[ώ‖σ]ης κὴ τῦς συνθύτης τοῖ(ς)[2] | Φιλετηρείεσσι[3] ἱαρὰν | [ε]ἶμεν τὸν πάντα χρό‖[ν]ον.

Litterae volgares Ionicae non dispositae στοιχηδόν. 1 Cf. n. 295[9]. 2 TOI. 3 Haec sodalitas a Philetaero fautore, cuius munificentia adiuvabantur, nomen repetiverat, ut alia item Thespiensis itemque Musarum sacris dedita ab Hesiodo poëta. Nam in titulo I. G. Sept. I, 1785: ὅρος τᾶς | γᾶς τᾶς [ἱα]|ρᾶς τῶν σ[υν]|θυτάων τᾶμ | [Μωσάω[ν τῶ]ν Εἱ|σιοδείων non Musas Hesiodeas vocari, sed collegii cultorum hoc cognomen esse ipsa terminatio -ων (non -άων) comprobat.

312 In templo Apollinis sito inter Cumas Aeolidis et Myrinam exscripsit Cyriacus Anconitanus, cuius ex schedis edd. Reinesius Syntagma inscr. I p. 224 n. 242. Muratori T. I p. XXIII, 1 (Boeckh C. I. G. 3527). Cf. Cyriaci notam ascriptam in codice Mediceo Strabonis ad XIII, 3, 5 p. 622 Cas. (E. Pottier et S. Reinach Bull. de corr. Hell. VI 1882 p. 205 not. 1).

Ἀπόλλωνι Χρηστηρίωι[1] | Φιλέταιρος Ἀττάλου[2].

Litterae volgares praeter ΠΣ, si modo antiquis apographis fides habenda est. Cyriaci exemplum repeto Muratorii erroribus et interpolationibus neglectis. 1 Cf. Ath. Mitth. X 1885 p. 273, 1: ὁ δᾶμος Ἀπ[όλλωνι Χρ]ηστηρίῳ χαριστήριον. Locus ubi ille lapis effossus est, Aegae (*Nimrud-Kalessi*) sine dubio idem est, ubi Cyriacus hunc titulum exscripsit. Iam Boeckhius vidit, eum probe distinguendum esse a Gryneo, ubi sane item Apollinis delubrum celeberrimum fuit (cf. n. 229, 85). Cum Aegaeensi Apollinis Chresterii templo coniunctum fuisse oraculum ex dei cognomine apparet. 2 Cf. n. 295[9].

313 Marmor caeruleum venis flavis distinctum, quod summam partem basis statuae efficiebat, inventum ad clivum orientalem arcis Pergamenorum. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 110 n. 178.

Βασίλισσα[ν] Σ[τρατονίκην][1] | Εὐρυδίκη Δη[μ]άρ[χου, ἱέρεια[2]] | διὰ βίου, ἀ[ρ]ετῆ[ς ἕνεκεν] | καὶ εὐνοίας τῆ[ς εἰς ἑαυτήν].

Litterae volgares praeter Σ. 1 Cf. n. 293[6]. 303[2]. Regina cum haec inciderentur superstes fuit. Nam aliter appellatio θεάν adderetur, quae regibus et reginis Pergamenorum, etsi iam per vitae tempus sacra et sacerdotes habebant, post mortem demum tribui consueverat. Cf. Fränkel Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 38 sq. 2 Supplevi. Ipsius reginae sacerdos intellegenda est, quia aliter definite enuntiandum erat, cuiusnam potissimum numinis esset. Atque habuisse Stratonicen iam cum inter vivos versaretur sacerdotem discimus ex n. 309, 5: τὴν ἱέρειαν αὐτῆς (Apollonidis reginae) κα[ὶ βα]σιλίσσης Στρατονίκης. Fränkelius suppleverat Εὐρυδίκη Δη[μ]άρ[χου, τῆς] | διὰ βίου ἀ[ρ]ετῆ[ς ἕνεκεν]. At hoc spatii rationibus multo minus accommodatum est nec per se probabile; etenim inauditum est illud διὰ βίου ad ἀρετῆς relatum et minime aptum, praesertim in titulo mulieris superstitis.

314 In vico *Palamut* sito prope rudera Apollonidis Phrygiae, in impluvio domus Iani Busulae. Ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 85 n. 5.

Βασιλεύοντος Εὐμένου[ς [1]] | ἔτους ζλ' [2] μηνὸς Περιτίο[υ [3]] | οἱ ἐκ Δοιδύης[4] Μακεδόν[ες].

Litterae ΑΖΠΣ. 1 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). 2 Trigesimus septimus annus regni Eumenis 161/0 a. Chr. n. est. 3 Quartus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Gamelioni, Romanorum fere Ianuario. Hic igitur titulus per ipsa initia anni Iuliani 160 a. Chr. n. incisus est. 4 Locus ceteroqui ignotus, quem coloniam (κατοικίαν cf. n. 229 [13]) militum Macedonum habuisse hic videmus.

315 Marmora candida tria, ex quibus unum duas partes (*A B*) inscriptas habet, reliqua duo singulas (*C D*), inventa in coemeterio Armeniaco oppidi *Sivrihissar* anno 1859 p. Chr. n. a Mordtmanno. Sine dubio illuc delata erant ex vicinis Pessinuntis parietinis (*Balahissar*). Edd. J. H. Mordtmann Sitzungsber. d. Bayr. Ak. d. Wissensch. Philos.-philol. Cl. 1860 p. 180 sqq. A. von Domaszewski Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VIII (1884) p. 95 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 57 n. 45). Cf. quae adnotaverunt Th. Mommsen Röm. Gesch. II p. 52 not. E. Thraemer Die Siege der Pergamener über die Galater und ihre Verherrlichung durch die Kunst, Fellin 1877 p. 15 sqq. U. v. Wilamowitz-Möllendorff Lectiones epigr. 1885 p. 16. H. van Gelder, Galatarum res in Asiae gestae, Amstelaedami 1888 p. 270 sqq. R. Hennig, symbolae ad Asiae minoris reges sacerdotes, Lipsiae 1893 p. 49 sqq. A. Wilhelm Götting. gel. Anz. 1898 n. 3. p. 211. F. Staehelin Gesch. der Kleinasiat. Galater p. 91 sqq.

A I ------------ μένους συστῆ|σαι ---------- διὸ καὶ νῦν τὴν τα|χίστην π[αραγε]νόμενος[1] ἐπὶ τοὺς τό|πους καὶ ἐπισκεψά- μενος πάντα σα||φῶς διασάφησόμ μοι, πόσων ἔτι χρεί|αν ἕξεις[2]

Litterae ΑΗΘΞΠΣ. Fines hastarum cuneatim dilatati. 1 Fracto lapide periit nomen eius qui epistulam scripsit eiusque qui accepit. Sed cum proximae litterae indicare videantur, totum monumentum habuisse epistulas Attalidarum regum ex ordine temporum dispositas ad Attin sacerdotem Pessinuntium, hanc quoque regis Pergameni esse constat. Eumenem II esse certum est; nam ad alterutrum ex duobus postremis regibus propter insequentem Eumenis epistulam referri nequit; si Attalo I vindicaremus, nimius oreretur hiatus inter eius annum trigesimum quartum (208 a. Chr. n.) et reliquarum litterarum quae hic habentur tempora. 2 Alloquitur rex Attin sacerdotem. Cf. not. 1. 8.

στρατιωτῶν. καὶ τοὺς Πεσ|σόγγους[3] δὲ ἐὰν δύνῃ πραξικοπῆ⟨ι⟩σαι[4], | γράφε μοι τίνων ἐστὶ χρεία. ἱεροῦ γὰρ τοῦ | χωρίου ὄντος[5] ληπτέον ἐστὶ πάντως. ἔρρωσο. δλ'[6] Γορπιαίου[7] ζ' ἀπιόν(τος). ||

II Βασιλεὺς Εὐμένης Ἄττιδι[8] χαίρειν·[9] | εἰ ἔρρωσαι, εὖ ἂν ἔχοι· κἀγὼ δὲ ὑγίαινον. | ἐκομισάμην τὴν παρὰ σοῦ ἐπιστολήν, | ἐν ἧι διεσεσαφήκεις μοι περὶ τῶν [τ]ε[10] κα|τὰ τὸν ἀδελ-

---

3 Gentem ceteroquin ignotam, cum qua Attis bellasset quia locum aliquem sacrum occupasset, intellegunt Mordtmann, Mommsen, van Gelder. At propter volgatam verbi πραξικοπεῖν (not. 4) vim Staehelinus Πέσογγοι loci potius, vici vel castri, nomen interpretatur. Sic etiam multo commodiorem interpretationem habet τοῦ χωρίου v. 8. 9 ad ipsos Pessongos relatum. 4 De urbe aliove loco dolo vel proditione capiendo hoc verbum plerumque apud Polybium usurpari observavit Staehelin allatis locis I, 18, 9. 55, 6. II, 57, 2. III, 69, 1. VIII, 11, 3. IX, 17, 1. XXI, 40. fragm. 73; ipsum scriptorem eam interpretari circumlocutione IX, 18, 1 προθέμενος διὰ πράξεως ἑλεῖν τὴν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν. Quod contra unum esse locum apud illum, ubi hominum appellatio obiecti locum teneret, II, 46, 2: Κλεομένους πεπραξικοπηκότος αὐτοὺς καὶ παρῃρημένου Τέγεαν Μαντίνειαν Ὀρχομενόν. Quare ignotum nomen Πεσσόγγους locum, non gentem significare (not. 3). 5 Memorabilis usus genetivi absoluti, etsi τὸ χωρίον manifesto subiectum enuntiati regentis est. Cf. not. 34. 6 Trigesimus quartus annus Eumenis II regis (not. 1) 164/3 a. Chr. n. est. 7 Gorpiaeus undecimus est anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Metagitnioni. Hae litterae igitur mense fere Augusto anni 163 a. Chr. n. scriptae sunt. 8 Sacerdos Magnae Matris Pessinuntiae. Non casu fieri videtur, ut quicumque hoc sacro officio functi commemorantur, nominibus Ἄττις et Βαττάκης utantur. Cf. Polyb. XXI, 37, 5: καὶ παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν (Sangarium) στρατοπεδευσαμένου (Cn. Manlio Volsone 189 a. Chr.) παραγίνονται γάλλοι παρὰ Ἄττιδος καὶ Βαττάκου τῶν ἐκ Πεσσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. Diodor. XXXVI, 13, 1: ὅτι Βαττάκης τις ὄνομα ἧκε, φησίν, ἐκ Πεσσινοῦντος τῆς Φρυγίας, ἱερεὺς ὑπάρχων τῆς μεγάλης τῶν θεῶν μητρός (paullo ante 100 a. Chr. n.). Plut. Mar. 17: περὶ τοῦτον δέ πως τὸν χρόνον ἀφίκετο καὶ Βατάκης ἐκ Πεσσινοῦντος ὁ τῆς μεγάλης μητρὸς ἱερεὺς ἀπαγγέλλων, ὡς ἡ θεὸς ἐκ τῶν ἀνακτόρων αὐτῷ ἐφθέγξατο, νίκην καὶ κράτος πολέμου Ῥωμαίοις ὑπάρχειν. Staehelin. Attin horum titulorum aut eundem esse ac Polybii, ut sane plus quam triginta annos in munere fuerit, aut eius successorem observat Hennig. 9 Non ἱερεῖ χαίρειν, nam imago tituli apud Domaszewskium caret nomine appellativo, quod ille sane in exemplo minusculo errore addidit. Sed recte iudicavit Staehelin p. 95 not. 1, sine dubio iam tum Attin sacerdotem fuisse, vocabulum vero mero errore omissum. Ceterum hanc epistulam post n. I, sed Eumene etiamtum superstite, i. e. inter mensem Augustum a. 163 et annum 159 scriptam esse apparet. 10 Supplevi. [γ]ε Domaszewski, Michel. At haec particula ab hoc loco alienissima est. Quod contra si praeter causam Aioiorigis etiam alia fuisse in epistula

φόν σου Αἰοιόριγα[11] γεγραμ||μένων. ὀρθῶς οὖν καθ' ὑπερβολὴν δι|ίστω[12]. καὶ ὄφελομ μὲν ἡ θεὸς ἐπιστρα|φεῖσα τῶν ἑαυτῆς

---

statuas, ad quae in postrema parte harum litterarum responderetur, particula [τ]ε praeter anacoluthiam levissimam et maxime tolerabilem nihil habet reprehensionis. 11 '*Aiorix*' Mommsen, qui de litteris IO errore lapicidae iteratis cogitare videtur, sed cur ita statuamus non video idoneam causam in nomine barbaro et ignoto. Nomen manifesto Celticum in fratre antistitis sacrorum ab indigenis pridem institutorum memorabile esse iudicat Staehelin. Aut igitur familiam Gallicae originis ad illud sacerdotium pervenisse, aut inter duas nationes tum iam eam necessitudinem intercessisse, ut haud raro indigenae Gallica vel Galatae Graeca nomina gererent. Hoc sine dubio multo probabilius est. Utique ab hac quaestione procul habenda sacerdotum appellatio γάλλοι, quam cum Latino gentis nomine *Galli* una fortuita soni similitudine contineri rectissime statuit Staehelin p. 67 not. 3. 12 Perperam St. καθ' ὑπερβολὴν ad διίστω refert. Immo manifesto ὀρθῶς καθ' ὑπερβολὴν coniungenda sunt; et exaggeratione et verborum ordine simillima sunt quae infra leguntur v. 50. 51 πολλοὶ — ὑπεραγόντως. Verbum διίστω vero intransitive 'dissensisti ab eo' intellegit Staehelin, quod in re obscurissima mihi quoque maxime probatur; difficultatibus sane non caret. Neque enim imperfectum quid sibi velit perspicitur, et nimis leniter sacerdos propter fratris sacrilegium (not. 17) ab eo dissensisse (διαστῆναι) modo fertur, cum ἀντέστης potius aut ἐνέστης exspectes, ut illi strenue adversatus esse dicatur. Quare in mentem venit, non ad intransitivum διίστασθαι διαστῆναι, sed ad transitivum διίστασθαι διαστήσασθαι ambiguam imperfecti formam redire. Quod verbum a notione distinguendi, quae sine dubio in eo est (cf. Plato Resp. VI, 504 A: τριττὰ εἴδη ψυχῆς διαστησάμενοι), ad vim litem iudicio dirimendi pervenire potuisse, ut in synonymis διαλαμβάνειν, διάληψις manifesto factum est; cf. Notices et extraits des manuscrits XVIII 2, 1865, p. 163 n. 6, 26 sqq. καὶ τὴν προσήκουσ[αν] ἐξ ἐπισκέψεως διάληψ[ιν] ποιήσασθαι. p. 301 n. 38, 27. 28 περὶ δὲ ἧς πεποίηνται βίας διαλαβεῖν λοιπόν. Berliner gr. Urk. I p. 25 n. 15, 16 στρατηγὸς διαλήμψεται. p. 205 n. 195, 34 sqq. (ε)ἰς τὸ φανερὰν γενέσθαι τῷ ἡγεμόνι τὴν ἐπ' ἀμ[φο]τέρ[ο]ις ἀλήθειαν, ὁποίαν διαλαμ[βάν]ηι. Sic etiam imperfectum recte de conatu usurpatur. Etenim sumendum est, Attin, cui ut aliis sacerdotibus summum de rebus sacris iudicium esset, sententiam quidem contra fratrem tulisse, sed illo resistente eam exequi nequivisse ideoque a rege auxilium petivisse. Neque vero me fallit, lubricum esse verbo notionem tribuere cuius nullum exstet testimonium. Ceterum sine dubio recte Mommsenus et illud quod est in prima epistula de Pessongis (v. 6) et hoc de Aioiorige inter ea Eumenis conamina rebus Galatarum se interponendi fuisse existimat, de quibus proximis post 164 a. Chr. n. annis illi identidem Romae in senatu questi essent. Cf. Polyb. XXXI, 6, 5: ἡ δὲ σύγκλητος διακούσασα τῶν κατηγορούντων οὔτ' ἀπέρριπτε τὰς διαβολὰς οὔτ' ἐξετίθετο τὴν ἑαυτῆς γνώμην, ἀλλὰ συνετήρει παρ' ἑαυτῇ, διαπιστοῦσα καθόλου τοῖς περὶ τὸν Εὐμένη καὶ τὸν Ἀντίοχον, τοῖς γε μὴν Γαλάταις αἰεί τι προσετίθει καὶ συνεπίσχυε περὶ τῆς ἐλευθερίας. XXXII, 5, 5: μετὰ δὲ τούτους Ἀττάλου

ἱερέων ὑβρισμένων | καὶ ὑ[βριζομ]ένων στερῆσαι[13] τὸν ταῦτα | πο[ήσαντα ὧν] μάλιστα ἐπιθυμεῖ, εἰ δὲ || μ[ή, ὑγιὴς[14] γενόμε]νός[15] γε τῆι διανοίαι καὶ | θ[εοσεβὴς[16] τὰ ἀνα]θήματα[17] πεμπέτω κα|-----

B III ------|ε.................οις δὲ ω τῷ [Μηνο]||δώρωι[18]

παραγενηθέντος — καὶ τῶν Γαλατῶν αὐτοῦ κατηγορησάντων — καὶ πλειόνων ἑτέρων ἀπὸ τῆς Ἀσίας, διακούσασα πάντων ἡ σύγκλητος οὐ μόνον ἀπέλυσε τῶν διαβολῶν τὸν Ἄτταλον, ἀλλὰ καὶ προσαυξήσασα τοῖς φιλανθρώποις ἐξαπέστειλε. 13 Cum ὄφελον hic adverbii instar sit, dubites utrum optativum στερήσαι an infinitivum στερῆσαι agnoscas. Alibi hoc ὄφελον cum indicativo plerumque praeteriti, rarius futuri coniungitur. Optativi sibi nullum exemplum notum esse fatetur Fridericus Blass Graeci sermonis qualis inferiore aetate fuit singulariter peritus. Quare infinitivum quem editores praebent retinui; nam is ex antiquo et recto verbi usu (ὤφελε στερῆσαι) remanere hic potuit, etsi plerumque illud indeclinabile ὄφελον verbum finitum sequitur. 14 Supplevi. 15 ⁻ΝΟΣ lapis. Supplevi. Optat rex maxime quidem, ut homo sacrilegus numinis vindicta feriatur; sin minus, ut certe ad sanitatem mentis et pietatem rediens deo sua restituat. Longe alia ratione sane Michel haec refingere conatur scribens εἰ δὲ | μ[ὴ αὐθαδιζόμε]νός γε τῆι διανοίαι καὶ | θ[ύειν βούλοιτο, ἀνα]θήματα πεμπέτω. At, ut alia mittam, quin ὄφελον μὲν — εἰ δὲ μή inter se respondeant, ita ut a maiore re, quam quis praecipue optet, ad minorem, qua tamen contentus futurus est, descendatur, sermonis Graeci usus dubitari non sinit. 16 Supplevi. Θ initiale, quod Mordtmannus exscripserat, Domaszewski non iam invenit in lapide. 17 Crimen Aioiorigis ad dei templum artificiis aliisque donis spoliatum spectasse hinc discimus; non recte Mommsenum prava Mordtmanni interpretatione motum de bello inter sacerdotem et fratrem gesto cogitasse iam Staehelinus observavit. 18 Supplevit Domaszewski non sine haesitatione. Ac certe idem qui v. 40 commemoratur esse vix potest; ille enim Attidis missu cum litteris ad Attalum venit, hic vero homo in Attalidarum aula egregia dignitate usus esse videtur. Sine idonea causa Staehelinus in versione germanica v. 22—26 (III) extremam partem epistulae II esse statuit. Etenim cum lapis *A B* et supra et infra mutilus sit, nihil impedit quominus inter v. 21 et 22 finem epistulae II et initium III intercidisse sumamus. Atque id adeo necessarium est, quoniam ex ratione quae inter v. 23. 24 κ[αὶ τῷ ἀδελ]φῶι ἐληλυθότ[ι] π[ροσ]φάτως ἐπὶ τὸ στ[ρα]τόπεδον et v. 42. 43 πυθόμενος ἐληλυθέναι τὸν ἀδελφὸν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον intercedit, luculentissime apparet has litteras, quarum extremam partem v. 22—26 teneamus, non ab ipso rege Eumene II ad Attin datas esse ut II, sed illo etiamtum superstite a minore frate Attalo ut IV. V. Sic igitur res se habet: Attalus fratris auspiciis exercitui, contra Galatas ni fallor pugnanti, praefectus in castris versabatur, cum legatus nescio quis cum litteris ad eum missus est. Hunc princeps et ad unum ex consiliariis suis et ad fratrem (Eumenem regem, v. not. 19), qui modo in castra venerat, adduxit (προσαγαγών) eosque de mente sacerdotis quam ex litteris

κ[αὶ τῶι ἀδελ]φῶι[19] ἐληλυθότ[ι] π[ροσ]|φάτως ἐπὶ τ[ὸ] στ[ρα]τόπεδον[20] προσαγ[α]‖γὼν καὶ τὴν αἵρε[σ]ίν σου ἐμφανίσας ἀπέ|λυσ' αὐτὸν[21] πρὸς σέ. ἔρρωσο. |

IV ῎Ατταλος ῎Αττ[ι]δι ἱερεῖ χαίρειν[22]· εἰ ἔρρω|σαι, εὖ ἂν ἔχοι· κἀγὼ δὲ ὑγίαινον. Μηνόδω|ρος, ὃν ἀπεστάλκεις, τήν τε παρὰ σοῦ ‖ ἐπιστολὴν ἀπέδωκέμ μοι, οὖσαν ἐκτε|νῆ καὶ φιλικήν, καὶ αὐτὸς ὑπὲρ ὧν ἔφη|σεν ἔχειν τὰς ἐντολὰς διὰ πλειόνων | ἀπελογίσατο. ἀποδεξάμενος οὖν τὴν | παρὰ σοῦ αἵρεσιν[23] διὰ τὸ θεωρεῖν ἐμ παντὶ ‖ καιρῶι σε πρόθυμον ὄντα πρὸς τὰ ἡμέτερα | πράγματα καὶ αὐτὸς τούτωι ἅπερ ἐνόμιζον | ἀναγκαῖον εἰδέναι σε κεκοινολογήμενος εἴρη|κα ἀναγγέλλειν. ἔρρωσο. |

---

cognoverat certiores facit (τὴν αἵρεσίν σου ἐμφανίσας), deinde legatum cum his quas tenemus litteris ad Attin remisit (ἀπέλυσ' αὐτὸν πρὸς σέ). 19 *'tuum fratrem'* Staehelin, dubitans sane. Sed si totum enuntiatum (not. 18) recte interpretatus sum, non potest non Attali frater significari. Habebat is tum quidem duos, Eumenem II regem et Athenaeum (n. 296[10]). Nam Philetaerus post annum 164 a. Chr. non iam videtur inter vivos fuisse (n. 295[9]). At uter hic intellegatur dubitari nequit propter insigne gaudium, quo Attis nuntium de illius in castra adventu excepit (v. 43). Nam si rex ipse se ad exercitum contulit, permagna spes inde nasci debebat iam omnium virium contentione bellum gestum iri; quod contra Athenaei adventus quo pacto tanta laetitia afficere potuerit sacerdotem nemo facile dicat. 20 Pendent haec ab ἐληλυθότι, non ut Staehelinus sibi persuasit a προσαγαγών. Huius participii obiectum αὐτόν (v. 26) est, i. e. legatus ab Attide missus. 21 I. e. ἀπέλυσα αὐτόν, non ut Staehelinus vult ἀπέλυσε αὐτόν. Nam verbum ἀπολύειν hic de legato dicitur, qui negotio quod habuerat peracto ab eo ad quem missus erat dimittitur. Admodum similis est usus eiusdem verbi de militibus apud Polybium VI, 26, 1 τοιαύτην δὲ ποιησάμενοι τὴν διαίρεσιν οἱ χιλίαρχοι καὶ ταῦτα παραγγείλαντες περὶ τῶν ὅπλων, τότε μὲν ἀπέλυσαν τοὺς ἄνδρας εἰς τὴν οἰκείαν. Papyrus ap. Grenfellium An Alexandrian erotic fragment and other papyri p. 72 n. XL, 5 ἀπολελυμένων ἐπὶ τοὺς τόπους. Oxyrhynchos papyri I p. 182 n. CXVI, 8 sqq. παράσχετε αὐτῷ ὅσον ἐὰν θέλῃ, καὶ ταχέως αὐτὸν ἀπολύσατε. Staehelinus longe aliter interpretatur *'hat er ihn dir gegenüber gerechtfertigt'*. At neque quis quem crimine purgaverit perspicitur, neque ἀπολύειν de homine defendere est, sed absolvere. Nam quem affert suae interpretationis fulciendae causa locum Thuc. VIII, 87, 1 βουλόμενος — ἀπολύεσθαι πρὸς αὐτοὺς τὰς διαβολάς, nihil probat cum quia medium ibi legitur, tum quia casu accusativo crimen, non reus indicatur. 22 Hanc epistulam ut priorem (III) et proximam (V) Attalus annis 164—159, regnante etiamtum fratre natu maiore, scripsit. 23 I. e. cum mentem tuam rationemque quam sequeris probarem. Neque enim recte Staehelin vocem αἵρεσις hic ad consilium de certa aliqua re captum (*'Entschluss'*) refert.

V Ἄτταλος Ἄττιδι ἱερεῖ χαίρειν· εἰ ἔρρωσαι, εὖ ‖ ἂν ἔχοι· ὑγίαινον δὲ κἀγώ. Μηνόδωρος ἀπέδω|κέ μοι τὴν παρὰ σοῦ ἐπιστολήν, ἐν ᾗ ἐγεγράφεις | ὅτι πυθόμενος ἐληλυθέναι τὸν ἀδελφὸν[24] | ἐπὶ τὸ στρατόπεδον τοῖς θεοῖς ἔθυσα[ς ὑπὲρ] | τῆς ἡ[μ]ετέρας σω[τ](η)ρίας[25]· ἀπελογ[ίσατο δὲ ‖ -----]

C VI [Βασιλεὺς Ἄτταλος[26] Ἄττιδι ἱερεῖ χαίρ]ε[ι]ν· [εἰ ἔρρωσαι, ἔχοι] | ἄν[27], ὡς ἐγὼ βούλομαι· ὑγίαινον δὲ καὶ αὐτός. ἐλθόντων ἡμῶν | εἰς Πέργαμον καὶ συναγαγόντος μου οὐ μόνον Ἀθήναιον[28] | καὶ Σώσανδρον[29] καὶ Μηνογένην[30], ἀλλὰ καὶ ἑτέρους πλείο|νας τῶν ἀναγκαίων, καὶ προτιθέντος περὶ ὧν ἐν Ἀπαμείαι[31] ἐ‖βουλευόμεθα, λέγοντ[ό]ς τε περὶ ὧν ἔδοξεν ἡμῖν, πολλοὶ μὲν | ὑπεραγόντως[32] ἐγίνοντο λόγοι, καὶ τὸ πρῶτον πάντες κατέρρε|πον

24 Rex Eumenes II significatur. Cf. not. 19. 25 ΣΩΤΕΡΙΑΣ. 26 Has Attali II (159—138) iam regnantis litteras esse Mommsenus perspexit; nam v. 58 sqq. ὑφοψίαν μοχθηράν, ἣν καὶ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἔσχοσαν tam accurate in condicionem rerum, qualis postremis Eumenis II annis fuisset, quadrare, ut nihil dubii relinqueretur. Hanc epistulam aliquo ex primis regni annis (159—156 a. Chr. n.) ab Attalo scriptam Staehelin p. 100 inde colligit, quod hic v. 65 consilium demum capiatur legationes Romam mittendi, cum iam anno 156 a. Chr. Andronicum, proxima hieme Athenaeum regis fratrem illuc iisse constet (Polyb. XXXII, 28, 1. 2. XXXIII, 1, 1). Quod argumentum non sane firmum est. Nam ex decreto nihil omnino sine Romanorum consilio agendi (ἀεὶ πέμπειν τοὺς συνεχῶς ἀναγγελοῦν[τας]) non statim sequitur, nullam omnino ad id tempus legationem missam esse. 27 Supplevit Domaszewski, nisi quod ante ἔχοι addidit εὖ, non recte, ut monuit Wilamowitz, nam quod v. 11. 28. 39 εὖ est, id hic enuntiato ὡς ἐγὼ βούλομαι exprimitur. 28 Fratrem regis natu minimum (n. 296[10]), qui unus ex tribus tunc superstes fuit, agnovit Mommsen. 29 Cf. Polyb. XXXII, 27, 10: καὶ καταπειράσας τῆς Ἐλαίας (Prusias II Bithyniae rex) καί τινας προσβολὰς ποιησάμενος, οὐδὲν δὲ πράττειν δυνάμενος διὰ τὸ Σώσανδρον τὸν τοῦ βασιλέως (Eumenis II) σύντροφον (cf. n. 247[2]) εἰσεληλυθότα μετὰ στρατιωτῶν εἴργειν αὐτοῦ τὰς ἐπιβολάς, ἀπῆρεν ἐπὶ Θυατείρων. Eum in matrimonio habuisse filiam Athenaei, qui regis Attali II consobrinus erat, et sacerdotio Διονύσου Καθηγεμόνος functum esse discimus ex n. 331, 6 sqq. Staehelin. 30 Cf. n. 291[3]. Non inepte Staehelinus existimat inde, quod hi tres consiliarii omnes iam Eumenis regno summa auctoritate floruissent, colligi per ipsa initia Attali haec acta esse. 31 Oppidum Phrygiae ad Maeandrum iuxta Celaenas ab Antiocho I conditum (Ἀπάμεια ἡ Κιβωτός, cf. Forbiger Geogr. II p. 346) innui monet Staehelin. Illuc congressi Attalus et Attis de expeditione nescio qua bellica consultaverunt; Pergamum redux rex quae Apameae acta erant cum consiliariis suis communicavit. 32 Adverbium hoc non magis usquam legere me memini quam Wilamowitzius, verbum ὑπεράγειν eadem vi atque ὑπερβάλλειν apud recentiores passim occurrit inde a Polybio XI, 13, 5: τοσούτῳ

ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἡμῖν γνώμην, Χλῶρος δ' εὐτονώτατος ἦν | τὰ Ῥωμαϊκὰ προτείνων καὶ οὐθενὶ τρόπωι συμβουλεύων οὐ|θὲν ἄνευ 'κείνων πράσσειν. ὧι τὸ μὲν πρῶτον ὀλίοι[33] μετεῖ||χον, μετὰ δὲ ταῦτα ἐν ἄλλαις καὶ ἄλλαις ἡμέραις ἀεὶ δι|ασκοποῦσιν[34] ἥπτετο μᾶλλον ἡμῶν, καὶ τὸ προπεσεῖν ἄ|νευ 'κείνων μέγαν ἐδόκει κίνδυνον ἔχειν· καὶ γὰρ ἐπιτυ|χοῦσιν φθόνον καὶ ἀφαίρεσιν καὶ ὑφοψίαν[35] μοχθηράν, ἣν | καὶ περὶ τοῦ ἀδελφοῦ[36] ἔσχοσαν[37], καὶ ἀποτυχοῦσιν ἄρσιν || πρόδηλον.[38] οὐ γὰρ ἐπιστραφήσεσθ' ἐκείνους[39], ἀλλ' ἡδέως ὄψεσ|θαι[40], ὅτι ἄνευ ἑαυτῶν τηλικαῦτ' ἐκινούμεθα. νῦν δέ, ἂν καὶ — ὃ | μὴ γίνοιτ' — ἐλασσωθῶμεν ἔν τισιν, μετὰ τῆς ἐκείνων | γνώμης ἕκαστα πεπραχότας βοηθείας τεύξεσθαι καὶ ἀ|ναμαχεῖσθαι μετὰ τῆς τῶν θεῶν εὐνοίας. ἔκρινον οὖν εἰς || μὲν τ[ὴ]ν Ῥώμην ἀεὶ πέμπειν τοὺς συνεχῶς ἀναγγελοῦν|[τας] τ[ὰ διασ]τ[α]ζόμενα[41], αὐτοὺς δὲ παρασκευάζεσθα[ι | ἡμᾶς ἐπιμελῶς, ὡς εἰ δέοι βοηθήσ]οντας ἑαυτο[ῖς[42] -------] |

τὰ παρὰ τοῖς μονάρχοις ξενικὰ τῶν ἐν ταῖς δημοκρατίαις μισθοφορούντων εἰκὸς ὑπεράγειν καὶ διαφέρειν. 33 Cf. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 108. G. Meyer Gr. Gramm.[3] p. 294. K. Meisterhans et E. Schwyzer Grammatik der attischen Inschriften[3] p. 75 not. 650. 34 Exspectaveris διασκοπούντων relatum ad ἡμῶν, sed similem structurae neglegentiam habes supra v. 8. 9. 35 Cf. Syll.[2] 658, 3 ἐφόπται. 802, 66 ἐγκαθιδών. Non videntur haec cum aliis aspirationis pravae vel insolitae exemplis confundenda, sed propter notionis communionem spiritus asper ab ea radice a qua praesens et imperfectum formatur (ἐφορῶ, ὑφορῶ, καθορῶ) etiam in radicum ὀπ et ϝιδ flexiones et derivationes manasse. 36 Eumenes II rex. Cf. not. 26. 37 Cf. Syll.[2] III p. 234. 38 Plerumque haec vox perspicuum, in omnium conspectu positum significat (cf. προγράφειν, προτιθέναι). Sed haud raro de futuris rebus, quae certo praevideri possint, usurpari monet Staehelin p. 98 not. 2 allatis nonnullis Polybii locis, veluti I, 84, 11: προδήλου τῆς ἥττης καὶ τῆς τιμωρίας τοῖς ἁλισκομένοις ὑπαρχούσης. 39 Sic Wilamowitz. ἐπιστραφήσεσθ(αι) κείνους Domaszewski. At Ε pro ΑΙ ab huius monumenti aetate alienum, elisio vocalium vero in his litteris frequentius scriptura indicatur quam usquam alibi. 40 Staehelinus confert Polyb. XV, 29, 10: αἱ μὲν οὖν πολλαὶ τῶν γυναικῶν ἡδέως ὁρῶσαι τὴν δυσθυμίαν καὶ περικάκησιν αὐτῆς (Oenanthes) ἀπεσιώπων. 41 Τ Σ ΙΟΜΕΝΑ lapis. Supplevit Wilamowitz. τ[ὰ ἐξετα]ζόμενα Domaszewski, τ[ὰ ἀπαρτι]ζόμενα W. v. Hartel apud Dom. Sed illud et melius convenit sententiae et accuratius accommodatum est vestigiis scripturae servatis. 42 Hoc enuntiatum restituit Wilamowitz. Cui quod obicit Staehelin p. 99 n. 2, Attalum omnino noluisse suis viribus se defendere, sed omnia Romanorum arbitrio permittere constituisse, facile refutatur. Nam fieri poterat ut Romani nollent

D VII [-------ε]ιν δι' ὃ μὲν[43] [-------------|----ω]ι εὐλαβείαι· τ[ὰ] δὲ γράμματα λύσας[44] ‖ [καὶ ση]μην[ά]μ[ε]νος[45] πάλιν ἀπέσταλκά σοι. εἶ|[πον[46] γ]ὰρ ὅτι, ἐὰν ὁμοίως ἀναπέμψω, οὐ μὴ | [δυν]ηθῆς αὐτὰ λῦσαι . σὺ καὶ π[ρ]οσδέχου δὴ | [αὐτ]ὰ καὶ πέμφ' οὓς βούλῃ καθὰ παρακαλοῦ|[σιν][47], ὡς ἡμῶν εἰδότων ὅτι, ἅπερ ἂν πράσσῃς, ‖ [ἐπὶ] τῶι συμφέροντι τῶι ἡμετέρωι ποήσεις. | [δ]ιὸ[48] τὸν ἐνηνοχότα (τά)δε[49] τὰ γράμματα, ἐπεὶ | [βο]ύλεταί σοι συμμεῖξαι, μετάπεμψαι πάντως. | [χρ]ήσιμον γάρ ἐστι πρὸς τἆλλα καὶ ἀκοῦσαι | [πα]ρ' αὐτοῦ ἅ φησι θέλειν εἰπεῖν σοι καὶ συν‖[πε]μφθῆναί τινα αὐτῶι παρὰ σοῦ εἰς τοὺς ἄ|[νω] τόπους τὸν τά τε διδόμενα ληψόμενον — | [ἀμα]θία[50] γὰρ ἀπο-

---

quidem illum armis adiuvare, sed ne vetarent quidem ipsum se defendere, ita ut sine ulla eorum animi offensione atque adeo ipsorum auctoritate adiutus et confirmatus bellum gerere posset. 43 Epistula VII quanam temporum ratione contineatur cum reliquis, definiri certa ratione non licet, ideoque id quoque in medio relinquendum est, a quo ad quem data sit. Illud sane vix quisquam negaverit hic quoque regis Pergameni ad sacerdotem Pessinuntium litteras haberi, ac maxime probabile certe est, non alios hos esse atque Attalum II et Attin. 44 Quod Domaszewski de cryptographia quadam, cuius litteras rex quidem qui haec scripsit cognitas habuerit, sacerdos vero ad quem epistula data est ignoraverit, sibi persuasit, id fusius refutare opus non est; sufficiat monuisse verba λῦσαι et σημήνασθαι illam vim habere non posse. Immo recte Wilamowitzius de artificio quodam interpretatus est, quo si clausae essent litterae, nemo illius ignarus eas aperire posset. Iam litterae hominum nescio quorum scriptae quidem erant ad sacerdotem, sed per legatum legatosve illorum traditae regi, ut is illi transmitteret. Qua in re illi monuerunt, non sic ut esset obsignatam epistulam mittendam esse, quia verendum esset ut sacerdos calleret eam aperire. Atque hoc definite scribit rex sacerdoti, ne illi vestigiis epistulae solutae et denuo obsignatae animadversis suspicio de mala fide regis oboreretur. Quinam vero fuerint, qui legatos cum epistula ad sacerdotes scripta ad regem mitterent, in medio relinquendum est. Non improbabiliter incolas eius partis regni, quae v. 80. 81 οἱ ἄνω τόποι dicitur, interpretantur homines docti. 45 I. e. σφραγισάμενος, usu sermonis perfrequenti. 46 Supplevit Wilamowitz. Legati qui regi epistulam ad sacerdotes mittendam tradiderunt designantur. Cf. not. 44. εἰ[κὸς] v. Hartel ap. Dom. At nemo unquam Graecus dixit εἰκός ἐστιν ὅτι. 47 Supplevit Wilamowitz. παρακαλοῦ[μαι] Domaszewski. Ad eosdem homines spectat, de quibus supra v. 70 habes εἶ[πον]. 48 Etsi lapidis imago a Domaszewskio proposita distincte ΙΟΤΟΝΕΝΗΝΟΧΟΤΑ habet, tamen ipse neglecta altera littera scripsit [κα]ὶ τὸν ἐνηνοχότα δὲ τὰ γράμματα, qua in lectione etiam Wilamowitzius acquievit. Verum vidit Wilhelm. 49 Syllabam a lapicida levissimo errore non iteratam restituit Wilhelm. Cf. not. 48. 50 Supplevit

τρίβεσθαι — καὶ τὴν [τῶ]ν ἐκεῖ γνώ||[μη]ν ἀγγελοῦνθ' ἡμῖν ἐπιμε[λέστερον[51] ------].

Wilamowitz. [εὐή]θια Mordtmann et Domaszewski. Sed ῑ et ει per totum titulum accuratissime distinguuntur, etsi vocalis productae novem, diphthongi adeo quadraginta quinque exempla occurrunt. 51 Supplevit Wilamowitz.

---

316 Lapis leucophaeus quadrangulus, Orchomeni (*Skripu*) in impluvio monasterii ante ecclesiae portam meridionalem. Post Leakium Class. journ. XIII p. 332 et Travels in Northern Greece II p. 631 n. 5 edd. Boeckh C. I. G. 1564. Lebas Inscr. II, 630. P. Cauer Delectus Inscr. Gr. ed. 2 p. 207 n. 299. R. Meister ap. Collitz Gr. Dialektinschr. I p. 189 n. 492. W. Larfeld Syll. Inscr. Boeot. 26 aliique. Ex Lollingii apographo edidi I. Gr. Sept. I 3167. Infra hunc titulum alius plebisciti (I. Gr. Sept. I 3168) relliquiae. Cf. quae adnotavit U. von Wilamowitz-Möllendorff Commentariolum grammaticum III (ind. lect. Gotting. aest. 1889) p. 12.

Θιός | τιούχαν ἀγαθάν. Ἀλεύα (ἄρ)|χοντος[1], ἔδοξε τῦ δάμυ Ἐ[ρ]||χομενίων, Ἀγέδικον Δα||φίταο[2] Ἡολεῖα ἀπ' Ἀλεξαν||[δρ]είας πρόξενον εἶμεν | [κὴ ε]ὐεργέταν τᾶ(ς)[3] πόλιος Ἐ[ρ|χο]μενίων κὴ αὐτὸν κὴ ἐσ||[γ]όνως, κὴ εἶμεν αὐτῦ γᾶς || [κὴ] Ϝυκίας ἔπ[π]ασιν κὴ ἀσφάλι||[α]ν κὴ ἀτέλιαν κὴ ἀσουλίαν | [κ]ὴ κατὰ γᾶν κὴ κατὰ θάλατ||[τ]αν κὴ πολέμω κὴ ἰράνας ἰώ||[σ]ας, κὴ τὰ ἄλλα ὁπόττα || [κ]ὴ τῦς ἄλλυς προξένυς | [κ]ὴ εὐεργέτης.

Litterae ΑΠΓΞΣ. 1 ΑΛΕΥΑΡΑ|ΚΟΝΤΟΣ lapis. 2 Wilamowitzius agnovit hic filium Daphitae illius grammatici, de quo Strabo XIV, 1, 39 p. 647 Cas. haec habet: κεῖται δ' ἐν πεδίῳ πρὸς ὄρει καλουμένῳ Θώρακι ἡ πόλις (Μαγνησία ἡ ἐπὶ Μαιάνδρῳ), ἐν ᾧ σταυρωθῆναί φασι Δαφίταν τὸν γραμματικόν, λοιδορήσαντα τοὺς βασιλέας διὰ διστίχου· ʻΠορφύρεοι μώλωπες, ἀπορρινήματα γάζης Λυσιμάχου, Λυδῶν ἄρχετε καὶ Φρυγίης.' καὶ λόγιον δ' ἐκπεσεῖν αὐτῷ λέγεται, φυλάττεσθαι τὸν Θώρακα. Versus illos ante annum 188 a. Chr. n. scribi non potuisse manifestum est. 3 ΤΑΓΟΛΙΟΣ lapis.

---

317 Tenedi prope portum ad fontem anno 1814 exscripsit Carolus comes Haller de Hallerstein, cuius ex schedis ed. Bruno Keil Berl. Phil. Wochenschrift 1896 p. 1607, litteris minusculis. Idem imaginem tituli misit ad W. R. Patonem, qui eam expressit Inscr. Gr. mar. Aeg. II p. 130 n. 639.

Βασιλεὺς Ἄτταλος[1] βασιλέως Ἀττάλου[2] Εὐάκην[3] | Παναρέτου ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας ἣν ἀπε|δεί(ξ)ατο[4] τῶι τε ἀδελφῶι βασιλεῖ Εὐμένει[5] | καὶ ἑαυτῶι.

Litterae volgares praeter ΑΣ. 1 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 2 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). 3 Εὐάκης nomen, cuius altera pars procul dubio est substantivum τὸ ἄκος (*remedium*), etiam in titulo Cyziceno Bull. de corr. Hell. XIV 1890 p. 539 n. 4, 1 inveniri adnotavit Keil. 4 ΔΕΙΧΑΤΟ. 5 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.).

---

318 Fragmenta undeviginti epistylii ordinis Dorici, inventa Athenis ad ecclesiam Παναγίας Πυργιωτίσσης. Ed. Kumanudis Δύο γενικαὶ συνελεύσεις τῶν ἑταίρων τῆς ἐν Ἀθήναις ἀρχαιολογικῆς ἑταιρίας, Ἀθ. 1862, p. 7 cum tabula. Eis fragmentis, quae etiamtum exstabant, denuo exscriptis repetivit Koehler C. I. Att. II, 1170.

Βασιλεὺς Ἄττ[αλος][1] βασιλ[έως Ἀττάλου] καὶ βασ[ιλίσ]σης Ἀπολλων[ίδος[2] ------ ἀνέθηκεν].

Litterae volgares praeter Π. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). Nam ab hoc, non a patre Attalo I, ut ante hunc titulum repertum opinabantur homines docti, exstructam esse porticum apparet ex nomine matris Apollonidis reginae. Ceterum illud aedificium commemoratur a Posidonio apud Athenaeum V p. 212 f ἀναβὰς οὖν (ὁ Ἀθηνίων) εἰς τὸ βῆμα τὸ πρὸ τῆς Ἀττάλου στοᾶς ᾠκοδομημένον τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς κτλ. Koehler. Attalum II Athenas in deliciis habuisse atque ante regnum ibi commoratum civitatem nactum esse testatur titulus Syll.[2] 298: Καρνεάδην Ἀζηνιέα Ἄτταλος καὶ Ἀριαράθης Συπαλήττιοι ἀνέθηκαν. 2 Cf. n. 292[5]. 307[2].

---

319 Magnesiae ad Maeandrum ad forum in pariete porticus. Ed. O. Kern Inschriften von Magnesia p. 68 n. 87.

[Ἔδοξε τῶι δήμωι· στρατ]ηγῶν γνώμη[1] Λυκόφρονος τοῦ Ἀρτεμι(δ)[ώρου[2], ... | . . . . τοῦ . . . .] ίμου, Βοήθου τοῦ Σίμωνος, Γ(αλ)έστου[3] τοῦ Διονυσίο[υ . . . . . | . . . . . . προέ]δρου καὶ

1 Decretum est civitatis cuiuspiam regni Pergameni, quam accuratius definiri non licet. 2 De litteris quas uncis rotundis inclusi v. n. 231[5]. 3 Γαλέστης nomen sane rarum invenitur Syll.[2] 268, 133 unde pro Γαλέτης restitutum est apud Aelianum Var. hist. I, 30.

γραμματέως τοῦ δήμου Πόλ[λι]δος τοῦ Ἀπολλοφά|νου· ἐπειδὴ [Μ]άγν[ητ]ες οἱ ἐπ[ὶ Μ]αιάνδρου εὐνόως διακείμενοι τῶι δήμωι καὶ ὄν‖τες οἰκεῖοι καὶ φίλοι πρότερόν τε φιλανθρώπως προσεφέροντο τῆι πόλει καὶ νῦν | ἀφεστάλκασ[ι]ν[4] ψήφισμά τε καὶ πρεσβευτὰς καὶ θεωροὺς Λεοντίσκον καὶ Ἀ|πολλώνιον[5], παρακαλοῦντες προσδέξασθαι[6] τ[ή]ν τε θυσίαν καὶ πανήγυριν | καὶ ἐκεχειρ[ίαν κα]ὶ ἀγῶνα στεφανίτην ἰσοπύ[θι]ον μουσικόν τε καὶ γυμνικὸν | καὶ ἱππικό[ν], ὃν συντελοῦσιν τῆι ἀρχηγέτιδι τ[ῆς] π[όλ]εως Ἀρτέμιδι Λευκοφρυ‖ηνῆι[7] διὰ πέντε [ἐτῶ]ν κατὰ τὰς τοῦ θεοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς μαντείας[8], καί οἱ πρεσβευ|ταὶ καὶ [θεωρ]ο(ὶ) ἐλθόντες καὶ ἐπὶ τὴν ἐκκλησ[ί]αν διελέγησαν ἀκολούθως | τοῖς ἐν [τῶι ψη]φίσματι κατακεχωρισμένοις, σπουδῆς καὶ φιλοτιμίας [οὐδ]ὲν | ἐλλείποντε(ς), καὶ τὴν καταγγ[ε]λίαν ἐποιήσαντο πρεπόντως, τύχηι ἀγαθῆι, | δεδόχθαι ἀποκρίνασθαι Μάγνησιν ὅτι ἀποδέ[χε]ται ὁ δῆμος τὰ ἐπηγγελμέ‖να ἐπὶ σωτηρ[ί]α[ι] τοῦ τε βασιλέως Ἀττάλου Φιλαδέλφου[9] καὶ Ἀθηναίου τοῦ | ἀδελφοῦ το[ῦ β]ασιλέως[10] καὶ βασιλίσσης Στρατονίκης[11] καὶ Ἀττάλου τοῦ υἱοῦ | τοῦ βασιλ[έω]ς Εὐμένου[12] καὶ τοῦ ἡμετέρου δήμου καὶ τοῦ Μαγνήτων, πέμπε[ιν | δ]ὲ καὶ τὸν δῆμο[ν] καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα θεωροὺς τοὺς συντελέσ[οντ]ας | [τὴν θυσίαν καὶ τὰ] (ἄ)λλα τὰ νομιζόμενα πάντα. διδόναι δὲ καὶ τοῖ[ς ἐπ]αν‖[γ]έλλουσι τὰ [Λευκοφρυ]ηνὰ[13] εἰς ἀπαρχὴν τῆι θεῶι δραχμὰς ἑ[κ]ατόν. ἑλέσθαι | δὲ καὶ (θεωροδ)όκο[ν] (τ)ούτοις[14] (τοῖς) [π]αραγινο-

4 Cf. n. 220[4]. 5 Leontiscus Magnes omnino nusquam praeterea commemoratur, Apollonii sat multi sunt in titulis Magneticis, sed nemo quem probabili ratione demonstrari possit eundem esse cum hoc legato. 6 Plerasque civitates proximo post ludos institutos tempore, i. e. tertio a. Chr. n. saeculo ad finem vergente adierunt Magnetes, ut rei natura ferebat. Quod contra hoc decretum fere semisaeculo recentius est (cf. not. 9). Quae res nescio an ita expedienda sit, ut statuamus oppidum, cuius nomen ignoramus, altero demum a. Chr. n. saeculo conditum esse. 7 Cf. n. 231[3]. 8 Cf. Syll.[2] n. 256 sqq. 9 Attalus II (159—138). Accuratius intra eius regni spatium aetas tituli definiri nequit. Nam recte quidem inde quod Philetaerus regis frater non commemoratur, Kernius eum tum non iam inter vivos fuisse collegit. At is primus ex omnibus quattuor fratribus, ante regem Eumenem, fato functus videtur (cf. n. 295[9]. 296[10]). 10 Cf. n. 296[10]. 11 Cf. n. 293[6]. 12 Regio nomine hic caret ut alibi in titulis Attalo II, qui lege eius patruus, natura fortasse pater fuit, regnante exaratis (n. 331, 18). 13 Cf. n. 233, 78. 14 Errore hoc τούτοις incisum recte observat Kern. Neque enim de hominibus quorum antea iam mentio facta est dicitur, sed de eis qui postea quinto quoque anno a Magnetibus ad indicandas ferias mittentur.

μένοις [θεω]ροῖς [πα]ρὰ Μαγνήτων. | ὑπάρχ[ειν δὲ τοῖς νικ]ῶσιν τ[ὰ] Λευκοφρυ[ηνὰ] ὅσ[α] καὶ [το]ῖς [τὰ] Πύθια νι|κήσασι[15]. [ἐπηγνῆ]σθαι δὲ καὶ τοὺς ἀπεσταλμένους [ὑπ' αὐ]τῶν πρεσβευ|τὰς κα[ὶ θεω]ρ[οὺς ἐπὶ τῆι] ἐπιδη[μ]ίαι, ἧι ἐποι[ήσ]α[ν]το ἐν τῆι πόλ[ε]ι [μ]ετὰ πά||σης (ε)[ὐκο]σ(μ)ία[ς, καὶ ἐπι](σ)τροφῆ[ι][16] (τ)ο(ῖ)ς (βα)σιλεῦσι, [τῆι][17] τε περὶ το[ῦ] | δήμου καὶ [τοῦ ἡμετέρο]υ[18] καὶ [τ]ο[ῦ τῶν Μαγνήτων ἐπιμελείαι[19]. δοῦναι δὲ[20]] | ἑκατὸν [δρ]α[χμὰς ἀργυρί]ου [ἐκ το]ῦ[21] δη[μοσίου[22] ....]εου -----

15 Cf. n. 233, 79. 16 Supplevi, ἐπὶ τῆι v. 24 ad utrumque substantivum, ἐπιδημία et ἐπιστροφή, pertinere ratus. Hoc vero vocabulum curam qua aliquem prosequimur significare potest. Cf. Sophocles Oed. R. 134 ἐπαξίως γὰρ Φοῖβος, ἀξίως δὲ σὺ πρὸ τοῦ θανόντος τήνδ' ἔθεσθ' ἐπιστροφήν. 17 Supplevi. 18 Supplevi. 19 Supplevi. 20 Supplevi. 21 Supplevi. 22 Supplevi.

---

320. 321 Bases duae inter se omnibus nominibus pares marmoris albi effossae ante templum Apollinis Didymei. Ed. B. Haussoullier Revue de philologie XIII (1899) p. 25 n. 25. p. 26 n. 26 (Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 221. 222).

320 Βασιλῆ Ἄτταλον[1] | βασιλέως Ἀττάλου | ὁ δῆμος ὁ Μιλησίων.

321 Ἀθήναιον[2] | βασιλέως Ἀττάλου | ὁ δῆμος ὁ Μιλησίων.

1 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 2 De Athenaeo natu minimo ex quattuor regis Attali I filiis cf. n. 296[10]. Quo tempore haec monumenta erecta sunt, hi duo soli ex fratribus superstites fuisse videntur. Nam Philetaerum iam ante Eumenem regem decessisse scimus (n. 295[9]). Ceterum has duas bases editor refert et multo minores esse quam quae statuas sustinerent, neque in superficie foramina inveniri. Quare statuendum esse aut aedificio nescio cui immissas fuisse, aut pro statuis his simplicibus lapidibus cum inscriptionibus honorariis contentos fuisse Milesios. Hoc mihi quidem magis probatur, nam aedificio non video quo pacto nomina accusativo casu inscribi potuerint.

---

322 Tabula marmoris subcaerulei, quae quondam summam partem basis statuae efficiebat, eruta Pergami in theatro. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 128 n. 223.

Ὁ δῆμος | Βιτὼ[1] Ἀριστογένους, | γενομένην ἱέρειαν | τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος[2] ‖ ἐν τοῖς ἀχθεῖσιν ὑπ' αὐτοῦ | τεσσαρεσκαιδεκάτοις Νικηφορίοις[3] | τοῦ στεφανίτου ἀγῶνος | καὶ ἀναστρ[αφεῖσα]ν[4] καλ[ῶς] | καὶ εὐσεβῶς καὶ ἀ[ξίως τῆς θεᾶς].

Litterae volgares praeter ΑΠΣ. Hastae extremae lineolis transversis ornatae. 1 Idem nomen in Anthologia Palatina XI 196, 1 ῥύγχος ἔχουσα Βιτὼ τριπιθήκιον occurrere adnotavit Fränkel, qui simul nominum similium Βίτος Βίττος Βίτις Βιττίς Βίτα Βίτιον Βιττώ Βίτων Βιτίων exempla congessit. Ceterum in patris nomine terminatio ΟΥ in ΟΥΣ mutata est a lapicida. 2 Cf. n. 324[1]. 3 Anno 157/6 a. Chr. n. Cf. n. 299[1]. 4 Supplevi. ἀναστρ[εφομένη]ν Fränkel, quod et lacunae spatio et sententiae minus accommodatum existimo. Nam quod Alterth. v. Perg. VIII 2 p. 330 n. 496, 3 sqq. legitur [τ]ὴν ἱέρηαν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος, [ἀ]ναστρεφομένην καλῶς καὶ εὐσεβῶς καὶ ἀξίως τῆς πόλεως, ab eo hic titulus ceteroqui simillimus additis v. 3 γενομένην et v. 8 καὶ discrepat, quae ipsa ni fallor aoristi participium flagitant.

---

323 Stela marmoris albi fracta supra et infra, integra a sinistra et a dextra, inventa Pergami in delubro Minervae. Aliud fragmentum exiguum, inventum in theatro, quod Fränkelius haud improbabiliter eiusdem esse lapidis existimat, omittimus quia nec cohaeret cum hoc nec quicquam certi illic agnoscitur. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 128 n. 224 cum addendis fasc. 2 p. 509. Cf. quae exposuerunt Th. Barnaud Revue des études grecques IX 1896 p. 427 sqq. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II p. 2172 sq.

[Ἐπὶ πρυτάνεως . .]οδώρου, γνώμη σ[τρατηγῶν· ἔγνω δῆμος· ἐπεὶ -----|----[1] ὁ σύντρο]φος[2] τοῦ βασιλέως ἔν τε τοῖ[ς

Litterae volgares praeter ΠΣ, non dispositae στοιχηδόν. 1 Andronicum, quem bis Romam legatum iisse Attalo II regnante constat, Fränkelius hic honoribus affici coniecit. Qui quod probabilem sed neutiquam certam dicit hanc sententiam, non debebat vituperari a Barnaudio. Hic enim sic ratiocinatur, tres fuisse Attali II Romam legationes, primam et tertiam Andronici, alteram Athenaei. Iam cum luce clarius sit, hoc decretum non ad regis fratrem spectare, certissimam esse rem, Andronico hos honores decretos esse. Quae argumenta recte se habere nemo negaret, dummodo ne confudisset quae forte fortuna nobis nota sunt cum iis quae omnino fuerunt in rerum natura. Nam plus tribus legationibus missas esse per illud regnum Romam non negaveris si modo illa legeris quae sunt n. 315, 64 sq.: ἔκρινον οὖν εἰς μὲν τ[ὴ]ν Ῥώμην ἀεὶ πέμπειν τοὺς συνεχῶς ἀναγγελοῦν[τας] τ[ὰ

ἀναγκαιοτάτοις καιροῖς | σπουδ]αίας χρείας παρείσχηται[3] τῶι τε βασιλ[εῖ καὶ τῶι δήμωι | παντ]ὸς ἀγαθοῦ παραίτιος γινόμενος καὶ ἐν πᾶσιν κα[ιροῖς ἀμέμπτως ‖ καὶ ἀδ]εῶς ἀναστρεφόμενος τῆς μεγίστης τιμῆς καὶ [αἰδοῦς ἠ|ξιοῦτ]ο, πολὺ[4] δὲ τῶν καθ' ἑαυτὸν συνέσει καὶ παιδείαι προάγων [παρὰ | μὲ]ν τοῖς[5] ἄλλοις ἐντροπῆς καὶ δόξης δικαίως ἐτύγχαμεν, παρὰ δὲ [τῶι | βα]σιλεῖ προεδρίας καὶ τιμῆς τῆς πρώτης μετεῖχεν, ἀμεμψιμοίρητ[ος[6] | δὲ] ἐν πᾶσιν γεγενημένος κα(ὶ)[7] εὐδοκι[μη]κὼς ἐν ταῖς χρείαις ἁπάσαις κ[ε‖κ]όσμηκε τὸν αὑτοῦ [β]ίον τῆι καλλίστηι παρρησίαι, τήν τε πατρίδα σπε[ύ]|δων, ὅσ[ο]ν ἐφ' ἑ[α]υ[τ]ῶι, διαφέρειν παρὰ τὰς ἄλλας πόλεις ἐν ταῖς κατὰ τ[ὴν | π]ολιτείαν οἰκονομίαις, τὰ μὲν [π]αραλελειμμένα εἰσηγησάμενος ἐπὶ τῶ[ι | σ]υνφέροντι διώρθωσεν, τὰ δε λο[ι]πὰ [ἀ]κ[ο]λού[θω]ς τοῖς νόμοις συνεπεί[σχ]|υσεν, ἐφ' οἷς εὐχαριστήσας ὁ δῆμος α[ὐ]τῶι τὰς καλλίστας καὶ ἐνδοξοτάτα[ς ἐ]‖ψηφίσα[τ]ο τιμ[ά]ς, ἵνα μὴ μόνον ἐν τῶι π[αρ]όντι καιρῶι ἡ παρὰ τῶν πολιτῶ[ν | α]ὐτῶι ὑπάρχ[η]ι χάρις, ἀλ[λ]ὰ κα[ὶ ε]ἰς [τὸ]ν [ἀεὶ χρ]όνον δ[ι]αμε[ί]νῃ [τὰ] δεδομένα τίμ|[ι]α, καὶ ὁ βασιλ[ε]ὺς Ἄτταλο[ς[8] Φιλ]άδ[ε]λφ[ος] κ[α]ὶ εὐε[ργ]έ[τη]ς ἐν τοῖς ἀναγκα[ιο|τ]άτοις καιροῖς πιστεύσας τὴν [ὑ]πὲρ τῶ[ν] κοι[νῇ συ]ν[φ]ερ[όν]τω[ν] πρεσβείαν [πρὸς | Ῥ]ωμαίους [ἐ]ξαπέστειλεν αὐτόν[9], ἵνα τοὺς [μ]ὲν [ἐ]χ[θ]ροὺ[ς][10] ἐνδείξηται

διο]τ[α]ζόμενα. Quare spondere nemo poterit Andronicum potissimum hic designari; veri simile esse non nego. Quod si ille intellegendus est, hieme 156/5 a. Chr. aut paullo post haec decreta esse apparet (cf. not. 9). 2 Cf. n. 247[2]. 3 Cf. n. 223, 7 εἰσχήκατε. Syll.[2] 330, 30 εἴσχηκαν. 928, 54 εἰσχηκέναι. 342, 24 κατεισχηκότος. 226, 4 παρείσχηται. 314, 63. 66. 69 κατεισχῆσθαι. 270, 13 παρεισχημένους. E. Schweizer Grammatik der pergam. Inschriften p. 185. 4 Litteras ΟΠ initio versus Humannus etiamtum vidit, Fabricius non item. 5 Litterarum ΝΤ reliquias item unus Humannus agnovit. 6 Cum μεμψιμοιρεῖν perfrequens esset illa aetate, praecipue apud Polybium, ne adiectivum ἀμεμψιμοίρητος quidem quicquam habere offensionis monuit Fränkel, etsi nusquam praeterea legeretur. Sed hoc ipsum exstat in papyro Parisino Notices et extraits des manuscrits XVIII 2, 1865 p. 63 col. 8, 14. 15: ἐμαυτὸν ἀμεμψιμοίρητον παρέσχημαι. Berl. gr. Urkunden I p. 250 n. 251, 4: συνβ[ιού]τωσαν οὖν ἀλλήλοις —, καθὼς καὶ προεγ[άμ]ουσαν, ἀμεμψιμοιρήτως. 7 ΚΑ. 8 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 9 Ex duabus Andronici (not. 1) legationibus posteriorem intellexit Fränkel; nam priorem irritam fuisse. Sed uno tempore contrariam sententiam tulerunt Barnaud et Wilcken, sua sponte uterque, et argumentis certissimis confirmaverunt. Etenim de illa altera legatione haec refert Appianus Mithr. 4: ὁ δὲ (Menas a Prusia rege ad senatum missus) τῆς μὲν ζημίας οὐκ ἀφεθείσης τῷ Προυσίᾳ (Ἀνδρόνικος

ἀσε[βῶς ‖ κ]εχρη(μέ)νους[11] τοῖς πράγ[μ]ασιν, [τὴ]ν δ[ὲ ὑ]π[άρχ]ουσα[ν] εὔ[νο]ιαν καὶ εὐεργε[σί|αν π]ρὸς τὸν βασιλ[έα ἀ]ν[αν]εωσ[άμ]εν[ος[12] πα]ρ[α]κ[αλέ]σ[ηι] αὐ[τ]ο[ὺ]ς ἀμύνασθα[ι | τὸ]ν πα[ρασ]πόνδως[13] [κ]ατα [------------------------------- ἐ]νδ[ε]ιξά[μ]ε[ν]ος τῆι συ[γκλή|τωι -----------].

γὰρ ἐπιπεμφθεὶς ἐς ἀντιλογίαν ὑπὸ Ἀττάλου τὴν ζημίαν ἀπέφαινεν ἐλάττονα τῆς ἁρπαγῆς), τὸν δὲ Νικομήδη λόγου καὶ σπουδῆς ἄξιον ὁρῶν, ἠπόρητο. Quae rectissime Barnaud cum huius tituli verbis (v. 17 ἐν τοῖς ἀναγκα[ιοτ]άτοις καιροῖς. v. 19 τοὺς [μ]ὲν [ἐ]χ[θ]ροὺ[ς] — [ἀ]σε[βῶς κ]εχρη[μέ]νους τοῖς πράγ[μ]ασιν. v. 21 ἀμύνασθαι. v. 22 πα[ρασ]πόνδως) adversa fronte pugnare iudicat. Nam tum quidem non disceptabatur nisi de summa pecuniae, quam Prusias cum Attalo deberet ut sibi remitteretur a Romanis postulabat. Quod contra in priore legatione hieme 156/5 a. Chr. missa Andronicus querebatur de hostilibus incursionibus et rapinis (Polyb. XXXII, 28, 2 τοῦ μὲν Ἀνδρονίκου παραγενομένου καὶ διασαφοῦντος τὰ περὶ τὴν πρώτην ἔφοδον τῶν πολεμίων); neque id plane irritum fuit, etsi primo Romani nolebant se his rebus interponere (οὐ προσεῖχον). Quae cum ita sint, res minime dubia est, praesertim cum, si ante hoc decretum iam duas legationes Romanas gessisset Andronicus, credibile non sit futurum fuisse ut una modo commemoraretur. Nam recte Barn. iudicat non tam eventum magis aut minus prosperum quam fidem et diligentiam in illo officio exhibitam hic in censum venire. Ut igitur neutiquam certum est, hoc Andronici potissimum esse decretum honorarium (not. 1), ita si ad illum spectat, dubitari non licet quin ad priorem potius quam ad alteram eius legationem referatur. 10 Prusiam et Galatas. Cf. not. 9. 11 ΕΧΡΗΣ, ΝΟΥΣ lapis secundum Fabricii imaginem. [κ]εχρησμ(έ)νους Fränkel. Sed cum inter Σ et Ν unius modo litterae spatium sit, utique aliquid a lapicida peccatum est, cuius errorem emendare tutius visum est reposita forma volgari quam rarissima. Etiam E. Schweizer Gramm. der perg. Inschr. p. 188 non improbabile existimat Σ lapicidae vel scribae, non auctori decreti deberi. 12 Quod hanc quoque instauratae amicitiae mentionem indicio esse dicit Barnaud, hanc primam fuisse ex omnibus quas Attalus rex Romam miserit legationibus, formulae tritae plus tribuere mihi videtur quam licet. 13 Hoc adverbium primo quidem aspectu Fränkelii sententiae (not. 9) admodum favere concedit Barn. Etenim de pace violata recte dici in altero Prusiae contra Attalum bello, non item in priore. At eadem voce de illa anni 156 a. Chr. n. aggressione etiam Polybium legatos Romanos utentes facere XXXIII, 9, 1. 2: ὅτι τῶν περὶ τὸν Ὁρτήσιον καὶ Αὐρουγκολήϊον παραγεγονότων ἐκ τοῦ Περγάμου καὶ διασαφούντων τήν τε τοῦ Προυσίου καταφρόνησιν τῶν τῆς συγκλήτου παραγγελμάτων καὶ διότι παρασπονδήσας καὶ συγκλείσας εἰς τὸ Πέργαμον αὐτούς τε καὶ τοὺς περὶ τὸν Ἄτταλον πᾶσαν βίαν ἐνεδείξατο καὶ παρανομίαν. Admodum acute et probabiliter B. intellegit de violatis condicionibus foederis quod non Attalo cum Prusia esset, sed utrique cum populo Romano, qua de re confert Appian. Mithr. 3: μὴ πολεμεῖν Ἀττάλῳ φίλῳ Ῥωμαίων ὄντι καὶ συμμάχῳ.

324 Marmor album, quod summam partem basis efficiebat, inventum Pergami iuxta aram magnam. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 132 n. 226.

Ὁ δῆμος | Ἀσκληπιάδα Εὐάνθου, τὴν γε|νομένην ἱέρειαν τῆς Πολιά|δος καὶ Νικηφόρου Ἀθηνᾶς[1] ἐν ‖ τοῖς ὀκτωκαιδεκάτοις Νικη[φ]ο|ρίοις[2], εὐσεβείας ἕνεκεν.

Litterae volgares praeter ΘΠΣ. 1 Cognomen Πολιάς solum praeter titulum metricum Eumenis I aetate scriptum (Alterth. v. Perg. VIII, 1 p. 18 n. 15, 1 Εὐμέ[νεο]ς, Πολιά[ς, τ]ήνδε κτλ.), qui in sollenni appellatione deae definienda in censum non venit, in duabus modo inscriptionibus Pergamenis occurrit, n. 322, 4 (157/6 a. Chr. n.) et Alterth. v. Perg. VIII 2 p. 330 n. 496, 4 (Romanae aetatis). Memorabile est, utrumque titulum a populo Pergamenorum positum esse, cum reges illo cognomine omnino abstinuerint. Frequentius idem cum Νικηφόρος coniunctum invenitur, sed praeter hunc titulum, qui item populi, non regis est, omnia huius coniunctionis exempla Romanorum demum temporum sunt. Ceterum modo Πολιὰς καὶ Νικηφόρος modo inverso ordine Νικηφόρος καὶ Πολιάς legitur. Cf. Fränkel Alterth. von Perg. VIII, 2 p. 516. 2 Anno 149/8 a. Chr. n. Cf. n. 299[1].

---

325 Lapis inventus in coemeterio prope Teon (*Sevrihissar*). Ed. Chishull Antt. Asiat. p. 146 (F. Osann Syll. p. 236). Ex his et Sherardi schedis Boeckh C. I. G. 3070.

[Βασιλε]ύοντος Ἀττάλου Φιλαδέλφου[1], ἔτους ἑβδόμ[ου[2], | μηνὸς Δ]ύστρου[3], ἐπὶ δὲ ἱερέως τῶν τεχνιτῶν Κρατίν[ου, | καὶ ἀγων]οθέτου καὶ ἱερέως θεοῦ Εὐμένου Ἀρισταίου, Κράτω[ν[4] Ζω|τίχο]υ τοῖς Ἀτταλισταῖς[5] τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ[6] συνηγμέ[νοις ------].

Litterae volgares praeter ΘΠΣ, si apographis fidem habere licet. 1 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 2 Septimus regni annus 153/2 a. Chr. n. est. 3 Quintus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, respondens Atheniensium Anthesterioni, Romanorum fere Februario. 4 Sic Chishull, ΜΑΤΩΝ Sherard. De Cratone Zotichi f. Chalcedonio cf. n. 326[3]. 5 Cf. n. 326[1]. 6 Sic Chishull. ΕΑΥΤΟΝ Sherard. Cf. n. 326, 6.

---

326 In coemeterio prope Teon (*Sevrihissar*). Ed. Chishull Antt. Asiatt. p. 138 (Boeckh C. I. G. 3069).

Litterae ΘΞΠΣ, si apographo fides habenda est. ζῆτα antiquiorem formam (Ι) habet.

Ψήφισμα Ἀτταλιστῶν.[1]

Γνώμη τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀτταλιστῶν· ἐπειδὴ ὁ (ἱρ)εὸς[2] | τῆς συνόδου Κράτων Ζωτίχου[3] ἔν τε τῶι ζῆν | πολλὰς καὶ μεγάλας

---

1 Collegium Attali I Soteris aut Attali II Philadelphi (not. 7) sacris celebrandis destinatum; cf. Εὐπατορισταί n. 367[3]. Βασιλισταί n. 130, 6. Ab ipso Cratone institutum fuisse cum hic titulus v. 6. 7 testatur, tum n. 325 et monumentum honorarium Teium Bull. de corr. Hell. IV 1880 p. 164 n. 21, ubi intra coronam legitur Ἀτταλισταὶ οἱ σὺν Κράτωνι Ζωτίχου. Ex his et reliquis Cratonis titulis Tei repertis (not. 3) apparet iniuria hoc decretum ad sacra Pergami instituta referri, immo Tei neque alibi hos Cratonis Attalistas sedem habuisse. Quod quoniam Cratonis primarias fuisse partes inter artifices Dionysiacos qui Tei constiterant constat, haud inepte ex tota artificum synodo electos homines a Cratone, qui Attalistarum collegium efficerent, coniecit Boeckhius. 2 Emendavi. ΝΕΟΣ Chishull, Sherard. Hic sacerdotis appellationem latere sane iam Boeckhius perspexit, sed quod ille reposuit ἱερεύς probabilitate caret. Quod contra in mea emendatione Ν modo levissimo errore ex ΙΡ factum est. Ionicam scripturam ἱρεύς in titulo ceteroqui volgari recentioris aetatis sermone concepto etiam n. 11, 21 habes; de alio Ionismi genere inferioribus temporibus conservato cf. n. 12[6]. Idem vero etiam in εο pro ευ cadit, quae est proprietas dialecti Ionicae notissima. Cf. exempla quae congessi Syll.[2] III p. 227 et, quod huius ἱρεός simillimum est, βασιλεός in titulo Chio apud Bechtel Inschr. des ion. Dialekts p. 108 n. 174 *c*, 10. 3 Crato Zotichi f. origine Chalcedonius erat (C. I. G. 3068 B, 1. 2. 15. 19), qua in civitate nomen ceteroqui satis rarum Ζώτιχος etiam C. I. G. 3794, 5. 6 (Ζώτιχος Ἀθηναίωνος) repperitur. Artem exercuit tibicinis (αὐλητής C. I. G. 3067, 6. 22. 23. 3068 A, 6. 12. 3068 B, 2. αὐλητὴς κύκλιος C. I. G. 3068 C, 2. 3). In certaminibus Iasi habitis eius partes quasdam fuisse comperimus ex titulo apud Lebas Inscr. III, 255, 9, quem Waddington probabiliter refert ad eam aetatem, qua etiamtum satis ignobilis fuerit Crato, ideoque circiter a. 180 a. Chr. n. exaratum existimat. Tum vero ad eximium laudis honorisque fastigium evectus est inter artifices Dionysiacos qui Tei consederant, quod testantur decreta honoraria cum collegii illius (C. I. G. 3067. 3068 A) et τοῦ κοινοῦ τῶν συναγωνιστῶν, i. e. omnium quicunque per anni alicuius ferias Teon convenerant ut ludis interessent (C. I. G. 3068 B), tum honores a Teiorum civitate in eum collati. Cf. Lebas-Waddington Inscr. III 1558: Ὁ δῆμος Κράτωνα. Praeter collegarum gratiam vero regum Pergamenorum Eumenis II et Attali II (cf. not. 7) favor et benignitas plurimum valuit ad eius dignitatem et splendorem augendum. Quare Pergami multum commorabatur ibique civitatem nactus est (cf. C. I. G. 3068 C, 2 Κράτων Ζωτίχου Περγαμηνός), ibi etiam decessit (v. 15. 16). Ex n. 325, 1. 2 discimus, Cratona m. Februario a. 152 a. Chr. n. etiamtum superstitem fuisse, sed non multo post vita functus videtur, ut haud inepte Boeckhius eius florem annorum 172 et 150 a. Chr. terminis contineri statuerit, etsi ratio propter quam ab anno 172 potissimum profectus est neutiquam certa mihi quidem

ἀποδείξεις ἐποιεῖτο τῆς πρὸς ‖ τοὺς Ἀτταλιστὰς εὐνοίας καὶ κατ' ἰδίαν ὑπὲρ ἑκάσ|του καὶ κατὰ κοινὸν τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ συνηγμένων καὶ κε[κρι]|μένων[4] τὴν πλείστην ποιούμενος πρόνοιαν, σπου|δῆς καὶ φιλοτιμίας οὐθὲν ἐλλείπων, καὶ πολλὰ μὲ⟨ι⟩ν[5] | [κα](λ)ὰ[6] καὶ φιλάνθρωπα τῆι συνόδωι παρὰ τῶν βασιλέων[7] ‖ ἐποίησεν, ἀποδεχομένων αὐτῶν τήν τε ἐκείνου [κατ]|ὰ[8] πάντα τρόπον πρὸς ἑαυτοὺς εὔνοιαν καὶ τὴν ἡμετ|έραν αἵρεσιν καὶ συναγωγὴν ἀξίαν οὖσαν τῆς ἑαυτ|ῶν[9] ἐπωνυμίας, οὐκ ὀλ(ίγα)[10] δὲ καὶ τῶν ἰδίων ἐπιδιδοὺς καὶ | χορηγῶν διετέλει, βουλόμενός τε τοῖς προϋπηργμένο‖ις ἀκόλουθα πράσσειν καὶ μεταλλάσσων τὸν βίον ἐν Πε|ργάμωι[11] προενοήθη τῆς συνόδου καὶ γράψας ἐπιστολὴν | πρὸς τοὺς Ἀτταλιστὰς καὶ νόμον ἱερὸν ἀπολιπών, | ὃν ἐξαπέστειλεν ἡμῖν βασιλεὺς Ἄτταλος[12], ἐπισημο|τέραν ἐποίησεν τὴν ὑπάρχουσαν ἐς τὴν σύνοδον εὔνοια‖ν, δι' ὃν τό τε

---

videtur. Neque enim video quid prohibeat C. I. G. 3067, 13 [τοῖς τε βασ]ι-λεῦσι ad regem superstitem Eumenem II eiusque patrem defunctum Attalum I referre. 4 Supplevi. ΚΕΙ|ΜΕΝΩΝ lacuna non indicata traditur. Sed alibi quoque defectum aliquot litterarum non notari apparet (v. 11 ΑΠΑΝΤΑ. v. 13 ΟΛΔΕ. v. 27 ΔΙΑΤΑΧΕΝ), neque ferri potest κειμένων, quandoquidem τῶν masculinum esse e συνηγμένων apparet; nam ut τὰ κείμενα de legibus collegii a Cratone constitutis bene se haberet, ita οἱ κείμενοι de sodalibus omnino barbarum est. 5 ΜΕΙΝ. 6 . . ΔΑ. 7 Cratona iam Eumene II regnante floruisse demonstrant decreta technitarum, in quibus regis ut superstitis mentio fit. Cf. C. I. G. 3067, 13: τοῖς ἀδελφοῖς βασιλέως Εὐμένου. C. I. G. 3068 A, 2. 17. 26 ἱερεὺς βασιλέως Εὐμένου. v. 18 ἐν τῇ βασιλέως Εὐμένου ἡμέρᾳ. Quare quin hic de Eumene et Attalo fratribus qui deinceps regnaverint dicatur non dubito. Quod Boeckhius obicit, Eumenis regno synodum Attalistarum nondum fuisse, mihi non videtur certum. Nam aut ad sacra Attali I, qui utriusque ex illis regibus pater fuit, synodi nomen referre licet, aut Eumenem hos fratris natu minoris honores iam se rege a technitis decerni passum esse statuendum est. Utique quod Boeckhius coniecit, hic Attalum II et Attalum III, qui una regio nomine usi sint, designari, id ferri nequit. Etenim Plutarchus quidem de frat. amore 18 p. 489 F, ad quem ille provocat, Attalum III a patruo superstite regem renuntiatum et diademate ornatum refert, sed eum errare docent tituli Pergameni, in quibus ille Attalo II regnante nunquam regio nomine utitur; cf. n. 319, 16. 17. 329, 39. 331, 18. 8 ΑΠΑΝΤΑ editores. Sed neque ἅπας neque merus accusativus usui sermonis accommodatus, et defectum litterarum etiam alibi non significari ab Chishullio constat; quare supplere non cunctatus sum. Cf. not. 4. 9 Pro αὐτῶν ut saepe in inferioris aetatis sermone. 10 ΟΛΔΕ. Supplevit Boeckh. 11 Cf. not. 3. 12 Attalus II Philadelphus (159—138 a. Chr. n.).

Ἀττάλειον[13] τὸ πρὸς τῶι θεάτρωι, ὃ καὶ | ζῶν καθιερώκει[14], τοῖς Ἀτταλισταῖς ἀνατίθησιν καὶ τὴν συν|οικίαν τὴν πρὸς τῶι βασιλείωι[15], τὴν πρότερον οὖσαν Μικ[κά]|ρου[16]. ἀνατίθησιν δὲ καὶ καθιεροῖ τῆι συνόδωι καὶ ἀργυρίου | Ἀλεξανδρείου δραχμὰς μυρίας καὶ πεντακοσίας, ‖ ἀφ' ὧν ἐκ τῆς προσόδου θυσίας τε καὶ συνόδους [πε]ποιή|μεθα[17], καθὼς αὐτὸς ἐν τῆι νομοθεσίαι περὶ ἑκάστων | δια[τέ]ταχεν[18]· ἀνατίθησιν δὲ καὶ σώματα τοῖς Ἀτταλισταῖς, | περὶ (ὧ)ν[19] τὰ ⟨α⟩ κατὰ μέρος ὑπὲρ ἁπάντων

---

13 Tei, non Pergami, ut Boeckhio visum est. Qui quod v. 15. 16 ἐν Περγάμωι quasi testimonium suae sententiae affert, nequeo satis mirari. Nam quid ex loco ubi Crato decessit de situ Attalei colligi potest? Cf. praeterea not. 1. 15. 14 Hic distinguere malui, quam cum Boeckhio τοῖς Ἀτταλισταῖς ad καθιερώκει referre. Nam si iam vivus Attalistis donaverat delubrum, quomodo idem testamento eis relinquere poterat? Immo sic res se habet: quondam in suo solo fanum exstruxerat et regi divinis honoribus affecto consecraverat (καθιερώκει); in eiusmodi aedibus privatis domino fundi idem ius erat, ac reipublicae in templis publicis. Quod ius ille, etsi sine dubio usum delubri statim sodalitati Attalistarum concesserat, tamen ad vitae tempus retinuit; testamento demum id ad collegium a se institutum transtulit (τοῖς Ἀτταλισταῖς ἀνατίθησιν). 15 Regiam interpretatur Boeckhius atque hinc quoque colligit Pergami, non Tei, Attaleum fuisse (cf. not. 13). At cum in multis civitatibus Graecis magistratum qui sacra publica curaret regio nomine usum esse constet (cf. G. Gilbert Gr. Staatsalterthümer II p. 271), proclivis est coniectura idem Tei quoque usu venisse et aedes in quibus ille officio suo fungeretur βασίλειον appellatas esse. 16 ΜΙΚ..|ΡΟΥ traditur. Μικρ[ί]ου Boeckh, quod non satis accommodatum est illis litterarum reliquiis. Quare malui Μικ[κά]ρου supplere. Nam etsi μίκκος et quae inde descendunt Dorica sunt, non Ionica, tamen illa aetate iam nomina hominum diversae originis in omnibus civitatibus permixta repperiebantur. Iam Alexandri M. temporibus comparet Μίκκαλος ὁ Κλαζομένιος apud Arrianum Anab. VII, 19, 5. 17 Perfectum mireris, quia de donationibus testamentariis constanter praesentia scripta sunt (v. 21 ἀνατίθησιν. v. 23 ἀνατίθησιν καὶ καθιεροῖ), ut hoc demum decreto de accipiendis donis et de usu eorum constituere videatur synodus (cf. etiam v. 34. 35). Quare fuit cum restituendum arbitrarer ποιη[σό]|μεθα; ac lacuna quidem post Η non indicata nihil haberet offensionis propter ea quae not. 4 exposita sunt, sed quod ante ΠΟΙ in Chishulli exemplo duarum litterarum spatia significantur id neglegere vix licet. Quare iam ante hoc scitum synodus illud sacrificium ex pecunia legata semel peregisse videtur. 18 ΔΙΑΤΑΧΕΝ. Cf. not. 4. 19 ΠΕΡΙΟΝ. Emendavi. (τὰ) περιόντα, ἃ κατὰ μέρος Boeckh. At propterea, quia a domino moriente relinquuntur mancipia, περιόντα vocari non possunt, neque omnino video quid hoc verbum hic significare possit. Quod contra περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος — δεδήλωκεν locutio est in eiusmodi litteris usitatissima.

ἐν τῶι καθιερωμέ|νωι ὑφ' ἑαυτοῦ νόμωι δεδήλω(κ)εν[20]· ἀ(πέ)λιπεν[21] δὲ καὶ τὰ ‖ πρὸς εὐσχημοσ(ύ)ν(η)ν[22] τῶι τεμένει χρηστήρια[23] ἱκανά[24], παρ|αλῦσαι βουλόμενος καὶ τῆς εἰς ταῦτα δαπάνης καὶ χορη|γίας τοὺς Ἀτταλιστάς. ἵνα οὖν καὶ ἡ σύνοδος τῶν Ἀττα|λιστῶν ἀξίας φαίνηται τοῖς εὐεργέταις ἀπονέμουσα | χάριτας, δεδόχθαι τοῖς Ἀτταλισταῖς, κυρῶσαι μὲν τὸν ‖ ἱερὸν νόμον τὸν ἀπολελειμμένον ὑπὸ Κράτωνος, συν[τε|λεῖσθαι δ]ὲ ἐπωνύμους ἡμέρας Κράτωνός τε καὶ ------ | --------------

20 ΔΕΔΗΛΩΧΕΝ. 21 ΑΝΑΛΙΠΕΝ. Emendavi. (κ)α(τέ)λιπεν Boeckh. Atqui ut Atticis hac vi familiare est καταλείπειν, sic hic titulus duobus aliis locis ἀπολείπειν habet (ἀπολιπών v. 17. τὸν ἱερὸν νόμον τὸν ἀπολελειμμένον v. 35), illud vero nusquam, itemque in aliis recentioris aetatis titulis legitur, veluti n. 266, 9 ὧι ἂν ἀπολίπῃ. 338, 3 sq. ἐπειδὴ ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος — ἀπολέλοιπεν τὴ[μ πατρί]δα ἡμῖν ἐλευθέραν. n. 308, 16 ἀπέλιπεν. Syll.[2] 552, 15: τοῦ ἀπολειφθέντος (ναοῦ) ἡμῖν — ὑπὸ τῶν προγόνων. Adde quod emendatio facilior est, siquidem Ν et Π identidem confunduntur, Ν et Τ vix unquam. 22 ΕΥΣΧΗΜΟΣΙΝΕΝΤΩΙΤΕΜΕΝΕΙ. Emendavi. (σ)υσ(κ)ή(νω)σιν ἐν τῷ τεμένει Boeckh, quod et multo violentius est et sententiae minus accommodatum. Nam ex fragmento legis (cf. not. 23) videmus neutiquam de ea modo suppellectile, quae tabernaculis in feriarum usum ponendis inserviret, haec scripta esse. 23 Utensilia, ex recentioris aetatis consuetudine. Cf. Strabo XV, 2, 6 p. 722 Cas.: πολλὰ δὲ κατέκλυσε καὶ τῶν σωμάτων καὶ τῶν χρηστηρίων ἐπιπεσὼν χειράρρους νύκτωρ. Ut hic de delubri alicuius supellectili invenitur Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 489 n. 1: Δημόνικος Εὐρή|μονος Ἀναφλύσ|τιος, ἱερεὺς γενό|μενος ἐν τῷ ἐπὶ | Πολυκλείτου ἄρ|χοντος ἐνιαυτῶι, τ[ὴν ἔ]νκ[αυ]σιν | καὶ τὰ χρηστή|ρια ὑπὲρ τοῦ | δήμου τοῦ Ἀθη|ναίων καὶ τοῦ | δήμου τοῦ Ῥω|μαίων καὶ τῶ[ν] | θεραπευτῶ[ν] | ἐκ τῶν ἰδίω[ν] | Ἁγνεῖ Ἀφροδ[ί]|τει χαριστήριον. Singillatim vero haec supellex enumerata erat in titulo cuius postrema modo pars aetatem tulit C. I. G. 3071, 3 sqq.: [τοῖς] | Ἀτταλισταῖς, ὥστε ὑπάρχειν αὐτοῖς καὶ τὰ στρώμ|ατα καὶ τὰ σκ(εύ)η (ΣΚ..ΝΗ Sherard, σ[κή]νη Boeckh; at neutrum τὸ σκῆνος huc non quadrat) ο(ἷ)ς καὶ ἐπ' ἐμοῦ [ἐχρ]ῶν(τ)ο· ἀμφιτά(π)[ητας] | ἐννέα ψιλάς, ἐν(ν)έα --------------, | τραπέζας δύο, τριπόδια δύο, (κ)ά(δ)ον διμέτρητον, | χαλκίον τετραχοϊαῖον καὶ ἄμβικον, λεκάνην ἐς πο|τήρια καὶ ἄλλην ποδανιπτῆρα, λυχνίαν χαλκῆν σαλ|πιγγωτήν, λύχνον χαλκοῦν δίμυξον, δίφρον ἐβένιν|ον, ἀσπίδα καὶ δόρυ, quae omnia quo pacto Boeckhius iudicet χρηστήρια πρὸς συσκήνωσιν ἐν τῷ τεμένει (not. 22) esse non perspicio. 24 Post hanc vocem ΚΑΙ addit Chishull, sed Sherardus omittit, ut manifesta sit interpolatio.

327 Marmor album, quod angulum sinistrum superiorem basis magnae efficiebat, inventum Pergami in angulo meridionali et orientali templi Minervae. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon

VIII, 1 p. 130 n. 225. Cf. L. Urlichs Pergamenische Inschriften p. 19.

Βα[σ]ιλεὺς Ἄτταλος[1] βασ[ιλέως Ἀττάλου[2]] | καὶ [ο]ἱ μετ' αὐτοῦ στρατεύσα[ντες ἐπὶ Προυσίαν[3]] | καὶ πολιορκήσαντες αὐτὸ[ν ἐν Νικομηδείαι[4]] | παραβάντα τὰς διὰ Ῥωμαίων γε[νομένας[5] συνθήκας,] ‖ Διὶ καὶ Ἀθηνᾶι Νικηφόρω[ι ἀντὶ τῶν διὰ[6]] | τῆς τοῦ πολέμου συντελείας[7] ἐπ[ιτευγμάτων[8]].

Litterae volgares praeter ΠΣ accurate incisae. ⊙ et Ο minore mensura exaratae, extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 2 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). 3 Supplevit Conze. Plus semel contra Prusiam II (183—149 a. Chr.) bellavit Attalus II. Sed hic cum obsidionis (not. 4), tum foederis quod Romani conciliaverant violati (not. 5) mentio docet, postremum bellum, quo Attalus Nicomedem qui contra patrem rebellaverat adiuvit, significari. Cf. E. Meyer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 520. 4 Cf. Appian. Mithr. 7: Προυσίας δ' ἐπεὶ καὶ τὰ Ῥωμαίων ἀπέγνω, οἷς μάλιστα πιστεύων οὐδενὸς ἐς ἄμυναν ἐπεφροντίκει, μετῆλθεν ἐς Νικομήδειαν ὡς κρατυνούμενος τὴν πόλιν καὶ τοῖς ἐπιοῦσι πολεμήσων. οἱ δὲ προδιδόντες αὐτὸν τὰς πύλας ἀνέῳξαν, καὶ ὁ μὲν Νικομήδης ἐσῄει μετὰ τοῦ στρατοῦ, τὸν δὲ Προυσίαν ἐς ἱερὸν Διὸς καταφυγόντα συνεκέντησάν τινες ἐπιπεμφθέντες ἐκ τοῦ Νικομήδους. Livius Perioch. 50: *Prusias rex Bithyniae, omnium humillimorumque vitiorum, a Nicomede filio adiuvante Attalo rege Pergami occisus.* Diodor. XXXII, 21: ὅτι Νικομήδης Προυσίαν τὸν ἑαυτοῦ πατέρα καταπολεμήσας καὶ καταφυγόντα εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν ἀνελὼν παρέλαβε τὴν βασιλείαν τῆς Βιθυνίας. Iustin. XXXIV, 4, 4. 5. Cum Nicomediae obsessionem Appianus, Attali auxilium Livius testetur, sine dubio verum est Fränkelii supplementum. Urlichs maluit ἐν Νικαίᾳ. Sed quae apud Appian. Mithr. 6 leguntur Προυσίας δ' ἅπασιν ἀπιστῶν — Διήγυλιν τὸν Θρᾷκα, κηδεστὴν ὄντα οἱ, πεντακοσίους Θρᾷκας αἰτήσας καὶ λαβὼν τοῖσδε μόνοις τὸ σῶμα ἐπέτρεψεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν τὴν ἐν Νικαίᾳ καταφυγών, ea et ad priora tempora spectant neque de obsidione quicquam testimonii habemus. 5 Supplevit Conze Bericht über die Ausgrabungen II p. 49. Anno 154 a. Chr. n. Romani Prusiam, qui bellum contra Attalum gesserat eiusque terram foede vastaverat, pacem facere coëgerunt, ea condicione ut quingenta talenta argenti penderet Attalo et viginti ex navibus suis ei traderet (Polyb. XXXIII, 13, 4—6 et qui eum exscripserunt. E. Meyer l. l.). Sane postremum illud bellum non Prusias intulit Attalo, sed Nicomedes ab Attalo adiutus patri, ut minus recte ille foedus a Romanis conciliatum violasse dicatur. Cf. etiam Appian. Mithr. 3: ποινὴν δὲ τῶν πρέσβεων ὁρισάντων αὐτὸν ἐσενεγκεῖν Ἀττάλῳ ναῦς καταφράκτους εἴκοσιν αὐτίκα καὶ ἀργυρίου σὺν χρόνῳ τάλαντα πεντακόσια, τάς τε ναῦς ἔδωκε καὶ τὰ χρήματα ἐν τῷ χρόνῳ συνέφερεν. 6 Supplevi. Νικηφόρω[ι χαριστήριον] Fränkel, aptissime per se. Sed quia sic finis versus sexti nulla probabili ratione restitui posse videbatur (not. 8) necessario ab eo discedendum fuit. Frequens sane est nomen

χαριστήριον in dedicationibus quas reges ducesque Pergameni propter res in bello bene gestas fecerunt (n. 269. 273, 2. 280. 4. 328, 1). Sed sunt etiam id genus tituli qui eo careant (n. 271, 5. 272, 4. 283, 2. 298, 4. Syll.[2] 286, 9). 7 Vocem συντέλεια hac vi ab Atticis alienam, apud Polybium vero frequentem esse adnotat Fränkel monetque ipsum συντέλεια τοῦ πολέμου apud eum legi IV, 28, 3: τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν πολέμων τούτων ἰδίας εἰλήφει, τὰς δὲ συντελείας κοινάς. § 5: ἐγένετο δ' ἡ συμπλοκὴ τῶν πράξεων περὶ τὴν τοῦ πολέμου συντέλειαν. 8 Supplevi. ἔπ[αθλον] Urlichs, quod neque lacunam explere neque notionem huic loco accommodatam habere monet Fränkel. Qui quod ipse ἐπ[ικρατήσαντες] scripsit, probare nequeo. Etenim importunissime participium hoc loco ponitur, neque verum est hanc collocationem propterea necessariam esse, quia rex verbis 'χαριστήριον τῆς τοῦ πολέμου συντελείας' usus esset. Nam quid quaeso eum impediebat quominus simplicissima structura ante haec verba illis στρατεύσα[ντες] καὶ πολιορκήσαντες tertium adiungeret καὶ ἐπικρατήσαντες? Verior est altera Fränkelii observatio, belli finiti notionem non sufficere, sed desiderari rei prospere gestae significationem. Sed id ipsum ni plane fallor meum supplementum praestat. Cf. etiam n. 332, 56 sqq.: ἵν[α] δὲ τὰ γε|γενημ[έ]ν[α ἐπιτ]εύγμα[τα τῶι βασιλεῖ] ἐν τοῖς κατὰ πό[λε]μον ἀγῶσιν ἐκφανῆ | δι' [αἰῶ]ν[ος πᾶσιν] ὑπάρχ[η]ι.

---

328 Lapides quadrati marmoris albi, qui omnes ad unum idemque aedificium pertinebant, quod in diversis locis ter repetitam habebat inscriptionem dedicatoriam (*a*). Ex quibus tribus exemplaribus nullum integrum est. Nos verba tituli semel repetimus eis modo litteris intra uncos positis, quae in nullo ex illis exemplaribus exstant. Titulus *b* litteris minutis subiunctus est uni ex illis inscriptionis dedicatoriae *a* exemplaribus in eodem lapide, tituli *c* litterae superstites per tres alios contiguos lapides eiusdem aedificii percurrunt. Pergami in arce. Unius ex illis tribus exemplaribus relliquias ed. A. Conze Monatsberichte der Kgl. Ak. d. Wiss. zu Berlin 1881 p. 872 (Syll.[1] 235), alterius Bericht über die Ausgr. I p. 77 sqq. Omnia accurate delineata proposuit M. Fränkel Alterthümer von Pergamon I p. 124 n. 214—216 cum Addendis fasc. 2 p. 509 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 856 n. 1221).

a

[Βα]σιλεὺς Ἄ[τταλος][1] βασιλέως Ἀττάλου[2] Διὶ καὶ Ἀθηνᾶι Νικηφόρωι χαριστ[ή]ριον[3] τῶγ κα[τὰ] πόλεμον ἀγ[ώνων][4].

Titulorum *a b* litterae volgares formas habent praeter ΠΣ; Θ et Ο reliquis minores. In titulo *c* memorabiles litterae ΑΘΠΣ. 1 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 2 Attalus I (241—197 a. Chr. n.). 3 Cf. n. 327[6]. 4 Eandem formulam habes in titulo patris Attali n. 273, 1. 2. Non unius

b

2 Ὁ δῆμος ἐτ[ίμησεν][5].

c

3 [Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ υἱὸς Σεβα]στὸς[6] ἀποκαθέστησεν[7].

victoriae, sed rerum per longius tempus a rege eiusque exercitibus prospere gestarum monumentum hoc esse cum ipsa tituli verba, tum similitudo inscriptionis n. 273, quae singulorum certaminum mentionem adiunctam habebat (n. 274—279), probabile reddit. Quale opus rex dedicaverit, ambigitur. Ad stoam Minervae, quippe quae antiquior fuerit, dedicationem referri posse negat Fränkel. Ac Fabricius quidem de pictura interpretatur quam commemorat Pausanias I, 4, 6: Περγαμηνοῖς δέ ἐστι μὲν σκῦλα ἀπὸ Γαλατῶν, ἔστι δὲ γραφὴ τὸ ἔργον τὸ πρὸς Γαλάτας ἔχουσα. Hanc in pariete porticus pictam, titulum eidem parieti incisum fuisse. Hoc vero perquam dubium existimat Fränkel ac sane tabulam illam pictam Attali I aut Eumenis II potius regno confectam probabile videtur. Fränkelius trium basium, quae singulas statuas sustinuerint, hos lapides fuisse existimat. 5 Apparet hunc lapidem postea alii monumento imponendo inserviisse aut certe ei usui destinatum fuisse. Sed titulus rursus excisus est. Fr. 6 Imperator Caesar Divi f. Augustus (27 a. Chr.—14 p. Chr.). 7 Aspiratio ex perfecto, ubi legitima est, in aoristum permanavit. Similiter ὑφέστη Syll.[2] 414, 6. Cf. etiam quae n. 69 de ἐφέστειλε ad exemplum perfecti ἐφέσταλκα formato adnotavi.

329 Lapis inventus Aeginae, translatus Athenas. Ex tribus apographis Trézelii, Virleti, Quineti ed. Exped. scient. de Morée III p. 60. Ex his et Pittakis apographo Boeckh C. I. G. Add. Vol. II p. 1011 n. 2139 *b*. Rangabé Ant. Hell. 688. Multo accuratius Lebas Inscr. II 1688 (E. L. Hicks Manual of Greek hist. inscr. p. 324 n. 189. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 261 n. 340). Ex apographo et ectypo suo M. Fränkel C. I. Gr. Peloponnesi I p. 1 n. 1. Cf. quae disputaverunt M. H. E. Meier Allgemeine Encyklopädie von Ersch und Gruber III 16 p. 401 sqq. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 169.

Ἀγαθῆι τύχηι, δεδ[όχθ]αι τεῖ βουλεῖ καὶ τῶι δήμωι[1]· | τοῦ

Litterae volgares praeter ΑΠΣ (passim antiqua forma Σ comparet). ΘΟΩ reliquis minores. Cum antiquiora exempla admodum mendosa plerisque locis sine incommodo neglegi liceat, Lebasiano non plane carere possumus, quia is haud pauca etiamtum legit, quae nunc evanuerunt. Vice versa aliquotiens Fränkelius litteras agnovit, quae illius oculorum aciem fugerant. Sed utrumque genus singillatim recensere inutile foret. 1 Aeginetarum.

δήμου πᾶσιν μὲν τοῖς ἀπεσταλμένοις ἐπὶ τ[ὴ]ν [πό]||λιν[2] πεπειθαρχηκότος τε καὶ ἐφ' ὅσον ἦν δυνατὸν κατηκ[ο]|λουθηκότος ταῖς ἑκάστων αὐτῶν βουλήσεσιν, καταχ||θέντος δὲ καὶ Κλέωνος τῶν τοῦ βασιλέως Ἀττάλο[υ] | Φιλαδέλφου[3] σωματοφυ[λ]άκων[4] καὶ μείναντος ἔτ[η δε]|καέξ[5], καὶ ἐν τούτοις ἀπόδειξιν πεποιημένου τ[ῆς] π[ραγ]||ματικῆς[6] καὶ τῆς κατὰ τὸν βίον εὐταξίας, ἴσως τε καὶ δ[ικαίως] | προσενηνεγμένου πᾶσιν μετὰ τῆς πάσης καθαρει[ότη]||τος, οὐθὲν ἐφελκο[μέ]νου τῶν ἰδιωτικῶν οὐδ' ἀπ' ὀρθῆς[7] [κ]αὶ[8] | μετ' ἐξουσίας θέλ[οντ]ος πράττειν, ἀλλὰ τὰ μὲν

---

2 Praefecti a regibus Pergamenis in insulam, quae fere ab anno 210 ad 133 a. Chr. in eorum dicione erat (cf. n. 281[2]), missi. Ex eorum numero praeter hunc Cleona novimus Hicesium Metrodori f. Ephesium ex titulo Syll.[2] 297, 2. Qui cum ipse quoque ab Eumene rege institutus dicatur, non potest non ante Cleona, quippe cuius sedecim anni partim in Eumenis, partim in Attali II regnum incidant, in officio fuisse. 3 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 4 Exemplum Seleucidarum in gradibus dignitatis aulicae instituendis ut Ptolemaeos (n. 104[2]), sic Attalidas quoque secutos esse hic videmus. Nam veri corporis custodis officio quomodo fungi poterat homo qui per integros sedecim annos ab aula regia abesset? 5 Cum ex v. 13. 25. 29. 38 appareat Cleona primo Eumenis, deinde Attali auspiciis insulam rexisse, sequitur ut initium huius praefecturae annorum 174—159, finis annorum 159—144 a. Chr. terminis contineatur. 6 Boeckhius nomen substantivum artem negotiorum gerendorum significans agnoscere sibi visus est. Sed rectius Fränkel vocem adiective usurpatam ad εὐταξίαν referri statuit; quam virtutem et in publicis officiis et in vita privata aeque praestitisse Cleona praedicatur. 7 Cum Boeckhii supplementum ἀπ' ὀρθῆς [ἀποστάς] lapide accuratius examinato refutatum esset, tamen Hicksius et Fränkelius nudum ἀπ' ὀρθῆς aberrandi vel deficiendi vim habere sibi persuaserunt. Iniuria si quid video; etenim 'recta via' cum accusativis ὀρθήν (Ar. Av. 1. Thesmoph. 1223) et τὴν εὐθεῖαν (Eurip. Medea 386) indicari soleat, huius quidem loco etiam ἀπ' εὐθείας invenitur. Cf. Plutarch. Fab. Max. 3: τὴν μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ Τρεβίου γενομένην ἧτταν οὐθ' ὁ γράψας στρατηγὸς οὐθ' ὁ πεμφθεὶς ἄγγελος ἀπ' εὐθείας ἔφρασεν, ἀλλ' ἐψεύσατο τὴν νίκην ἐπίδικον αὐτοῖς καὶ ἀμφίδοξον γενέσθαι. de adul. 13 p. 57 A: οὐκ ἀπ' εὐθείας ἐπάγει τὸν ἔπαινον, ἀλλ' ἀπαγαγὼν πόρρω κυκλοῦται. Quare ut locutioni plane geminae ἀπ' ὀρθῆς contrariam vim tribuam a me impetrare non possum. Recta via, i. e. sine ambagibus agere pro re nata modo laus esse potest modo opprobrium. Hic perbene dicitur de praefecto aspero et immiti, qui omnia statim imperio rigido transigere solet, cui ingenio opponitur placida et mansueta Cleonis mens, qui maluerit lites persuadendo componere. 8 AI Lebas; Fränkel iam nullum huius vocis vestigium repperit. [κ]αὶ Hicks, Michel, [κ]ἄ[ν] Fränkel ex H. Dielsii coniectura, qui sibi persuasit haec κἂν μετ' ἐξουσίας esse: 'etiam cum licebat'. At hoc ab interpretatione verborum ἀπ'

πλεῖστα [πει]|ρωμένου συλλύειν, τοὺς δὲ μ[ὴ] συλλυομένους ἀναπένπον[τος] | ἐπὶ τὰ καλῶς καὶ δικαίως νενομοθετημένα ἡμῖν ὑπὸ τῶ[ν βα]|σιλέων κατά τε τὰ εἴς [τινα χρ]όνον[9] κεχρηματισμένα π[ροσ]‖τάγματα καὶ τοὺς νόμους, [δ](π)ω[ς][10] καὶ τῶι ἀσθενεστάτωι [πρὸς] | τὸν δυνατώτατον [καὶ] τῶι δημοτικωτάτωι πρὸς τὸν εὐπο[ρώ]|τατον ἡ ἴση ὑπάρχ[η](ι)[11] [δικ]αιοδοσ[ί]α[12]· τῶν τε ἀπενενχθεισ[ῶν] | ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσι δικῶ[ν τὰ]ς μὲν πλείστας εἰς σύλ[λυ]|σιν ἀγηγοχώ[ς][13], τὰς δὲ ἐπ᾿] αὐ(τ)[ὸν][14] ἐ]νεγχθείσας διεξαγη[γο]‖χώς, ὥστε καὶ [μάλ]α[15] [το]ὺς τὰς δίκας ἔχοντας εὐδοκεῖν, τ[ήν] | τε ἄλλην ἀνασ[τροφὴν πε]ποιη[μέ]νος εὐσχημόνως καὶ ἀ[ξί]|ως τοῦ τε βασιλέω[ς κ]αὶ τῆ[ς π]όλεως, κακοῦ μὲν εἰς τὸ δυν[α]|τὸν οὐθενὶ βουληθεὶς παραί[τι]ος γίνεσθαι, [ἀ]γαθοῦ δὲ κατ[ὰ τὸ] | δίκαιον καὶ κοινῆ[16] καὶ [ἰ]δία[ι ἑκά]στωι, κατηκολουθηκ[ὼς] ‖ ἣ ἔχοντες οἱ βασιλεῖς [ἡ]μῶν [δι]ατελοῦσιν πρὸς τὴν πό[λιν] | προαιρέσει, εὐαπάντ[ητο]ς γινόμενος τοῖς τε κατὰ τὴ[ν πό]|λιν καὶ τοῖς παραγινο[μένο]ις παρὰ τοῦ βασιλέως καὶ τῶ[ν | ξ]ένων τοῖς παρεπιδ[ημοῦσιν·] δι᾿ ἃ καὶ πλειονάκις ὁ δῆμο[ς | ἠξ]ίου[17] τοὺς βασιλεῖς μετὰ πρεσβείας, ὡς μέγιστον αὐτῶ[ν] ‖ χαριουμένων τῶι [δήμωι,] ἐὰν ἐπιχωρήσωσιν μέν[ειν] αὐτὸ[ν | ἐ]πὶ τῆς πόλεως· διά τε δὴ ταῦτα καὶ διὰ τὸ εἰς τὰ τοῦ βασι|λέως πράγματα [καλῶς] καὶ δικαίως ἀνεστράφθαι, [ὥσπ]ε[ρ καὶ | ἐ]ν[18] τοῖς ἄλλοις π[ᾶσιν, μετὰ] καλοκά-

ὀρθῆς supra (not. 7) refutata proficiscitur, neque μετ᾿ ἐξουσίας ʻcum licebatʼ est, sed ʻpro arbitrioʼ ut etiam ἐπ᾿ ἐξουσίας, πρὸς ἐξουσίαν dicitur. 9 ΕΙ∠ ⁼ ΟΜΟΝ Fränkel, qui tamen testatur et se ipsum et A. Wilhelmum identidem examinato lapide non potuisse discernere utrum Μ an Ν haberetur. Supplevi. Leges perpetuae sunt, i. e. manent dum legitima ratione mutantur; alia iussa certo tempore elapso irrita fiunt, ut Athenis senatus decreta. Cf. Demosth. XXIII, 92: ὁ νόμος δ᾿ ἐπέτεια κελεύει τὰ τῆς βουλῆς εἶναι ψηφίσματα. 10 .ΜΩ. Lebas. ΙΩΞ Fränkel. Supplevit Hicks. 11 ΝΠΑΡ..Ν Lebas. ΥΠΑΡ˴ Fränkel. 12 ˎΙΟ∠ΟΞΑ. Supplevit Boeckh. 13 Cf. n. 219[12]. 14 ΑΥΡ Lebas. ΑΥ Fränkel. 15 Supplevit Fränkel, sine dubio recte. Nam [κατ]ὰ quod habent Lebas, Hicks, Michel ferri nequit, cum quia εὐδοκεῖν plerumque de hominibus qui rem probant, non de re quae hominibus placet dicitur, tum quia si hunc rariorem usum hic agnosceremus, certe τοῖς τὰς δίκας ἔχουσι aut παρὰ τοῖς τὰς δίκας ἔχουσι dicendum erat. 16 Iota mutum et hic et v. 25 init. omissum esse Fränkelii testimonio constat. Nomini πᾶσι, quod priores editores post κοινῆ inserunt, reponendo locus non est, immo ΚΟΙΝΗΚΑΙ sine intervallo in lapide est. 17 Cf. n. 266[1]. 18 Supplevit Fränkel, qui v. 32 fin. nihil nisi Ε, v. 33 init. .Ν agnovit. Antiquiorum testimonio nihil tribuendum est, quia his quoque non convenit

γαθίας καὶ δικαιοσ[ύ|ν]ης, δεδόχθ[αι τῆι] βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, ἐπαινέσαι Κλέω[να ‖ Στρ]ατάγο[υ Περγ]α[μην]ὸν [τὸν ἐπισ]τά[την][19] τῆς πόλεως καὶ τ[ι]|μῆσαι χρυσ[ῶι] σ[τεφάνωι καὶ] εἰκόνι χαλκῆι ἀρετῆς ἕνεκεν [καὶ | εὐ]νοίας ἣν ἔχ[ων δι]ατελ[εῖ πρὸς] τὸν βασιλέα Εὐμένη καὶ τ[ὸν | βα]σιλέα Ἄτ[ταλο]ν [Φ]ιλάδε[λφον] καὶ τὴν βασίλισ[σα]ν Στρατο[νί|κη]ν[20] καὶ Ἄτταλο[ν τὸν[21]] βα[σιλέως] Ε[ὐμ]ένου καὶ τὸ[ν] δ[ῆμ]ον τ[ὸν Αἰ‖γιν]ητῶν, καὶ ἀνα[γγεῖλαι τὸν στέφανον] Ἀτταλείω[ν][22] κα[ὶ] Εὐμεν[εί]|ων καὶ Νικηφορίων[23] θυ[μελικῶι][24] ἀ[γῶνι κ]αὶ Διονυσ[ίω]ν τραγ[ωι]δοῖς[25], [καὶ] | τὴν ἐπιμέλειαν εἶνα[ι τῶν ἐν ἀ]ρχεῖ ὄντω[ν] στρατηγῶν. | [εἶ]ναι δὲ αὐτὸν καὶ πολί[την καὶ] ἐ[κγόνου]ς [α]ὐτοῦ, καὶ γράψασθαι[26] | φυλῆς καὶ δήμου οὗ ἂν [βούλη]ται· ὑπάρχε[ι]ν δὲ αὐ[τ]ῶι καὶ σίτη‖[σ]ιν ἐν πρυτανείωι διὰ βίου. τὸν δὲ γραμμα[τέα τ]οῦ δήμου ἀναγράψα[ι | εἰς σ]τήλην, ἣν σταθῆναι ἐν τῶι Ἀτταλείωι· τὸ δὲ γενόμενον ἀνάλ[ω|μα εἴς] τε τὴν ἀναγραφὴν καὶ τὴν ἀνάθεσιν [μ]ερίσαι τὸν ταμίαν· τῆς | [δὲ] ἀναθέσεως τὴν ἐπιμέλεια[ν] ποι|ήσασθ[αι] τοὺς στρατηγούς, ἵ[ν]α

---

nisi de illis duabus litteris, cum praeterea v. 32 inter ΝΕ et ΜΕ, v. 33 inter ΟΝ et ΛΝ fluctuent. Quare eorum supplementa repetere operae pretium non est. 19 [τὸν προσ]τά[την] Fränkel, qui in summa rei manifesto verum vidit. At [ἐπι]στάτην praetuli, quia de huius vocis usu in praefectis qui a regibus in oppida dicionis ipsorum mittebantur plane constat. Cf. n. 44[3]. 20 Cf. n. 293[6]. 21 Supplevi. [υἱὸν] editores ad unum omnes. At nomen omitti licet, articulo careri nullo modo potest. Ceterum Attalus III, qui postea regnavit a. 138—133 a. Chr. n., superstite patruo hic regium nomen non magis gerit quam alibi. Cf. n. 326[7]. 22 Cum Eumeniorum ferias eius fuisse, qui unus huius nominis princeps Aeginam tenuit, Eumenis II (197—159 a. Chr.) sponte pateat, de Attaleis dubites, quandoquidem Attali I, qui insulam regno Pergameno adiecisset, memoriam etiam defuncti sacris anniversariis celebratam esse omnium maxime probabile est, qua cum re etiam ordo quo feriae se excipiunt consentit. Nec tamen praefracte negari licet etiam Attali II sacra intellegi posse. 23 Ludi instituti Aeginae ad exemplum cognominum sacrorum quae Pergami obiri solebant. Cf. n. 299[1]. 24 Litterae initiales huius vocis ΟΥ (ex ΘΥ) in antiquioribus apographis sunt, Fränkelius eas non iam vidit. Supplementum Lebasii receperunt Hicks, Michel, Fränkel, recte ni fallor, etsi articulum desideraveris. 25 ΤΡ. ΓΟΔΟΙΣ Lebas. ΤΡΛ¯ΟΛ[Ο]Ι[Σ] Fränkel. 26 In universum hunc versum Fränkelius tam certa ratione restituit, ut priorum conamina silentio praeterire liceat. Sed quod καὶ [ἐγγρ]άψασθαι supplet, nequeo probare. Sane spatium lacunae qualem ipse exhibet tres quattuorve litteras capit, sed Lebasius vocem etiamtum integram legisse videtur, cum ΚΑΙΓΡΑΨΑΣΘΑΙ sine hiatu exhibeat. Atque hoc ipsum constans sermonis usus postulat.

τούτων συντελουμένων [φ]ανερὸς ἦι ὁ δῆμος καταξίως τιμ[ή-σ]||ων[27] κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμ[ιν] τοὺς ἀξίως μὲν τοῦ βασιλέως, | [κ]αλῶς[28] δὲ καὶ δικαίως προσφερομένους ἑαυτῶι. ἀναπέμψαι δὲ [τόδε | τὸ ψή]φισμα τού(ς)[29] στρατηγοὺς πρὸς τὸν βασιλέα, ἵνα μετὰ τῆς ἐ|κείν[ο]υ γνώμης συντελῆται τὰ ἐψηφισμένα.

Ἡ βουλή, || ὁ δῆμος | Κλέωνα | Στρατάγου | Περγαμηνόν.

27 Vs. 49 fin. ΤΙΜΙ////, vs. 50 init. .ΩΝ Fränkel. Non licet igitur de futuro dubitari, neque id ullam habet offensionem, quoniam ad aemulationem civium excitandam maximi momenti erat eos probe intellegere, quid in posterum tempus populus facturus esset. 28 \ΛΩΣ Fränkel, qui supplevit. Antiquiora apographa nihil nisi ΩΣ habebant, quare suppleverunt [ὁσί]ως. 29 ΤΟΥΣΤΡΑΤΗΓοΥΣ.

330 In vico *Schelembé* sito septentrionem versus a vetere Thyatirenorum oppido. Ed. Sestinus Itin. p. 136 (Boeckh C. I. G. 3568). Postea cum lapis in museum Britannicum pervenisset, ectypum chartaceum confectum est, ex quo edd. Lebas-Waddington Inscr. III 1766.

--------|νωι οἱ ἐκ Παραλείας[1] | στρατιῶται οἱ διαβάν|τες ἐν τῶι ιε' ἔτει[2] εἰς | τοὺς κατὰ Χερρόνη||σον καὶ Θράικην τό|πους[3] εὐχήν.

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Cum Sestinus ΠΑΚΑΛΕΙΑΣ exhibuisset, Boeckhius sollerter et acute emendavit (Ν)ακ(ο)λείας. Sed quoniam de lapidis scriptura plane constat, missam facere cogimur hanc coniecturam. Nomen quod sciam praeterea nusquam invenitur; idem esse atque appellativum παραλία non probabile existimo. Neque enim scriptura ει pro correpta vocali ι in illam aetatem quadrat, et locum ubi lapis inventus sit, qui est mediterraneus, eundem esse unde illi milites oriundi fuerint certe veri simillimum est. Quare oppidi vel regionis, cuius nulla praeterea exstet memoria, nomen origine barbarum esse videtur. 2 Aut Eumenis II (197—159 a. Chr.) i. e. 183 aut Attali II (159—138 a. Chr. n.) i. e. 145 a. Chr. Nam priores principes regesque in censum non veniunt, quia Eumenes II demum Chersoneso potitus est pace post Antiochi Magni cladem facta 190 a. Chr. n. (Polyb. XXI, 22, 14. Liv. XXXVIII, 39, 14), Attalus III vero regnum non ultra annum sextum produxit. Wadd. Mihi propter eas rationes, quas exposui n. 339[6], multo probabilius videtur anni 145 a. Chr. esse titulum quam a. 183. 3 Solennem hanc fuisse in regno Pergameno possessionum in Europaea Hellesponti ora sitarum significationem Waddington demonstravit allato titulo

tum etiam inedito n. 339, 12 sqq. Στράτωνι τῶι στρατηγῶι τῆς Χερρονήσου καὶ τῶν κατὰ τὴν Θράικην τόπων. Iam cum illae regiones etiamtum in Antiochi Magni dicione essent, similis appellatio in usu fuisse videtur. Cf. Polyb. XVIII, 51, 3 τὰ κατὰ τὴν Χερρόνησον καὶ τὰς ἐπὶ Θρᾴκης πόλεις.

---

331 Stela marmoris albi supra mutila, fracta in duas partes, inventa Pergami in porticu septentrionali templi Minervae. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 164 n. 248 cum addendis fasc. 2 p. 510 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 59 n. 46).

I [------------ ἀναγραφῆναι εἰς στήλην λίθου λευ|κ]οῦ [1] καὶ τεθ[ῆναι ἐν τῶι ἱερῶι τῆς Ἀθηνᾶς --------------- ἐγγρά|ψ]αι δὲ καὶ εἰς [το]ὺ[ς ἱ]εροὺς νόμους [τοὺς τῆ]ς [πό]λεως [τ]όδ[ε τὸ] | ψήφισμα [2] καὶ χρῆσθαι αὐτῶι νόμωι κυρίωι εἰς ἅπαντα τὸγ χρόνον.

II Βασιλεὺς Ἄτταλος [3] Ἀθηναίωι τῶι ἀνεψιῶι [4] χαίρειν· Σωσάνδρο[υ [5]] | τοῦ συντρόφου [6] ἡμῶν, σοῦ δὲ γαμβροῦ, κατασταθέντος ὑπὸ τἀ|δελφοῦ βασιλέως τοῦ Καθηγεμόνος Διονύσου ἱερέως [7] καὶ

Litterae volgares praeter Π. Memorabiles tam recenti tempore antiquiores formae litterarum ΙΞΣ; ⊙ et ○ reliquis multo minores. 1 Vs. 1—4 relliquiae sunt decreti populi Pergamenorum, quo is morem gessit regi iubenti rescripta sua in leges publicas referri. 2 Plebiscitis legum vim ac dignitatem tribui ea sola re, quod in corpus legum recipiantur, non infrequens est civitatium Graecarum consuetudo. Cf. Syll.[2] 592, 41: ἐγγράψαι δὲ καὶ εἰς τοὺς νόμους [τοὺς τ]ῆς πόλεως τὸ ψήφισμα τόδε. 654, 24: καταχωρίσαι τοῦτο τὸ δόγμα εἰς τοὺς νόμους. 3 Attalus II Philadelphus (159—138 a. Chr. n.). 4 Cum hunc Athenaeum Cyzicenum fuisse constet, quia de eius ex filia nepote v. 40 legitur εἰδὼς οὖν ὅτι πρὸς μητρὸς καὶ ὑμέτερός ἐστι πολίτης, necessitudinem quae ei cum Eumene II et Attalo II intercedebat Fränkel sic definit, ut Midiam Athenaei patrem (v. 30) Apollonidis reginae fratrem fuisse statuat; recte, nisi quod etiam fieri potest, ut mater potius Athenaei, Midiae uxor, Apollonidis soror fuerit. Utique ἀνεψιός hic consobrinus est, non frater patruelis. Ceterum vides cum tres natu maiores Attali I et Apollonidis filii nomina ex Attalidarum gente repetita gererent, minimo Athenaeo nomen, quod in eius materna familia Cyzici usitatum erat, impositum esse. 5 Cf. n. 315[29]. 6 Cf. n. 247[2]. 7 Horum sacrorum perfrequens est memoria in titulis Pergamenis. Sacerdotium dei habes etiam Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 127 n. 221, 2, dedicationis formula Διονύσῳ Καθηγεμόνι occurrit VIII, 1 p. 127 n. 221, 4. 222, 1. VIII, 2 p. 235 n. 318, 1. Sacra publica Pergamenorum fuisse praeter has Attalorum litteras testatur etiam titulus VIII, 1 p. 136 n. 236, 2 Διονύσῳ Καθηγεμόνι καὶ τῷ δήμῳ, ubi cave δῆμον divinis honoribus affectum intellegas (cf. n. 336[4]).

συν|τετελεκότος τὰ ἱερὰ ἐμ πολλαῖς σφόδρα τριετηρίσιν[8] εὐσεβῶς | μὲγ καὶ ἀξίως τοῦ θεοῦ, προσφιλῶς δὲ τῶι τε ἀδελφῶι[9] καὶ ἡμῖγ ‖ [κ]αὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι, συνέβη ἐν ταῖς πρότερον τριετηρίσι παρε|[ν]οχληθέντα αὐτὸν ὑπὸ νευρικῆς διαθέσεως[10] τὰς μὲν θυσίας συ[ν]|τελεῖμ μεθ' ἡμῶν, τὰς δὲ πομπὰς καί τινα ἄλλα τῶμ πρὸς τὰ ἱε[ρὰ | δ]ιατεινόντων μὴ δύνασθαι, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀθήναιον ἐκρίν[α|με]μ προϊερᾶσθαι[11], ὅπως ὅσα ὑπὸ τοῦ Σωσάνδρου ἀδύνατα ἦ[γ ‖ γίνε]σθαι, ὑπὸ τούτου ἐπιτελῆται. ἐπεὶ οὖν τότε μὲν τὰ καθήκο[ν|τα ὡς ἔπρ]επεν ὁσίως συνετελέσθη, νῦν δὲ μετηλλαχκότος[12] | το[ῦ Σ]ωσάνδ[ρου ἀ]ναγ-

Sed praeter civitatem etiam collegia quaedam eum peculiaribus caerimoniis prosequebantur. Cf. Διονύσῳ Καθηγεμόνι καὶ τῇ Μιδαπεδειτῶν σπείρῃ Alterth. v. Perg. VIII, 2 p. 235 n. 319, 2 sqq. p. 236 n. 320, 2. 3. Item βουκόλων sacra ad eum spectabant (VIII, 2 p. 324 n. 485, 4. 5. p. 325 n. 486, 2). Cum tituli reliqui omnes hunc deum unum per se coli consuesse prodant, VIII 2 p. 234 n. 317, 1. 2 (imperatorum Romanorum aetate) Διονύσῳ Καθηγεμόνι καὶ Μούσαις legitur. Denique [ἀγω]νοθέτης τῶν Σεβασ[τοῦ παί]δων το[ῦ] Καθηγε[μ]ό[νος Διονύσο]υ VIII, 2 p. 275 n. 384, 6 sqq. ad ludos (not. 8) huius dei spectare videtur, cui tunc in his solennibus adiuncti fuerint C. et L. Caesares Augusti filii adoptivi. 8 Sacra trieterica etsi passim etiam aliis deis celebrantur, veluti Pergami Minervae Victrici (n. 299, 17), Eleusine Cereri et Proserpinae (Syll.[2] n. 587, 258. 262), tamen prae anniversariis et pentetericis rara sunt, quod contra Bacchi feriarum hoc fere proprium est, ut alternis annis peragantur, qua de re Fr. provocat ad Herodot. IV, 108: τῷ Διονύσῳ τριετηρίδας ἀνάγουσι καὶ βακχεύουσι (Geloni). Eurip. Bacch. 133: τριετηρίδων αἷς χαίρει Διόνυσος. Censorin. de die natali 18 p. 52, 1 Jahn: *mysteria, quae Libero patri fiunt alternis annis, trieterica a poëtis appellantur.* In titulis trieteridas Bacchi habes n. 51, 27 (Ptolemaide). Syll.[2] 609, 5. 13. 15. 17. 19. 25 (Camiri). Inscr. mar. Aeg. I p. 51 n. 155, 50 (Rhodi). 9 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). 10 Nervorum (νεύρων) morbus; quo nomine notum est non eadem atque hodie tenuia organa quibus sentimus antiquitus significata esse, sed taenias quibus musculi ossibus membrorum adnectuntur. Quorum gravissimae partes cum sint in motu membrorum, facillime intellegitur quo pacto Sosander hac parte laborans sacrificiis quidem interesse potuerit, sed pompis non item. 11 'Vicarium sacerdotis esse' sine dubio recte interpretatur Fränkel, qui in Addendis observat, luculentissime hanc interpretationem confirmari titulis Stratonicensibus Bull. de corr. Hell. XV (1881) p. 181 sqq., ubi προϊερατεύειν et προαρχιερατεύειν plus semel legantur et ita quidem ut de sacerdotio iam priore tempore gesto nullo modo intellegi possint, veluti p. 204 n. 145, 6: ἱέρεια πάλιν ἐν Ἡραίοις τὸ τρί[το]ν ἡ καὶ προηρχιερατευκυῖα τῶν Σεβαστῶν καὶ προϊερατευκυῖα ἐν Ἡραίοις. 12 KX in titulis Caricis non raram esse scripturam monet Fränkel. Cf. Syll.[2] III p. 228. Idem hic quoque voluisse videtur lapicida, sed errore litterarum ordinem invertisse.

καῖόν ἐστι κατασταθῆναί τινα ἱερέα, | κεχρίκαμεγ κἀγὼ καὶ [Ἄτταλ]ος ὁ τἀδελφοῦ υἱός[13] διαμε[ῖ]ναι Ἀθηναί[ωι] | τῶι υἱῶι αὐτοῦ τὴν ἱερεωσ[ύνη]γ[14] καὶ ταύτην ἐπεὶ καὶ κατ[ὰ] συντ[υ]‖χίαν ζῶντος ἔτι τοῦ πατρὸς κα[τεσπε]ίσθη[15] ἐπὶ τὰ ἱερά, ὑπολαμβ[ά]‖νοντες καὶ αὐτὸν τὸν Διόνυσον οὕ[τ]ω [βε]βουλῆσθαι ἄξιόν τε αὐ|τὸν εἶναι καὶ τῆς τοῦ θεοῦ προστασίας κα[ὶ ὅλ]ου[16] ἡμῶν τοῦ οἴκου. ὅ|πως δὲ καὶ σὺ εἰδῆις ὅτι περιτεθείκαμεν[17] τ[ὴν τ]ιμὴγ καὶ ταύτ[ην] | τῶι Ἀθηναίωι, ἔκρινον ἐπιστεῖλαί σοι· ‖ ιη΄[18], Αὐδναίου[19] ιθ΄· Ἀθηναγόρας[20] ἐκ Περγάμο[υ[21]] |.

---

13 Cf. n. 326[7]. Attalum patruo regnante regium quidem nomen non gessisse constat, sed hic tamen potestatis regiae particeps est; neque vero improbabile est, quod Fränkelius coniecit, hanc imperii communionem non ad rempublicam administrandam, sed ad sacerdotalia modo regis officia spectasse. 14 Cf. n. 56[43]. 15 ΚΛ ⁻⁻⁻ΙΣΘΗ Fabricii delineatio. Supplevit Fränkel. Proprie καταοπένδειν de eo dicitur, qui libatione de supero infusa aliquid deo consecrat; plerumque de victima dicitur, sed ut τελεῖν aliaque id genus verba de initiandis sacerdotibus dici nunc plane constat (Syll.[2] 597, 6. 598, 20. 21. 24. 29. 31), ita ne de καταοπένδειν quidem dubitandum est, praesertim cum spatiis et relliquiis literarum a Fabricio indicatis hoc unum verbum convenire verissime dicat Fränkelius. 16 Supplevi non sine haesitatione; sed aliter restitui nequit nisi si errorem lapicidae statuas ut fecit Fränkel cum legeret κα[ὶ ⟨τ⟩οῦ⟩ ἡμῶν τοῦ οἴκου. 17 Tertio a. Chr. n. saeculo Pergameni ut Attici etiamtum perfecto τέθηκα utebantur (Syll.[2] 604, 8 τῶν ἐργαστηρίων ὧν ἀνατέθηκα τὴν πρόσοδον). Diphthongus, quam anno 141 a. Chr. n. Pergami reperimus, proximo saeculo etiam in Atticam linguam irrepsit; cf. C. I. Att. II, 470, 71. 80 ἀνατεθείκασι (69—62 a. Chr. n.). Meisterhans-Schwyzer Gramm. der att. Inschr.[3] p. 189 not. 1556. E. Schweizer Gramm. der pergam. Inschr. p. 184. 18 Annus duodevigesimus Attali II 142/1 a. Chr. n. est. 19 Mensis tertius anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis, respondens Atheniensium Posideoni. Itaque fere m. Decembre a. 141 a. Chr. n. haec epistula scripta est. 20 Nomina v. 25. 44. 61 scribarum esse existimat Fränkel, qui epistulas composuerint. Quod ut satis probabiliter excogitatum est, sic tamen quia haec nomina media interponuntur temporis et loci unde missa est epistula (not. 21) indicationibus, tabellariorum potius esse conicio. Nempe has epistulas, ex quibus una modo ad ipsos Pergamenos data est, non ab eis ad quos missae essent, sed ab ipso rege cum Pergamenis communicatas esse consentaneum est. Prodierunt igitur apographa ex tabulario regio, in quo cuiusque exemplo subscriptum fuisse, cuinam potissimum perferenda data esset, a veri specie non abhorret. 21 Ad nomina hominum hic et v. 44. 61 rettulit Fränkel, quos indigenas quidem, sed non cives optimo iure, fuisse coniecit, quia ἐκ Περγάμου, non Περγαμηνός ascriptum haberent. At neque haec

III Βασιλεὺς Ἄτταλος[22] Κυζικηνῶν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χαίρε[ιν· Ἀθή]|ναιος ὁ Σωσάνδρου υἱὸς τοῦ γενομένου ἱερέως τοῦ Καθηγεμόνος Δ[ι]|ονύσου καὶ συντρόφου τοῦ πατρός μου[23] ὅτι μὲν ἡμῶν ἐστι συ[γ]|γενὴς οὐ πείθομαι ὑμᾶς ἀγνοεῖν, εἴ γε ὁ Σώσανδρος γήμας τὴν Ἀθη||ναίου θυγατέρα τοῦ Μειδίου[24], ὃς ἦν Ἀθήναιος ἀνεψιὸς τοῦ πατρός | μου, τοῦτον ἐγέννησεν, ὧι καὶ γενομένωι ἀξίωι τοῦ οἴκου ἡμῶν τὸ | μὲμ πρῶτον Ἄτταλος ὁ θεῖός μου σὺγ καὶ τῆι ἐμῆι γνώμηι ζῶντος | ἔτι τοῦ Σωσάνδρου ἔδωκε διὰ γένους ἱερεωσύνην τὴν τοῦ Διὸς | τοῦ Σαβαζίου[25] τιμιωτάτην οὖσαμ παρ' ἡμῖν, ὕστερον δὲ μεταλλάξαντος || τοῦ Σωσάνδρου διὰ τὴμ περὶ αὐτὸν οὖσαγ καλοκἀγαθίαγ καὶ περὶ τὸ θε[ῖ]|ον εὐσέβειαγ καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαγ καὶ πίστιγ καὶ τῆς τοῦ Καθηγε|μόνος Διονύσου ἱερεωσύνης ἠξιώσαμεν αὐτόν, κρίναντες αὐτὸγ καὶ | ταύτης εἶναι ἄξιον τῆς τιμῆς καὶ πρεπόντως προστήσ(ε)σθαι[26] μυστ[ηρί]|ων τηλικούτωγ κἀγὼ καὶ Ἄτταλος ὁ θεῖός μου, ὡς διασαφεῖται ἐν τῶ[ι] || ιη' ἔτει τῆς ἐκείνου βασιλείας[27]. εἰδὼς οὖν ὅτι πρὸς μητρὸς καὶ ὑμ[έ]|τερός ἐστι πολίτης, ἔκρινα ἐπιστεῖλαι ὑμῖμ πέμψας καὶ τὰ λοιπὰ προ|στάγματα καὶ φιλάνθρωπα τὰ γραφέντα ὑφ' ἡμῶμ περὶ τούτου, ὅπως | εἰδῆτε ὡς ἔχομεμ φιλοστοργίας πρὸς αὐτόν. | δ'[28], Δίου[29] ζ'· Μένης[30] ἐκ Περγάμου[31]. ||

---

ethnici distinctio alio exemplo comprobari potest, neque in litteris regum, ubi praefectorum et ministrorum regiorum mentio fit, originis vel civitatis nota adici solet. Quod contra praeter tempus locum unde missa sit epistula indicari non abhorret ab usu, etsi id nequaquam constanter fit. Cf. Syll.[2] 387, 19: καλάνδαις Μαρτίαις ἀπὸ [Ῥώμ]ης. 22 Attalus III Philometor (138—133 a. Chr. n.). 23 Hic Eumenis II, v. 6 Attali II σύντροφος appellatur Sosander. Id non mirum est, siquidem tam exiguum aetatis intervallum inter duos natu maximos Attali et Apollonidis filios intercessisse videtur, ut facile eosdem pueritiae et adulescentiae socios habere possent. 24 Cf. not. 4. 25 Etsi huius dei sacerdotium prae aliis honorificum fuisse hic dicitur, tamen nullam praeterea exstare Pergamenorum Sabazii sacrorum mentionem mireris. 26 ΣΤΗΣΗΣΘΑΙ. 27 I. e. in actis anni duodevigesimi regni Attali II. Ibi erat exemplum epistulae II, quam sane exscriptam una cum his litteris ad Cyzicenos misisse videtur Attalus. Sed probabile est, regem potius ἐν τῇ ἐκείνου πρὸς Ἀθήναιον τὸν ἀνεψιὸν ἐπιστολῇ vel simile quid scripturum fuisse, nisi acta vel commentarii regum per singulos annos dispositi in tabulario asservati essent. 28 Quartus Attali III annus 135/4 a. Chr. n. est. 29 Primus anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis, Atheniensium Pyanepsion, Romanorum October. 30 Cf. not. 20. 31 Cf. not. 21.

IV Βασιλεὺς Ἄτταλος[32] Περγαμηνῶν τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι χαίρειν· ἐπεὶ βασ[ί]|λισσα Στρατονίκη[33] ἡ μήτηρ μου εὐσεβεστάτη μὲγ γενομένη πασῶν, φιλ[ο]|στοργοτάτη δὲ διαφερόντως πρός τε τὸμ πατέρα μου καὶ πρὸς ἐμέ, | πρὸς ἅπαντας μὲν τοὺς θεοὺς εὐσεβῶς προσηνέχθη, μάλιστα δὲ | πρὸς τὸν Δία τὸν Σαβάζιον, πατροπαράδοτον[34] αὐτὸγ κομίσασα εἰς ‖ τὴμ πατρίδα ἡμῶν, ὃγ καὶ ἐμ πολλαῖς πράξεσι καὶ ἐμ πολλοῖς κινδύ|νοις παραστάτηγ καὶ βοηθὸν ἡμῖγ γενόμενον ἐκρίναμεν διὰ τὰς ἐξ αὐτοῦ | γενομένας[35] ἐπιφανείας[36] συγκαθιερῶσαι τῆι Νικηφόρωι Ἀθηνᾶι[37], νομίσαν|τες τοῦτον αὐτῶι ἄξιογ καὶ πρέποντα τόπον ὑπάρχειν, διεταξάμε|θα δὲ ἀκολούθως τούτοις καὶ περὶ θυσιῶγ καὶ πομπῶγ καὶ μυστηρίων ‖ τῶν ἐπιτελουμένωμ πρὸ πόλεως αὐτῶι ἐν τοῖς καθήκουσι καιροῖς καὶ τόποις· | ἐποήσαμεν δὲ αὐτοῦ καὶ ἱερέα διὰ γένους Ἀθήναιον τὸν ἐμόν[38], εὐσεβείαι κα[ὶ] | καλοκἀγαθίαι διαφέροντα καὶ τῆι πρὸς ἡμᾶς πίστει· κρίνομεν διὰ ταῦ|τα, ὅπως ἂν εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἀκίνητα καὶ ἀμετάθετα μένηι τά τε πρὸς | τὸν θεὸν τίμια καὶ τὰ πρὸς τὸν Ἀθήναιομ φιλάνθρωπα, τὰ γραφέντα ὑφ᾽ ἡμῶμ ‖ προστάγματα ἐν τοῖς ἱεροῖς νόμοις φέρεσθαι[39] παρ᾽ ὑμῖν. |δ´,[40] Δίου[41] δ´· Λῶτος[42] ἐκ Περγάμου[43].

32 Cf. not. 22. 33 Cf. n. 293[6]. 34 Sabazius deus Phrygum (Schol. Arist. Ran. 874: καὶ φρυγίλῳ Σαβαζίῳ· παίζει πρὸς τὸ ὄνομα, ἐπεὶ οἱ Φρύγες τὸν Σαβάζιον τιμῶσι) iam ante Stratonices tempora a vicinis Cappadocibus cultus esse videtur. Sane vox πατροπαράδοτος definite nihil enuntiat nisi a patre Ariarathe IV haec sacra accepisse filiam. Sed consentaneum est iam ante illum eorum non expertem fuisse stirpem regiam. 35 Similem locutionis γίγνεσθαι ἐξ usum apud Polybium haud rarum esse observat Fr. Cf. Pol. III, 67, 5: τὸ γεγονὸς ἐκ τῶν σφετέρων πολιτῶν παρασπόνδημα. IV, 81, 1: βαρέως φέρων τὴν γεγενημένην ὑπεροψίαν περὶ αὐτὸν ἐκ τῶν ἐφόρων. V, 28, 9: τὴν εἰς Ἄρατον γενομένην ἐξ αὐτῶν ἀσέλγειαν. 36 Cf. n. 233[13]. 37 Non templi Minervae in arce Pergamenorum siti, sed nobilissimi illius Nicephorii quod extra urbem erat (Polyb. XVI, 1, 6. XVIII, 2, 2. 6, 4. XXXII, 27, 3. Liv. XXXII, 33, 5. 34, 9. Appian. Mithr. 3) particeps factus est deus peregrinus. Fr. Cf. v. 55 τῶν ἐπιτελουμένωμ πρὸ πόλεως αὐτῷ. 38 Cum τὸν συγγενῆ τὸν ἐμὸν scribendum esset, lapicida oculis ab altero τὸν ad alterum aberrantibus duas voces transsiluit. Fr. 39 Cf. not. 2. 40 A. 135/4 a. Chr. n. 41 Cf. not. 29. 42 Cf. not. 20. 43 Cf. not. 21.

332 Stela marmoris albi inventa anno 1871 in vico *Klisseköi* sito horae intervallo septentrionem et orientem versus ab Elaea,

nunc inaedificata Smyrnae in schola Graeca. Partem tituli ed. H. Gelzer Abh. der Ak. der Wiss. zu Berlin 1872 p. 68, tab. VII. Totum titulum minusculis litteris expressum exhibet Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς III p. 141 sqq. Omnium accuratissime ex Fabricii et Schuchhardti lectione M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 153 n. 246 cum addendis fasc. 2 p. 510 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 381 n. 515). Cf. quae de titulo exposuerunt H. Usener Mus. Rhen. XLVII p. 154 sqq. et A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 57.

[--------- χώραν π]ο[λ]εμί[α]ν[1] [ἣ]ν [π]ρῶ[τος ---- | -------- -------, οὐδενὸ]ς τὸμ βασιλέα[2] εὐνοίαι ὑπερ[τιθ]ε[μένου[3] εἰς] ἑ[αυτ]όν, ψηφίζεσ||[θαι[4] τ]ὰς πρεπούσας αὐτῶι τιμάς, ὅπως ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἀγαθοῖς τῶι βασι|λεῖ ἐκτενεῖς οἱ πολῖται φαίνωνται καὶ ἀποδιδόντες αὐτῶι τὰς καταξίας χά||ριτας τῶν εὐημερημάτων[5] καὶ τῶν εἰς ἑαυτοὺς εὐεργεσ[ιῶ]ν· ἀγαθῆι τύ|χηι, δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, στεφανῶσαι τὸμ βασιλέα χρυσῶι στε|φάνωι ἀριστείωι[6], καθιερῶσαι δὲ αὐτοῦ καὶ ἄγαλμα πεντάπηχυ τεθωρακισμέ|νον καὶ βεβηκὸς ἐπὶ σκύλων[7] ἐν τῶι ναῶι τοῦ Σωτῆρος Ἀσκληπιοῦ[8], ἵνα ἦ[ι]|| σύνναος τῶι θεῶι,

---

Litterae volgares, nisi quod plerumque Σ pro ≤ et nonnunquam Г pro Г scribitur. ξῖ ubique Ξ est. 1 Regem terram hostium suis finibus adiecisse sine dubio hic enuntiatum erat. Fr. 2 Attalus III Philometor (138—133 a. Chr. n.). Cf. not. 23. 3 Supplevit Fränkel coll. n. 339, 61: ὑπερέθετο ἑαυτὸν ταῖς τε δαπάναις καὶ τῇ λοιπῇ φιλοδοξίᾳ. Subiectum enuntiati primarii ὁ δῆμος fuit, ad quod refertur ἑαυτόν. 4 Non Pergamenos haec decrevisse in propatulo est, siquidem v. 13. 26 Pergamus ita commemoratur, ut diversum esse ab ea civitate cuius haec sit plebiscitum apparet. Quare Gelzer, Conze, Fränkel Elaeae vindicaverunt psephisma, cuius in vicinia (v. lemma) lapis repertus est. 5 Cf. n. 299, 7. Ut illic manifesto ad bellum prospere gestum refertur vox, sic hic quoque idem significare videtur. 6 Cf. n. 248[18]. 7 Imperatorum Romanorum quidem aetate hoc perfrequens esse, sed antiquiorum temporum nullum sibi notum esse exemplum interrogatus mihi indicavit C. Robert. Quod igitur in multis rei publicae institutis usu venit, ut quae adhuc origine Romana esse persuasum habebamus a Macedonicis orientis regnis repetita esse disceremus, idem in hanc artis statuariae consuetudinem cadit. 8 Aesculapium Pergami hoc cognomine usum esse praeter hoc decretum et nummos (Mionnet II 589 sqq. Suppl. V 423 sq. Head Historia nummorum p. 463) testantur tituli Alterth. v. Perg. VIII, 2 p. 196 n. 267, 3. 4. p. 220 n. 290, 2. p. 224 n. 296, 1. 2. p. 233 n. 312, 1. p. 336 n. 513, 14. 15. Praeter haec monumenta Fränkelius provocat ad Aristidem II, 708 Dindf. 469, 1. 2 Keil: ἦγον οὖν

στῆσαι δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνα χρυσῆν ἔφιππον ἐπὶ στυ‖λίδος[9] μαρμαρίνης παρὰ τὸν τοῦ Διὸς [τ]οῦ Σωτῆρος βωμόν[10], ὅπως ὑπάρχηι ἡ | εἰκὼν ἐν τῶι ἐπιφανεστάτωι τόπωι τῆς ἀγορᾶς, ἑκάστης τε ἡμέρας ὁ στε|φανηφόρος[11] καὶ ὁ ἱερεὺς τοῦ βασιλέως[12] καὶ [ἀ]γωνοθέτης ἐπιθυέτωσαν λιβανωτὸν | ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τ[οῦ] Διὸς τοῦ Σωτῆρος τῶι βασιλεῖ. τὴν δὲ ὀγδόην[13], ἐν ἧι παρεγένετο | εἰς Πέργαμον, ἱεράν τε εἶναι [εἰ]ς ἅπαντα τὸν χρόνον καὶ ἐν αὐτῆι ἐπιτελεῖσθαι κατ᾿ ἐνι‖αυτὸν ὑπὸ τοῦ ἱερέως τοῦ Ἀσκληπιοῦ πομπὴν ὡς καλλίστην ἐκ τοῦ πρυτανε[ί]‖ου εἰς τὸ τέμενος τοῦ Ἀσκληπιοῦ καὶ τοῦ βασιλέως[14] συμπομπευόντων τῶν εἰ|θισμένων. καὶ παρασταθείσης[15] θυσίας καὶ καλλιερηθείσης[16] συναγέσθωσαν | ἐν τῶι

(Pergami) οὐχ ὅσον ἠρινὴν ἡμέραν, ἀλλ᾿ οἵαν εἰκὸς ἄγειν Διός τε Εὐαγγελίου καὶ Ἀσκληπιοῦ Σωτῆρος πανταχῇ τιμῶντος. Sed hic quidem de Pergamenorum delubro dici nequit; immo Eleaeenses sua eiusdem dei sacra habuisse apparet, ut etiam in aliorum deorum cultu magna similitudo Elaeae cum Pergamo intercessisse videtur (not. 10) Fr. 9 Columellam rotundam vox proprie significat, neque est cur hic aliam notionem circumspiciamus, siquidem Graecos columnis maioribus et minoribus statuas imposuisse notum est. Cf. n. 26. 27. De vocabulis ἄγαλμα et εἰκών cf. n. 352[28]. 10 Cum Pergami aram Iovis Servatoris in foro fuisse constet, Alterth. v. Pergamon VIII, 2 p. 177 n. 251 (Syll.[2] 592), 30 ἐν τῆι ἀγορᾶι ἐπὶ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος τῶι βωμῶι, eandem Conze hic agnoscit. Sed recte Fränkel monet, necessario de Eleaeensium foro huius tituli verba interpretanda esse, quoniam quae sacra Pergami in ara fori fierent praecipere Eleaeensium populo non licuerit. 11 Hic cum unus sit civitatis στεφανηφόρος, vox manifesto summum sacerdotem, cuius nomine anni significabantur, indicat. Idem Gambrei (Syll.[2] 879, 28) Mileti (supra n. 214, 1. 215, 19. 27), Smyrnae, ubi tamen ante στεφανηφόρον etiam ἱερεύς recenseatur (n. 229, 34) usu venire monet Fränkel. Postea accesserunt permulta de Magnetum ad Maeandrum stephanephoris testimonia (O. Kern Inschriften von Magnesia p. 211). Longe alia ratio est v. 27 πάντα ἕκαστον στεφανηφόρον. Cf. not. 24. 12 Sacerdotem rex superstes habet hic ut alibi in regno Pergameno. Cf. C. I. G. 3068 A, 2. 17, ubi is ut hic simul agonothetae officio fungitur. Sed θεός non appellatur nisi defunctus, quare hic quidem simpliciter τοῦ βασιλέως dicitur, v. 27 vero θεοῦ βασιλέως Εὐμένου. Fr. 13 Cuiusque mensis, ut inde apparet quod κατ᾿ ἐνιαυτόν in posteriore demum enuntiati parte collocatur. Sine dubio haec ἱερὰ ἡμέρα menstruis sacrificiis celebrabatur, sed semel quoque anno pompa magnifica accedebat. 14 Cf. v. 8. 9, ubi decernitur ut rex σύνναος fiat Aesculapii. 15 Gelzerus affert Lucian. de sacrif. 13: ὁ μέν γε Σκύθης καὶ πάσας τὰς θυσίας ἀφεὶς — αὐτοὺς τοὺς ἀνθρώπους τῇ Ἀρτέμιδι παρίστησι, Fränkel addit Polyb. XVI, 25, 7: θύματα τοῖς βωμοῖς παραστήσαντες ἠξίωσαν αὐτὸν θῦσαι. Alterth. von Pergamon VIII, 2 p. 191 n. 256, 14: παρασταθῆναι [θ]υσίαν αὐτῶ[ι]. 21: [ἀφ᾿ ο]ὗ [ἂ]ν ὁ πρύτανις παριστῆι

ἱερῶι οἱ ἄρχοντες. δίδοσθαι δὲ εἴς τε τὴν θυσίαν καὶ τὴν σύνοδον[17] αὐτῶν | ὑπὸ[18] τοῦ ταμίου τῶν ἀμετοίστων[19] προσόδων ἀπὸ τοῦ πόρου τοῦ Ἀσκληπιείου ἀρ||γυρίου δραχμὰς πεντήκοντα, τὴν δὲ θυσία[ν κα]ὶ[20] τῆς ὑποδοχῆς ἐπιμελείσθωσαν | οἱ ἱερονόμοι[21]. γενέσθαι δὲ καὶ ἐπιγραφάς, ἐπὶ μὲν τοῦ ἀγάλματος[22] ‘Ὁ δῆμος βασιλέα | Ἄτταλον Φιλομήτορα[23] καὶ Εὐεργέτην θεοῦ βασιλέως Εὐμένου Σωτῆρος ἀρετῆ[ς] | ἕνεκεν καὶ ἀνδραγαθίας τῆς κατὰ πόλεμον, κρατήσαντα τῶν ὑπεναντίων’, [ἐπὶ] | δὲ τῆς εἰκόνος ‘Ὁ δῆμος βασιλέα Ἄτταλον Φιλομήτορα καὶ Εὐεργέτην θεοῦ βασ[ιλέ]||ως Εὐμένου Σωτῆρος ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ φρονήσεως τῆς συναυξούσης τὰ πρά[γμα]|τα καὶ μεγαλομερείας τῆς εἰς ἑαυτόν’. ὅταν δὲ παραγίνηται εἰς τὴν

τὴν θυσί[α]ν. Praeterea cf. Syll.[2] 553, 46: παριστανέτωσαν δὲ — ἱερεῖα τρία. 554, 6: οἱ τὰ θύματα τῶν ἄλλων ἑορτῶν παριστάντες. 653, 70. 71: παριστάτω τὰ θύματα· ἂν δὲ μὴ παριστᾷ. ibid. v. 65: τῶν θυμάτων ὧν δεῖ θύεσθαι καὶ παρίστασθαι. 16 Cf. Syll.[2] 19[1]. 17 De cena sacra interpretatur Fränkel praecipue quia manifesto de eadem re v. 20 τῆς ὑποδοχῆς dicitur, de quo provocat ad Polybium V, 14, 8 sqq. ὁ δὲ Φίλιππος — τοὺς ἡγεμόνας ἐκάλει, βουλόμενος ἑστιᾶσαι πάντας. — δι' ἃ περιχαρὴς ὢν οὗτος μὲν ἐγίνετο περὶ τὴν τῶν ἡγεμόνων ὑποδοχήν. XXXI, 21, 4. 5: τῆς δὲ συνταχθείσης ἡμέρας πρὸς τοὺς ναυτικοὺς συνεγγιζούσης, ἔδει γενέσθαι παρά τινι τῶν φίλων ὑποδοχὴν πρὸς τὴν ἔξοδον. παρὰ γὰρ αὐτῷ ποιεῖν τὸ δεῖπνον οὐχ οἷόν τ' ἦν. 18 ΑΠΟ Gelzer. ἀπὸ τοῦ ταμ(ε)ίου Museum Smyrn. At ΥΠΟ in lapide esse Fabricii delineatio docet. 19 Sacrae pecuniae esse videntur, quae ne unquam in alium usum vocarentur lege cautum erat vitandae deorum irae causa. Fr. Cf. n. 383, 67 χώραν τε ἱκανὴν καὶ προσόδους ἐξ αὐτῆς ἀκινήτους εἰς θυσιῶν πολυτέλειαν ἀπένειμα. 20 Supplevi. ἐπ[ὶ Fränkel; verum non sacrificium per occasionem cenae fit, sed cena per occasionem sacrificii. Sane sic τὴν — θυσίαν neglegenter et soloece pro τῆς — θυσίας dici statuendum est, sed hoc vix minus in Fränkelii supplementum cadit, quam in meum, quia non tam diversorum casuum coniunctio quam ipse per se accusativus huic verbo adiunctus offensioni est. 21 Cf. n. 212, 24. 219, 20 cum not. 14. 22 Cf. v. 8—11. Cur ex his duabus statuis altera ἄγαλμα, altera εἰκών appelletur, me non perspicere fateor. Certe utraque perinde sacra est, cum altera in templo Aesculapii, altera iuxta aram Iovis collocetur. 23 Attalus III (138—133 a. Chr. n.). Cognomen Φιλομήτωρ praeter hunc titulum et n. 338, 4. 24 etiam scriptores habere monet Fr. allatis Strab. XIII, 4, 2 p. 624: βασιλεύσας δὲ οὗτος ἔτη πέντε καὶ κληθεὶς Φιλομήτωρ ἐτελεύτα νόσῳ τὸν βίον. XIV, 1, 38 p. 646 Cas.: μετὰ τὴν Ἀττάλου τοῦ Φιλομήτορος τελευτήν et Plinio N. hist. ind. auct. l. VIII. XIV. XV. XVII. XVIII, apud quem sane ubique *Attalo rege, Philometore rege* aut *Philometore rege, Attalo rege* legitur, sed sine dubio unus idemque Attalus Philometor intellegendus est.

πόλιν ἡμῶν, [στε]‖φανηφορῆσαι πάντα ἕκαστον στεφανηφόρον[24] τῶν Δώδεκα θεῶν καὶ θεοῦ βα|σιλέως Εὐμένου[25], καὶ τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερε[ί]ας ἀνοίξαντας[26] τοὺς ναοὺς τῶν θε|ῶν καὶ ἐπιθύοντας τὸν λιβανωτὸν[27] εὔχε[σ]θαι νῦν τε καὶ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον ‖ διδόναι βασιλεῖ Ἀττάλωι Φιλομήτορι καὶ Εὐεργέτηι ὑγίειαν σωτηρίαν νίκην | κράτος[28] καὶ [ἐπὶ γῆ]ς κα[ὶ κατὰ] θά[λατταν] κ[α]ὶ ἄρχοντι καὶ ἀμυνομένωι, καὶ τὴν βα|σιλείαν αὐτοῦ διαμ(έ)ν[ε]ιν[29] [εἰς] τὸν ἅπαντα αἰῶνα ἀβλαβῆ μετὰ πάσης ἀσφα|λείας. ἀπαντῆσαι δε [α]ὐτ[ῶι τ]ού[ς] τε προγεγραμμένους ἱερεῖς καὶ τὰς ἱε|ρείας καὶ τοὺς στρατηγοὺς καὶ τοὺς ἄρχοντας καὶ τοὺς ἱερονίκας ἔχον‖τας τοὺς ἀπὸ [τῶ]ν ἀ[γώνω]ν [στεφάν]ους καὶ [τ]ὸγ [γυ]μνασίαρχον μετὰ τῶν | ἐφήβων καὶ τῶν ν[έων καὶ τ]ὸν [π]αι[δ]ο[ν]ό[μ]ον μετ[ὰ τῶ]μ παίδων καὶ τοὺς πο|λίτας καὶ τὰς [γυναῖκας καὶ παρθένους πάν]τας καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας | ἐν ἐσθ[ῆ]σιν λ[αμπραῖς ἐστεφανωμένους. εἶ]ναι [δ]ὲ καὶ τὴν ἡμέραν ἱε|ράν, ἐν [ῆι ἂ]μ παραγ[έ]ν[η]ται [εἰς τὴμ π]όλ[ιν, καὶ θ]ῦσ[α]ι τοὺς πολίτας παν‖δημεὶ κατὰ φυλάς, παρασ[χομέ]ν[ω]ν τῶν φυλάρχων θύματα. δοθῆναι | δὲ εἰς ἑκάστην φυλὴν [ε]ἰς [αὐτὰ ἐξ ἱερῶν κα]ὶ πολιτικῶν προσόδων δραχμὰς | εἴκοσιν. παραστα[θείσ]η[ς][30] δὲ κ[αὶ θ]υ[σ]ί[α]ς ὡς καλλίστης ὑπὸ τοῦ δήμου ἐπὶ | τοῦ [βω]μοῦ τοῦ Διὸς τοῦ Σ[ω]τῆρ[ος τῶ]ι βασιλε[ῖ, ποιήσ]ασ[θ]αι τὸν [ἱερο]κήρυκα τὴν | ἀνα[γγε]λίαν

---

24 Hic στεφανηφόροι omnes sunt, qui in sacris publicis deorum officiis funguntur, ut vocabulum omnes quidem sacerdotes (ἱερεῖς) comprehendat, sed etiam latius pateat ad magistratus qui sacra curant neque vero ad certam quandam aedem rem divinam faciunt. Similem vim vocis esse Syll.[2] 365, 22 Κυζικηνοὺς δὲ πάντας — ὑπαντήσαντας μετὰ τῶν ἀρχόντων καὶ τῶν στεφανηφόρων ἀσπάσασθαί τε καὶ συνησθῆναι monet Fränkel. 25 Eumenes II (197—159 a. Chr. n.). De addito θεοῦ cf. not. 12. 26 Cf. Polyb. XVI, 25, 7: ἐπεὶ δ' εἰσῄει (Attalus I) κατὰ τὸ Δίπυλον, ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέστησαν τὰς ἱερείας καὶ τοὺς ἱερεῖς. μετὰ δὲ ταῦτα πάντας μὲν τοὺς ναοὺς ἀνέῳξαν, ἐπὶ δὲ πᾶσι — τοῖς βωμοῖς — ἠξίωσαν αὐτὸν θῦσαι. Syll.[2] 365, 18 sqq.: δεδόχθαι τῶι δήμῳ ἐπῃνῆσθαι μὲν τοὺς βασιλεῖς κτλ. — ὑπὸ δὲ τὴν εἴσοδον αὐτῶν τοὺς μὲν ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας ἀνοίξαντας τὰ τεμένη — εὔξασθαι. Supra n. 222, 36: ἀνοῖξαι δὲ τοὺς ἱερεῖς καὶ τὰς ἱερείας τὰ ἱερὰ καὶ ἐπιθύειν ἐπευχομ[έ]νους συνενεγκεῖν τὰ δεδογμένα κτλ. Haec affert Fr. Praeterea cf. n. 2, 42 sqq.: τοὶ[ς δ]ὲ ἴρηάς τ[ε καὶ ἰροποίοις πάντας καὶ] ταὶς ἰρείαις ὀείγην τ[οὶ]ς ναύοις. 27 Articulum mera lapicidae socordia illatum ratus expunxit Fränkel. Sed nescio an de ture quo per omnes eiusmodi occasiones uti consueverint intellegi liceat. 28 Cf. n. 90, 35 cum not. 102. 29 ΔΙΑΜΥΝ . ΙΝ. 30 Cf. not. 15.

τήνδε· 'Ὁ [δῆμ]ο[ς ἐτίμησε βα]σ[ιλέα] Ἄτ[τ]αλον Φιλομήτορα καὶ Εὐ||εργέτην [θ]εοῦ βασιλέ[ως Εὐμέν]ου Σ[ωτ]ῆρ[ος] χρυσῶ[ι σ]τεφάν[ω]ι ἀ[ριστε]ίωι καὶ | ἀγάλμ[ατι πενταπήχει καὶ εἰκόνι] ἀρε[τ]ῆ[ς ἕνε]κεν [κ]αὶ μ[ε]γαλομ[ε]ρείας τῆς | εἰς ἑαυτό[ν]', πά[ντ]ας ἀν[ευφημῆσαι κε]λ[εύο]ν[τα. θῦ]σαι δὲ αὐτῶι καὶ ἄλλας | θυσίας [ἐπὶ] στωιᾶ[ι[31] τῆι βασιλικῆι[32] καὶ ἐπὶ τῶι βωμῶ]ι τῆς Βουλαί[α]ς Ἑστίας | [κ]α[ὶ τ]οῦ [Δ]ιό[ς τοῦ Β]ουλαίου[33]. οἱ δὲ στρατηγοὶ] κ[αλε]ίτωσαν αὐτὸν εἰς τὸ πρυ||τανεῖο[ν ἐπὶ] τ[ὴν κοινὴν ἑστίαν[34] καὶ νεμέτωσαν[35] αὐτῶι] με[ρίδας[36] ἐ]ν τοῖς τῶν χαρισ|τηρίων [ἱεροῖς τοῖς θυομένοις ὑφ' ἡμῶν ὑπὲρ[37]] τοῦ β[ασ]ιλέως. [ἵνα δὲ καὶ ὁ[38] βασ]ιλεὺς εἰ|δῆ[ι[39] τὰ ἐψηφισμένα τῶι δήμωι[40], πεμψάτωσαν αὐτῶι[41] οἱ ἄρχοντ](ε)ς[42] τὸ ψήφισμα κ[α]ὶ πα|ρακαλ[εί]τω[σ]αν εὔνουν [ὄντα] καὶ ε[ὐερ]γέ-

31 Supplevit Usener. De praepositione sane dubites, sed certe Fränkelii supplemento καὶ ἄλλας θυσίας [τρεῖς] τῶι α---- illud praeferendum est. 32 Supplevit Usener dubitanter. 33 De Iove Bulaeo, cuius sacra in curiis senatuum esse solebant, cf. Preller-Robert Gr. Myth. I p. 150 not. 1. p. 867. Athenis in curia una cum Minerva Bulaea colebatur a sacerdote publico. Cf. Antiph. VI, 45. Pausanias I, 3, 4. C. I. Att. III, 272, 2. 683, 2. 1025, 16. Praeterea eius sacra fuisse scimus Calchedone (Syll.[2] 596, 6), in Laconica (C. I. G. 1245, 1. 1392, 9. 10), in Ionia (C. I. G. 2909, 7. 8), Mytilenis, Antiochiae ad Maeandrum. Ἑστία Βουλαία etiam apud Athenienses commemoratur; cf. Aeschines II, 45: καὶ τὴν Ἑστίαν ἐπώμοσε τὴν Βουλαίαν (Δημοσθένης) συγχαίρειν τῇ πόλει, ὅτι τοιούτους ἄνδρας ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξέπεμψε. Dinarchus apud Harpocrationem s. v. βουλαία: 'μαρτύρομαι τὴν Ἑστίαν τὴν βουλαίαν'. At hoc antiquitus non proprium tertii praeter Iovem et Minervam numinis nomen fuit, sed ara in curia, in qua illis duobus res divina fiebat, appellative ἑστία dicebatur; cf. Xen. Hell. II, 3, 52: ἀκούσας ταῦτα ὁ Θηραμένης ἀνεπήδησεν ἐπὶ τὴν ἑστίαν, ubi de interpretatione eo minus dubitationis datur, quia § 53 de eadem re dicitur ὅδε ὁ βωμός. § 55 εἷλκε μὲν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ὁ Σάτυρος. Etiamtum apud Diodorum XIV, 4, 7 in eiusdem rei narratione (ὁ δὲ φθάσας ἀνεπήδησε μὲν πρὸς τὴν βουλαίαν ἑστίαν, ἔφησε δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς καταφεύγειν) ara potius quam dea intellegi videtur. Sed Pergami iam Attali III imperio plane in deae notionem abiisse appellationem ex coniunctione [τῶι βωμῶ]ι τῆς Βουλαίας Ἑστίας apparet. 34 Supplevit Fränkel. 35 Supplevi. 36 Supplevi. 37 Supplevi. 38 Supplevi. 39 Editores haec sic dirimunt [βασ]ιλεύσει | δὴ et a reliquis restituendis abstinent. Sed multo probabilius nominativum βασιλεύς quam futurum verbi βασιλεύω hic agnosci non est quod fusius demonstretur; quare εἰδῆ[ι] supplevi. 40 Supplevi. 41 Supplevi. 42 ΛΣ. Supplevi et emendavi. Si cui violentius videatur, quod vestigia litterae Α quae Fabricius ipse incerta significat neglexi, is πέμψαι αὐτῶι τοὺς ἄρχοντ]ας τὸ ψήφισμα rescribere poterit. Neque enim intolerabilis videtur anacoluthia πέμψαι — καὶ καλείτωσαν.

τὴν τοῦ δήμου, συντηροῦντα τὴν | ὑπάρχουσαν διὰ προγόν[ων φιλανθρωπί]αν[43] πρὸς τὴν πόλιν [ἀ]εί τινος [ἀ]γα[θ]οῦ ‖ παραί- τ[ι]ον γίνεσθαι αὐτὸν [δι]ὰ τὸν [δῆ]μον[44], ὅπως εἰς βελτίονα καὶ εὐδαιμο|νεστέραν π[α]ραγίνηται κατ[ά]στασιν τὰ κοινὰ τοῦ πο[λι]τεύματος. ἵν[α] δὲ τὰ γε|γενημ[έ]ν[α ἐπιτ]εύγμα[τα[45] τῶι βασιλεῖ] ἐν τοῖς κατὰ πό[λε]μον ἀγῶσιν[46] ἐκφανῆ | δι' [αἰῶ]ν[ος πᾶσιν] ὑπάρχ[η]ι καὶ [ἡ παρ' αὐτ]οῦ[47] [μεγα]λο[μέ]ρ[ε]ια προ- [φανῶς][48] ὑπὸ πάν|των θεω[ρῆται[49],] ἀναγρ[άψαι τ]ὸ ψήφισμα εἰς στήλην μαρμαρίνην καὶ στῆσαι ‖ ἐν τῶι το[ῦ] Ἀσκ[λ]ηπιοῦ ἱερῶι πρὸ τοῦ ν[α]οῦ, τὴν ἐπιμέλειαν πο(η)σαμένων[50] | τῶν στ[ρα]τηγῶν. τὸ δὲ ψήφισμα τόδε [κ]ύριον εἶναι εἰς ἅπαντα τὸν χρόνον | καὶ κατ[α]τε[θῆν]αι αὐτὸ ἐν νόμο[ις ἱ]ε[ροῖς].[51]

43 Supplevi. [εὔνοι]αν iusto brevius est, [εὐμένει]αν, quod Fränkelius posuit, minus usitatum. 44 Retinui Fränkelii supplementum, quia aptius non succurrebat, sed id mihi non ab omni parte placere non infitior. 45 Cf. n. 327, 6 cum not. 8. 46 Cf. n. 273, 1. 2. 328, 1. 47 Supplevit Wilhelm, cum Fränkel [ἡ δ' αὐτ]οῦ scripsisset minus accommodate et ad spatii rationes et ad sententiam. 48 Supplevi. προ[σοῦσα] Fränkel, πρὸ[ς ἡμᾶς] Wilhelm. 49 Supplevit Wilhelm. ὑπὸ πάντων θεῶ[ν ἡμῖ]ν Fränkel. 50 ΠΟΡΙΣΑΜΕΝΩΝ lapis, quod retinuit Fränkel, emendavit Usener. 51 Cf. n. 331, 2. 3. 59. 60.

333 Marmor inventum in vico *Sari-Tsam* sito inter Magnesiam ad Sipylum et Thyatira. Ed. P. Foucart Bull. de corr. Hell. XI (1887) p. 81 n. 2 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 61 n. 48). Cf. quae disputavit B. Haussoullier Revue de philologie XXIII 1899 p. 153 not. 1.

Ἀσυλίαν τῆς παρ' ὑμεῖν Περσικῆ[ς θεᾶς][1] | ἐπὶ τούτωι βεβαιῶ[2]

Litterae ΑΘΠΣ non dispositae στοιχηδόν. Vs. 1 et 7 prima littera ad sinistram ultra reliquos versus prominet, ut novae paragraphi initium indicetur. 1 Oppidum, ad cuius cives haec epistula a rege datur, Hierocaesaream esse conicit Haussoullier collato Tac. Ann. III, 62: *altius Hierocaesarienses exposuere: Persicam aput se Dianam, delubrum rege Cyro dicatum; et memorabantur Perpennae, Isaurici multaque alia imperatorum nomina, qui non modo templo, sed duobus milibus passuum eandem sanctitatem tribuerant.* Quae narratio oppidum Caesarum aetate antiquius demonstrat, etsi quod nomen tum habuerit incertum est. Mannertus Geogr. VI, 3 p. 382 Hierocaesaream Lydiae eandem esse conicit atque Apolloniam (Xenoph. Anab. VII, 8, 15. Strabo XIII, 4, 4 p. 625 Cas.), quae etiam Ἀπόλλωνος ἱερὸν

ὑμεῖν⟨ν⟩[3], ἐφ' ᾧ μ[ηδὲν] | ἐν τῆι δωρεᾷ ταύτηι[4] ἀλλαγῆνα[ι τὴν] | συνήθειαν ἣν ἔχετε, εἴπερ ἀληθ[ῆ ἐστιν ἃ[5]] ‖ γραφέντα λαβόντες παρά τε τ[ῶν πρόσθεν[6]] | καὶ τῶν ἐμῶν προγόνων ταύτη[ι χρῆσθε[7].] | δύο δὲ ὄντων ψηφισμάτων ἅ μ[οι ἔδωκαν] | οἱ ὑμέτεροι πρέσβεις καὶ σχεδὸν [ὁμοίων] | μίαν πρὸς αὐτὰ ὑπη-

vocabatur (Hierocl. Synecd. 670, 8. *Apollonihieritae* Plin. N. hist. V, 111). De sacris deae Persicae apud Hierocaesarienses cf. etiam Pausan. V, 27, 5: ἔστι γὰρ Λυδοῖς ἐπίκλησιν Περσικῆς ἱερὰ ἔν τε Ἱεροκαισαρείᾳ καὶ ἐν Ὑπαίποις. Nam sic, non Περσικοῖς legendum esse mihi quidem certissimum videtur. Nummi Hierocaesariensium inscriptum habent ΠΕΡΣΙΚΗ. Cf. Droysen Gesch. des Hellenismus III, 2 p. 277 sqq. 2 Aliquem ex Seleucidis regibus hanc epistulam scripsisse consentiunt Foucart et Haussoullier. Quod si probaveris, non poterit anno 190 a. Chr. recentior haberi. At neque litteratura neque orthographia tituli tertio a. Chr. n. saeculo convenit; immo post medium alterum saeculum exaratus videtur. Quare nullus dubito, quin Attali II aut, quod veri similius etiam existimo, Attali III (138—133 a. Chr. n.) sit. 3 De consona N geminata cf. n. 201[34]. 4 I. e. per hanc munificentiam. Cf. Thuc. VII, 8, 2: ἔγραψεν ἐπιστολήν, νομίζων οὕτως ἂν μάλιστα τὴν αὐτοῦ γνώμην μηδὲν ἐν τῷ ἀγγέλῳ (culpa nuntii) ἀφανισθεῖσαν μαθόντας τοὺς Ἀθηναίους βουλεύσασθαι περὶ τῆς ἀληθείας. 5 Supplevi. ἀληθ[ινῶς] | γραφέντα Foucart, quod ut aliis nominibus sane placet, sic non video, quo γραφέντα spectet. Nam hoc participium sine articulo substantive usurpari, ut fere idem sit ac γράμματα, si quid video per linguae leges non licet. Consuetudinem quam tum habeant mutari non vult rex beneficio suo, siquidem genuinae sint litterae, quas cum acceperint a prioribus regibus scriptas ea utantur. Particula εἴπερ hic non condicionem vel sumptionem habet ('si modo'), sed de re certissima dicitur ut Latinorum 'siquidem'. Cf. Soph. Aiac. 542 εἴπερ δικαίως ἔστ' ἐμὸς τὰ πατρόθεν, ubi profecto non magis de filii quam hic de litterarum genuina origine dubitatur. 6 Supplevi. τ[οῦ πατρός] Foucart, quod si quid video verbis καὶ τῶν ἐμῶν προγόνων refutatur. Nam sic loqui non potest nisi qui s u o s maiores distinguit ab aliis quibuslibet hominibus qui non sunt sui, id quod hercle in neminem minus quadrat quam in patrem. Quare si mens regis ea esset quam Fouc. vult, aut simpliciter καὶ τῶν προγόνων aut certe καὶ τῶν προγόνων μου, ut genetivus pronominis enclitici ad patrem et maiores una referretur, scribere debebat. Adde quod ex duobus postremis Attalidis neuter patri ipsi successit, sed Attalus II fratri, Attalus III patruo. Nam quod probabile est, Attalum II natura patrem fuisse Attali III, id hic in censum non venit, quia in litteris publicis postremus rex semper et ubique Eumenis filius habetur. Priores reges, qui ante maiores eius, qui haec scripsit, litteras ad civitatem dederint, Seleucidas esse inde a Seleuco I Nicatore usque ad Antiochum III Magnum (281—190 a. Chr. n.) vix est quod moneam. Cogitavi etiam de supplemento τ[ῶν ἄλλων], sed hoc mihi parum definite dictum videtur. 7 Supplevi. ταύτη[ν ἔχετε] Foucart.

γόρευσα ἐπιταγ[ήν, ἣν] ‖ γραφεῖσαν τύπῳ τοῖς δυσὶν ὑμῶν [πρέσβεσιν] | ἐκέλευσα δοθῆναι καὶ τὰ ὀνόματα [τὰ τῶν] | συμπρεσβευσάντων αὐτοῖς [ἐγγραφῆναι][8].

8 Supplevi. Foucartus voce αὐτοῖς totum titulum finiri sumpsit. Sed cum versus non brevior sit proxime superiore nec quicquam de vacuo spatio dicat editor, supplevi infinitivum, quo opus est, quia τὰ ὀνόματα [τὰ τῶν] συμπρεσβευσάντων αὐτοῖς ad δοθῆναι non refertur nisi molestissime.

334 Marmor album, quod quondam angulum sinistrum superiorem maioris basis plures statuas sustinentis efficiebat, inventum Pergami in apside ecclesiae Byzantinae prope theatrum. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 111 n. 179.

Ὁ δῆμο[ς] | Ἀπολλωνίδην Θεοφίλ[ου,] | τὸν σύντροφον[1] τοῦ βασιλ[έως[2],] | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας [τῆς] | πρός τε τὸν βασιλέα καὶ ἑα[υτόν].

Litterae ΘΠΣ. 1 Cf. n. 247[2]. 2 Litteratura postrema regni Pergameni tempora monstrare videtur, ut aut Attalus II (159—138 a. Chr. n.) aut Attalus III (138—133 a. Chr. n.) intellegendus sit.

335 Fragmenta viginti quinque stelae permagnae marmoris subcaerulei, ex quibus unum *D* (v. 158—161) ad quam potissimum lapidis partem pertinuerit latet. Reliqua omnia eatenus certe inter se cohaerent, ut ex eis inter se commissis tres partes efficiantur, summa *A* (v. 1—62) ex octo, media *B* (v. 63—91) ex quinque, infima *C* (v. 92—156) ex undecim frustulis composita. Omnia paullatim Pergami, partim in delubro Minervae eiusque clivo meridionali et occidentali, partim in muro Byzantino inventa sunt. Delineavit E. Fabricius, ed. M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 140 n. 245 cum Addendis fasc. 2 p. 510. Decretum Mytilenaeorum (II v. 46—88) repetivit O. Hoffmann Die gr. Dialekte II p. 69 n. 95. Cf. quae adnotaverunt G. Kaibel Deutsche Litteraturzeitung 1891 p. 1705 et A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 57.

Litterae ΑΖΞΠΣ. Versus 1 multo maioribus litteris exaratus. Omnia quae hic leguntur ad unam litem de finibus inter Mytilenaeos et Pitanaeos Pergamenorum arbitrio diremtam spectant; tria documenta certissima ratione

A [Πι]ταναίων[1].

Στρατηγοὶ εἶπαν· ἐπειδὴ [Περγ]αμηνοί, συγγενεῖς ὄντ[ες καὶ] φίλοι καὶ εὐνόω[ς] | διακείμενοι πρὸς τὴ[ν πόλιν ἡ]μῶν ἀπ' ἀρχῆς, ψήφισμ[ά τε[2] καὶ] πρεσβευτὰς ἀπε[σ]‖τάλκασιν πρὸς ἡμᾶ[ς περὶ τῶν[3] ἐ]νεστηκότων πρὸς Μυ[τιληναίου]ς, Βάκχιον Εὐδήμου[4], ‖ Ἀπολλόδωρον Ἀθ[ηνοδώρου, Διογ]ένην Ἀσκληπιάδου, Με[γίστερμον] Ἀττάλου, Σκάμωνα | Ἀσκλάπωνος, τοὺς [ἐκπονή-σον]τας[5] ἐν ἑαυτοῖς ὑπεξ[αίρεσιν[6] τῶν τε ἀ]ντιλεγομ[έ]‖νων, καὶ

---

distinguuntur, neque omnino plura in hac tabula fuisse probabile est: I v. 1—45 decretum Pitanaeorum. II v. 46—88 decretum Mytilenaeorum Aeolica dialecto conceptum. III v. 89—156 decretum Pergamenorum. Inter v. 45 et 47 itemque inter v. 88 et 90 similes argumenti indices ac v. 1 fuisse manifestum est. Ad infima regni Pergamenorum tempora referenda est tituli origo. Nam etiamtum in regum dicione fuisse rempublicam Pergamenorum ex versus 90 reliquiis summa cum veri similitudine collegit Fränkelius, sed medio altero a. Chr. n. saeculo utique antiquiorem non esse lapidem litterarum formae (maxime Z pro Ɪ) probant. 1 Pitane oppidulum Aeolicum Arcesilai Academici natalibus nobilitatum, situm occidentem versus ab Elaea ad oram sinus Elaitici, quo loco Euenus fluvius in eum infertur (Herodot I, 149. Scylax Peripl. 98 p. 71, 1 Müller. Strabo XIII, 1, 2 p. 581. § 51 p. 607. § 67 p. 614 Cas. Ptolemaeus Geogr. V, 2, 4 p. 811, 1 Müller. Steph. Byz. s. v.). A septentrionibus Pitanaeorum ager attingebat possessiones Mytilenaeorum in continenti e regione insulae sitas. Quarum in vicinia sine dubio fuerunt agri de quorum possessione civitates litigabant. Accuratius Fränkel propter Atarnei (not. 48) et Astyrorum (not. 45) mentionem agros ad sinum Adramyttenum sitos interpretatur. Cf. Thuc. IV, 52, 3: καὶ ἦν αὐτῶν ἡ διάνοια τάς τε ἄλλας πόλεις τὰς Ἀκταίας καλουμένας, ἃς πρότερον Μυτιληναίων νεμομένων Ἀθηναῖοι εἶχον, ἐλευθεροῦν, καὶ πάντων μάλιστα τὴν Ἄντανδρον. Strabo XIII, 1, 49 p. 605: ἐνταῦθα δὲ (i. e. ἐν τῷ Ἀδραμυττηνῷ κόλπῳ) καὶ ὁ τῶν Μιτυληναίων ἐστὶν αἰγιαλός, κώμας τινὰς ἔχων τῶν κατὰ τὴν ἤπειρον τῶν Μιτυληναίων. § 51 p. 607: ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ ἐφεξῆς αἱ τῶν Μιτυληναίων κῶμαι Κορυφαντίς τε καὶ Ἡράκλεια καὶ μετὰ ταῦτα Ἄττεα. 2 Supplevi. ψηφίσμ[ατα] Fränkel, propter pluralem πρεσβευτάς ut quidem videtur. Sed hi quinque legati tamen unam legationem efficiunt, cui unum respondet plebiscitum. Cum Pergamenos adiisset utraque civitas de lite arbitrio suo componenda, hi decreverunt quinque legatos ad utrosque mittere petitum ut his ipsis legatis arbitrium permitterent. Quod decretis I. II, quae ante arbitrium facta esse rectissime observat Fränkel, faciunt Pitanaei et Mytilenaei; deinde causa cognita sententiam pronuntiant legati Pergamenorum (III). 3 Supplevit Wilhelm. [νεικῶν] Fränkel. 4 Nomina redeunt v. 48. 49 et 95. 96. Ubique mutila sunt, sed ut tamen his tribus locis collatis omnia certa ratione restitui liceat. 5 Supplevi non ignorans etiam de aliis verbis cogitari posse; [διακρινοῦν]τας Fränkel, quod propter obiectum ὑπεξ[αίρεσιν] (not. 6) ferri nequit. 6 Supplevit Kaibel.

μὴ π(ο)ρρωτ[έρω[7] σπουδῆι κα]ὶ φιλονικίαι ἐμφα[ν ----------- ----] ἡγοῦντα[ι] | Περγαμηνοὶ τ[------------------ ἀγ]αθά, οἵ τε πρεσβε[υταὶ τούτωι τῶι ἐπαγγέλ]ματι πολ|λοὺς καὶ συμφ[όρους ἀμφοτέραι]ς ταῖς πόλεσιν [ἀνεδέξαντο π]όν[ους, καὶ σ]πουδῆι ‖ καὶ [π]ροθυμ[ίαι ἄξιοι τῆς ἀπεσταλ]κυίας πατρίδος ε . . . . πλη[. . . . . δι' ἃ] δὴ[8] καὶ | δεδόχ[θαι τῶι δήμωι, ψηφίσασ]θαι Περγαμηνοῖς, [γεγονό]σι[9] καὶ φίλοις [καὶ σ]υν[γ|ενέσι τῆς πολέως ἡμῶν, χάριν,] ὅτι οὐ[κ ἐ]ν τῶι παρόν[τι κα]ιρῶι μόνον οὐδ[ὲ ---------- | ---------] αὐτῶν, [ἀλλὰ][10] ἐκ παλαιῶ[ν χρ]όνων π[α]ρηκο[λούθησαν[11] ἧι | ------------- εἰς τὸν ἡμέτερον δ]ῆμον ἔχ[ο]υσι προθυμίαι [κα]ὶ [----------- ‖ ---- -------- πασῶν πε]ριστάσ[ε]ων κοινωνοῦντες τῶν [---------- | ---------- τεκμήρ]ιο[ν] ἀλ[η]θινῆς ἐστιν εὐνοίας δ[--------- --- | ---------- πρ]ὸ[ς] ἀλλήλας φιλάνθρ[ω]π[α πολλά]κις ---- --------- | ----------το γὰρ μὴ παραπέμπ[ειν . . .]ων [------- -------- | --------- ἀλ]λ' ἴδιον ἀγαθὸν ἡγ[ουμέν]ην θ-------- --------- ‖ ------------- καὶ φιλοίκειον σ . . . . της ---------- ---- | -------------- τη ------------ τά τε τῆς συ[γ]γενεί[ας ----------------- | -------------------- τ]ὴν τῶν [. . . . κοιν]ωνίαν μέγα τι κα[---------------- | -------------------- ----------- ἀνή]κειν πρό[ς τοὺς συγ]γενεστάτους [---------- | ----------------- διοικ]ουμένοις ὑπὸ Πε[ργ]αμηνῶν ἐ[τ]οί[μως ----------- ‖ ----------------- συντ]όμως καὶ μὴ φιλέχθρως ὑπεξ---------------- | ---------------α αἱρούμεθα κριτὰς[12] αὐτοὺς τοὺς [--------- | --------------- περ]ὶ τῶν ἀντιλεγομένων, ἐπεὶ καὶ Μυτιληναῖο[ι ὡμολόγη|σαν κριτὰς αὐτοὺς ἑλέσθα]ι, οἵτινες ἐπὶ τὴν χώραν παραγενόμενοι τοῦ ἐ[ν Πιτάνηι[13] | μηνὸς -------, --------- δὲ] ὡς Περγαμηνοὶ ἄγουσιν, ἄρξονται διακούειν[14] κ[αὶ καθ' ἕ]|καστον σκοποῦντες ποή]σονται τὴν κρίσιν

ὑπεξ[ακούσαντας τῶν ἀ]ντιλεγομένων Fränkel, quod verbum compositum a sermone Graeco alienum videtur. 7 ΠΩΡΡΩΤ. 8 Supplevit Wilhelm. [δηλα]δή Fränkel. 9 Supplevi. [τοῖς οὖ]σι Fränkel. 10 Supplevi. 11 Supplevi. π[α]ρῆκο[ν] Fränkel. 12 Pergameni petiverunt ut Pitanaei Mytilenaeique eosdem, qui legati ad ipsos missi essent, arbitros litis eligerent, id quod hic a Pitaneis decernitur. 13 Sic scribere malim quam ἐ[ν ἡμῖν] cum Fränkelio, quia si pronomine scriptor usus esset, παρ' ἡμῖν potius exspectaveris. 14 Cf. v. 70—75, ubi eadem paucissimis mutatis redeunt in Mytilenaeorum decreto, ut alterum locum alterius ope restituere potuerit Fränkel.

μεθ' ὅρκου καὶ τῶν γνωσθέντ[ων ἀπόφασιν | ἔγγραφον ἑκατέραι τ]ῶν πόλεων ἀποδώσουσιν· τὰ δὲ κριθέντα εἶ[ναι κύρια καὶ ¦ ἀμετάθετα. ὡσαύτω]ς δὲ καὶ τὰ συνλυθέντα, ἐὰν ἀμφότεροι ἀνα[δέξωνται, γρά|ψουσιν ἐν στήληι. στηλ]ώσουσιν δὲ καὶ τοὺς προσδεομένου[ς ἐκεῖ ὑπογραφῆς ἄλ|λους ὅρους, μηδὲν ἀ]διέξακτον ἀπολείποντες, οὐδ' ἐὰν μὴ[------------------------ ‖ ----- ---------, οὐδὲν πρ]ὸς[15] ἑαυτοὺς ἡγούμενοι, ἀ[λλὰ] κρίν[οντες ὁμοίως πάντα[16] ----------, | ὥστε παντελῶς[17] δι]εξαχθῆναι τὰ νείκη, καὶ μ[ηδὲν ἔτι μήτε ἔγκλημα μήτε νεῖκος | διαφορᾶς ἐχόμεν]ον ἀπολειφθῆναι το[ῦ---------------------------- ¦ -------- δ]ιὰ πρ[ογόνων --------------- ¦ ------------]ο [--------------------- ‖ -------- τ]ὰ συσταθ[έντα ------- -------- | --------- ἐπηι]νῆσθαι δὲ κ[αὶ τὸν δῆμον τὸν Περγαμηνῶν ---------- | --------]ν αὐτοῖς, ἔτι δὲ [---------- ¦ ------------ τῆ]ς συνλύσεως ἡ ε[------------------------ πά|σηι ἔσπε]υσαν ἐπιμελείαι, [ἐπαινέσαι δὲ καὶ τοὺς πρεσβευτὰς καὶ καλέσαι ἐπὶ ‖ τὴν κοιν]ὴν ἑστίαν, φρο[ντίσαι δὲ περὶ αὐτῶν τοὺς στρατηγούς].

II [Μυτιληναίων].

[Ἔγνω[18] ἀ β]όλλα καὶ ὁ δᾶμος π[ερὶ[19] τῶ ψαφίσματος[20] τῶ γενομένω ὑπὸ τῶ δάμω τῶ[21] | Περγα]μήνων, ὃ ἀνέδωκ[αν ἄμμι οἱ αἰρέθεντες πρεσβεῦται Βάκχιος Εὐδάμω[22], Ἀπολλόδωρος | Ἀθαν]οδώρω, Διογένη[ς Ἀσκλαπιάδα, Μεγίστερμος Ἀττάλω, Σκάμων Ἀσκλάπωνος, ‖ ὤ δι]ασάφηνται [---------------------- ------ | . . . κ]αὶ πόλλ[α --------------------------- | . . .] οις τὰς προ---------------------------- | . . . νος ἀμφισβ[ατ ------------------- | .]ν ἂν λάβηται σ[------------------- ἀμ‖φ]οτέραις ταὶς [πόλιας -------------------- ανη]‖κόντεσσι[23] τοῖ[ς[24] ------------------------|ο]μένοις ὑπ--------------- -----------|ον καὶ τὰν [-------------------------------- | τ]ᾶς συλ[λύσιος ------------------------ οὐδε]‖μίας πε[------

[15] Supplevi. Vetantur arbitri certum quoddam controversiarum genus, quod enuntiato condicionali ἐὰν μὴ κτλ. indicatum erat, neglegere quasi ad ipsorum negotium non pertinens (οὐδὲν πρὸς ἑαυτοὺς ἡγεῖσθαι). [16] Supplevi. [17] Supplevi. [18] Supplevit Hoffmann. ἐπεὶ Fränkel. [19] Supplevit Hoffmann. Π[εργαμήνων] Fränkel, quod propter versus proximi initium nequaquam probabile est. [21] Supplevi. [22] Cf. not. 4. [23] Supplevit Fränkel non improbabiliter. Hoffmannus sane participium perfecti verbi incerti agnoscere mavolt. [24] τοῖ[σι Fränkel. At cf. not. 25.

-------------- ἐόντεσ]|σι[25] συγγ[ενεστάτοισι --------------- ---- | ---] δη(?)--------- |.

B ---------------------- ο--------------- | --------------- ----------μένοις [------------- ‖ -----------κ]ίαν πρὸς Πιτ[αναίοις ------------------ | ----------------] διὸ καὶ τοὶς[26] π-------------------- | ------------------------- ----ς σ[υ]ντόμως ὑπεξ---------------- | ----------------- --- ἄ[γ]ρηται[27] κρίτ[αι]ς αὔτοις τοὶς [----------------------- ---------------------- | ------------------ τῶν ἀντιλε]γομένων, ἐπεὶ [κα]ὶ Π[ιτ]ά[ναιοι ὠμολό‖γησαν αὔτοις ἔλεσθαι, οἵτινες ἐπὶ τὰν χώραν π]αραγενόμενοι τῶ ἐν [Μυτιλήναι[28] μῆννος | --------, -------- δὲ ὡς Περγάμηνοι ἄγοισι, ἄρξοντ]αι διακούην καὶ κατ' ἔκασ[τον σκόπεντες | ποιήσονται τὰν κρίσιν μετ' ὄρκου καὶ τῶν γ]νωσθέντων ἀπόφασιν ἔ[γγραφ]ον ἐ[κ]α[τέ|ραι τᾶν πολίων ἀποδώσοισι· τὰ δὲ κρίθεντα ὐ]π[ά]ρξοισι κύρια καὶ ἀμετάθετα. ὠσαύτω[ς | δὲ καὶ γράψοισι ἐν στάλα, εἴ κε ἀμφότεροι ἀναδέξωνται τὰ ἐ]ς σύλλυσιν. σταλώσοισι δὲ ‖ [καὶ τοὶς προσδεομένοις ἐκεῖ ὐ]πο[γράφας ἄλλοις ὄροις, μῆδεν] ἀδιέ[ξακτον ἀπολεί|ποντες ------------τ]ις η παρ--- --------ν---------------- | ---------------- παρέοντα[ς . . . . .]ν τάχιστα [μῆδεν ἔτι ἀπολειφθῆναι | μήτε ἔγκλημα μήτε νεῖκ]ος ἀλλάλα[ν διαφόρ]ας ἐχόμεν[ον ------------ | -------- -----]ας τᾶν πολίω[ν . . . . . σ]υμβόλαι[α ------------------‖ ---- δ]ικάσσασθαι ἐν [μήνεσσι τρ]ίσσι[29] ε[------------- | --- -------------- πρ]οθεσμίας τοῖς [. . . . . α]ὔτας [------ ------ | --------- δω]σιδικίαν[30] κα[ὶ . .]α . . . . ἐπαί[νησαι δὲ τοὶς πρεσβεύταις ἐπὶ τῶι | τὰν ἐπιδαμίαν ποήσασ]θαι τὰν ἐν

---

25 Supplevi. τοῖ]|σι Fränkel. Sed cum reliqui omnes dativi pluralis apud Aeolenses vocalem finalem constantissime teneant, articulus eadem constantia eam abicit. Cf. O. Hoffmann Gr. Dialekte II p. 556. 26 Sic Fränkel, τοῖς Hoffmann. Uter casus sit (cf. not. 25) in medio relinquendum est. 27 ΛΙΡΗΤΑΙ lapis. α[ἴ]ρηται Fränkel, ἄ[γ]ρηται Hoffmann, id quod dialecto accommodatius est. 28 Supplevi. ἐν [ἄμμι] Fränkel. Cf. not. 13. 29 ΡΙΣΣΙ. Supplevit Fränkel. 30 Supplevi. Fränkel acute neque improbabiliter restituere conatus est [ἐφε]σιδικίαν. Sed nescio an praestet [δω]σιδικίαν, quae vox etsi aliunde non magis nota est quam ἐφεσιδικία, tamen ab adiectivo δωσίδικος, quod testatum habemus, legitime derivatur, ut sic Mytilenaeos pro volgato δικαιοδοσία dixisse certe non incredibile sit. Utrum vero provocationis an iurisdictionis notio huic loco aptior sit, propter mutilam lapidis condicionem discerni nequit.

[Μυτιλήναι[31] μετὰ φιλοπ]ονί[ας κα]ὶ ἀξί[ως τῶν ἀποστελλάντω]ν. | [τοὶς δε στροτά]γοις τοὶς πε[ρ]ὶ Τ[α . . . ., ὅτι με]τὰ πλε[ίστας εὐνοίας] καὶ φι‖[λανθρωπίας . . . .]ως ἕκαστα πε . . . . ν ἐπρέσβε[υσαν, οἱ βασί]λεες[32] | [. . . . ., καλ]εσσάτωσα[ν δὲ αὔτοις ἐπὶ ξέ]νια εἰς τὸ π[ρυτανήϊον] ἐπὶ τὰν | [κοίναν ἐστίαν[33]. ὅπως] δὲ πρόξεν[οι καὶ πολῖται γ]ένωντα[ι τᾶς πόλι]ος, εἰσαγή‖[σασθαι καὶ περὶ αὔτων τοὶς] σ[τροτάγοις ἐν τοῖς χρ]όνοισ[ι τοῖς ἐκ τῶ]ν νόμων[34]. |

III [Περγαμηνῶν].

[----------------------------------- τ]οῦ βασι[λέ|ως[35] --- ------------------------]σθε---- |.

C 92 -------------- ο[--------- | ---] μηνια[------------------- Π]ιτάνην κα[ὶ Μυτιλήνην --------------- | πρ]ὸς ἀλλήλας . . . θέντες ὑπ' αὐτῶ[ν ------------ τὰ ‖ ἀ]ποσταλέντα ὑπ' [αὐ]τῶν ἀποκρίματα Β[άκχιος Εὐδήμου[36], Ἀπολλόδωρος Ἀθηνοδώρου, Διογέν|ης Ἀ]σκληπιάδου, [Μεγ]ίστερμος Ἀττάλο[υ, Σκάμ]ων [Ἀσκλάπωνος, ---------------- πᾶ|σαν] σπουδὴν κα[ὶ φι]λοτιμίαν ἕνεκα τοῦ μ[ὴ φι]λέχ[θρως[37], ἀλλ' ὡς μάλιστα οἷόν τε[38] | γένοιτ]ο[39] αὐτοῖς [συγ]γενικῶς ἐπιλῦσαι τὰ νείκ[η ----------- ---- | . . . . . .]σιν αὐτ[οὶ ἐ]πιδεξάμενοι τὴν κρίσιν π[------- --------- ‖ . . . . ἐφε]ῖνα[ι τὰ κρί]ματα ἑαυτοῖς, ἵνα φιλι[κῶς ------------------------ | --------------- γένη]ται[40] σύλλυσις οὐδ' ὁ[------------------- | . . . Πιτα]ναῖ[οι --------- τ]ὴν ἐξουσίαν [------------------------ | . . . . ἐ]χόντω[ν --- ---- λοι]πῶν ἀν[------------ | . . . ἐ]χόμενοι -------------- ------------------ ‖ . . . . . τα τὴν Ἀττα[ϊτῶν[41] ----------

---

31 Supplevi. Cf. not. 13. ἐν [ἀμῖν] Fränkel. Cogitaveris etiam de ἐν[θάδε]. 32 Supplevi coll. n. 2, 1. 9. 13, unde apparet βασίληας magistratuum collegium apud Mytilenaeos fuisse. Vocalium η et ε vicissitudo ad temporum discrimen referenda est. Fränkelius ἐπρέσβε[υσαν κατ' εὔκ]λεες, contra sermonis usum si quid video. 33 Supplevi coll. v. 45. 34 Supplevit Fränkel, qui tamen χρόνοις scripsit contra leges dialecti. 35 De hac regis mentione v. supra. 36 Cf. not. 4. 37 Supplevi coll. v. 25. μή[τε] λεχθ[ῆναι] Fränkel. 38 Supplevi. 39 Supplevi. 40 Supplevi. [ποιῆ]ται Fränkel. 41 Supplevit Fränkel. Cum post alteram A etiam hasta directa exstet, de Attalia cogitari non licet. Iam cum nummi aetatem tulerint cum inscriptione Ἀτταϊτῶν, cuius oppidi de situ magnopere dubitaverunt homines docti (cf. Eckhel D. N. III p. 141), et hic eundem populum agnoscendum et apud Strabonem (cf. not. 1), ubi post Coryphantida et Heracleam Mytilenaeorum vicos in continente oppidum Ἄττεα

---------- | . . . . .]μεν τε αὐτῶν λ[---------------------
-------- | συνθέ]ντες ἐκ τῶν εἰρη[μένων ------------------
ταῖς | πόλεσ]ιν εὔσημον καθεσ[τά]ναι ο----------------------
------- | . . . . τας ἐκ τῶν παρατ[εθέ]ντων ἡμῖ[ν -----------
----------- ‖ . . ἑκ]ατέρων ἐγδικούντω[ν[42] ἐξ]εθέμεθ[α[43] -------
------------ | . . . .] τῆς ἐπὶ τῆς ῥάχεως κά[τ]ω εἰς τὸν [ῥύα]κα[44]
καὶ ὡς [ἡ ὁδὸς ἄγει καὶ αἱ στῆλαι κεῖν|ται εἰ]ς τὴν ὁδὸν τὴν
ὁρίζουσαν [τ]ήν τε Πιταναίαν καὶ [τὴν ---------, καὶ ὡς ἡ
ὁδὸς | ἄγ]ει καὶ αἱ στῆλαι κεῖνται ἕως τῶ[ν] πετρῶν τῶν δύο τῶν
------------------------ | ἐποιήσαμεν, ἀπὸ δὲ τούτων εἰς τὸ[ν
λει]μῶνα, ὡς ἡ στήλη κε[ῖτ]αι [καὶ ὡς ἡ ὁδὸς ἄγει ‖ εἰς τ]ὴν
Ἀστυρηνήν[45], ὡς αἱ στῆλαι κεῖν[ται εἰ]ς τὴν ὁδὸν καὶ ὡς ἡ ὁδό[ς

---

commemoratur, deinde Atarneus et Pitane, lenissima emendatione Ἄτταια reponendum esse perspexit Fränkel. Utique in littore septentrionem versus ab Atarneo quaerendum est oppidulum, ut eius agrum attigisse terram de qua Pitanaei cum Mytilenaeis litigarent non improbabile sit. 42 I. e. cum utrique suam causam orarent, suum ius argumentis et testimoniis probare conarentur. Eadem vi nomen ἔκδικος usurpatur de advocato qui civitatem in litibus exteris defendit. Cf. J. Marquardt Röm. Staatsverwaltung I p. 214. Audiunt igitur primum Pitanaeos et Mytilenaeos arbitri Pergameni, deinde circumeuntes cum eis terram litigiosam cognoscunt, postremo Pergamum redeunt ibique sententiam pronuntiant (v. 122). Apparet igitur, quae v. 111—117 legantur de finibus, ea neutiquam partem arbitrii efficere, sed etiamtum ad narrationem eorum pertinere quae arbitri egerint priusquam sententiam dicerent. Fr. 43 Cf. Polyb. XXXI, 19, 3: ἡ μὲν σύγκλητος παρέπεμπε τοὺς πρεσβευτάς, οὐ βουλομένη διδόναι περὶ τούτων ἀπόφασιν οὐδεμίαν οὐδ' ἐκτίθεσθαι καθόλου τὴν αὑτῆς γνώμην. Fr. Ceterum quinque arbitros Pergamenos hic prima persona de se loqui manifestum est. 44 Supplevit Fränkel. Proprie quidem vocabulum de igneis Aetnae aliorumque id genus montium torrentibus usurpari in volgus notum est (Thuc. III, 116, 1. Ar. de mir. ausc. 38 p. 833 a. 17. Diodor. V, 6, 3. XIV, 59, 3. Strabo VI, 2, 3 p. 269). Sed ut origo manifesto ad verbum ῥέω rediret, sic etiam usu nonnunquam ad longe alias res fluentes transferri observavit Fränkel allatis Diodor. V, 35, 3 ῥύακας ἀργύρου καθαροῦ et Aristid. I p. 203, 10 Dindf. οἱ τοῦ αἵματος ῥύακες. Item ap. Aristotelem Hist. anim. II, 13, 504 b, 24 manifesto translationem ab alveo fluminis repetitam esse. Quare quin hic torrentis (χαράδρας) significatio subesset non dubitandum esse. 45 Cf. Xen. Hell. IV, 1, 41: ἀφικόμενος δ' εἰς Θήβης πεδίον κατεστρατοπεδεύσατο περὶ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν. Strabo XIII, 1, 51 p. 606: ἐντὸς δὲ ἥ τε Ἄντανδρός ἐστιν — καὶ ὁ Ἀσπανεύς, — εἶτ' Ἄστυρα κώμη καὶ ἄλσος τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἅγιον. πλησίον δ' εὐθὺς τὸ Ἀδραμύττιον. § 65 p. 613: Μυσίας δὲ Ἄστυρα τὴν πλησίον (sc. τοῦ Ἀδραμυττίου) κώμην φασίν. ἦν δὲ πολίχνη ποτέ, ἐν ᾗ τὸ τῆς Ἀστυρηνῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν ἄλσει, προστατούμενον μετὰ ἁγιστείας ὑπὸ

ἄγει καὶ ὡς αἱ στῆ[λα]ι κεῖνται παρὰ τὴν Ἀστυρηνὴν ἕως [τοῦ] τάφου τοῦ πρὸς τῆι ὁδῶι [τοῦ ἐπικαλουμένου[46] | Ἐ]πικράτου, ἀπὸ δὲ τούτου ἐπὶ τὰ ὅρ[ια[47] τὰ] πρὸς Ἀταρνίτας[48]. ὑπεξηγμ[ένων[49] δὲ ----------- | π]άντων, καθότι συνέθεντο πρὸς ἀλλ[ήλ]ους μηδὲν ἔτι αὐτοῖς ἀπολει[φθῆναι μήτε ἔγκλη]||μ[α μή]τε νεῖκος διαφορᾶς ἐχόμενον, καθό[τ]ι καὶ αὐτοὶ διὰ τῶν ἀποκριμάτω[ν ἐνεφάνισαν, || ἐμφανιζόντω]ν δὲ ὁμοίως Μυτιληναίων Πιτ[α]ναίοις καὶ ὅτι ἐγ Καΐκου πεδίωι[50] χ[ώραν ------------------ | ---- ---------------- ἐσχ]ήκασιν αὐτῶν. ἀναχ[ωρ]ήσαντες εἰς Πέργαμον[51] κατὰ τὴ[ν τοῦ δήμου ἐπι|ταγὴν καὶ τὴν βασιλέω]ς εὐδόκησιν, [ὀμό]σαντες ἐν τῶι ἱερῶι τῶν Διοσκόρ[ων[52] -------

---

Ἀντανδρίων, οἷς μᾶλλον γειτνιᾷ. Hoc oppidulum inter Antandrum et Adramyttium in litore septentrionali sinus Adramytteni situm, non illud quod prope Abydum fuerit (Strabo XIII, 1, 23 p. 591. XIV, 5, 28 p. 680) aut quod in Caria commemorat Stephanus, hic innui manifestum est. Fr. 46 Supplevi. ἐγγεγραμμένου Fränkel dubitanter. At non putaverim hic de titulo sepulcrali dici, sed de fama volgi, quae usquequaque tumulis antiquissimis nomina hominum vel heroum illic sepultorum affingere solebat. 47 Supplevi. ὄρη Fränkel. Sed illud τὰ πρὸς Ἀταρνίτας terminorum potius quam montium hic mentionem fieri demonstrat. Qua cum re bene convenit, quod hoc ipso loco finitur descriptio. Nam consentaneum est eam usque ad illum locum continuari, quo cum alius civitatis terminis nulla ex parte controversis coniungatur. Quare inter Atarnea et Attaeam (v. 106) a meridie, Astyrum et Adramyttium a septentrionibus, in orientali et meridionali sinus Adramytteni ora, terra litigiosa videtur sita fuisse. 48 Atarneus (Ἄταρνα Steph. Byz. s. v. *Atarnea* Plin. N. hist. V, 122) oppidum in campo fertilissimo e regione insulae Lesbi, exiguo spatio septentrionem versus a Pitane, situm. Cf. Herodot. I, 160. VIII, 106. Xen. Hell. III, 2, 11. Anab. VII, 8, 8. Diodor. XIII, 65, 4. Strabo XIII, 1, 67 p. 614 Cas. Pausan. IV, 35, 10. Plin. hist. n. XXXVII, 156. 49 Supplevi, ante hanc vocem puncto posito. Fränkelius maluit cum superioribus coniungere cum scriberet τὰ ὄρ[η τὰ] πρὸς Ἀταρνίτας ὑπεξηγμ[ένα] '*die Berge die sich allmählich nach Atarneus hinziehen*'. At sic hoc Graece profecto enuntiari non licebat, neque omnino de montibus hic dicitur (not. 47). Immo finium descriptio usque ad vocem Ἀταρνίτας pertinet; quam excipit novum enuntiatum. Inter ὑπεξηγμ[ένων] et [π]άντων locum habuisse substantiva quale est τῶν ἐγκλημάτων probabiliter conieceris, quandoquidem ὑπεξάγειν removendi, de medio tollendi notionem habere potest. 50 Huic terrae quaenam cum lite Pitanaeorum et Mytilenaeorum intercedat necessitudo, in medio relinquendum est. Utique ager litigiosus non in planicie Caici erat, sed prope mare. 51 Cf. not. 42. 52 Delubrum quidem Dioscurorum Pergami fuisse hic unus titulus commemorat, sacra vero eorum Pergamena testantur cum effigies in nummis Eumenis II expressae (Imhoof-Blumer Münzen der Dynastie von Pergamon tab. III, 18) tum titulus C.I.G. 3540, 1: καὶ τῆι Διοσκουριτῶν συμβιώσει. Fränkel.

--- | -- κεκρίκ]αμεν καὶ τῶν μὲν Μυτιληναίων πα[ρεχομένων --- | ----- ---] Πιταναίοις καὶ ἑαυτοῖς καὶ παρεχομέ[νων -------- ‖ -------- -------------------------------------]ν τῶν δὲ Πιταναίων ὁμοίως ἐκ τῶν ἱστ[οριογράφων[53] ---------- | -------- --- τὴν χ]ώραν ταύτην κατε[σχ]ηκότας ἑαυτοὺς [------- | ------- --- πολλὰς γ]ενεὰς πα[ρ]' αὐτοῖς τετηρημένον ἢ με[---- | -------- --- ----------------------------- ἐπρ]ίατο ταῖς μεταπτώσεσιν τ------- | -- -------------------------------ας ἐλη[λυ]θέν[α]ι κυρ[ε]ί[α --------- ‖ -- ----------------- ἐν πολλαῖς γε]νεαῖς τῶν τόπων ἐ[π.]κρα[τη]σ[αν ----- | --- ------------------------] καὶ τεσσάρων ταλάντων[54] καὶ μετὰ τα[ῦ]|τα Σελεύκο[υ[55] τῆι πρὸς] Λυσ[ίμαχον μάχηι[56] ἐπι]κρατήσαντος ὁ υἱὸς αὐτοῦ διαδεξάμενος | τὴν βασιλείαν [Ἀντίο]χος[57] τὴν πεδ[ιάδα χώ]ραν αὐτοῖς[58] ἐπώλησεν ταλάντων τριακοσίω[ν] | τριάκοντα καὶ π[ροσει]σέπραξεν ἄλλ[α τ]άλαντα πεντήκοντα, καὶ περὶ τούτων τὰς πίστεις ‖ ἐ[γγ]ράφους παρατιθέ[ασι]ν, δόντος [εἰς τ]αῦτα Πιταναίοις καὶ Φιλεταίρου[59] τ[άλαντα ------------]|κοντα, καθότι ἐκ τῆς ἀν[αγεγραμμένης παρ'] ἡμῖν [ἐ]ν τῶι ἱερῶι τῆς Ἀθηνᾶ[ς[60] ἐπιστώ]σα[ντο στή]|λης, κ[α]ὶ ὡς ἡ παγκτητικὴ[61] τ[ῆ]ς χ[ώρας κυρε]ία καὶ διὰ τῶν ἐγγράφω[ν ἐπὶ τῆς

53 Supplevi coll. Gr. inscr. in the British museum III, 1 p. 12 n. CCCCIII, 101: οἱ δὲ Σάμιο[ι τά τε] τῶν ἱστ[ο]ρι[ο]γράφω[ν] μαρτύρια ὑφαγ[ήσαντο]. Syll.[2] 929, 93: [ποιη]τῶν καὶ ἱστοριαγράφων ἀποδείξεις. Quorum titulorum argumentum cum simillimum ac paene geminum sit huius, non dubito quin etiam in hac Pitanaeorum et Mytilenaeorum lite utrimque ad ea provocatum sit quae scriptores rerum gestarum memoriae prodidissent. ἱστ[ορημένων] Fränkel. 54 Ad venditionem quandam Seleuci victoria (281 a. Chr.) antiquiorem haec referri videntur. 55 Seleucus I Nicator (306—280 a. Chr. n.). 56 Proelium quo Lysimachus victus et occisus est anno 281 a. Chr. Cf. Niese Gesch. der gr. u. mak. Staaten I p. 404. 57 Antiochus I Soter (280—261 a. Chr. n.). 58 Pitanatis. 59 Philetaerus eunuchus, opum Pergamenarum conditor, qui anno 263 a. Chr. n. octogenarius decessit. Cf. n. 266[3]. 60 Templum in arce Pergamena, non Nicephorium extra muros situm. 61 Adiectivum

δια]νομῆς α[ὐ]|τοῖς ὑπὸ τῶν κρατούντων παρεκε[χώρητ]ο[62], ἀναντιρήτως δεικ[νύντες ἐκ τ]ῶν καθιερ[ω]|μένων στηλῶν ἔν τε Ἰλίωι καὶ Δήλω[ι καὶ Ἐφέ]σωι, ἐν αἷς ἡ γε[γραμμένη ὑ]πὸ Ἀντιό[χου ‖ ἐ]πιστολὴ περὶ τῆς κατὰ τὴν χώραν ταύ[την κυρ]είας κατετέ[τακτο, παρα]σχομένω[ν τε | κ]αὶ ὡς Εὐμένης[63] παραλαβὼν τὰ πράγ[ματα τὴν Σε]λεύκου [ἐκύρωσεν ἐπ]ιστολὴν π[ρὸς | Πι]ταναίους, ἐν ἧι σὺν τοῖς ἄλλοις ἐγέγ[ραπτο κ]ατὰ λέ[ξιν ὧδε·[64] ‘συγχωροῦμε]ν[65] δὲ καὶ τ[ῆς χώ|ρας εἰς τὸν ἀεὶ χρό]νον[66] τὴν ἀναμφισ[βή]τη[τ]ον καὶ ὁμολογουμέ[νην κυρείαν τὴν παγκτητικ]ήν[67]’. ἀντιρρ[ήσεως[68] | δὲ ἐπενεχθείσης ----- ------------ κατὰ] τὴν κρίσιν τὴν τοῖς Ἐλαΐτα[ις[69] γενομένην ὑπὸ Ἀντιό]χου[70] ἡμ[ῖν ‖ ------------------------ βα]σιλικήν· οὐ μὴν ἀλλ’ οὔτε[71] λυσι[τελ ------------------------------ ------------- | ------------------------- οὐ]δὲν οὐδ’ ἂν ἦ̣ πάνυ μέγα τὴν τ[------------------------------- | ------- ------------- περὶ] πάντων τὸ δίκαιον θεωρο[ῦντες ---------

---

aliunde non notum, sed arctissima necessitudine coniunctum cum nomine παγκτησία, quod habes Syll.^{2} 510, 78. Pollux Onom. X, 12. Sed hic non tam de totius agri possessione, quam de pleno et absoluto dominio dici videtur. 62 Supplevit Wilhelm. παρε[κεῖ ἐδέδοτ]ο Fränkel. 63 Eumenes I (263—241 a. Chr. n.). Cf. n. 266^{3}. 64 Supplevi. ταῦτα Fränkel. 65 Supplevi. [τὴν κυρία]ν Fränkel. 66 τ[ὴν εἰς τὸν πάντα χρό]νον Fränkel, quod paullulum mutavi. 67 Supplevi. Hic mihi finis enuntiati esse videtur, quod ex Seleuci epistula citatur. Certe Antiochi nomen, quod v. 144 acute agnovit Fränkel, in litteris regiis fuisse perquam improbabile est. 68 Hunc et proximum versum supplevi ita ut sumerem τοῖς Ἐλαΐταις a γενομένην, ἡμῖν vero ab ἐπενεχθείσης pendere. Cum Seleuci epistula agri controversi dominium Pitanaeis assignatum esset, postea Antiochi I decretum factum est, quo lis similis inter Elaitas et nescio quam finitimam civitatem dirimeretur. In eo vero nonnulla scripta erant, quibus Pitanaeorum adversarii Mytilenaei illam sententiam infringere et suum ius probare posse sibi viderentur. Qua re antiqua controversia denuo suscitata est. 69 Post Λ initio duplex I exarata erat, quod deinde priore erasa emendatum est. Per se utraque forma proba est, nam Ἐλαιίτης non plus offensionis habet quam Ἀχαιία, Ἀχαιικός. Elaea oppidum fuit Aeolicum situm ad sinum Elaïten prope ostium Caici, orientem versus a Pitane. Cf. Scylac. Peripl. 98 p. 71, 1 Müller. Strabo XIII, 1, 51 p. 607. § 67 p. 615. 3, 5 p. 622. Ptolemaeus Geogr. V, 2, 5 p. 811, 6 Müller. Mela I, 18, 90. Plin. N. hist. V, 121. 126. Livius XXXV, 13, 6. XXXVI, 43, 12. XXXVII, 37, 4. 70 Supplevit Fränkel. Quin Antiochus I Soter (280—261 a. Chr. n.) designetur, non videtur dubium. 71 Sic scribere malui quam ἄλλου τε cum Fränkelio, propter frequentiam particularum οὐ μὴν ἀλλὰ coniunctarum.

------------------ | --------------- Πιταναίοις ἀ]ποκαθί-
σταμεν[72] αὐτὴν κ[--
----- | κατὰ τὴν γνωμὴν τὴν ἡμε]τέραν τὴν νῦν ἀσφα[λ-----
-- ‖ ---------------
---------------------------- τὴν ὠ]νὴν τῆς χώρας γεγ[ενη-
--- | -------
---]οις
ἐστηλογράφη[ται --
---------- | ---------------------------------- Πιτανα]ίοις,
πρὸς δὲ το[ύτοις ---
-------- | --]οις
ὀμοσαντ[--
-------- | ----------------------------- Πι]ταναίων ὁ[-----
--------------------- ‖ ------------------ ἐσ]τι αὐτοῖς [---

------- | ------------------------ α]ὐτοὶ δια------ |
D 157 ---------- καλ[εσ------- | -------- π]ρεσβευταὶ ε[-------- |
--- τοὺς ἁρ]μόζοντας λό[γους[73] -------- ‖ ---------------]
σπουδαί[ως ---------].

72 Manifesto hic quoque, ut v. 110 ἐξεθέμεθα. 114 ἐποιήσαμεν. 123 κεκρίκαμεν, verba faciunt quinque arbitri Pergameni. Πιταναίοις recte restituisse videtur Fränkel, nam secundum hos iudicatum esse probabile est.
73 Polyb. I, 15, 13 ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ τοὺς ἁρμόζοντας πεποιήμεθα λόγους confert Fränkel.

336 Marmor caeruleum quadratum, quod summam partem basis statuae efficiebat, inventum in turri Turcica meridiem versus a templo Minervae in Pergamenorum arce. Ed. M. Fränkel Alterth. von Pergamon VIII, 1 p. 138 n. 240 cum addendis fasc. 2 p. 509. Cf. G. Kaibel Deutsche Litteraturzeitung 1891 p. 1706.

Διογένης Ἐπικλέους[1], | κατασταθεὶς πρὸς τῆι ἐπιμελείαι καὶ

Litterae volgares praeter ΠΣ. Fines hastarum lineolis transversis ornati. Littera ⊙ (v. 2) reliquis minor, O et Ω non item. 1 Eiusdem hominis duas dedicationes habes Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 139 n. 241 Διογ[ένης Ἐ]πικ[λέους | τῶι δή]μω[ι]. n. 242 [Διογέν]ης Ἐπικλέους | [τ]ῶι δήμωι. De aetate cf. not. 3. 4.

φυλακῆι | τῶν ἐν Φιλεταιρείαι[2] τειχῶν καὶ πυλῶν | καὶ τῶν περὶ τὸ Εὐμένειον[3] ἱερῶν, τῶι δήμωι[4].

---

2 Cf. n. 266[3]. 3 Delubrum Eumenis I non per magnum temporis spatium post finem regni Pergameni tanta cura conservatum esse, quantam hic videmus, iure meritoque statuit Fränkel. At post regiam domum exstinctam illorum sacra non statim abolita esse docet n. 339, 16: τῶν τε βασιλέων εἰς θεοὺς μεταστάντων. Quare, praesertim cum dedicatio τῶι δήμωι (not. 4) liberae reipublicae tempori melius convenire videatur, haec monumenta proximo post Attali III mortem (133 a. Chr. n.) tempore dedicata existimo. 4 Populo Pergamenorum talem dedicationem fieri potuisse, dum sub regno Attalidarum esset, praefracte negat Kaibel, pertinaciter tenet Fränkel. Ex quibus uterque mihi aliqua ex parte verum vidisse videtur. Namque nullo modo quidem incredibile est, etiam regibus superstitibus populo aliquid dedicari potuisse; scilicet dativi τῷ δήμῳ, τῇ πόλει, τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ aedificiis aliisque operibus inscripti neutiquam, ut Kaibelius opinatur, populum, civitatem, senatum in deorum numero haberi indicant, sed nihil enuntiant nisi donari aliquid populo eiusque usui destinari, id quod etiam per regni tempora fieri poterat. Sed in monumento honorario sane probabile est, futurum fuisse ut regis aut regum appellatio populi nomini adiungeretur. Cf. C. I. Att. III, 68, 1 Ἑστίᾳ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ θεοῖς Σεβαστοῖς καὶ τῇ βουλῇ τῇ ἐξ Ἀρείου πάγου καὶ τῇ βουλῇ τῶν ἑξακοσίων καὶ τῷ δήμῳ.

---

337 Basis marmoris subcaerulei inventa in muro Byzantino arcis Pergamenorum. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 176 n. 250.

Ὁ δῆμος | Λυσάνδραν Πρωτομάχου, | γενομένην τῆς Ἀθηνᾶς[1] ἱέρειαν, | ἐφ' ἧς ὁ δῆμος κατεστάθη ‖ εἰς τὴν πάτριον δημοκρατίαν.

Litterae volgares praeter ΝΠΣ. Extremae hastae lineolis transversis ornatae. 1 Minervam sine cognomine praeterea non occurrere post Eumenis II aetatem (197—159 a. Chr. n., cf. Alterth. v. Pergamon VIII, 1 p. 77 n. 151 [Βασιλεὺς Εὐμέ]νης [Διὶ καὶ] Ἀθηνᾶι) adnotat Fränkel; qua etsi hoc monumentum utique recentius sit, tamen illa antiqua simplicitate appellationis nos moneri, ne ad nimis novicia tempora descendamus. 2 Cum in titulo P. Servilii Isaurici proconsulis n. 449, 4. 5 (Alterth. v. Perg. VIII, 2 p. 288 n. 413) anno 46 a. Chr. inciso legatur ἀποδεδωκότα τῆι πόλει τοὺς πατρίους νόμους καὶ τὴν δημοκρατίαν ἀδούλωτον, haud improbabiliter coniciat quispiam, illius temporis hunc quoque lapidem esse. At Fabricius scripturam huius tituli non eandem esse, quam Caesaris aetate exhiberent inscriptiones Pergamenae, sed multo accuratiorem atque eam potissimum,

quae extrema regni aetate usitata fuisset, observavit. Quare de libertate regis Attali III testamento Pergamenis concessa (cf. n. 338, 5 ἀπολέλοιπεν τὴ[μ πατρί]δα ἡμῶν ἐλευθέραν) hic dici manifestum est. Fränkel.

---

338 Pars superior stelae lapidis albi, fracta in duas particulas inter se contingentes, inventa Pergami in theatro. Ed. M. Fränkel Alterthümer von Pergamon VIII, 1 p. 171 n. 249. Cf. Addenda 2 p. 510 (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 385 n. 518). Cf. quae disputaverunt G. Kaibel Deutsche Litteraturzeitung 1891 p. 1705. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II p. 963. A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XX 1897 p. 57. H. von Prott et W. Kolbe Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII (1902) p. 106 sqq.

Ἐπὶ ἱερέως[1] Μενεστρά[του τ]οῦ Ἀπολλοδώρου, | μηνὸς Εὐμενείου[2]
ἐννε[ακαιδε]κάτηι· ἔδοξεν τῶ | δήμωι, γνώμη στρατηγ[ῶν· ἐπε]ὶ
βασιλεὺς Ἄτταλος | Φιλομήτωρ καὶ Εὐεργέτη[ς[3] μεθισ]τάμενος
ἐξ ἀν‖θρώπων[4] ἀπολέλοιπεν[5] τὴ[μ πατρί]δα ἡμῶν ἐλευθέραν[6], |

Litterae volgares praeter ΠΣ; memorabilis antiquior forma Ξ. Singularum litterarum spatia vacua relicta sunt v. 12 init. post ΝΟΙΣ, v. 19 post ΧΩΡΑΙ, v. 26 post ΔΗΜΟΣΙΟΥΣ. Versu 31 vocabula τετράδι ἀπιόντος medium latitudinis locum tenent, spatio utrimque vacuo relicto. 1 Cum praeterea ubique prytanis magistratus eponymus sit Pergamenorum, hic modo et n. 267, 2. 39 sacerdotis nomine annus indicatur. Fr. 2 Quod hunc unum novimus mensem a proprio regis nomine appellatum, ad merum casum referendum videtur. 3 Attalus III (138—133 a. Chr. n.). 4 Cf. n. 308[4]. 5 Cf. n. 326[21] 6 Cf. Liv. Perioch. LVIII: *heredem autem populum Romanum reliquerat Attalus, rex Pergami, Eumenis filius.* LIX: *Aristonicus Eumenis regis filius Asiam occupavit, cum testamento Attali regis legata populo Romano libera esse deberet.* Strabo XIII, 4, 2 p. 624 Cas.: ἐτελεύτα (Attalus III) νόσῳ τὸν βίον, κατέλιπε δὲ κληρονόμους Ῥωμαίους. Velleius II, 4, 1: *mortuo rege Attalo, a quo Asia populo Romano hereditate relicta erat.* Iustin. XXXVI, 4, 5: *huius testamento heres populus Romanus tunc instituitur.* Florus I, 35 (II, 20): *Attalus rex Pergamenorum, regis Eumenis filius, socii quondam commilitonisque nostri, testamentum reliquit: Populus Romanus bonorum meorum heres esto . in bonis regis haec fuerunt,* quos locos affert U. Wilcken apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 2176. Ac genuinam quidem huius testamenti originem, quam a Mithridate addubitari fingit Sallustius Ep. Mithr. (IV fr. 69 Maurenbr.), 8 *simulatoque impio testamento,* recentiore aetate re vera addubitavit M. H. E. Meier Allg. Encyklopädie v. Ersch u. Gruber III, 16 p. 414 sqq., post hunc titulum inventum iam certissimam esse iure meritoque statuunt Fränkel et Wilcken. At de argumento eius hinc discimus, quod nusquam alibi legitur, Pergamenis

προσορίσας αὐτῆι καὶ πολε[ιτικὴγ][7] χώραν ἣν ἔκριν[εν[8],] | δεῖ δὲ ἐπικυρωθῆναι τὴν διαθή[κην] ὑπὸ Ῥωμαίων, [ἀναγκαῖ]||όν[9] τέ ἐστιν ἕνεκα τῆς κοινῆς ἀσ[φ]αλείας καὶ τ[ὰ ὑποτετα]||γμένα[10] γένη μετέχειν τῆς πολιτε[ία]ς διὰ τὸ ἅπα[σαν εὔ]||νοιαμ προσενηνέχθαι πρὸς τὸν δῆ[μο]ν· ἀγαθῆ[ι τύχηι, δεδό]||χθαι τῶι δήμωι, δεδόσθαι πολιτείαν [τ]οῖς ὑπο[γεγραμμέ]||νοις· τοῖς ἀναφερομένοις ἐν ταῖς τῶ[ν] παρο[ίκων[11] ἀπο]||γραφαῖς

---

libertatem datam esse. Quod per se nihil miri habet, sed scrupulum movent quae v. 7 leguntur δεῖ δὲ ἐπικυρωθῆναι τὴν διαθή[κην] ὑπὸ Ῥωμαίων. Quae nisi etiam ad eam testamenti partem spectarent, quae est de libertate civitatis, omnino nullum hic locum haberent. Quonam autem iure aut titulo Romani id sibi arrogare potuerint, ut confirmarent quae rex de sua urbe constituisset, non video, nisi forte hereditate totum quidem regnum cum ipsa urbe Pergamo populo Romano reliquit, sed ea condicione, ut ii urbem quae caput regni fuerat liberam esse iuberent agrumque a rege Pergamenis destinatum ei attribuerent. Itaque eadem fere ratione a Romanis ex Attali voluntate libertatem accipiunt Pergameni, atque legatarius ex testatoris voluntate pecuniam aliamve rem accipit ab herede. At si sic res se habet, quomodo civitas testamento nondum a Romanis confirmato iam uti potest illa libertate ad gravissimas res in comitiis suis constituendas? Ni plane fallor, haec decreta non minus quam regis testamentum Romanorum demum assensu rata fiunt, sed per illa periculosissima tempora (not. 27) ipsius populi Romani intererat sine mora decerni et administrari quae defendendae patriae causa opus essent. 7 Fränkel suppleverat πολε[μίαγ]. Sed si ager hosticus intellegeretur, necessario pro ἣν ἔκριν[εν] exspectaveris ‘quem bello cepit’. Quare longe praeferenda Niesii (Gessch. der griech. u. maked. Staaten III p. 368 not. 1) coniectura πολε[ιτικὴγ], in quam ipse quoque mea sponte incideram; adiectivum proleptice accipiendum ‘qui civitatis ager esset’. 8 Sententiam non integram ratus Fränkelius lapicidae culpa (δεῖν ἰσονομεῖσθαι) omissa suspicatus est. Obloquitur Kaibel iure. Nam verbum commode intellegitur de iudicio eligendi, quam potissimam terram rex agro Pergameno adiungere velit. 9 Supplevit Kaibel. [ἐπιτήδει]|όν Fränkel. 10 ‘Quae infra enumerantur’ Fränkel. Laterculi hominum, qui hoc decreto aut civitatem aut inquilinorum (παροίκων) ius nacti sunt, nuper Pergami in lucem protracti et editi sunt ab H. v. Prott et W. Kolbe l. l. Ac novis civibus quidem patrum et tribuum nomina adiunguntur, ut Ἀπολλώνιος Μενεστράτου Κριτωνίδος, Τειμόθεος Τειμοθέου Εὐβοΐδος. Inde innotuerunt Pergamenorum tribus Αἰολίς, Ἀσκληπιάς, Ἀτταλίς, Εὐβοΐς, Εὐμενίς, Θηβαΐς, Καδμηΐς, Κριτωνίς, Μακαρίς, Πελοπίς, Τηλεφίς, Φιλεταιρίς. Mitth. XXVII p. 114. 11 Nomen hoc uno loco inter titulos Pergamenos occurrit, sed ne reliqua quidem, quae inquilinos indicant (ἔνοικοι, ἔποικοι, μέτοικοι, σύνοικοι) usquam in eis occurrunt. Ceterum πάροικος hac vi usurpati exempla ex titulis Ephesiorum, Teiorum, Iliensium, Rhodiorum, Carpathiorum, Carthaeensium, Thespiensium affert G. Gilbert Gr. Staatsalterthümer II p. 294 not. 1.

καὶ τῶν στρατιωτῶν τοῖς κα[το]ικοῦσιν [τὴμ πό]‖λιγ καὶ τὴγ χώραν[12], ὁμοίως δὲ καὶ Μακεδό[σι]ν[13] καὶ Μυ[σοῖς[14]] ‖ καὶ τοῖς ἀναφερομένοις ἐν τῶι φρουρίωι καὶ [τῆι πόλει τῆι] | ἀρχαίαι[15] κατοίκοις καὶ Μασδυηνοῖς[16] κα[ὶ -----------] | καὶ παρα-

---

12 Milites mercennarii regis. Eis dum regnum maneret domicilium quidem concessum esse in urbe et in agro, neque vero ius civitatis, nihil habet miri. Etenim Attalidae semper id agebant, ut ipsi quidem magna auctoritate essent apud cives Pergamenos neque vero vice versa civitas se regni administrandi rebus interponere posset. Itaque milites quoque in ipsorum modo fide esse neque vero rei publicae Pergamenorum ullo iuris officiique nexu coniunctos volebant. 13 A mercennariis (στρατιῶται not. 12), quos reges Pergamenorum conduxerunt, quos maxima ex parte Graecos fuisse probabile est, distinguuntur Macedones coloni qui iam antiquitus in illis regionibus consederant. Origo harum coloniarum ad prima regni Seleucidarum tempora redire videtur. Cf. n. 211[2]. 14 Supplementum certum est cum propter spatii rationes, tum quia litterae tertiae Σ linea superior obliqua distincte agnoscitur in lapide. Mysi mercennarii in Seleucidarum exercitibus commemorantur anno 218 a. Chr. Antiocho contra Selgenses bellum gerente (Polyb. V, 76, 7), anno 190 a. Chr. in proelio ad Magnesiam commisso (Liv. XXXVII, 40, 8. Appian. Syr. 32), anno 167 a. Chr. in ludis ab Antiocho IV Daphnae habitis (Polyb. XXXI, 3, 3). Rectissime B. Niese Hermae XXXV p. 296 officii militaris vocabulum μυσάρχης in libro Maccabaeorum II, 5, 24, quod plerique interpretes ridicule a μύσος repetiverunt, de horum militum praefecto interpretatus est. Eos in coloniis militaribus aeque ac Macedonas collocatos esse a regibus praeter hunc titulum probat Polyb. V, 77, 7: διαβὰς τὸν Λύκον ποταμὸν (Attalus I) προῆγεν ἐπὶ τὰς τῶν Μυσῶν κατοικίας. Atque in hoc decreto Macedones Mysique coloni eadem quidem condicione utentes, sed tamen separatim utrique commemoratur; at fuisse etiam ubi mixti unam eandemque coloniam haberent apparet ex nomine Mysomacedonum apud Ptolemaeum V, 2, 13 p. 819, 6 Müller et Plinium N. hist. V, 120. Fränkel. 15 Schuchhardtus oppidi antiqui mentionem ad ea rettulit quae narrantur n. 264, 4 sqq.: Ὀρόντης δὲ — ἐκράτησεν τῶν Περγα[μηνῶν καὶ μ]ετώικισεν αὐτοὺς πάλιν ἐπὶ τὸν κο[λωνὸν εἰς] τὴν πα[λαι]ὰν πόλιν. Haec coniectura, quam Fränkelius probavit, etsi primo aspectu magnopere arridet, tamen haud levi implicatur difficultate. Nam hic τὴν πόλιν τὴν ἀρχαίαν distingui ab urbe Pergamenorum quae tum fuerit luce clarius est. At in illo colle vel monte, in quem Orontes saeculo a. Chr. n. quarto populum reduxisse fertur, Pergamenos inde ab ea aetate continenter permansisse inter omnes convenit. 16 Similiter formatum oppidi nomen Δοιδύη habes n. 314, 3. Paphlagonas mercennarios hic significari coniecit W. M. Ramsay Historical geography of Asia minor p. 432 coll. Plin. N. hist. VI, 5: *ultra quem* (fl. Billin) *gens Paphlagonia, quam Pylaemeniam aliqui dixerunt inclusam a Galatia . oppidum Mastya Milesiorum.* Cf. M. Fränkel Alterth. v. Perg. VIII, 2 p. 234. In laterculis, quorum mentionem feci not. 10, aliquot locis invenitur

φυλακίταις καὶ τοῖς ἄλλοις ἐ[πικού]||ροις[17] τοῖς κατοικοῦσιν ἢ ἐνεκτημένοις ἐν τ[ῆι πόλει] | ἢ τῆι χώραι, ὁμοίως δὲ καὶ γυναιξὶγ καὶ παισ[ίν]. || εἰς δὲ τοὺς παροίκους μετατεθῆναι[18] τοὺς ἐκ [τῶν] | ἐξελευθέρων καὶ βασιλικοὺς[19] τούς τε ἐνήλικα[ς][20] | καὶ τοὺς νεωτέρους, κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ τὰς γυναῖ|κας πλὴν τῶν ἠγορασμένων[21] ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου[22] | καὶ Φιλομήτορος[23] βασιλέων καὶ τῶν ἀνειλημμένω(ν)[24] || ἐκ τῶν οὐσιῶν τῶν γεγενημένων βασιλικῶν[25], κατὰ τα[ὐ]||τὰ δὲ καὶ τοὺς

τῶν ἀπὸ Μασδύης. Cf. Mitth. XXVII 1902 p. 120 n. 132, 4 (Alterth. v. Perg. VIII, 2 n. 316, 4). p. 121 n. 134, 2. 17 Cf. C. I. G. 4366 *x*, 1. 2: οἱ [ἐ]ν Λασ[. . α]ι παρα[φ]υ|λακῖται. Idem officium significari videtur, quod in Aegypto φυλακιτῶν appellatione indicatur. Cf. n. 85[3]. 96[2]. Fränkel. ἐ[πικού]ροις v. Prott et Kolbe Ath. Mitth. XXVII p. 109 not. 1. ἐ[μφρού]ροις Fränkel. 18 Ad id tempus igitur libertini eorumque liberi inquilinorum (παροίκων) iure non utebantur. Eandem fuisse in insula Ceo (Syll.[2] 522, 10 καὶ τοὺς μετοίκους καὶ τοὺς ἀπελευθέρους) et in Ephesiorum civitate (Syll.[2] 329, 44. 45 τοὺς ἰσοτελεῖς καὶ παροίκους καὶ ἱεροὺς καὶ ἐξελευθέρους καὶ ξένους) libertinorum condicionem observat Fränkel, sed hoc neutiquam proprium fuit certorum quorundam populorum, immo Athenis quoque et sine dubio ubique apud Graecos aliud fuit μετοίκων, aliud ἀπελευθέρων ius. 19 Servos regios. Apte Fränkelius affert Syll.[2] 846, 2 sqq.: ἐπὶ τοῖσδε ἀπέδοτο Δαμέας ὁ παρὰ τοῦ βασιλέως Ἀττάλου ὁ ἐπὶ τῶν ἔργων τῶν βασιλικῶν Ἀρτεμιδώραν τὰν βασιλικὰν παιδίσκαν, monetque magnum numerum eiusmodi servorum in variis opificii generibus occupatum fuisse, velut in *vestibus Attalicis* (Plinius N. hist. VIII, 196. XXXVI, 115) conficiendis et in charta Pergamena apparanda (Plin. N. hist. XIII, 70). Incertum genus officinarum regiarum commemorari Syll.[2] 604, 7 τῶν ἐργαστηρίων ὧν ἀνατέθηκα τὴν πρόσοδον. At num idem recte ad haec regia mancipia referat locum Demetrii Scepsii apud Athenaeum XV 697 *d*: Κτησιφῶν ὁ Ἀθηναῖος ποιητὴς τῶν καλουμένων κολάβρων, ὃν καὶ ὁ πρῶτος μετὰ Φιλέταιρον ἄρξας Περγάμου Ἄτταλος δικαστὴν καθεστάκει βασιλικῶν τῶν περὶ τὴν Αἰολίδα, admodum dubium est; etenim mihi quidem Meinekii emendatio βασιλικόν plane certa videtur. 20 Supplevit Wilhelm. ἐν ἡλικ(ί)α(ι) Fränkel. 21 Hanc exceptionem ad servas modo mulieres spectare non erat quod definite enuntiaretur, quia verborum ἠγορασμένων et ἀνειλημμένων notiones in liberas omnino non quadrant. Fr. 22 Attalus II (159—138 a. Chr. n.). 23 Cf. not. 3. 24 ΜΕΝΩ. Verbum ἀναλαμβάνειν de eis, quae re familiari alicuius publicata in aerarium fiscumve regium redigantur, legi apud Laertium Diogenem VII, 181: Ἑκάτων δέ φησιν ἐλθεῖν αὐτὸν (Chrysippum Solensem) ἐπὶ φιλοσοφίαν τῆς οὐσίας αὐτοῦ τῆς πατρῴας εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληφθείσης et apud Plutarchum de fraterno amore 11 p. 484 A: τέλος δ' ἁρπάσας γυναῖκα (Xeno Athenodori frater) καὶ καταδικασθεὶς ἀπώλεσε τὴν οὐσίαν εἰς τὸ Καίσαρος ταμιεῖον ἀναληφθεῖσαν observat Fränkel. 25 Hoc non ut v. 21 substantivum esse, sed adiectivum feminini generis ad οὐσιῶν relatum (ex rebus familiaribus, quae regiae factae sunt) vix est quod moneatur.

δημοσίους. ὅσοι δ[ὲ] τῶν κατοικούν|των ἢ ὅσαι ἐγλελοίπασιν ὑπὸ τὸν καιρὸν τῆς (τελευτῆς)[26] τοῦ βασιλέως | ἢ ἐγλίπωσιν τὴμ πόλιν ἢ τὴγ χώραν, εἶναι αὐτοὺς κα[ὶ] | αὐτὰς ἀτίμους τε καὶ τὰ ἑκατέρων ὑπάρχοντα τῆς ‖ πόλεως[27]. | τετράδι ἀπιόντος | [ἔδ]οξεν τῶι δήμωι, γνώμη στρατηγῶν· ἐπεὶ [ἐν τῶι γε|νομένω]ι ψηφίσματι περ[ὶ] τοῦ δοθῆναι πολιτεί[αν τοῖς | ἀναφερομένοις ἐ]ν ταῖς τῶ[μ] παρ[ο]ίκων ἀπογραφαῖς [καὶ ‖ τοῖς λοιποῖς γένεσιν τ]οῖς δηλουμένοις ἐν τῶι ψηφ[ί]σ[μα|τι καὶ περὶ τοῦ μετατεθῆναι εἰς τοὺς] παροίκους τοὺς [ἐκ | τῶν ἐξελευθέρων καὶ βασιλικοὺς κα]ὶ [δ]ημοσίους | --------------------

26 Vocem errore proclivi, aberrantibus lapicidae oculis a priore ΤΗΣ ad alterum, omissam restituit Fränkel. 27 Hanc gravem poenam eis qui urbe excesserunt proponi, ne Aristonici opes hominibus Pergamo ad illum transfugientibus augeantur neve oppidanorum vires ad illius impetum arcendum imminuantur, summa cum veri specie conicit Wilcken.

---

339 Tabula marmorea, inventa Sesti et delata in collectionem Calverti consulis Americani ad Hellespontum. Ex tribus ectypis et apographo versuum 1—30 ed. C. Curtius Hermae VII p. 113 sqq. Ex ectypo et apographo Calverti Μουσεῖον καὶ βιβλιοθήκη τῆς ἐν Σμύρνῃ εὐαγγελικῆς σχολῆς, περίοδος β', ἔτος β καὶ γ' (1876—1878) p. 18 n. 221 (Syll.[1] 246. A. Dumont, Mélanges d'archéologie et d'épigraphie, réunis par Th. Homolle, p. 451 sqq. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 245 n. 327). Cf. quae de titulo disputavit W. Jerusalem Wiener Studien I p. 32 sqq., ectypo a Benndorfio confecto usus. Nos paucis locis exceptis exemplum Smyrnaeum plenissimum et accuratissimum exprimimus.

['Επὶ ἱ]ε[ρέ]ως[1] Γλαυκίου [τ]ο(ῦ) Κιλλαίου[2], μηνὸς Ὑπ[ερβερε-

Litterae ΑΘΠΣ, quantum quidem ex nonnullorum locorum lectionibus a Curtio in inferiore margine enotatis cognoscere licet; nam ipsum titulum uterque editor minusculis modo litteris expressit. In varia lectione, quam annotabo, *M* exemplum Calverti in Museo Smyrnaeo expressum, *C* Curtianum, *J* Jerusalemianum sive Benndorfianum significat. 1 ΖΝ *C.* ων *J.* ως M. Cf. not. 2. 2 [κ]α[ὶ] Κιλλαίου Curtius, Jerusalem ..ος Κιλλαίου *M.* Cum apographa inter se dissentiant, propterea [τ]ο[ῦ] praetuli, quia multo magis ex more est, unum sacerdotem eponymum esse quam duos. Quod J. dicit, articulum additum a sermone huius tituli alienum esse (v. 2 Μένανδρος Ἀπολλᾶ. 92. 97. 99 Μηνᾶς Μένητος), discrimen notissimum quod in hac re inter

ταίου[3] ------------ ἔδοξεν] | τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι· Μένανδρος Ἀπολλᾶ εἶπε[ν]· ἐ[πειδὴ Μηνᾶς Μένητος ἀπὸ τῆ]ς | πρώτης ἡλικίας κάλλιστον ἡγησάμενος εἶναι τὸ [τῆι πατρ]ίδ[ι] χρήσιμον ἑαυτὸν | παρέχεσθαι, οὔτε δαπάνης καὶ χορηγίας οὐδεμιᾶς φειδόμενος οὔτε κακοπαθίαν[4] ‖ καὶ κίνδυνον ἐκκλίνων οὔτε τὴν ἀπαντωμένην καταφθορὰν τῶν ἰδίων τοῖς ὑπὲρ | τῆς πόλεως πρεσβεύουσιν ὑπολογιζόμενος[5], πάντα δὲ ταῦθ' ἡγούμενος δεύτερα καὶ | πρὸ πλείστου θέμενος τὸ πρὸς τὴν πατρίδα γνήσιον καὶ ἐκτενές, βουλόμενός τε τῶι | μὲν δήμωι διὰ τῆς ἰδίας σπουδῆς ἀεί τι τῶν χρησίμων κατασκευάζειν, ἑαυτῶι δὲ | καὶ τοῖς ἐξ ἑαυτοῦ διὰ τῆς ἀπαντωμένης ἐκ τοῦ πλήθους εὐχαριστίας δόξαν ἀ(ε)ίμνησ‖τον περιποεῖν, πολλὰς μὲν πρεσβείας ἐπιτε[λέσας πρὸς] τοὺς βασιλεῖς, ἐν αἷς πάντα | τὰ συνφέροντα κατηργάσατο μετὰ τῶν συνπρεσβευτῶν τῶι δήμωι, τάς τ' ἐνχειρισ|θείσας ἑαυτῶι πίστεις ὁσίως διεφύλαξεν· πραγματευθεὶς δὲ καὶ παρὰ Στράτωνι τῶι | στρατηγῶι τῆς Χερρονήσου καὶ τῶν κατὰ τὴν Θράικην τόπων[6] καὶ τῆς καλλίστης | ἀποδοχῆς ἀξιούμενος παρ' αὐτῶι διὰ τὴν ἐν τοῖς πιστευομένοις καθαρειότητα, ἐ‖κεῖνόν τε παρ⟨ε⟩ίστατο χρήσιμον γείνεσθαι τῆι πόλει[7], αὐτός τε πᾶσι τοῖς πολίταις | ἐκτενῶς προσηνέχθη· τῶν τε βασιλέων εἰς θεοὺς μεταστάντων[8] καὶ τῆς πόλεως | ἐν ἐπικινδύνωι καιρῶι γενομένης διά τε τὸν ἀπὸ τῶν γειτνιώντων

---

genetivum et reliquos casus intercedit plane neglexit. Quo anno Glaucias Cillaei f. sacerdos fuerit ignoramus, sed argumentum tituli demonstrat, aliquot annis post finem regni Pergameni (133 a. Chr.), non multo ante a. 120 a. Chr., haec decreta esse. 3 Postremus mensis anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis, respondens Atheniensium Boëdromioni, fastorum Iulianorum fere Septembri. 4 Cf. not. 13. 5 '*Nullam rationem habuit iacturae rei familiaris, quae legatis, dum reipublicae causa domo absunt, accidere solet*'. Dativus τοῖς ὑπὲρ τῆς πόλεως πρεσβεύουσιν pendet ab ἀπαντωμένην, non ab ὑπολογιζόμενος ut existimat J., qui omnino totum locum non recte intellexit. 6 Cf. n. 330[3]. Chersonesus post proelium ad Magnesiam commissum a Romanis Eumeni data erat. Incursionibus vicinorum Thracum maxime Attali II (159—138 a. Chr.) aetate vexabatur, quo tempore Diegylis homo bellicosissimus et crudelissimus Thracum imperium obtinebat. Cf. Appian. Mithr. 6. Quare Strato quem hic habemus Attali II copiarum dux fuisse videtur. C. 7 Praesidium quod urbem Sestum tueretur a Stratone missum esse probabiliter coniecit J. 8 I. e. post mortem postremi Pergamenorum regis Attali III (133 a. Chr.). Iure ex his J. collegit etiam Romanorum imperio aliquantisper divinos honores qui antea regibus decreti essent mansisse. Cf. n. 308[4].

Θραικῶν φόβον | καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐκ τῆς αἰφνιδίου περιστάσεως[9] ἐπιστάντων χαλεπῶν, Μηνᾶς | καὶ λέγων καὶ πράσσων διετέλει τὰ ἄριστα καὶ κάλλιστα, διδοὺς ἀπροφασίστως ἑ||αυτὸν εἰς πάντα τὰ συνφέροντα τῆι πόλει, τάς τε πρεσβείας ἀνεδέχετο προθύ|μως πρός τε τοὺς στρατηγοὺς τοὺς ἀποστελλομένους ὑπὸ Ῥωμαίων εἰς τὴν Ἀ|σίαν[10] καὶ τοὺς πεμπομένους πρεσβευτάς[11], ἐν αἷς ἐν οὐδενὶ καθυστέρησεν ὁ δῆ|μος, ἀλλὰ πάντα κατωικονομήσατο[12] διὰ τῆς τῶν πρεσβευόντων κακοπαθίας[13], | πρὸς οὕς τε ἐπρέσβευσεν δήμους ἐν καιροῖς ἀναγκαίοις τὰ λυσιτελῆ τῆι πατρίδι με||τὰ τῶν συνπρεσβευτῶν κατεσκεύασεν, ἔν τε ταῖς πολεμικαῖς περιστάσε|σιν ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν διατετέλεκεν περὶ τὸν δῆμον, ἱερεύς τε ἀποδειχθεὶς τοῦ | βασιλέως Ἀττάλου[14] ἀξίως ἀνεστράφη τοῦ δήμου, πᾶσαν ὑπομείνας φιλαγάθως | τὴν ἐν τοῖς δαπανωμένοις χορηγίαν, ἐπιστραφεὶς οὐ μόνον τῶν πολιτῶν [καὶ] | τῶν ἄλλων τῶν κατοικούντων τὴν πόλιν, ἀλλὰ καὶ τῶν παρεπιδημούντων || ξένων, περιτιθεὶς τὴν ἐκ τῶν ξένων εὐφημίαν τῆι πατρίδι· γυμνασί|αρχός τε αἱρεθεὶς[15]

---

9 Aristonici bellum indicari apparet. 10 L. Licinium Crassum Mucianum, M. Perpernam, M'. Aquillium, qui annis 132—129 a. Chr. exercitibus Romanorum in Asia praefuerunt, designari monuit J. 11 Ante bellum Aristonici quinque legatos Romanos in Asiam missos esse testatur Strabo XIV, 1, 38 p. 646 Cas., qui sine dubio hic intellegendi sunt. C. J. 12 Sc. ὁ δῆμος. J. 13 Non res adversas aut casum quendam infelicem, ut C. ceperat, significat vox, sed laborem et molestiam, itineris maxime, quam legati reipublicae causa in se suscipiunt. Sic Polybius III, 42, 9. IV, 8, 3 permultisque aliis locis hac voce utitur. Jerusalem p. 44. 47. Cf. etiam n. 244[10]. 'Omnia bene et ex voluntate composuit populus usus labore legatorum'. 14 Reges Pergamenorum eorumque uxores, etsi post mortem demum sollennis appellatio θεός et θεά nominibus addi solebant, et vivi et mortui sacra sacerdotesque habebant. Cf. n. 309, 4 sqq. τὸν ἱερέα [βασιλέως Εὐμέν]ους κα[ὶ] θεᾶς Ἀπολλωνίδος Εὐσεβοῦς καὶ τὴν ἱέρειαν αὐτῆς κα[ὶ βα]σιλίσσης Στρατονίκης. 313, 2. 3. 325, 3 ἱερέως θεοῦ Εὐμένου. 332, 12 ὁ ἱερεὺς τοῦ βασιλέως. 326, 20. 329, 46 Ἀττάλειον. 336, 4 Εὐμένειον. 325, 4. 326, 1 sqq. Ἀτταλισταί. Etiam feriae Ἀτταλείων καὶ Εὐμενείων n. 329, 40 et mensis Εὐμένειος n. 338, 2 haec sacra testantur. Ceterum utrum Menas Attali II (159—138) an Attali III (138—133 a. Chr. n.) sacerdos fuerit in medio relinquendum est. 15 Duos fuisse magistratus, quorum cura ad rem gymnasticam spectaret, ut Pergami (n. 332, 35 sqq.) sic etiam Sesti probabile est, γυμνασίαρχον, cui aetate provectiorum, i. e. epheborum et iuvenum (νέων) institutio mandata erat, et παιδονόμον, cuius officium ad pueros spectaret. Illi rursus subiunctus erat ἐφήβαρχος (not. 21).

τῆς τε εὐταξίας τῶν ἐφήβων καὶ τῶν νέων[16] προενοήθη, | τῆς τε ἄλλης εὐσχημοσύνης τῆς κατὰ τὸ γυμνάσιον ἀντελάβετο καλῶς καὶ | φιλοτίμως· κατεσκεύασεν δὲ τόν τε λουτρῶνα[17] καὶ τὸν ἐ[φε]‖ξῆς[18] οἶκον, ἀνέθ[η]κεν δὲ καὶ ἄγαλμα λευκοῦ λίθου, τά τε ἐλλείποντα καὶ ὄντα [ἀ]‖ναγκαῖα προσκατεσκεύασεν· ἔν τε τοῖς γενεθλίοις τοῦ βασιλέως καθ' ἕκαστον | μῆνα θυσιάζων[19] ὑπὲρ τοῦ δήμου διαδρομὰς ἐτίθει τοῖς τε ἐφήβοις καὶ τοῖς | νέοις, συνετέλει δὲ καὶ ἀκοντισμοὺς καὶ τοξείας, ἐτίθει δὲ καὶ ἐπαλείμ|ματα, διὰ τῆς ἑαυτοῦ φιλοδοξίας προτρεπόμενος εἰς ἄσκησιν καὶ φιλο|πονίαν τοὺς νέους, ἀνθ' ὧν ὁ δῆμος ἀποδεχόμενος αὐτοῦ τὸ φιλόσπουδον καὶ ‖ ἐκτενὲς συνεχώρησεν μὲν αὐτῶι τὰς ἐπιγραφάς[20], ἠξίωσεν δὲ ἐπαίνου διὰ | τῶν ψηφισμάτων, οἵ τε ἔφηβοι καὶ οἱ νέοι ἐστεφάνωσαν αὐτόν τε καὶ τὸν | ἐφήβαρχον[21], ὧν ἀποδεξάμενος τὴν τιμὴν τῆς δαπάνης αὐτοὺς παρέλυσεν, τάς | τε τῶν ὅπλων ἀναθέσεις ἐκ τῶν ἰδίων ἐποιήσατο· τοῦ τε δήμου προελομέ|νου νομίσματι χαλκίνωι χρῆσθαι ἰδίωι, χάριν τοῦ νομειτεύεσθαι[22] μὲν τὸν τῆς πό‖λεως

16 νέους aetate provectiores esse quam ἐφήβους cum alii multi tituli docent tum Syll.² 524, ubi παῖδες, ἔφηβοι, νέοι hoc ordine se excipiunt. J. 17 Cf. Syll.² 507: Εὐκρατίδης Καλλικράτου γυμνασιαρχήσας ἀνέθηκεν τὸν λουτρῶνα. 18 Ε...|..ΗΣ *C. I.* Ac Curtius quidem Ἑρ[μαθήν]ης supplet, quod J. refutat monens spatium non sufficere, ipse vero cuiusnam deae nomen lateat non assequi se fatetur. Quae difficultates tolluntur Calverti lectione et supplemento. 19 Sacra natalicia non quotannis modo, sed etiam per singulos menses obiri etiam alibi per regna orientis videmus. Cf. n. 56, 34 cum not. 53. 383, 133. Item dies regni initi quoque mense rediens celebratur n. 49, 9. 56, 34. 90, 47. 20 Permisit ei populus, ut donis quae deis consecrabat nomen et magistratus bene gesti mentionem inscriberet (cf. v. 94). De indicibus victorum publice proponendis interpretatur J., sed id utique fieri debebat neque gymnasiarchi honoris causa fiebat, sed eorum qui vicerant; neque ἀνθ' ὧν ad certamina modo epheborum et iuvenum, sed ad omnia quae Menas in magistratu bene gesserat spectare videntur. 21 Gymnasiarchus cum et ephebis et iuvenibus praefuerit (not. 15), sequitur ut ephebarchus, quem solorum epheborum curam habuisse ipsum nomen indicat, minoris dignitatis magistratus sit et illius imperio subiectus. Distingui hos magistratus etiam ab Arriano diss. Epict. III, 7, 19 monuit J. 22 Cf. Amherst papyri II p. 183 n. CV, 19 χρυσοῦ νο[μίσμα]τα δύο ἰδιωτικ[ῷ ζυ]γῷ νομιτευόμενα. Oxyrhynchos papyri I p. 225 n. CXL, 20 χρυσοῦ νομίσματα ἐννέα ἰδιωτικῷ ζυγῷ νομιτευόμενα. v. 22 ἑτέρου νομισματίου ἥμισυ καὶ αὐτὸ νομιτευόμενον. Greek papyri in the Brit. Museum I p. 208 n. CXIII, 3, 10. 6, 23. 6 *b*, 33. Berliner gr. Urk. I p. 299 n. 307, 10 ὡς νομιτεύεται. Titulus Cilicius Journal of Hell. studies XII (1891) p. 323 n. 12, 7. 8: μέτροις οἷς ἡ

χαρακτῆρα, τὸ δὲ λυσιτελὲς τὸ περιγεινόμενον ἐκ τῆς τοιαύτης προσόδου | λαμβάνειν τὸν δῆμον, καὶ προχειρισαμένου[23] τοὺς τὴν πίστιν εὐσεβῶς τε καὶ | δικαίως τηρήσοντας, Μηνᾶς αἱρεθεὶς μετὰ τοῦ συναποδειχθέντος τὴν κα|θήκουσαν εἰσηνέγκατο ἐπιμέλειαν, ἐξ ὧν ὁ δῆμος διὰ τὴν τῶν ἀνδρῶν δι|καιοσύνην τε καὶ φιλοτιμίαν χρῆται τῶι ἰδίωι νομίσματι, ἔν τε ταῖς ἄλλαις ἀρ‖χαῖς καὶ λειτουργίαις, εἰς ἃς ὁ δῆμος αὐτὸν προκεχείρισται, ἴσον ἑαυτὸν καὶ δί|καιον παρείσχηται[24], βουλόμενος στοιχεῖν τοῖς ὑφ' ἑαυτοῦ πρασσομένοις καὶ κα|τὰ μηθὲν ἐνλείπειν τῆι πρὸς το πλῆθος εὐνοίαι, φυλάσσειν δὲ ὀρθῶς καὶ δι|καίως τὰς ἐνχειριζομένας αὐτῶι πίστεις· τό τε δεύτερον παρακλη|θεὶς γυμνασιαρχῆσαι ὑπέμεινεν ἐν καιροῖς δυσκόλοις, τεθλειμμένων ἡμ[ῶν] ‖ ἐξ ἐτῶν πλειόνων διά τε τὰς Θραικίους ἐπιδρομὰς[25] καὶ τοὺς περιστάντας τὴν | πόλιν πολέμους[26], ἐν οἷς ἀπήχθη μὲν τὰ ἀπὸ τῶν ἀγρῶν πάντα, ἄσπορος δὲ ἡ πλεί|στη χώρα ἐγένετο, αἵ τ' ἐπιγενόμεναι κατὰ τὸ συνεχὲς ἀφορίαι τοῦ σίτου εἰς ἀπορί|αν κατὰ κοινόν τε τὸν δῆμον ἤγαγον καθ' ἰδίαν τε ἕκαστον τῶν πολιτῶν, ἐν οἷς | καὶ Μηνᾶς (ἦ)ν[27] πολλοῖς τεθλειμμένος· πάντα δὲ ταῦτα παραιτησάμενος, τῶι θε[ω‖ρ]εῖν[28] τὸν δῆμον εὐχάριστον ὄντα καὶ τιμᾶν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐπιστάμενον, | ὑπερέθετο ἑαυτὸν[29] ταῖς τε δαπάναις καὶ τῆι λοιπῆι φιλοδοξίαι· εἰσελθὼν γὰρ εἰς | τὴν

πόλις νομιτεύεται. Vides scripturam sine σ neutiquam ad errorem quadratarii referendam esse, etsi apud scriptores sane νομιστεύω traditum est, ut in loco a J. allato Polybii XVIII, 34, 7: τῆς δωροδοκίας ἐπιπολαζούσης — καὶ τοῦ χαρακτῆρος τούτου νομιστευομένου παρ' Αἰτωλοῖς. 23 De hominibus haec vox ita ut significet 'eligere' perfrequenter usurpatur a Polybio, veluti II, 43, 1. IV, 50, 5. J. Praeterea cf. Syll.^{2} 279, 5: προχειρισθεὶς καὶ ὑφ ὑμῶν πρεσβεῦσαι. 408, 14: τὸν ἄρχοντα — ὃν προεχειρίσασθε. 24 Cf. n. 323, 3. Syll.^{2} 226, 4. 270, 13. 314, 63. 66. 69. 330, 30. 342, 24. 928, 54. 929, 105. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 185. 25 Cf. not. 6. 26 Cf. not. 9. 27 ΕΝ lapis, quod emendavi. 28 Supplevi. ΘΕ.|.ΕΙΝ lapis ex Curtii testimonio, quod accuratissime cum meo supplemento convenit, non item cum illius θε[ραπεύ]ειν. Neque iis malis quibus populus afflictus erat mederi (sic vocabulum παραιτησάμενος interpretatur J. provocans ad Polyb. IV, 18, 11) Menas poterat observando et colendo populum. Immo hoc dicitur: His malis succurrere conatus est, *quia videbat* gratum esse populum et honoribus afficere solere homines de se bene merentes. Cf. v. 89, ubi in eadem re eodem verbo utitur. 29 Cf. n. 332, 2 [οὐδενὸ]ς τὸμ βασιλέα εὐνοίαι ὑπερ[τιθ]ε[μένου εἰς] ἑ[αυτ]όν. ὑπερτίθεσθαι 'superare' (quod apud Atticos ὑπερβάλλειν est) apud Polybium frequentissimum esse monuit J.

ἀρχὴν τῆι νουμηνίαι συνετέλεσεν μὲν θυσίας τῶι τε Ἑρμεῖ καὶ τῶι Ἡρακλ[εῖ] | τοῖς καθιδρυμένοις ἐν τῶι γυμνασίωι θεοῖς ὑπὲρ τῆς τοῦ δήμου καὶ τῆς τῶν νέων σωτη|ρίας, ἐπετέλεσεν δὲ καὶ διαδρομὰς καὶ θέσεις ἀκοντισμοῦ καὶ τοξείας, τῆι δ' ἐσχά‖τηι καλλιερήσας[30] ἐκάλεσεν ἐπὶ τὰ ἱερὰ οὐ μόνον τοὺς μετέχοντας τοῦ ἀλείμματος, | ἀλλὰ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας, ποιούμενος τὴν μετάδοσιν τῶν ἱερῶν καὶ τοῖς ξέ|νοις· καθ' ἕκαστόν τε μῆνα ἐπιτελῶν τὰς πρεπούσας θυσίας ὑπὲρ τῶν νέων τοῖς | προεστηκόσιν τοῦ γυμνασίου θεοῖς φιλαγάθως καὶ μεγαλομερῶς ἐχρῆτο τιθεὶς δια|κοντισμούς τε καὶ τοξείας καὶ διαδρομὰς ἐπιτελῶν, μεταδιδοὺς μὲν τοῖς νέοις τῶν ‖ καλλιερουμένων ὑφ' ἑαυτοῦ ἱερῶν, προτρεπόμενος δὲ διὰ τῆς τοιαύτης φιλοδοξίας | πρὸς ἄσκησιν καὶ φιλοπονίαν τοὺς νέους, ἐξ ὧν αἱ τῶν νεωτέρων ψυχαὶ πρὸς ἀνδρείαν ἁμιλλώμεν|αι καλῶς ἄγονται τοῖς ἤθεσιν πρὸς ἀρετήν· μετεδίδου δὲ τοῖς ἀλειφομένοις τῶν ἱερῶν | τῶν ἀπὸ τοῦ ἀλείμματος εἰς οἶκον[31], κοινὴν ποιούμενος τὴν φιλανθρωπίαν καὶ τοῖς ξένοις | τοῖς μετέχουσι τοῦ ἀλείμματος· προσηνέχθη δὲ φιλανθρώπως καὶ τοῖς τὰς ἀκροάσεις ‖ ποιησαμένοις πᾶσιν, βουλόμενος καὶ ἐν τούτοις διὰ τῶν πεπαιδευμένων τὸ ἔνδοξον | περιτιθέναι τῆι πατρίδι· ἐπεμελήθη δὲ καὶ τῆς τῶν ἐφήβων καὶ νέων παιδείας, τῆς τε λοιπῆς | εὐσχημοσύνης τῆς κατὰ τὸ γυμνάσιον προενοήθη, ἐχορήγησεν δὲ καὶ ξύστρας καὶ ἐπα|λείμματα ἔθηκεν, συνετέλεσεν δὲ καὶ ἀγῶνα τῶι Ἑρμεῖ καὶ τῶι Ἡρακλεῖ ἐν τῶι Ὑπερβερεταίωι[32] | τιθεὶς ἆθλα πάντων τῶν ἀθλημάτων τοῖς τε νέοις καὶ τοῖς ἐφήβοις ὅπλα ἐπίσημα ἐνδεδεμένα ‖ ἐν ὁπλοθήκαις, ἐφ' ἃ ἐπιγράψας τοὺς νικήσαντας τὴν ἀνάθεσιν αὐτῶν παραχρῆμα ἐν τῶι γυ|μνασίωι ἐποιήσατο· ἔθηκεν δὲ καὶ δευτερεῖα θέματα· ἔθηκεν δὲ καὶ παισὶν ἆθλα καὶ ὁπλομαχίας | θέματα ἐφήβοις τε καὶ ἀνδράσιν, ὁμοίως δὲ καὶ διατοξείας καὶ διακοντισμοῦ· ἔθηκεν δὲ καὶ | ὅπλα μακροῦ δρόμου[33] καὶ εὐτα-

---

30 Propriam vocabuli vim evanuisse neque quicquam praeter simplicem sacrificandi notionem inesse monuit J. allato Polybii loco III, 11, 6, ubi felicis eventus notio certe non necessaria esset. Cf. praeterea n. 332, 17 et Syll.² 19, 5. 31 Munificentia in hac quoque re inest, nam aliis in sacrificiis sedulo cavebatur, ne homines, quae in epulis sacris comedere non possent, secum domum asportarent. Cf. Syll.² 589, 31: τῶν δὲ κρεῶν μὴ εἶναι ἐκφορὴν ἔξω τοῦ τεμένεος. 615, 26: δαινύσθων αὐτοῦ. 632, 10: τῶν δὲ κρεῶν μὴ φέρεσθαι. 32 Cf. not. 3. 33 Duo sunt lampadedromiae

ξίας[34] καὶ φιλοπονίας[35] καὶ εὐεξίας[36]· συντελέσας δὲ καὶ θυσίαν τοῖς | προγεγραμμένοις θεοῖς καὶ κατατροχάσας τὴν εὐανδρίαν κατὰ τὸν νόμον[37], ἐκάλεσεν ἐπὶ τὰ ‖ ἱερὰ τοὺς ἀλειφομένους πάντας καὶ τοὺς ξένους τοὺς μετέχοντας τῶν κοινῶν, λαμπρὰν | ποιησάμενος τὴν ὑποδοχὴν καὶ ἀξίαν τῶν θεῶν καὶ τοῦ δήμου· ἵνα οὖν καὶ ὁ δῆμος φαί|νηται τοὺς καλοὺς καὶ ἀγαθοὺς τῶν ἀνδρῶν τιμῶν καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πρώτης ἡλικίας φιλοτί|μους γινομένους περὶ τὰ κοινὰ καὶ φιλοδοξεῖν προαιρουμένους ἀποδεχόμενος, καὶ ἐν χάριτος | ἀποδόσει μὴ λείπηται, θεωροῦντές τε καὶ οἱ λοιποὶ τὰς περιγινομένας τιμὰς ἐκ τοῦ δήμου ‖ τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς, ζηλωταὶ μὲν τῶν καλλίστων γίνωνται, προτρέπωνται δὲ πρὸς ἀρετήν, | ἐπαύξηται δὲ τὰ κοινὰ παρορμωμένων πάντων πρὸς τὸ φιλοδοξεῖν καὶ περιποιούντων ἀεί τι τῆι | πατρίδι τῶν καλῶν· τύχηι τῆι ἀγαθῆι, δεδόχθαι τῆι βουλῆι καὶ τῶι δήμωι, ἐπῃνῆσθαι Μηνᾶν | Μένητος ἐπί τε τοῖς προγεγραμμένοις πᾶσιν καὶ ἐφ᾽ ἧι ἔχων εὐνοίαι διατελεῖ πρὸς τὸν δῆμον, | συνκεχωρῆσθαι δὲ αὐτῶι καὶ τὴν τῶν ὅπλων ἀνάθεσιν ἐπιτελέσαι ποιουμένωι τὰς ἐπιγραφὰς καὶ ‖ ὅτι ἐστεφάνωται ὑπό τε τῶν ἐφήβων καὶ τῶν νέων· στεφανοῦσθαι δὲ αὐτὸν καὶ ὑπὸ τοῦ δήμου ἀνὰ πᾶν [ἔ]|τος[38] τῆς πανηγύρεως ἐν τῶι γυμνικῶι ἀγῶνι χρυσῶι στεφάνωι, τὴν ἀναγόρευσιν τοῦ κήρυκος | ποιουμένου κατὰ τάδε· ‘‘Ὁ δῆμος στεφανοῖ Μηνᾶν Μένητος γυμνασιαρχήσαντα δὶς καλῶς καὶ | φιλοδόξως, ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας τῆς εἰς ἑαυτόν’. στῆσαι δὲ αὐτοῦ καὶ εἰκόνα χαλκῆν | ἐν τῶι γυμνασίωι ἐφ᾽ ἧς ἐπιγραφήσεται· ‘‘Ὁ δῆμος καὶ οἱ νέοι Μηνᾶν Μένητος γυμνασιαρχήσαν‖τα δὶς

genera, μακρὸς et μικρὸς δρόμος. Cf. Syll.^{2} 681, 8: λελαμπαδαρχηκὼ[ς καὶ τ]ὸν μακρὸν δρόμον νενικηκώς. 685, 3: νικήσαντα Παναθήναια τὸν μακρὸν δρόμον. 34 Cf. victorum recensum Samium Syll.^{2} 673, 4: εὐταξίαι· Καλλίδρομος Ἐξακεστᾶ. v. 17: εὐταξίαι· Ἀσκληπιάδης Δημοκράτου. 35 Syll.^{2} 673, 5: φιλοπονίαι· Σώπατρος Ἐξακεστᾶ. v. 18: φιλοπονίαι· Ἀπολλᾶς Ἀπολλωνίου. 36 Hoc certaminis genus redit in laterculis Samiis et Trallianis Syll.^{2} 672, 3: εὐεξίαν Ἀντίοχος Ἀντιόχου. 673, 3: εὐεξίαι· Ἀπολλώνιος Ποσειδίππου. v. 16: εὐεξίαι· Ἡγεμονεὺς Πορθεσιλάου. 674, 5. 6: εὐεξίαι | Πυθαγόρας Πυθαγόρου. 37 Locutio satis obscura. Nescio an κατατροχάζειν hic notionem exercendi habeat, ut gymnasiarchum virtutem iuvenum crebris exercitationibus et laboribus iniungendis aluisse et expertum esse praedicetur. Utique εὐανδρίας ἀγών (Syll.^{2} 668^{11}) hic in censum non venit. 38 Cf. Syll.^{2} 1298^{8}. 342, 46 στεφανοῦσ[θα]ι δὲ αὐτὸν καὶ εἰς τὸν [λοιπὸ]ν χρ[όν]ον καθ᾽ ἕκαστον ἔτος ἐν τοῖς Διονυσίοις χρυσῷ στε[φάνῳ].

καλῶς καὶ φιλοδόξως καὶ ἀγαθὸν ἄνδρα γεγονότα περὶ τὸν δῆμον'. καλεῖσθαι δὲ αὐ|τὸν καὶ ἐκγόνους εἰς προεδρίαν ἐν πᾶσι τοῖς ἀγῶσιν, οἷς ἂν ἐπιτελῆι ὁ δῆμος· ποιεῖσθαι δὲ | τοῦ στεφάνου τὴν ἀνάρρησιν τὸν κατ' ἐνιαυτὸν γινόμενον ⟨ον⟩ ἀγωνοθέτην· ἐπεὶ δὲ | βουλόμενος διὰ τὴν ὑπάρχουσαν περὶ τὰ κοινὰ στενοχωρίαν χαρίζεσθαι καὶ ἐν τούτοις | τῆι πόλει ἀναδέχεται ἐκ τῶν ἰδίων τὸ ἀνήλωμα τὸ εἰς τὸν ἀνδριάντα, προνοηθήτω⟨ι⟩ ‖ ἵνα ὡς κάλλιστος σταθῆι, ἀναγραψάτω⟨ι⟩ δὲ καὶ εἰς στήλην λευκοῦ λίθου τόδε τὸ ψήφι|σμα καὶ στησάτω⟨ι⟩ εἰς τὸ γυμνάσιον.

VI.

Regna Asiana minora.

1. Bithynia.

340 Cii (*Ghemlek*), lapis inaedificatus in angulo domus sitae ad portum. Ed. Ph. E. Legrand Bulletin de corr. Hell. XVII 1893 p. 542 n. 22. Cf. quae adnotavit E. Meyer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 518.

[Προυσίας[1] | βασι]λε[ὺ]ς[2] Κ[α]λ|λίνεικος[3] κτ[ίσ]|της τῆς πόλε‖ως[4].

Litterae ΠΣ; versu 3 litterae N et E inter se ligatae. 1 Supplevi. Legrand titulum a versu 2 incipere sibi persuasit. At cum illius litterae partim perierint, partim a superiore parte mutilae sint, neutiquam improbabile est ante eum aliquid periisse. Neque ullo pacto credibile est regem vocabulis [βασι]λε[ὺ]ς Κ[α]λλίνικος indicatum esse in monumento honorario, omisso proprio nomine. Nam quod n. 338, 23. 24 in tenore decreti legitur ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου καὶ Φιλομήτορος βασιλέων, id alius generis est. Regem vero hic designari Prusiam I Ziaëlae filium (fere 235—183 a. Chr. n.) certum est. Cf. not. 4. 2 ΛL۱Σ. Supplevit Legrand. 3 ΚΛΛ, quod emendavit Legrand. Cum ex scriptura per diphthongum, tum ex litterarum ligatura certissime colligitur, non Prusiae I aetate haec incisa esse, sed Romanorum imperio. Atque etiam nominativus casus non usitatus est in titulis statuarum, quae principi cuipiam ab aequalibus honoris causa ponuntur, sed legitimus in imaginibus hominum illustrium priorum saeculorum quibus fora aut aedificia publica exornari solebant. 4 Anno 202 a. Chr. n. cum discidium ortum esset inter Prusiam et Cianos, Philippus Demetrii f.,

cuius sororem Apamam ille in matrimonio habebat, ei auxilio venit urbemque Cium expugnatam crudelissime habuit. Cf. Polyb. XV, 23, 8 sqq. φίλων ὑπαρχόντων καὶ συμμάχων Αἰτωλῶν Λυσιμαχέων Καλχηδονίων Κιανῶν, βραχεῖ χρόνῳ πρότερον πρῶτον μὲν προσηγάγετο (Philippus) τὴν Λυσιμαχέων πόλιν, — δευτέραν δὲ τὴν Καλχηδονίων, τρίτην δὲ τὴν Κιανῶν ἐξηνδραποδίσατο, στρατηγοῦ παρ' Αἰτωλῶν ἐν αὐτῇ διατρίβοντος καὶ προεστῶτος τῶν κοινῶν. Προυσίας δέ, καθὸ μὲν ἡ πρόθεσις αὐτοῦ συντελείας ἔτυχε, περιχαρὴς ἦν, καθὸ δὲ τὰ μὲν ἆθλα τῆς ἐπιβολῆς ἕτερος ἀπέφερεν, αὐτὸς δὲ πόλεως οἰκόπεδον ἔρημον ἐκληρονόμει, δυσχερῶς διέκειτο, ποιεῖν δ' οὐδὲν οἷός τε ἦν. XVIII, 4, 5. 5, 4. Liv. XXXII, 33, 16. 34, 6. Prusias urbem novam aedificavit in loco Cii dirutae et a suo nomine appellavit. Cf. Strabo XII, 4, 3 p. 563: κατέσκαψε δὲ τὴν Κίον Φίλιππος ὁ Δημητρίου μὲν υἱός, Περσέως δὲ πατήρ, ἔδωκε δὲ Προυσίᾳ τῷ Ζήλα, συγκατασκάψαντι καὶ ταύτην καὶ Μύρλειαν ἀστυγείτονα πόλιν, πλησίον δὲ καὶ Προύσης οὖσαν· ἀναλαβὼν δ' ἐκεῖνος ἐκ τῶν ἐρειπίων αὐτὰς ἐπωνόμασεν ἀφ' ἑαυτοῦ μὲν Προυσιάδα πόλιν τὴν Κίον, τὴν δὲ Μύρλειαν Ἀπάμειαν ἀπὸ τῆς γυναικός. Haec est Prusias ad mare (Προυσιὰς ἡ ἐπιθαλάσσιος Memnon ap. Photium biblioth. cod. 224 p. 233 *b*, 23. Προυσιέων τῶν πρὸς θαλάσσηι legitur in nummis reginarum Orsobaridis et Orodaltidis, cf. Th. Reinach Revue numismatique Ser. III T. V 1887 p. 354 sqq.), probe distinguenda illa quidem cum a Prusiade ad Hypium, quae ante fuerat Cierus (Memnon. ibid. p. 229 *b*, 39), tum a Prusa ad Olympum.

---

341 Apterae Cretae in muro. Ed. B. Haussoullier Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 424 n. 2. Imaginem tituli accurate delineatam proposuit R. Weisshäupl Jahreshefte des österr. arch. Instituts I (1898) Beiblatt p. 103.

[Ἔδοξε τᾶι βωλᾶι καὶ τῶι δάμωι· | ----]οτος Ἀρχε[---- εἶ|πε]ν· βασιλέα | [Π]ρουσίαν[1] βασιλέω[ς] | Προυσίου[2] πρόξενον ‖ ἦμεν καὶ εὐεργέ|ταν αὐτὸν καὶ ἐκγό|νος.

Ἔδοξε τᾶι βωλᾶι καὶ | τῶι δάμωι· Νικίας ‖ Καραίω εἶπε· | Διντίποριν[3] Σκι|πράζιος[4] Προυσιέα[5], | Διονύσι[ο]ν Ἀπατου‖[ρ]ίου Νικομηδῆ, Διν‖[τί]ποριν [Δ]ι(λ)ιπόρ[ιο]ς[6] | --------

---

Litterae volgares praeter ΑΙΞΠΣ; ΟΩ minore quam reliquae modulo exaratae. 1 Prusias II Prusiae f. (fere 183—149 a. Chr. n.). Cf. n. 327[3. 4]. 2 Prusias I Ziaëlae f. (fere 235—183 a. Chr. n.). Cf. n. 340[1. 4]. 3 Consentaneum est his hominibus Bithynis una cum rege, a quo fortasse legati ad Apteraeos missi erant, proxeniam datam esse. Nomen barbarum Thraciam originem prae se fert, quod non mirum est, siquidem Bithynos Thracas fuisse constat. Cf. Herodot. III, 90: Θρήϊκες οἱ ἐν τῇ Ἀσίῃ. VII, 75: οὗτοι δὲ (Θρήϊκες) διαβάντες μὲν ἐς τὴν Ἀσίην ἐκλήθησαν Βιθυνοί. Thuc. IV, 75, 2: διὰ Βιθυνῶν Θρᾳκῶν οἵ εἰσι πέραν ἐν τῇ Ἀσίᾳ (ubi enuntiatum relativum delevit Cobet). Xen. Hell. I, 3, 2. III, 2, 2. Anab. VI, 2, 17 sqq. Scylax Peripl. 92

p. 67, 8 Müller. Diodor. XIV, 38, 3. Arrian. Anab. I, 29, 5, quos locos affert E. Meyer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III, 1 p. 510. Thracum vero sermonis propria esse constat nomina virorum composita, quorum altera pars est -πορις, ut Ἀβρούπορις (sic apud Polyb. XXII, 8, 2 in codice M, alibi Ἀβρούπολις), Αὐλούπορις, Κετρίπορις (Κεδρήπολις), Μουκάπορις, Ῥησκούπορις (Ῥησκούπολις). Ipsum Δινδίπορις, media pro tenui substituta, est in titulo Calchedonio C. I. G. 3795, 2, genetivus Δενδουπόρεος legitur apud Lebas Inscr. III, 658, 2, quod idem nomen esse rectissime iudicat J. H. Mordtmann Mitth. des arch. Inst. zu Athen V 1880 p. 84. Atque hi quidem tituli omnes Asiani sunt. Sed in lapide Thraciae Europaeae Bull. de corr. Hell. XXII p. 480 sqq. quod invenitur nomen Δυτούπορις (v. 77), cuius prius membrum redit in Δυτούτραλις (v. 58. 82. 102. 104. 108. 115. 117. 124. 132), ut etiam Μουκάπορις et Μουκάτραλις identidem recurrunt, nescio an idem sit ac Διντίπορις. 4 Sic Weisshäupl. [Ἀ]σκιπράζιος Hauss. Sed in Weisshäuplii imagine etsi inter N et Σ sane maius spatium vacuum intercedit quam alibi plerumque inter binas litteras, tamen paulo ante inter ΠΟΡ et IN non minus magnum intervallum est, ubi tamen manifesto nihil periit. Σκίπραζις neque ipsum neque alterutra ex partibus compositonis usquam in monumentis Thraciis et Bithynicis comparet, sed originem prodit littera ζ, quae ut in Graecis nominibus rara, sic in Thraciis perfrequens est cum initio (Ζειπᾶς Bull. de corr. Hell. VIII 1884 p. 49 n. IX, 2. Ζουράζεις Bull. de corr. Hell. XXII p. 480 v. 26. Ζιακατράλιος Revue arch. N. S. XXXVI 1878 p. 298. Ζιαήλας, Ζιποίτης) tum in media voce, ut Βύζης, Δῆζος C. I. G. 2053 b, 3. Ἰζίμαρτος supra n. 304, 7. Αὐλούζενις Bull. de corr. Hell. XXII 1898 p. 480 v. 22. 26. 31. 48. 49. 50. 68. 81. 87. 122. 123. 143. Δορζένθης ibid. v. 66. Revue arch. N. S. XXXVI 1878 p. 296. Βρίζενις vel Βρείζενις illic v. 57. 58. 59. 96. 111. 151. Rev. arch. N. S. XXXVI p. 298. Βρινκάζεις illic v. 56. 127. Βρινκαζέρεος v. 70. 106. 126. 147. 169. Διζένεος v. 91. 5 Patria Dintiporidis Prusias ad mare (cf. n. 340[4]) fuisse videtur, oppidum maritimum quod multitudine incolarum et opibus vix multo infra Nicomediam regni caput erat, cum Prusias ad Hypium minoris momenti fuisse videatur. 6 ΔΙΔΙΓ⸧ΡοΣ Hauss. /ΙΑΙΠΟΡ..Σ Weisshäupl. Qui Διαιπόρ[ιος] scripsit; sed malui lenissima emendatione nomen Thracium restituere, cuius in ipsa Bithynia quinque alia exstant exempla. Cf. Mitth. des arch. Inst. IV 1879 p. 19. XVII 1892 p. 80: μνῆμα Διλίπορις Ἄπφου ζῶν κατεσκεούασεν ἑαυτῷ. C. I. G. II Add. p. 1017 n. 2143*g* Δυλύπορις | Πατᾶ χαῖρε. Mitth. des Inst. in Athen IV 1879 p. 19: Στράτων | Διλιπόρι | χαῖρε. V 1880 p. 84: Μήνιος | Διλιπόρηος | χαῖρε. Bulletin de corr. Hell. XVII 1893 p. 543 n. 24, 2, ubi in ΔΙΑΝΓΟΡΕΩΣ, quod editor sane non attigit, quin ΔΙΛΗΠΟΡΕΩΣ lateat nullus dubito. Manifesto eadem prior compositi pars agnoscenda est in Διλιτριανόν Mitth. des arch. Inst. in Athen X 1885 p. 335, 4. Inter Thracas Europaeos habes Δαληπόρεος Bull. de corr. Hell. XXII p. 480 v. 73. Δαληζάλεος v. 113. Δαλητράλεος v. 149. 168. Vocalis primae syllabae discrepantia non vetat haec ad eandem stirpem referre atque illa, praesertim cum inter hunc titulum et illum praeter loci discrimen etiam ingens temporis intervallum intercedat. Nam ille anno 202 p. Chr. n. incisus est. Cf. Syll.[2] 932[2].

342 Basis marmorea inventa Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bulletin de corr. Hell. VI (1882) p. 337 n. 39. Cf. quae adnotavit Th. Homolle Bull. de corr. Hell. VIII 1884 p. 104.

Σωσίων Εὐμένους Οἰναῖος[1], ἱε|ρεὺς ὤν, ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθη|ναίων καὶ ὑπὲρ βασιλέως Νικομή|δου[2] ἀνέθηκεν τὸν ναὸν καὶ τὸ ἄγαλ||μα Ἴσιδος Νεμέσεως[3] ἐπὶ ἐπιμελητοῦ | τῆς νήσου Διονυσίου τοῦ Νίκωνος | Παλληνέως[4].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Eiusdem sacerdotis nomen praeter duas alias Isidis Nemeseos dedicationes (cf. not. 3) exhibent tituli item Delii C. I. G. 2299: Ἀπολλώνιος Διοσκουρίδου | Νεαπολίτης Ἀνούβιδι ὑπὲρ ἑαυ|τοῦ καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τῶν | παιδίων, ἐπὶ ἱερέως Σωσίωνος | τοῦ Εὐμένους Οἰναίου. Bull. de corr. Hell. VI 1882 p. 338 n. 4: Σωσίων Εὐμένους Οἰναῖος, | ἱερεὺς γενόμενος, τὴν ἑαυ|τοῦ θυγατέρα Ἡδῆαν, | κανηφορήσασαν τῶι Διονύ|σῳ ἐν τῷ ἐπὶ Παραμόνωι (*sic*) ἄρχοντος | ἐνιαυτῶι, θεοῖς. Paramonus archon etiam in populiscito Atheniensium C. I. A. II 475, 1. 2 est: ἐπὶ Διονυσίου ἄρχοντος τοῦ μετὰ Παράμονον. Tempore suppar fuit Polyclito (not. 4). Quorum archontum aetas ita certe definita est, ut ambos intra annorum 120—110 a. Chr. n. spatium magistratu functos esse constet. V. not. 3. V. von Schöffer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 591. Sacerdotium, quo Sosio fungebatur, Sarapidis est. Cf. von Schoeffer de Deli insulae rebus p. 237. 2 Nicomedem II Epiphanem Prusiae f. (149—92 a. Chr. n.) intellegi ea quae ex sacerdotis et epimeletae nominibus de tituli aetate discimus (not. 1. 4) demonstrant. Cf. n. 343[2]. 3 Cf. Bull. de corr. Hell. VI 1880 p. 336 n. 38: Σωσίων Εὐμένους Οἰναῖος ἱερεύων (an ἱερεὺ[ς] ὤν?) Ἴσιδι | Νεμέσει. p. 337 n. 40: Ὁ ἱερεὺς τοῦ Σαράπιδος | Σωσίων Εὐμένους Οἰναῖος | ὑπὲρ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναί|ων καὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαίων | Ἴσιδι Νεμέσει. Apud Apuleium Metam. XI, 5 inter alia nomina, quibus se per diversas orbis terrarum regiones ab incolis invocari praedicat Isis, etiam *Rhamnusiam* repperiri, quae est notissima Nemeseos epiclesis, monet W. Drexler ap. Roscherum Lexikon der gr. u. röm. Mythologie II 1 p. 544, qui idem nonnunquam imagines Isidis solennibus Nemeseos attributis ornari observat. 4 Eiusdem hominis frequens est memoria in titulis Deliacis. Epimeletae munere fungitur praeter hoc monumentum etiam in aliis (Bull. de corr. Hell. III 1879 p. 471 n. 4. VI 1882 p. 491 n. 3, 2—4. p. 494 n. 11, 5. XI p. 273 n. 36, 45). De aetate coniecturam facere licet ex inscriptione item Delia Bull. de corr. Hell. II 1878 p. 397 n. 3: Διονύσιος Νίκωνος | Παλληνεύς, ἐπιμελητὴς | γενόμενος Δήλου ἐν τῷ ἐπὶ | Πολυκλείτου ἄρχοντος | ἐνιαυτῶι, Διὶ Ἑρκείωι | ἀνέθηκεν. Nam Polyclitus archon Atheniensium, qui redit C. I. Att. II, 461, 1: ἐπὶ Ἰάσονος ἄρχοντος τοῦ μετὰ Πολύκλειτ[ον], paenultimo alterius a. Chr. n. saeculi decennio in magistratu fuisse videtur (cf. not. 1). Neque pugnat cum hac temporis definitione testimonium tituli Delii Bull. de corr. Hell. IX 1885 p. 379: Σέρουιον Κορνήλιον Σερουίου υἱὸν Λέντολον, στρατηγὸν ἀνθύπατον Ῥωμαίων, Διονύσιος Νίκωνος Ἀθηναῖος — Ἀπόλλωνι. Nam propter magistratus designationem

quae est στρατηγὸν ἀνθύπατον hoc monumentum utique annorum 146—84 a. Chr. n. terminis continetur. Et si recte F. Münzer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV 1 p. 1376 et P. Gröbe in altera historiae Romanae Drumannianae editione II p. 471 n. 29 not. 13 hunc Servium Lentulum eius qui anno 169 a. Chr. praetor fuit (Liv. XLIII, 11, 7. 15, 3) filium existimant, qua de re mihi quidem nihil dubii relinquitur, ei circa annorum 120 a. Chr. n. a Dionysio statuam Deli positam esse nulla ex parte improbabile est. Ceterum eundem Dionysium Niconis f. etiam gymnasiarchi officio Deli functum esse prodit titulus aetate suppar n. 369.

---

343 Basis quadrangula marmoris subcaerulei inventa Deli. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 188 n. 3.

[Νικο]μήδην[1] | [βασιλέως] Νικομήδου | [Ἐπιφανοῦς[2] ο]ἱ ἐφηβεύσαντες | [ἐπὶ ἄρχοντ]ος Διο[κλ]έους[3], ‖ [γυμνασιαρ]χοῦντος [δὲ | ----------[4] το]ῦ Γηροστράτου | ----------[5]], τὸν ἑαυτῶν | [εὐεργέτην,] Ἀπόλλωνι.

Litterae ΑΠ. Sigma in Homollii exemplo brachia non plane parallela quidem habet, sed paullulum modo divergentia. 1 Primus versus in medio lapide sic dispositus, ut manifesto utrimque vacuum spatium eiusdem latitudinis relinqueretur; quare nihil nisi nudum nomen fuisse certissimum est. Inde sequitur ante obitum regis Nicomedis II (92 a. Chr. n., cf. n. 345 7) haec exarata esse. Nam quin statuae honore hic afficiatur is qui postea cum regnaret (a. 92—74 a. Chr. n.) Nicomedes III Philopator appellatus est, propter patris designationem dubitari nequit. Nemo enim praeter hunc fuit in illa stirpe Nicomedes, qui patre uteretur rege Nicomede. H. 2 Supplevit Homolle. Nicomedes II Epiphanes cum patrem Prusiam II regno privasset, ab eius morte (149 a. Chr. n.) usque ad annum 92 a. Chr. n. regnavit. Cf. E. Meyer apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie III 1 p. 520 sq. Cognomen quin recte ab Homollio restitutum sit vix licet dubitari. Nam υἱόν, de quo praeterea cogitaveris, lacunam non explet. 3 Ex omnibus qui alibi commemorantur huius nominis archontibus Atticis (cf. Syll.² 52, 2. 193, 3. 246, 19. 650, 1. 12. 42. 732, 19) nemo hic in censum venit propter aetatem tituli. H. 4 Gymnasiarchi nomen. H. 5 Demoticum. H.

---

344 Basis quadrata marmoris candidi, eruta Deli prope viam sacram. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. IV (1880) p. 222 n. 15.

Μελέαγρον Ζμερτομάρου[1] | Νικαιέα οἱ καταπλέοντες | εἰς Βιθυνίαν[2] ἔμποροι καὶ | ναύκληροι[3] [φιλα]γαθίας[4] ἕνεκεν ‖ τῆς εἰ[ς ἑα]υτοὺς | Ἀπόλλωνι, Ἀρτέμιδι, Λητοῖ.

Litterae volgares praeter ΑΠ et Σ, quod brachia paullulum modo divergentia habet. Notandum ζῆτα et θῆτα etiam antiquiores formas ΙΘ habere. 1 Nomen manifesto barbarum, i. e. ex Bithynorum, quos Thracas fuisse constat, sermone repetitum (cf. n. 341[3]). 2 Regnum etiamtum fuisse Bithyniam, non provinciam Romanam, cum haec scriberentur et aliis de causis et propter litteraturam, quae alterius potius quam primi a. Chr. n. saeculi est, certum videtur. 3 Unum hoc esse testimonium de societate mercatorum qui in Bithynia negotiati sint observat Homolle. 4 Supplevi. [καλοκά]γαθίας Homolle; sed versibus 3 et 5 collatis non plus quam quattuor litteras intercidisse apparet.

---

345 Basis quadrangula lapidis calcarii leucophaei, eruta Delphis. Ex Th. Homollii apographo ed. L. Couve Bull. de corr. Hell. XVIII (1894) p. 254 n. IV. (Repetivit et sagaciter interpretatus est H. Pomtow Philologus LIV p. 358 sqq. 587 sqq. J. Baunack ap. Collitz Gr. Dialektinschr. II p. 880 n. 2738.)

Θεὸς τύχαν ἀγα[θάν.] | Ἄρχοντος Κλεοδάμου (τοῦ) Κλέωνος[1], βου[λευόντων] | τὰν πρώταν ἑξάμηνον Κλεάνδρου τοῦ [Τ]ίμωνος[2], [Δαμοκράτεος[3]] | τοῦ Τείσωνος, γραμματεύοντος δὲ βουλᾶς

Litterae volgares praeter ΞΠ; ΘΟΩ minore quam reliquae modulo exaratae. Versus primus multo diductioribus litteris incisus. 1 Articulus manifesto errore omissus, quandoquidem in aliis omnibus nominibus quae hic genetivo casu ponuntur constanter additur. Cf. etiam Gr. Dialektinschr. II p. 901 n. 2779, 5 [ἄ]ρχοντος Κλεοδάμου τοῦ | Κλέωνος. De aetate tituli cf. not. 5. 7. 9. 10. 2 [Τε]ί(σ)ωνος emendat Pomtow duos germanos fratres tum buleutarum munere functos statuens, quia Cleander Tisonis f. quidem aliunde notus sit et natu maior annis 179—168 a. Chr. (Gr. Dialektinschr. II p. 212 n. 1724, 5. p. 228 n. 1749, 9. p. 244 n. 1772, 11. p. 303 n. 1857, 10. p. 352 n. 1933, 11) et natu minor, qui hic agnoscendus sit (Gr. Dialektinschr. II p. 358 n. 1939, 2. p. 470 n. 2113, 2), Timonis filium vero neque Cleandrum neque quolibet alio nomine exhibeant tituli Delphici. At eiusmodi ex silentio coniecturis non nimium fidei habendum esse ex eis apparet quae not. 3 exponentur. Quare malui cum Baunackio tradita conservare. 3 Supplevit Baunack ex Dialektinschr. II p. 901 n. 2779, 6: βουλευόντων τὰν πρώταν ἑξάμηνο[ν] | Κλεάνδρου, Δαμοκράτεος. Pomtow [Θευχάριος] restituerat ex titulo Gr. Dialektinschr. II p. 469 n. 2111, 3. 14 aliisque qui nomina Θεύχαρις et Κλέανδρος in eadem nobili familia Delphica fuisse docent; sed hoc argumentum fallax esse altero eiusdem semenstris titulo reperto apparuit. Neque Baunackii coniectura, cum Κλεάνδρου τοῦ Τείσωνος, Δαμακράτεος τοῦ Τίμωνος incidendum esset, lapicidae culpa patronymica permutata esse, ut est sagax, certa videtur; nam sic quoque illud manet, quod Pomtow observavit, nomen quod est Τίμων alibi apud Delphos non inveniri. Concedendum igitur est, hac in re multum valere merum casum.

Νικία [τοῦ Κλέωνος[4],] ‖ ἔδοξε τᾶι πόλει τῶν Δελφῶν ἐν ἀγορᾶι τελείωι σὺμ ψάφ[οις ταῖς ἐννόμοις·] | ἐπεὶ βασιλεὺς Νικομήδης[5] βασιλέως Νικομήδεος[6] καὶ βασίλισσα Λαο[δίκα βασιλέος Μι]|θραδάτου[7] εὐσεβῶς μὲν διακείμενοι τυγχάνοντι ποτὶ τὸν θεόν, [εὐνοϊκῶς[8] δὲ] | ποτὶ τὰν πόλιν τῶν Δελφῶν, ἀποσταλέντων τε παρὰ τᾶς πόλιος πρε[σβευτᾶν τῶν] | αἰτησομένων[9] σώματα[10] τῶι

---

4 Supplevit Pomtow, qui eundem hominem buleutam, testem, praedem in octo titulis partim eiusdem atque hic est aetatis, partim paullo inferioris recenseri observavit (Phil. LIV p. 364), alium vero neminem Delphum post Niciam Aristonymi f. (Gr. Dialektinschriften II p. 191 n. 1695, 2 archonte Thrasycle, p. 585 n. 2279, 9 archonte Dexonda), qui ad huius tituli aetatem superstes fuisse non posset, eo nomine usum esse. 5 Nicomedes III Philopator (fere 92—74 a. Chr.). Hunc unum in censum venire demonstrat paternae originis significatio. Nam Nicomedes I Zipoetae, Nicomedes II Prusiae filius fuit. 6 Nicomedes II Epiphanes (149—92 a. Chr. n.). Cf. n. 343[2]. 7 Laodice Mithridatis IV Euergetae filia, Mithridatis V Eupatoris soror, quam Ariarathes Cappadocum rex in matrimonio habuerat, post illius necem anno 96 a. Chr. n. Nicomedi II Epiphani Bithyniae regi nupsit. Cf. Iustin. XXXVIII, 1, 1. 4. Quod quoniam hic utique Nicomedes III intellegendus est (not. 5), recte Couvius aut regem una cum noverca recenseri aut eam post alterius mariti mortem in privigni matrimonium transiisse statuit. Atque hoc quidem mihi multo probabilius videtur, quandoquidem, ubi rex et regina nominatim appellantur sine ulla necessitudinis significatione, id vix aliter ac de coniugibus intellegi potest. Utique Laodices nomen suadet, ut de initiis regni Nicomedis potissimum cogitemus; neque improbabile est, Delphos ipsa occasione legationis, qua novo regi gratulabantur, abusos esse ad preces, quibus illum morem gessisse hic refertur, ut sagaciter coniecit B. Niese apud Pomtowium Phil. LIV p. 588, qui omnino improbabile existimat has inter Nicomedem et Delphos legationes ultro citroque missas esse postquam inimicitiae inter Mithridatem et Bithyniae regem erupissent. Illum vero anno 92 a. Chr. patre Nicomede II Epiphane mortuo rerum potitum esse probabilibus rationibus effecerunt Niese et Pomtow, quare Cleodami archontis annum 92/1 a. Chr. n. esse. At ut non plane sponderi potest hunc ipsum annum esse, ita certe alii huius decreti temporis definiendi conatus non nituntur solido fundamento (not. 9. 10). 8 Supplevit Pomtow, qui observat hanc esse adverbii formam Delphis usitatam (Gr. Dialektinschr. II p. 856 n. 2687, 2. 2688, 7), retinuit Baunack, etsi monet etiam εὐνόως, quod Couve supplevit, Delphis inveniri Gr. Dialektinschr. II p. 873 n. 2729 (Syll.[2] 719), 3. Ac sane spatii rationes longiorem formam commendare videntur. 9 Servos Delphis surreptos in Bithyniam pervenisse, civitatem vero precibus a Nicomede impetrasse ut sibi restituerentur, statuit Couve. Contra quem Pomtowius luculentissime demonstravit, de dono potius quod Delphi a rege expetivissent dici. Nam aliter non intellegi quo pacto v. 12—23 de hominibus ad singula opera facienda destinandis dividendisque diceretur,

τε θεῶι καὶ τᾶι πόλει, Ἀριστοκλέος τοῦ Ἡρ[άκωνος[11], Ὑβρία[12] τοῦ] ‖ Ξένωνος, ἄξια πράσσοντες αὐτοσαυτῶν τε καὶ τῶν προγόνων ἐπαγ[γείλαντο[13] σώματα,] | ἃ καὶ ἐξαπέστειλαν, συνθέντες[14]

---

cum simplicissimum esset unumquemque in eum locum restitui ubi antea fuisset. Adde quod, si ea esset sententia decreti quam Couvius vult, composito ἀπαιτέω utendum fuit; quod hic suppleri non licet cum propter versuum divisionis leges quae in hoc titulo observantur, tum quia id non ut simplex medio genere usurpari solet. 10 Articulo careri non posse, si vera esset Couvii sententia de servis abductis et restitutis (not. 9), verissime monuit Pomtow. Illa vero coniectura refutata etiam rationes quibus ductus ille fere a. 84 a. Chr. haec decreta statuit, quia per eos potissimum annos talibus incursionibus et rapinis Delphi vexati essent, tolluntur. Recte igitur Pomtow, cum initio ambiguus haesisset, postremo ad annum 92/1 a. Chr. aetatem decreti reiecit (not. 7) probe intellegens, preces Delphorum non inopia expressas esse, sed plane eadem ratione supplices et mendicos regem adiisse, qua antea ab Attalo II pecuniam expetivissent qua sumptus ad institutionem puerorum necessarios tolerarent (Syll.[2] 306). Quod a Nicomede homines, non pecuniam petiverunt, id Niesius apud Pomtowium perbene eo rettulit quod servi Bithyni praeter alios utiles habebatur. Cf. Diodor. XXXVI, 3, 1: ὁ δὲ (Nicomedes rex) ἀπόκρισιν ἔδωκε τοὺς πλείους τῶν Βιθυνῶν ὑπὸ τῶν δημοσιωνῶν διαρπαγέντας δουλεύειν ἐν ταῖς ἐπαρχίαις. Catull. 10, 14 sqq. *at certe tamen — quod illic* (in Bithynia) *natum dicitur esse comparasti, ad lecticam homines.* 11 Supplevit Pomtow coll. Gr. Dialektinschr. II p. 518 n. 2180, 3 sqq.: ἀπέδοντο Σωτύλος καὶ Ἀριστοκλῆς οἱ Ἡράκωνος τῶι Ἀπόλλωνι τῶι Πυθίωι σώματα γυναικεῖα κτλ. Accuratiora de eius familia v. apud eundem Philol. LIV p. 236. 12 Supplevit Pomtow, qui monet hunc hominem plus quam duodeciens in titulis eiusdem aetatis, cuius hoc sit decretum, commemorari. Praeter hunc unum de quo cogitari possit esse Sostratum Xenonis f., cuius non nisi semel mentio fiat Gr. Dialektinschr. II p. 544 n. 2219, 10. 11: παρόντος αὐτᾶι Σωστράτου τοῦ Ξένωνος. Utique reiciendum Couvii supplementum [Βίαντος τοῦ] | Ξένωνος, quia et Βίας nomen neque Delphis neque omnino usquam in continenti Graecia et Peloponneso praeter Lacedaemona fuerit, et homo v. 11 commemoratus manifesto non Delphorum ad regem, sed regis ad Delphos legatus sit, cui ille mancipia Delphos traducenda mandaverit. 13 Supplevit Pomtow. ἐπαγ[γέλλονται τὰ σώματα] Couve. Articulus et omitti potuit, quia non certi homines petuntur, et poni, quia v. 8 de Delphorum petitione iam dictum erat; sed spatii rationes Pomtowii supplementum commendant. 14 Tradendi vim vocabulo tribuit Baunack, ita ut obiectum sit τὰ σώματα, infinitivus vero finalem notionem habeat. Mihi potius imperandi significatione dici videtur. Qua vi pro antiquiore ἐπιτάττω, προστάττω inferiore aetate haud raro etiam συντάσσω usurpari res nota est: Cf. n. 168, 29: καλῶς οὖν ποιήσεις συντάξας προνοηθῆν[αι ὅπως τεύξονται ὧν ἀξιοῦσι]. Syll.[2] 209, 8: [καθάπερ ὁ βασιλεὺς Π]τολεμαῖος συνέταξεν. 177, 76. 87. 523, 43. At idem in verbum synonymum συντιθέναι cadere docet Plut. Sept. sap. convivium 6 p. 151 B: ἡττώμενος δὲ τοῖς ἄλλοις

Βίαντι[15] τῶι πρεσβευτᾶι ἀποκαταστ[ᾶσαι[16] τῶι θεῶι[17] καὶ] | τᾶι πόλει, ἃ καὶ παρέδωκε Βίας διὰ τῶν προγεγραμμένων ἀρχόντων[18] [ἐν τᾶι πρώται[19] ἐκ]|κλησίαι, σώματα τριάκοντα, ἃ καὶ ἔδοξε τᾶι πόλει διατάξαι [ἐπὶ τὰς ὑπηρεσίας[20]] | καὶ δόμεν τοῖς μὲν ταμίαις Κλέωνι Ἥρυος[21] καὶ Ταραντίνω[ι Δρομοκλείδα[22] πο]||τὶ τὰς ὄεις τὰς ἱερὰς σώματα πέντε, οἷς ὀνόματα μετο[νομασθέντα ἐκ τῶν ἐπιχωρίων[23] ----]||σίων,

---

ἐπὶ πᾶσι συντέθεικεν ἄτοπον ἐπίταγμα καὶ δεινόν, ἐκπιεῖν με κελεύων τὴν θάλασσαν et Flinders Petrie papyri II p. 63 n. XX 3, 7 sqq. πυνθανομένου δέ μου τοῦ παρ' αὐτοῦ ε(ἴ) τι συντεθεικὼς αὐτῶι εἴης. 'num quid ei mandasses'. 15 Cf. not. 12. 16 Hoc verbum primo aspectu favere videtur Couvii interpretationi (not. 9. 10). Sed tenendum est, id ut ἀποδιδόναι et Latinorum *reddere* etiam de re usurpari posse quam quis, ut epistulam, accipit et rursus dat, neque vero eidem a quo accepit. 17 Supplevit Baunack. αὐτὰ] τᾶι πόλει Couve, quod iusto brevius est. αὐτὰ ἀσινῆ] τᾶι πόλει Pomtow, quod Baunackius non iniuria otiosum existimat. 18 Legatus magistratibus, i. e. archonti et buleutis tradit mancipia, ei rursus in comitiis ea populo tradunt, quam per occasionem sine dubio etiam legatus regis ab illis introductus verba facit. 19 Supplementum perquam dubium; ἐννόμωι restituit Couve, at non est cur in ordinariis potissimum comitiis illos homines traditos esse definite enuntietur. Ex eis quae Pomtow proposuit τᾶι πρώται ideo maxime placet, quia sic totum negotium a legato sine ulla mora peractum indicatur. Neque enim de stato quodam ordine ecclesiarum hoc interpretor, sed primam intellego quae post Biantis Delphos adventum habita sit. 20 Si διατάξαι imperandi vi acciperetur infinitivo [ὑπηρετεῖν τῶι θεῶι] vel [ἱερὰ εἶμεν τῶι θεῶι] suppleto, hoc verbo idem fere enuntiari quod iam in ἔδοξε inesset vere monuit Pomtow. Quare ita supplevi ut διατάξαι sit 'disponere' 'suum cuique locum assignare'. Cf. Herodot. VIII, 34: τὰς δὲ πόλις αὐτῶν (Boeotorum) ἄνδρες Μακεδόνες διατεταγμένοι (i. e. singuli in singula oppida missi) ἔσωζον ὑπὸ Ἀλεξάνδρου ἀποπεμφθέντες. 21 Cf. Pomtow Philologus LIV p. 237, qui duos homines huius nominis, avum et nepotem distinguit, ex quibus ille inde a septima ex eis aetatibus, quae nominibus sacerdotum perpetuorum Apollinis designantur, usque ad undecimam in sacerdotio fuit, hic a tertia decima ad quintam decimam. Iam cum hoc decretum duodecimae aetatis sit, avusne an nepos hic intellegendus sit recte in medio relinquit P. 22 Supplevit Pomtow. [Μνασιθέου] Couve. Sed Tarantinum Mnasithei f. cum iam sexta aetate (fere 154—144 a. Chr. n.), archonte Eucle Callistrati f., inter testes recenseatur (Gr. Dialektinschr. II p. 354 n. 1936, 14), plus quam semisaeculo post etiamtum officio quaestoris functum esse iure improbabile existimat P. Tarantinum Dromoclidae f. complures illius aetatis tituli habent, quos composuit Pomtow Philol. LIV p. 237. Sane fieri etiam posse ut Tarantinus Xenocriti f. ex titulis nonae et decimae aetatis notus hic significetur.

Φωσφόρος, Ἱεροκλῆς, Ἡλιόδωρος, Ἴων[24], καὶ ποτὶ τὰς αἶγας τὰς ἱερ[ὰς --------- Πει]|σιθέου[25] Μένωνα, Δῶρον, Ῥόδωνα, Ἱππίαν, Λυκέαν, καὶ Θεοξένωι[26] ποτὶ [τὰς βοῦς τὰς ἱερὰς[27]] | Ὑπατόδωρον, Ὀνάσιμον, Νικηφόρον, Δημήτριον, καὶ ποτὶ τὰς ἵππου[ς τὰς ἱερὰς Εὐκλείδαι[28]] | Καλλία, Ἀστοξένωι Διονυσίου[29] Κέρδωνα[30], Παρνασσόν[31], Σύμφων[ον, τοῖς δε δαμιουργοῖς[32]

23 Supplevit Pomtow acutissime. 24 Nomina magnifica et magna ex parte ex sacris Graecorum repetita barbaris mancipiis imposita esse observat P. Atque Ionis quidem nomen ad fabulam, quae ipsum quondam fidelissimum Apollinis Pythii famulum fuisse tradebat, manifesto referendum esse. 25 Supplevit Pomtow, collata manumissione archonte Cleonda facta Gr. Dialektinschriften II p. 578 n. 2271, 5: ἀπέδοντο Ἀρχέλαος καὶ Ξένων οἱ Πεισιθέου τῶι Ἀπόλλωνι τῶι Πυθίωι σῶμα ἀνδρεῖον. 26 Theoxenum Polyonis f., qui in manumissione inedita Timocratis anno facta cum avo Theoxeno Calliae f. commemoretur, agnoscit Pomtow. Ipsum Calliae f., quippe qui iam quarta aetate, i. e. non post annum 158/7 a. Chr. n. (cf. Pomtow ap. Pauly-Wissowa IV 2 p. 2638) in titulis compareat, utique maiorem natu esse quam ut hic commemorari possit. 27 Supplevit Couve. Manifestum est hoc unum pecoris genus hic desiderari. Cf. Syll.[2] 293, 25: ταῖς ἱεραῖς βόοις καὶ ἵπποις. 28 Supplevit Pomtow eundem interpretatus qui archon esset in manumissionis instrumento Bull. de corr. Hell. XVII 1893 p. 391 n. 100, 1. 29 Cf. titulum eiusdem anni Gr. Dialektinschriften II p. 572 n. 2266, 1 sqq. Ἄρχοντ[ος Κ]λεοδάμου τοῦ Κλέωνος, — ἀπέδοτο Ἀστ[όξενος Διο]νυσίου, συνευδοκεούσας κ[αὶ τᾶς] γυναικὸς καὶ τοῦ υἱοῦ Διονυσίου καὶ τᾶς θυγατέρος αὐτ[οῦ], τῶι Ἀπόλλωνι τῶι Πυθίωι σῶμα γυναικεῖον. Reliqua testimonia, quae composuit Pomtow Jahrb. f. Phil. 1889 p. 577, omnia ad huius avum cognominem spectare demonstravit idem. 30 Nomen neque alibi in servis rarum et Delphis titulo Gr. Dialektinschr. II p. 527 n. 2193, 4 confirmatum. Utrum nominum mutatio v. 15 commemorata ad primos quinque modo servos spectet an ad omnes ambigit Pomtow. Sed certe de nomine Παρνασσός (not. 31) hoc ipsi perquam probabile videtur, neque mancipium Bithynicum nomen Ὑπατόδωρος domo attulisse credibile existimo. Reliqua nomina nihil insoliti habent, sed certe omnia Graeca sunt et ex parte, ut Δορίμαχος, in occidentali potissimum Graeciae continentalis parte usitata, cum nisi Delphis demum imposita essent unum vel alterum certe Thracium (n. 341[3]) intermixtum esse exspectes. Quare mihi quidem de mutatis omnium nominibus non videtur dubitandum. 31 Cf. Gr. Dialektinschriften II p. 560 n. 2251, 6 sqq.: ἀπέδοτο Δεξώνδας Δάμωνος — τῶι Ἀπόλλ[ωνι τ]ῶι Πυθίωι σῶμα ἀνδρεῖον ὧι ὄνομα [Παρ]νασσός, τὸ γένος Σύρον. Huic quoque nomen Delphis demum impositum esse apparet. P. 32 Supplevit Pomtow. Baunack hic duo nomina fuisse opinatur. Sed certe hoc τοῖς δὲ δαμιουργοῖς commodissime respondet illi quod v. 13 est τοῖς μὲν ταμίαις. Quod μὲν — καὶ aliquando in titulis Delphicis (Gr. Dialektinschriften II p. 518 n. 2180, 5. 6: σώματα γυναικεῖα μὲν δύο — καὶ παιδάριον. p. 544 n. 2219, 19 sqq.:

παι]‖δάρια ἐπὶ τέχναν τὰν τεκτονικὰν Ἀντάλλωι[33] καὶ Ἡρακλεί-δαι[34] Νικο[----- καὶ ----|.]ον καὶ παιδάριον ἐπὶ τέχναν Εὐαμέ-ρωι[35] ἀρτοκόπον Ὀλύμπιχον, καὶ [παιδάριον] | ἐπὶ τέχναν μά-γειρον Ὀφελίωνα, καὶ παλαιστροφύλακα Ἕρμαιον [-------- καὶ τοὺς] | ἐν τῶι ἱερῶι ὑπηρετήσοντας Λέωνα, Δορίμαχον, Σόφων[α καὶ -------- | . . . .] ἐπὶ τέχναν Ὀλυμπιόδωρον, Ὀνασαγόραν· ὅπως [οὖν ἁ πόλις φανε]‖ρὰ γίνηται καταξίας ἀπονέμουσα [χ]άριτας τοῖς εὐεργε[τικῶς ποτὶ τὰν πόλιν δια|κ]ει-μένοις, ἀγαθαῖ τύχαι, δεδόχθα[ι τᾶι] π[ό]λει τῶν Δελφ[ῶν, ἐπαινέσαι βασι]|λέα Νικομήδη βασιλέος Νικομήδεος καὶ βασί-λισσαν Λα[οδίκαν βασιλέος Μι]‖θριδάτου[36], καὶ στεφανῶσαι αὐτοὺς ἑκατέρους τῶι τε τοῦ θε[οῦ στεφάνωι[37] ὧι πάτρι]|όν ἐστι Δελφοῖς καὶ εἰκόνι χαλκέαι. ἀναγορεῦσαι δὲ τοὺς [στεφά-νους τὰν πόλιν] ‖ ἐν τῶι ἀγῶνι τῶν Πυθίων[38], κάρυγμα ποι[η]-σαμέναν τόδε· Ἁ πόλις τῶν Δε[λφῶν στεφανοῖ βασιλέα Νικο|-μ]ήδη βασιλέος Νικομήδεος (καὶ βασίλισσαν Λαοδίκαν βασιλέος Μιθραδάτου)[39] τῶι τοῦ θεοῦ στεφάνωι[40] καὶ εἰκόνι χαλκέαι

Ἀλεξάνδρωι μὲν μνᾶν καὶ ἥμισον καὶ Ἀριστοῖ καὶ Ἀθηναίδι ἄλλαν μνᾶν καὶ ἥμισον tertium exemplum quod affert p. 820 n. 2644, 7 alienum mihi videtur) inter se respondere observat Baunack, id ni fallor hic nullius momenti est. Nam illis τοῖς μὲν ταμίαις nullo modo respondere possunt καὶ [τῷ δεῖνι] Πεισιθέου — καὶ Θεοξένωι — καὶ — Εὐκλεῖδαι Καλλίαι. Etenim hos omnes item quaestores esse luce clarius est. An quisquam credet ovium quidem sacrarum curam quaestoribus mandatam fuisse, caprarum vero, boum, equorum alii nescio cui magistratui? 33 Ipse homo nusquam praeterea commemoratur, sed eius pater Σωκράτης Ἀντάλλου intra annorum 170—144 a. Chr. n. spatium plus semel comparet in titulis Delphorum. P. 34 In monumentis Delphicis ea aetate quae hic in censum venit recensentur Ἡρακλείδας Ἀριστοδάμου et Ἡρακλείδας Προθύμου, ille paullo ante huius tituli aetatem, hic paullo post eam. Alteruter procul dubio hic habetur. P. 35 Cf. Gr. Dialektinschr. II p. 358 n. 1940, 5 sqq. σῶμα γυναικεῖον ἇι ὄνομα Σωσώ, ἃν ἐπρίατο παρὰ Εὐαμέρου, quod unicum testimonium Delphi hominis cui hoc nomen fuerit esse testatur Pomtow homo harum rerum inter omnes peritissimus. Cum illius tituli archon Pisitheus circa annum 150 a. Chr. in magistratu fuerit (Pomtow ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 2639), filium aut nepotem cognominem hic agnoscere praestabit quam eundem hominem. 36 Supra v. 6 [Μι]‖θραδάτου est. Memorabilis inconstantia, etsi scriptura per ι initio primi a. Chr. n. saeculi nihil habet offensionis. Nam eadem invenitur iam in titulo multo antiquiore Oropio I. G. Sept. I, 303, 80. 37 Cf. n. 150[8]. 227[8]. Syll.[2] 215, 8. 291, 22. 38 Proxima anni 90 a. Chr. n. sunt. Cf. not. 7. 10. 39 Supplevit Pomtow, quae lapicidae errore omissa esse manifestum est. 40 Cf. not. 37.

ἑ[κατέρους[41] | ἀρετᾶ]ς[42] ἕνεκεν καὶ εὐσεβείας ἇς ἔχοντι ποτί τε τὸν θεὸν καὶ ποτὶ τὰν [πόλιν τῶν | Δελφῶν]. στάσοντι δὲ τὰς εἰκόνας ἐν τῶι ἱερῶι τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ [Πυθίου ἐν καλλίσ|των τόπ]ωι[43]. καὶ δεδόσθαι βασιλέι Νικομήδεϊ καὶ βασιλίσσαι Λαοδίκ[αι ----------].

41 Supplevit Pomtow coll. v. 27. 42 Supplevit Pomtow. φιλοτιμία]ς Couve. 43 Hic ab editorum supplementis paullulum deflectendum existimavi. [ἐν ἐπιφανεστάτωι τό]πωι Couve, ἐν [ἐπιφανεστά](τ)ωι Pomtow; illud probavit Baunack, quia aliorum titulorum similitudine defenderetur. At id non ab omni parte verum est, quia alibi huic quidem voci semper articulus additur, quem si hic quoque adderemus, id quod iam ut apud Couvium est lacunae ambitum excedere a Pomtowio recte existimatur supplementum, etiam longius fieret. Atque articuli omissi reprehensio etiam in Pomtowii conatum cadit, qui praeterea propter Γ Couvii in T mutatum displicet. Quod ipse posui, et spatii rationibus convenit neque in hac quidem verborum conexione articuli defectus reprehensionem habet; cf. I. G. Sept. I, 303, 44 sqq. ἀναγραψάτωσαν δὲ καὶ τὸ ψήφισμα τὸ κυρωθὲν περὶ τούτων εἰς τὴν στήλην καὶ ἀναθέτωσαν οὗ ἂν δοκῇ ἐν καλλίστῳ εἶναι. 2849, 14. 15: ἀγγράψη τὸ ψάφισμα [εἶ κα δοκεῖ ἐν καλλί]στυ εἶμεν. Sane discrimen aliquod intercedere, quia llic ἐν καλλίστῳ substantive dicitur, hic nomen [τό]πωι accedit, me non fugit

---

346 Basis cylindri figura eruta Deli. Ed. Tournefort Itin. epist. VII p. 298. Transact. philosoph. X P. IV p. 1283 (Boeckh C. I. G. 2279). Cf. quae disputaverunt Th. Reinach Revue numismatique Ser. III T. V 1887 p. 341 sqq. (Trois royaumes p. 135 sqq.). E. Meyer ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie III 1 p. 521 sq.

Βασιλέως Νικομήδ[ου[1],] | τοῦ ἐ(κ)γόνου[2] βασιλέως | Νικομήδου

Litterae volgares praeter ΠΣ, si apographis fidem habere licet. 1 Cum priores editores ignorassent, quid hoc Nicomedis II pronepote (not. 2) facerent, invento sagacissimo Reinachii res patefacta est. Etenim cum Nicomedes III Philopator regnum testamento Romanis reliquisset, illius filius ex Nysa Aria athis VI Cappadociae regis filia procreatus, quem ille praeterierat quoniam ex adulterio conceptus videbatur (cf. Sallust. Hist. II fr. 71 Maurenbr. *quos adversum multi ex Bithynia volentes accurrere falsum filium arguituri.* IV fr. 69, 9: *Asia ab ipsis* (Romanis) *obsessa est, postremo Bithyniam Nicomede mortuo diripuere, cum filius Nysa, quam reginam appellaverat, genitus haud dubie esset*) frustra regno paterno potiri conatus est. At postea Caesar, cuius familiaritas cum illius patre Nicomede Philopatore nota est, non quidem ipsi filio, sed nepoti, ut Meyer recte Reinachii sententiam emendavit, regium nomen una cum sacerdotio Comanorum Ponticorum

Ἐπιφανοῦ[ς[3], | Διοσ]κουρίδης Διοσκορίδου ‖ Ῥαμνούσιος γυμνασιαρχ[ῶν][4].

reddidit. Hoc Reinachius enucleavit ex testimoniis Hirtii Bell. Alex. 66, 5: *id* (sacerdotium Bellonae) *homini nobilissimo Lycomedi Bithynio adiudicavit; qui regio Cappadocum genere ortus propter adversam fortunam maiorum suorum mutationemque generis iure minime dubio, vetustate tamen intermisso, sacerdotium id repetebat.* Appiani Mithr. 121: τὰ δ' ἑτέροις ὑπὸ τοῦ Πομπηΐου δεδομένα ὁ Γάϊος, ἐπιμεμψάμενος τοῖς ἔχουσιν ὅτι Πομπηΐῳ καθ' αὑτοῦ συνεμάχουν, ὅμως ἐφύλαξε, πλὴν τῆς ἐν Κομάνοις ἱερωσύνης, ἣν ἐς Λυκομήδην μετήνεγκεν ἀπὸ Ἀρχελάου. Strabonis XII, 3, 35 p. 558 Cas.: υἱὸς δ' αὐτοῦ (Ἀρχελάου) τὴν ἱερωσύνην παρέλαβεν· εἶθ' ὕστερον Λυκομήδης. Et nomen leviter immutatum et quae de maiorum fortuna adversa dicuntur sine dubio eo spectant, quod pater huius Lycomedis non genuinus Nicomedis III filius iudicatus erat, quare nobilissimum quidem genus ei tribuitur inter Bithynos, sed a regia domo Cappadociae modo repetitur, cuius erat Nysa avia, non etiam Bithyniae. Ceterum ex memoria de hoc Nicomedis III Philopatoris nepote errorem Appiani mirum natum esse Mithr. 7: υἰωνὸς τοῦδε (Nicomedis III Philopatoris) ἕτερος Νικομήδης Ῥωμαίοις τὴν ἀρχὴν ἐν διαθήκαις ἀπέλιπεν admodum probabilis est Meyeri coniectura. 2 ΕΥΓΟΝΟΥ. Emendavit Boeckhius monens hoc facilius ex ΕΚΓΟΝΟΥ quam ex ΕΓΓΟΝΟΥ nasci potuisse, etsi in eo errat, quod ἔκγονος et ἔγγονος, quae sunt eiusdem vocis scripturae discrepantes, duo diversa vocabula opinatur. Iam in titulis Aegyptiis aliquando manifesto ἔκγονος filium significat (n. 90, 3. 94, 2 cum notis); cave tamen hic ita interpreteris, ut titulus Nicomedi III Philopatori vindicetur. Nam extra Aegyptum nullum huius usus exemplum novi. Vocem in universum de unoquoque ex posteris usurpari in volgus notum est (cf. Syll.[2] 373[6]), sed hic accurata gradus significatio multo aptior est; quare pronepos intellegendus, nam nepos est υἱωνός. Rectius igitur Nicomedis Philopatoris et Nysae nepotem, non filium ut Reinach fecerat, interpretatur Meyer. 3 Nicomedes II Epiphanes (149—92 a. Chr. n.). Ceterum cum Boeckhius Ἐπιφάνου scripsisset propter Νικομήδου quod praecedit, malui Σ supplere. Nam hic metaplasmus non cadit in adiectiva, quorum in numero habendae sunt illae honorificae appellationes dum in vera nomina propria abeant (cf. n. 410[2]). 4 ΑΡΧΟ. Supplevit et emendavit Boeckh coll. n. 366, 2. 3: Σέλευκος Μαραθώνιος γυμνασιαρχῶν.

---

2. Galatia.

347 Tria frustula basis, inventa Athenis ad stoam Attali. Ex Koehleri apographo edidi C. I. Att. III, 544.

[Ὁ δῆμ]ος | Δηϊότ[αρον[1] Δομ]νόριγος[2], | [Γ]αλ[ατῶν[3] βασιλέα[4], ἀρετῆς | ἕνεκα].

Litterae volgares praeter ΑΣ. 1 Etsi quod scriptores tacent ex titulis didicimus, fuisse praeter nobilissimum illum Deiotarum eiusque filium et pronepotem (Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV 2 p. 2403 n. 3. p. 2404 n. 4) etiam alium principem Gallograecum qui eo nomine uteretur (n. 348, 2. 349, 2), tamen is profecto regis appellatione (not. 4) carebat ut quin hic illum iampridem notum teneamus non dubium sit. De eius vita rebusque gestis, de quibus non est cur hoc loco fusius exponatur, cf. B. Niese apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie IV, 2 p. 2401 n. 1. 2 Supplevi in corpore inscriptionum Atticarum, non celato lectore, neutiquam certam esse restitutionem. At ut nomina quorum altera pars est *-rix* apud Gallos omnium frequentissima sunt, sic tamen perrara quae postremas duas syllabas *-norix* habeant. Num aliud eiusmodi exemplum praeter *Dumnorix* (*Dubnorix*) inveniatur ignoro. 3 ¯ΑΛ lapis. 4 Supplevi, neque de regis nomine dubitari posse mihi videtur. Nam si antequam hoc Deiotaro tribueretur erectum esset monumentum, non poterat non τετράρχης appellari. At tetrarcha non fuit Gallograecorum universorum, sed Tolistoagiorum, cf. Strabo XII, 5, 2 p. 567 Cas.: Τολιστοβώγιοι δὲ ὅμοροι Βιθυνοῖς εἰσι καὶ τῇ Ἐπικτήτῳ καλουμένῃ Φρυγίᾳ· φρούρια δ' αὐτῶν ἐστι τό τε Βλούκιον καὶ τὸ Πήϊον, ὧν τὸ μὲν ἦν βασίλειον Δηϊοτάρου, τὸ δὲ γαζοφυλάκιον; neque vero supplemento Γαλ[ατῶν Τολιστοαγίων τετράρχην] (cf. n. 349, 2—4) spatium sufficit. Nec probabile est Athenienses Deiotaro statuam posituros fuisse priusquam opes eius a Pompeio augerentur. Quare utique hoc monumentum anno 62 a. Chr. n. non antiquius est habendum.

---

348 Marmor leucophaeum immissum pavimento ecclesiolae sitae in orientali Lesbi insulae ora. Edd. A. Conze Reise auf der Insel Lesbos p. 19 tab. X n. 1 (G. Hirschfeld Hermae XIV p. 474). C. T. Newton Travels and discoveries I p. 109 (F. Bechtel ap. Collitz Gr. Dialektinschr. I p. 110 n. 296. O. Hoffmann Die gr. Dialekte II p. 92 n. 128). Nunc nihil exstat nisi tertia fere pars a dextra. Hac rursus exscripta totum titulum repetivit W. R. Paton Inscr. Gr. mar. Aeg. II p. 109 n. 516.

Ὁ δᾶμος | Ἀ[δ]οβογιώναν[1] Δηϊοτάρω[2], εὐεργετήκοισαν | τὰν πό-

---

Litterae ΑΠΣ. 1 Initio ΑΛΟΒ Newton, . . ΟΒ Conze. Hirschfeldius perspexit hanc esse Mithridatis Pergameni matrem, cuius nomen lateret in corruptela, quae hoc titulo invento certa ratione tolleretur, apud Strabonem XIII, 4, 3 p. 625 Cas.: ἄνδρες δ' ἐγένοντο ἐλλόγιμοι καθ' ἡμᾶς Περγαμηνοὶ Μιθριδάτης τε Μηνοδότου υἱὸς καὶ Ἀδοβογιώνης (ἀδοβογίων ὃς codd., em. Hirschfeld) τοῦ τετραρχικοῦ τῶν Γαλατῶν γένους, ἣν (ἦν codd., em. Hirschfeld) καὶ (ὃν add. codd., del. Hirschfeld) παλλακεῦσαι τῶι βασιλεῖ Μιθριδάτῃ φασίν. Nomen Celticum idem esse, quod occurreret in titulo Poetovione reperto (Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XV 1892 p. 125: *Adbugiounae Atnamati f(iliae)*)

λιν πόλλα καὶ μεγάλα, ἀρέτας ἕννεκα | [κ]αὶ εὐνοίας τᾶς εἰς ἑαύταν[3].

---

observavit F. Staehelin Gesch. der Kleinasiatischen Galater p. 55 not. 1. Simile nomen viri *Adbogius* Holder Altkeltischer Sprachschatz I p. 38 et *Adebugius* ibid. I p. 40. Ipsa Brogitari soror in titulo Milesio, cuius mentionem feci n. 349[2], Ἀβαδογιώνα appellatur. 2 Non regem nobilissimum (n. 347[1]) indicari inde apparet, quod de eius filia vix credibile est tam simpliciter et modeste Strabonem dicturum fuisse τοῦ τετραρχικοῦ Γαλατῶν γένους. Accedit quod ex n. 349, 2 alium novimus Deiotarum Trocmorum tetrarcham. Cuius filiam, Brogitari sororem, Adobogionam fuisse quin recte statuerit Hirschfeld eo minus dubium est propter locum quem idem affert Bell. Alex. 78, 3: *eidem* (Mithridati Pergameno) *tetrarchiam* [*legibus* add. codd., del. Ciacconius] *Gallograecorum iure gentis et cognationis adiudicavit occupatam et possessam paucis ante annis a Deiotaro.* Nam hanc esse Trocmorum tetrarchiam docet Cicero de divin. II, 37, 79: *is* (Caesar) *cum ei* (Deiotaro regi) *Trogmorum tetrarchiam eripuisset et adseculo suo Pergameno nescio cui* (i. e. Mithridati) *dedisset.* Atque Trocmorum tetrarcham fuisse Brogitarum n. 349, 2. 3 testatur, cum ille nobilissimus rex Deiotarus, priusquam ad altiora eveheretur, Tolistoagiorum potius tetrarchia functus sit (n. 347[3]). Concessit igitur Mithridati Caesar cognationis iure, quae quondam avunculi eius Brogitari fuerant. 3 Rectius ἑαυτον. Sed nomen τὰν πόλιν v. 3 interpositum in causa fuit, cur auctor tituli oblivisceretur pronomen ad ὁ δᾶμος referri. Hirschfeld.

---

349 Lapis a. 0,70, l. 0,35, inaedificatus in muro, inventus cum aliis in monte ad sinistram Hermi fluminis ripam, sesquihorae intervallo ab oppido *Menemen.* Apographum a Spiegelthalio secum communicatum publici iuris fecit G. Hirschfeld Bullettino dell' inst. arch. Rom. 1873 p. 227. Cf. quae disputavit idem Hermae XIV p. 474.

Ο δῆμος[1] Βρογίτα|ρον[2] Δηϊοτάρου[3], Γα|λατῶν[4] Τρόκμων τ|ετράρχην, ἀρετῆς ‖ ἕνεκεν καὶ εὐνοίας | τῆς εἰς ἑαυτόν.

Litterae volgares praeter A (v. 3 semel A est, typothetae errore ni fallor) Σ. 1 Oppido, inter cuius parietinas hic lapis cum aliis repertus est, Hirschfeldius Pitanen nomen fuisse statuit propter titulum mutilum in quo in duabus coronis et infra eas legitur ὁ δᾶμος — ὁ δᾶμος — ὁ Πιταναίων. At notum oppidulum Aeolicum (n. 335[1]) alio loco situm fuisse ipsum non fugit, quare ignotae ceteroquin urbis cognominis rudera illa prope Hermum flumen inventa esse existimat. Quod mihi non probatur. Nam quidni honorem a Pitanaeis Aeolensibus civi cuipiam illius ignoti oppidi decretum in ipsius patria lapidi incisum statuamus? Cf. Syll.[2] 291, ubi

Cassandri Menesthei f. Alexandrensis Troadis monumentum multarum coronarum a peregrinis civitatibus datarum memoriam habet. 2 Cf. Strabo XII, 5, 2 p. 567 Cas.: ἔχουσι δὲ οἱ μὲν Τρόκμοι τὰ πρὸς τῷ Πόντῳ καὶ τῇ Καππαδοκίᾳ. ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ κράτιστα ὧν νέμονται Γαλάται· φρούρια δ' αὐτοῖς τετείχισται τρία, Τάουιον, ἐμπόριον τῶν ταύτῃ, ὅπου ὁ τοῦ Διὸς κολοσσὸς χαλκοῦς καὶ τέμενος αὐτοῦ ἄσυλον, καὶ Μιθραδάτιον, ὃ ἔδωκε Πομπήιος Βρογιτάρῳ (Βογοδιατάρῳ codd., quod emendavit K. Keil ap. Meinekium ex Cicerone, quae coniectura nunc tituli testimonio confirmatur) τῆς Ποντικῆς βασιλείας ἀφορίσας. Pompeius igitur hereditariam Brogitari tetrarchiam Trocmorum adiuncto finitimo oppido regni Pontici auxit. Idem sine dubio est gener Deiotari regis, cui sacerdotium Pessinuntium Magnae Matris et nomen regium a P. Clodio a. 58 a. Chr. n. venumdatum compluribus locis conqueritur Cicero. Cf. pro Sestio 26, 56. de haruspicum responsis 13, 28. 29. de domo 50, 129. Epist. ad Q. fratrem II, 7, 2. Cf. tabulam traditionum in Didymeo Milesiorum effossam ap. B. Haussoullier Études sur l'histoire de Milet et du Didymeion p. 210, 35: ἄλλαι δύο (φιάλαι) ἐπιγραφὴν ἔχουσαι ʽΒρογίταρος Δηϊοτάρου Γαλατῶν Τρόκμων τετράρχης καὶ ἀδελφὴ αὐτοῦ Ἀβαδογιώνα Ἀπόλλωνι Διδυμεῖ' κτλ. 3 Cum gener fuerit Deiotari regis, sponte patet eum non eiusdem filium esse potuisse. Hic igitur ut in titulo Adobogionae n. 348, 2 alius intellegendus est Deiotarus, Trocmorum procul dubio tetrarcha. Cf. illic not. 2. 4 ΓΑΛΑΤΩΝΙ apographum quo Hirschfeldius usus est.

---

3. Cappadocia.

350 Deli. Aeri incisum ed. Stuart Antt. Att. III p. 57 (Boeckh C. I. G. 2280).

Ὁ δῆμος ὁ Ἀθηνα[ίων] | βασίλισσαν Στρατον[ίκην [1]] | βασιλέως

Litterae volgares praeter A alternatim cum Α usurpatum et Θ. 1 Boeckhius cum primo eo inclinasset, ut Antiochi II Dei filiam, Ariarathis IV uxorem intellegeret, postea hoc reiecit, quia v. 3 extr. nomini γυναῖκα, quo tamen nullo modo careri posset, supplendo spatium non sufficeret, ideoque fuisse aliquam Ariobarzanis III Cappadociae regis (n. 356) filiam, cui Stratonice nomen esset, coniecit; huic, ut patri Athenis, sic ipsi Deli statuam posuisse populum Atheniensium. At ut taceam de nominis paterni forma inaudita (not. 2), talem fuisse regis filiam nusquam traditum est. Quare utraque Boeckhii opinione reiecta Stratonicen Ariarathis IV Cappadociae regis filiam agnosco, quae postea Eumeni II regi Pergamenorum nupsit. Nam si monumentum illi, cum iam in eo matrimonio versaretur, dedicatum esset, certe hoc non taceretur. Neque obstat reginae appellatio. Nam eam etiam virginibus regum filiabus et sororibus tribui consuevisse plane constat (cf. n. 14[1]. 35[1]. 56, 47 sqq.). Ante hiemen 189/8 a. Chr. n. igitur, quo tempore una cum pace inter Ariarathem et Romanos etiam illae nuptiae conciliatae sunt (cf. Strabo XIII, 4, 2 p. 624 Cas. Liv. XXXVIII, 39, 6: *et*

Ἀρια(ρ)ά[θου[2]] | ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐνοίας ‖ τῆς εἰς ἑαυτὸν | Ἀρτέμιδι[3], [Λητ]οῖ, Ἀ(π)ό[λλωνι][4].

Ariarathes rex parte dimidia pecuniae imperatae beneficio Eumenis, cui desponderat per eos dies filiam, remissa in amicitiam est acceptus) hoc monumentum ab Atheniensibus decretum est. 2 APIABA Stuart. Emendavit Boeckh, qui tamen postea Ἀριαβα[ρζάνου] supplere maluit. At huius quidem scripturae nullum usquam apud Graecos exstat exemplum. Quod quoniam utique emendatione opus est, multo facilius per errorem B pro P legi aut incidi potuisse quam A pro O in propatulo est. Quare nomen Ἀρια(ρ)ά[θου] pro certo habendum. De Ariarathe IV Cappadociae rege (fere 220—163 a. Chr. n.) cf. B. Niese ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 817. 3 Nescio an Diana dea virgo ideo hic praeter morem primum locum teneat, quia reginae virginis statua dedicatur. Cf. n. 35[3]. 4 ATO Stuart. Supplevit et emendavit Boeckh.

---

351 Fragmenta duo (*a b*) lapidum parietis in templo Minervae Poliadis quod fuit Prienae. Ed. E. L. Hicks Greek inscriptions in the British Museum III 1 p. 44 n. CCCCXXIV.

a

------- ει --------- | ------φίλων τοὺς ἀνανε[ωσαμένους ------- | --------]· ἐπεὶ γὰρ Ἀριαράθ[ης[1] -------- | ----

---

Litterae A (v. 17 septiens A) ΘΠΣΩ. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 Utrumque fragmentum spectare ad certamen Ariarathis V (163—130 a. Chr.) cum Oropherne fratre de regno Cappadociae manifestum est. Neque vero eiusdem decreti esse possunt, quandoquidem fragmentum *b* apparet senatusconsulti Romani frustulum esse (cf. praecipue v. 15 et 18) cum in fragmento *a* v. 5. 6 sic de Romanis verba fiant, ut haec ab ipsis scripta esse credibile non sit. Immo hic sine dubio decreti Prienensium relliquias tenemus. De Prienensium per illud fraternum bellum rebus cf. Polyb. XXXIII, 6, 1 sqq.: ὅτι κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους καὶ Πριηνεῖς ἐνέπεσον παραλόγῳ συμφορᾷ. δεξάμενοι γὰρ παρ' Ὀροφέρνους, ὅτ' ἐκράτησε τῆς ἀρχῆς, ἐν παραθήκῃ τετρακόσια τάλαντα, ἀπῃτοῦντο κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνους ὑπ' Ἀριαράθου, ὅτε μετέλαβε τῆς ἀρχῆς. οἱ μὲν οὖν Πριηνεῖς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖν, ὀρθῶς ἵσταντο, φάσκοντες μηδενὶ προήσεσθαι τὰ χρήματα ζῶντος Ὀροφέρνους, πλὴν αὐτῷ τῷ παραθεμένῳ, ὁ δ' Ἀριαράθης πολλοῖς ἐδόκει παραπίπτειν τοῦ καθήκοντος, ἀπαιτῶν τὴν ἀλλοτρίαν παραθήκην. οὐ μὴν ἀλλ' ἕως μὲν τούτου τάχ' ἄν τις ἔχοι συγγνώμην αὐτῷ καταπειράζοντι, τῷ δοκεῖν τῆς ἐκείνου βασιλείας εἶναι τὰ χρήματα· τὸ δὲ καὶ πορρωτέρω προβαίνειν ὀργῆς καὶ φιλοτιμίας οὐδαμῶς ἐδόκει γενέσθαι κατὰ λόγον. Diodor. XXXI, 32: ἀθροίσας δὲ (Ὀροφέρνης) χρημάτων πλῆθος τετρακόσια τάλαντα παρέθετο Πριηνεῦσι πρὸς τὰ τῆς τύχης παράλογα· ἅπερ ὕστερον ἀπέδωκαν. H. Cf. not. 3. 4. 8. 13.

οὐ]κ ἠδυνήθη διὰ τῶ[ν ----------- ‖ -------- κ]αὶ Ῥωμαίων τῶν [-------- | ----- προεστώ]των[2] οἰομένων [--------- | --- ἐν τῶι ἱ]ερῶι[3]. μετὰ δ[ὲ ---------- | ------ ἡ]μῖν ἀποκ --------- | --------- πάλιν ἐξ---- ‖ ---

b

II --------------- πόλιν πολιο[ρκήσας[4] | --------- κ]τήμα[τ]α σ[υλήσας, πολλὰ] δὲ καὶ σώματα [καὶ | θρέμματα[5] ----]σια[6] ἀπ[αγαγὼν[7] -----------] ἀφεὶς μὲ[ν -------------- | . .]θαι ἃ Ὀροφέρνης[8] ἐν τῶι ἱερῶι τ[ῆ]ς Ἀ[θηνᾶς παρακατέθετο[9], ἀποκρί|νασθαι] αὐτοῖς φιλανθρώπ[ως -----]ο [------------ οὔτε τῆς] ‖ συγκλήτου οὔτε τοῦ δήμου ἐπὶ θελπ---------|ος. περί

2 Cf. Syll.² 304, 43: Ῥωμαίους τοὺς προεστακότας τᾶς τῶν Ἑλλά[νων εὐνομίας καὶ ὁμο]νοίας. Simile praeconium Romanorum, nisi quod ad Asiae potius res spectabat, hic scriptum füisse videtur. 3 Versuum 3—7 id fuisse videtur argumentum, Ariarathem cum pecuniam ab Oropherne depositam recuperare vellet a Prienensibus, quominus id assequeretur impeditum esse a Romanis, quippe qui non aequum existimarent (οἰομένων) illi reddi quae ab alio deposita essent in delubro. H. 4 Haec manifesto ad bellum, quod Ariarathes adiutus a sororis marito Attalo II contra Prienenses gerebat, referenda sunt. Cf. Polyb. XXXIII, 6, 6 sqq. κατὰ δὲ τοὺς νῦν λεγομένους καιροὺς ἐπαποστείλας (Ariarathes) ἐλεηλάτει τὴν χώραν τῶν Πριηνέων, συνεργοῦντος Ἀττάλου καὶ παροξύνοντος αὐτὸν διὰ τὴν ἰδίαν διαφορὰν ἣν εἶχε πρὸς τοὺς Πριηνεῖς. πολλῶν δὲ καὶ σωμάτων καὶ θρεμμάτων ἀπολομένων καὶ πρὸς τῇ πόλει πτωμάτων γενομένων, ἀμύνασθαι μὲν οὐχ οἷοί τ' ἦσαν οἱ Πριηνεῖς, ἐπρέσβευον δὲ καὶ πρὸς Ῥοδίους, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ Ῥωμαίους κατέφυγον. Tunc a Romanis hoc senatusconsultum factum est, cuius argumentum manifesto tangitur in decreto I v. 3—7 (not. 3), quo ni fallor Prienenses Romanis gratias egerunt pro accepto beneficio. 5 Supplevit Hicks ex loco Polybii quem not. 4 attuli. 6 [πολλαπλά]σια Hicks, quod respondere vult illi πολλὰ apud Polybium (not. 4). At fugit hominem doctum, πολλαπλάσιος notionem habere aliam eamque ab hoc quidem loco alienam. 7 Supplevi. Nam manifesto de abstractis praedae loco mancipiis et pecoribus, non de necatis hic dicitur. Sane apud Polybium est ἀπολομένων, sed ibi ἀπολλύναι non interimendi (ἀποκτείνειν), sed amittendi (ἀποβάλλειν) vi usurpatur, ut active dicendum fuerit οἱ Πριηνεῖς ἀπώλεσαν πολλὰ σώματα καὶ θρέμματα ὑπὸ Ἀριαράθου. 8 Cf. not. 1. Orophernes Ariarathis IV filius spurius, ut quidem ferebatur, regnum anno fere 157 a. Chr. n. Ariarathi V fratri eripuit adiuvante Demetrio I Syriae rege, ut ille Romam confugere cogeretur. Sed auxilium ferente Attalo II in regnum restitutus est (B. Niese apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 818), quo facto exorta est lis cum Prienensibus de pecunia deposita (not. 1). Nummos cum inscriptione ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΟΡΟΦΕΡΝΟΥ inter rudera Prienes inventos esse testatur Hicks. 9 Cf. not. 1. 3.

τε τούτων τῶν πραγμάτω[ν οὕτως ἔδοξεν[10]· ---------[11] πρὸς | β]ασιλέα Ἄτταλον καὶ βασιλέα Ἀρια[ράθην γράψαι[12] περὶ τῆς ἐπι|δ]ρομῆς[13] οὕτω καθὼς ἂν αὐτῶι ἐ[κ τῶν δημοσίων πραγμάτων καὶ τῆς | ἰδίας πίστεως φαίνηται. ἔδοξεν[14]].

10 Supplevi. 11 Hic nomen fuisse videtur eius magistratus, cui mandatur ut ad Attalum et Ariarathem scribat. 12 Supplevi. 13 Supplevi. Incursionem ab Attalo et Ariarathe in Prienensium agrum factam indicari vix est quod moneam. 14 Supplevit Hicks, nisi quod is paullo brevius ἐ[κ τῶν δημοσίων πραγμάτων βέλτιστον εἶναι φαίνηται], sed cum illi quoque necessario sumendum sit, versu duodevigesimo titulum non finiri, nullis spatii angustiis integram formulam restituere prohibemur.

---

352 Stela marmoris Pentelici eruta Athenis in stadio Panathenaico. Edd. Perdrizet et Colin Bull. de corr. Hell. XIX 1895 p. 540 sqq.

I [Ἔδοξεν τῶν περὶ τὸ]ν Διόν[υσ]ον τ[εχνιτῶν[1] τῶν συντελούντων Ἀθήνησι τῶι κοινῶι[2]· | ἐπειδὴ βασιλεὺς Ἀ]ρι[α]ράθης Εὐ[σεβὴς καὶ Φιλοπάτωρ[3] ------------------ | ------------- τιμ]ώμενος[4] ὑπὸ [τοῦ κοινοῦ τῶν περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτῶν[5] | ------------- ἀ]ποστειλάντ[ων[6] --------------------- τῶν τεχνιτῶν τῶν[7] ‖ συντελούντων[8] Ἀθ]ήνησιν[9] ψήφισ[μα καὶ πρε-

Litterae volgares praeter Ξ (ζῆτα I est), non dispositae στοιχηδόν. 1 Suppleverunt editores, nisi quod dativum τοῖς — τεχνίταις habent. Sed sic quidnam in dextra parte primi versus scriptum fuerit non perspicitur. 2 Supplevi. 3 Ariarathes V (163—130 a. Chr. n.). Is cum ab Oropherne expulsus Romam confugisset (n. 351[8]), in regnum restitutus per itineris occasionem Athenas venisse ibique aliquantisper commoratus esse videtur. Quo tempore eum cum artificibus Dionysiacis familiaritatem contraxisse eo probabilius est, quia regem morum et litterarum Graecarum studiosissimum fuisse constat, quippe qui et Carneadem philosophum summo studio coluerit Syll.[2] 298[3]) et primus terram suam a barbaris nationibus habitatam domicilium politissimi cuiusque ex Graecis effecisse praedicetur. Cf. Diodor. XXXI, 19, 8: οὗτος τὸν πατέρα τοῦ πεπρωμένου καταλαβόντος διεδέξατο τὴν βασιλείαν, τήν τε ἄλλην ἀγωγὴν τοῦ βίου ἀξιολογωτάτην ἐνδεικνύμενος καὶ φιλοσοφίᾳ προσανέχων, ἐξ οὗ καὶ ἡ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγνοουμένη πάλαι Καππαδοκία τότε τοῖς πεπαιδευμένοις ἐμβιωτήριον ὑπῆρχεν. P. et C. 4 ΛΩΜΕΝΟΣ. Supplevi. 5 Supplevi. 6 Supplevi. 7 Supplevi. 8 Supplevi. 9 ΗΝΗΣΙΝ. Supplevi. [τὴν διασαφ]ήνησιν P. et C. Sed haec vox, quam eandem etiam infra v. 77 agnoscere sibi visi sunt (not. 68), nulla est in sermone Graeco. Nam a σαφής quidem descendit διασαφέω, διασάφησις, a σαφηνής vero διασαφηνίζω, διασαφήνισις.

σβείαν[10] ---------------------------]|ιο [------------- ἀ]πεδέξατο[11] φιλ[οφρόνως ------------------ τοῦ ἐπιμελητ]|οῦ[12] [καὶ Μενελάου[13] π]οιητοῦ τραγῳ[ιδιῶν ---------------------------| -]α--------------(α) . εγενι . σκ----------------------------- | λα--------------ου ἀρχαι -------------------------------- -------||-ω [---------- ἐν]δοξοτάτη[14] ---------------------- ----------------|-αι ------------ς Ῥωμαίων κ------------- --------------------------------- | ακι---------------υσαν, παρεκ[άλεσαν δὲ τὸν βασιλέα ἐπιμελεῖσθαι[15] ὅπως ἡ σύ]|νοδ[ος τῶν τεχνιτῶν α]ὐξηθήσεται τ------------------------------- ----------- | καὶ ------------ίας, ἐφ' οἷς ἀποδ[εξάμενος τὴν αἵρεσιν αὐτῶν φιλανθρώπως καὶ[16]] || γεν[ναίως ὑπέσχετο[17] π]έμψειν δωρεὰ[ς --------------------------------------] | νηφ -----------ια. καὶ ἐξαπέστ[ειλεν[18] ------------------------] | τριο-----------αι, καὶ ἡ σύνοδος ------------------------- ------- | μεγα------------ντας ἑαυτὴν ἀπο[--------------- ------μὴ λείπεσθαι ἐν[19]] | χάριτ[ο]ς [ἀποδόσει[20]], ἀλλὰ μεγάλαις καὶ [καλαῖς τιμαῖς κοσμεῖν[21], ὅπως ἡ πρὸς τοὺς[22]] || εὐε(ρ)γέτας[23] [χάρις][24] ἅπασιν ἀνθρώποις [φανερὰ γίγνηται·[25] ἀγαθῆι τύχηι, δεδόχθαι] | τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις, ἐπ[αινέσαι μὲν βασιλέα Ἀριαράθην Εὐσεβῆ] | καὶ Φιλοπάτορα βασιλέως Ἀριαράθου [Εὐσεβοῦς[26] καὶ βασιλίσσης Ἀντιοχίδος[27]] | εὐσεβείας ἕνεκεν καὶ δικαιοσύνης καὶ [φιλοτιμίας τῆς εἰς τοὺς τεχνίτας]. | στῆσαι δὲ αὐτοῦ καὶ ἄγαλμα παρὰ τὸν θε[ὸν --- -------- καὶ εἰκόνα χαλ]||κῆν ἐν τῶι προπυλαίωι τοῦ τεμένους καὶ[28] [-------------------- ἀνειπεῖν δὲ] | καὶ τῶν εἰκό-

10 Supplevi. 11 Supplevi. [ὑ]πεδέξατο editores. 12 Supplevi coll. v. 28. 33. 41. 47. 51. 65. 13 Supplevi coll. v. 67. 14 Supplevi. 15 Supplevi. 16 Supplevi. 17 Supplevi. 18 Supplevi. 19 Supplevi. Infinitivos pendere a verbo aliquo quod voluntatem artificum indicet (βουλόμενοι, οἰόμενοι δεῖν vel sim.) persuasum habeo. 20 Supplevi. Cf. Syll.² 287, 15: αὐτοὶ δὲ πειρασόμεθα μηδενὸς λείπεσθαι ἐγ χάριτος ἀποδόσει. 21 Supplevi. 22 Supplevi. 23 ΕΥΕΓΓΕΤΑΣ. 24 ....⏑. Supplevi. 25 Supplevi. 26 Ariarathes IV Eusebes (fere 220—163 a. Chr. n.). Cf. B. Niese ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 1 p. 817 n. 4. 27 Antiochis Antiochi III Magni filia paullo ante bellum inter illum et Romanos gestum nupsit Ariarathi (Appian. Syr. 5), qui socerum in illo bello copiis suis adiuvit, quas a. 190 a. Chr. n. proelio ad Magnesiam interfuisse narrant Livius XXXVII, 31, 4 et Appianus Syr. 32. Niese l. l. 28 Hic καὶ [ἐν supplevit editores, cum sumant praeter illud ἄγαλμα etiam duas imagines

νων[29] τὴν ἀνάθεσιν Διονυσί[ων τε τῶν ἐν ἄστει καινοῖς τραγωι]|δοῖς καὶ Παναθηναίων καὶ Ἐλευσινίων τοῖ[ς γυμνικοῖς ἀγῶσιν· τῆς δὲ ἀναγορεύ]|σεως ἐπιμεληθῆναι τὸν ἐπιμελητήν. π[αρασκευάσαι[30] δὲ ἱερεῖα εἰς θυσίαν τῶι[31]] | Διονύσωι ἀπὸ τῶν προσόδων τῶν κοινῶν κ[άλλιστα τὸν ἐπιμελητὴν καὶ Μενέλαον[32]] ‖ ποιητὴν τραγικὸν μετὰ τοῦ ἱερέως τοῦ Δ[ιονύσου, καὶ θῦσαι ὑπὲρ σωτηρίας τῆς[33]] | σ[υ]νόδου καὶ βασιλέως Ἀριαράθου καὶ βασιλ[ίσσης Νύσης[34] ---------------] | κ[α]ὶ μερίδα νεῖμαι πᾶ[σ]ιν τοῖς μετέχουσι[ν τῆς συνόδου καὶ παισὶ καὶ γυναιξὶν[35] | α]ὐ[τ]ῶν. μερίσαι δέ τὸν [ἐπ]ιμελητὴν τοῦ Μετ[αγειτνιῶνος μηνὸς[36] τὴν τετάρτην | ἐ]πὶ δέκα ὑπὲρ τοῦ βασ[ιλ]έως καὶ τὴν πέμπτ[ην ἐπὶ δέκα ὑπὲρ τῆς βασιλίσσης[37]] ‖ παι . . . ν, τὸν [δ'] ὑπηρέτη[ν] προγρ[άψ]αι ------------------------------------ | ἡμερῶ[ν] τοῦ βασιλέως Ἀριαράθου καὶ σ[τε]φα[νοῦν τὸ ἄγαλμα τὸ τοῦ βασιλέως[38]] | καὶ θυμιᾶν κ[αὶ] δᾶιδα ἱστάνειν καὶ ἐντ---σι[--- ------------------ βα]|σιλεῖ Ἀριαράθει Εὐσεβεῖ καὶ Φιλοπάτορι . ολ [------------------------ ἡμέ]|ραν ἐπώνυμον κατὰ μῆνα τὴν τετράδα ἐπὶ δ[έκα ---------------- τῆι ἡμέ]‖ραι ταύτει μετὰ τὸ τοῦ Διον[ύ]σου καὶ ἴδια . . σα----------------

(εἰκόνας) commemoratas fuisse. At sic ex more eiusmodi inscriptionum potius dicendum fuit καὶ εἰκόνας χαλκᾶς δύο, τὴν μὲν ἐν τῷ προπυλαίῳ, τὴν δὲ κτλ. Quare mihi quidem certum videtur, duas omnino effigies decretas esse, ex quibus altera hic ἄγαλμα, altera εἰκών appelletur, cum deinde (v. 26. 47. 48) pluralis αἱ εἰκόνες ambas una comprehendat. Quale notionis discrimen inter ἄγαλμα et εἰκών intercedat, hic non magis perspicio quam n. 332, 7. 9, ubi item ex duabus statuis eiusdem hominis altera hoc altera illo nomine appellatur. Cf. etiam C. I. G. 3831 (Lebas-Waddington Inscr. III 868), 9 sqq.: ἐτιμήσαμ[εν] αὐτὸν τιμαῖς ταῖς προσηκούσαις καὶ ἀνδριάντος ἀναθέσει καὶ εἰκόνος. 29 Cf. not. 28. 30 Supplevi. Aequo iure de παραστῆσαι cogitare licet (cf. Syll.[2] 554, 4. 6. 653, 65. 70. 71). Sed illud hic praetuli, quia v. 52 est βοῦν τε παρασκευάζε[ιν]. 31 Supplevi. 32 Supplevi ex v. 67. Huius hominis in tota administratione rerum synodi technitarum primarias partes fuisse apparet. 33 Supplevi. 34 Suppleverunt P. et C. ex v. 69. 82, ubi nomen integrum aetatem tulit. Cf. not. 63. 35 Supplevi. 36 Supplevi. 37 Suppleverunt P. et C., quia ex v. 81 apparet, regis et reginae dies natales ipsos se excepisse. Qui casus mirus quidem est, sed nihil habet incredibile. 38 Supplevi. Fuit cum de σ[τε]φα[νηφορεῖν] cogitarem, sed quae sequuntur θυμιᾶν κ[αὶ] δᾶιδα ἱστάνειν suadent ut hic non de habitu et ornatu quo per festum diem utantur, sed de apparatu sacrorum dici sumamus. Id unum ambigas, utrum de dei Bacchi an de regis simulacro corona ornando dicatur, sed hoc probabilius existimaverim.

------ | μένου τὸ νικῆσαν, καταλέγε[ιν] δὲ τὸν ἐπιμελη[τὴν ----------------- τοὺς] | ἀπαρξο[μέ]νους· εἰ δὲ μή, ζημ[ι]οῦν τὸμ μὴ πε[π]οι[ηκότα. τῆι δὲ[39] --------- τοῦ αὐ]|τοῦ[40] μηνὸς τοῦ βασιλέως Ἀριαράθου κατ' ἐνιαυ[τὸν ἀγῶνα μουσικὸν τιθέναι τοὺς[41]] | τεχνίτας, καὶ διδόναι τῶν ὠιδῶν τῶι νικήσα[ντι ----- ----------------] || καὶ κωμωιδοῖς παλαιοῖς καὶ τραγωι[δο]ῖς, κατὰ [τὰ αὐτὰ δὲ καὶ καινοῖς[42] κωμωι]|δοῖς καὶ τραγωιδοῖς· ἐλέσθαι δὲ ἤδη ἐξ ἑαυτ[ῶν τρεῖς ἄνδρας μετὰ τοῦ ἐπιμελη]|τοῦ καὶ τοῦ ἱερέως τοὺς τεχνίτας, οἵτιν[ες τῆς τε ποιήσεως[43] τῶν εἰκό]|νων ἐπιμελήσονται καὶ ἀναθήσουσιν ὡς κ[άλλιστα[44] ----- -----------------] | κοινά. καὶ [ἐ]ὰν πρεσβεία τις ἔλθῃ παρὰ Ἀρια[ράθου --------------------] || γίνωνται, θεωροδόκον ἀεὶ ὑπακούειν κα[------------------------ τὸν] | ἐπιμελητὴν τῶν τεχνιτῶν. καὶ ἐὰν καὶ [------------------- Παναθηναίοις] | ἢ Ἐλευσινίοις βοῦν τε παρασκευάζε[ιν[45] ------------------ --------- ἑλέ]|σθαι ἐξ ἑαυτῶν, οἵτινες ὑπὲρ βασιλέ[ως Ἀριαράθου καὶ βασιλίσσης Νύσης] | θύσουσιν καὶ τἆλλα πράξουσιν ὅσα κα[θήκει ὅπως ὁ βασιλεὺς ἀντὶ τῶν[46] εὐεργετη]||μένων[47] ἀ[π]ολαμβάνῃ τὰς προση[κ]ούσας [χάριτας[48] παρὰ τῶν τεχνιτῶν[49]. ὅπως δὲ πολ]|λοὶ [ζ]ηλωταὶ γίνωνται τῆς ὁμοίας αἱρ[έσεως ὁρῶντες τιμωμένους τοὺς[50]] | τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τεχνίταις

---

39 Supplevi, post haec diei significationem intercidisse existimans. 40 Supplevi. Cave τοῦ μηνὸς vel ἑκάστου (τοῦ) μηνός fuisse existimaveris; neque enim de re quae unoquoque mense fiat haec interpretari licet propter proximum κατ' ἐνιαυτόν. Iam cum in -του ipsum nomen mensis Attici cadere non possit, aliter suppleri nequit; intellegitur sine dubio Metagitnion (v. 33). Sane inter illum locum et hunc interiectum est praeceptum de caerimoniis quoque mense (κατὰ μῆνα v. 39) peragendis, sed de nexu sententiarum per versus proxime superiores tam incerta res est propter mutilam lapidis condicionem, ut propterea negari non liceat posse hic pronomine τοῦ αὐτοῦ ad illam superiorem mensis Metagitnionis mentionem respici. 41 Supplevi. 42 Supplevi; vix opus est monere quam frequenter in laterculis eorum, qui in ludis musicis vicerint, τραγῳδία παλαιά, κωμῳδία παλαιά et τραγῳδία καινή, κωμῳδία καινή plane ἐκ παραλλήλου recenseantur. 43 Supplevi. οἵτιν[ες τοῦ ἀγάλματος καὶ τῶν εἰκό]|νων ἐπιμελήσονται P. et C. Quos cur sequi noluerim intelleges ex not. 28. Pro ποιήσεως etiam κατασκευῆς aut simile nomen fuisse potest. 44 ὡς κ[άλλιστα δύνωνται P. et C. Sed sic particula ἂν careri non potuit. 45 Cf. not. 30. 46 Supplevi. 47 Supplevi. 48 Supplevi. τιμάς P. et C. 49 Supplevi. 50 Supplevi.

αἰτί[ους γιγνομένους ἀγαθῶν[51], ἑλέσθαι ἤ]|δη τρεῖς ἄνδρας ἐξ ἑαυτῶν, οἵτινες τό [τε ψήφισμα τόδε παραδώσουσι καὶ[52] εὐ]|χαριστήσουσι[ν] τῶι βασιλεῖ Ἀριαράθει [καὶ παρακαλέσουσι διατελεῖν[53] παρ]||έχοντα[54] τήν τε ἀσυλίαν καὶ ἀσφάλειαν [καὶ ἀτέλειαν[55] ---------------------] | αὐτὸν τὴν δεδομένην ἐξ ἀρχῆς π[αρὰ] Ἀ[ριαράθου[56] ------------------------------] | καὶ τῶν ἄλλων πάντων[57] καὶ ἀεί τινος [ἀγαθοῦ παραίτιον γίγνεσθαι αὐτοῖς[58],] | καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐπαγγέλλεται. ἀνα[γράψαι δὲ τὸν γραμματέα τόδε τὸ] | ψήφισμα εἰς στήλην λιθίνην κ[α]ὶ στῆσα[ι παρὰ τὴν εἰκόνα[59], εἰς δὲ τὴν ποί]||ησιν καὶ τὴν [ἀ]ναγραφὴν μερίσαι τὸν ἐπι[μελητὴν τὸ γενόμενον ἀνάλωμα] |.

πρέσβεις εἱ[ρέθησαν[60]·] |

Μενέλαος ποιητὴς τραγικός, Θεόδοτος κιθ[αρωιδός[61], ---------] |

II Ἔδοξεν τοῖς περὶ τὸν Διόνυσον τε[χνίταις τοῖς συντελοῦσιν ἐν Ἀθήναις[62]·] | ἐπειδὴ βασίλισσα Νῦσα[63] βασιλέως[64] [-----------,

---

51 Supplevi. 52 Supplevi. 53 Supplevi. 54 Supplevi. 55 Supplevi. 56 Supplevi. Videtur hic aliquis ex Ariarathis maioribus commemoratus fuisse, qui primus illa privilegia synodo artificum Dionysiacorum concesserit. 57 Haec ad illos refero, qui media inter illum priorem Ariarathen (not. 56) et eum, cui hic honores decernuntur, aetate regnaverint. Hi igitur illius benevolentiam erga technitas conservasse et privilegia confirmasse dicuntur. 58 Supplevi. 59 τὰς εἰκόνας P. et C. Sed etiam si eis largiremur, praeter ἄγαλμα illud duas fuisse εἰκόνας (not. 30), tamen hic pluralis non recte poneretur. Nam quomodo una stela erigi poterat iuxta duas statuas, quae non eodem loco collocatae essent? 60 Supplevi. πρέσβεις εἰ[ς Ἀριαράθην] editores. At hic praepositionis εἰς pro πρός vel παρά usus ab eiusmodi titulorum sermone alienus. Quod contra formula a me restituta solennis est. Cf. Syll.² 75, 33. 34: [οἵδε ἡι]ρέθησαν πρ]έσβεις. 79, 16: οἵδε ἡιρέθησαν πρέσβει[ς]. (Similis formula fuit Syll.² 114, 36). 206, 39: θ[ε]ωροὶ εἱρέθησαν. 216, 46: ἀναγγεῖλαι δὲ — τοὺς — πρεσβευτὰς τὰ δεδογμένα τῶι δήμωι ὑπὲ[ρ τοῦ] δικαστοῦ. ἡιρέθησαν Θεαίτητος Ἀναξίπ[που, Ἀ]πολλωνίδης Θεοπόμπου. Huius collectionis n. 229, 33. 34: πρεσβευταὶ ἀπεδείχθησαν Φανόδημος Μικ[ίωνος,] | Διονύσιος Διονυτᾶ, Παρμενίσκος Πυθέου. 61 Hos duumviros ceteroqui ignotos esse monent editores, sed utrumque nomen tum temporis ab hominibus Atheniensibus gestum constare. Etenim in titulo inedito thesauri Atheniensium qui fuit Delphis Menelaum Aristonis f. theorum technitarum occurrere fere anno 130 a. Chr. n., quem non improbabile sit hunc ipsum esse, Theodotos vero eadem aetate vel tres recenseri inter Athenienses, qui paeanis canendi causa ad Pythaïda missi essent. 62 Supplevi. 63 Haec regina iam nota erat ex nummis, in quibus una cum filio Ariarathe VI eius imago expressa erat; cf. Th. Reinach Revue numismatique Ser. III Tom. IV (1886) p. 321. 326, tab. XVIII n. 14 Βασιλίσσης Νύσης

γυνὴ δὲ βασι]‖λέως Ἀριαράθου, εὔνους ὑπάρχει τ[ῶι δήμωι τῶι Ἀθηναίων καὶ τῶι κοι]|νῶι τῶ(ν)[65] περὶ τὸν Διόνυσον τεχνιτ[ῶν ------------------------------------ | πρ]εσβευταὶ οἵ τε παρὰ τοῦ δήμου ἀ[πεσταλμένοι[66] τοῦ Ἀθηναίων καὶ οἱ παρὰ[67]] | τῶν τεχνιτῶν ἀπομαρτυροῦσ[ι]ν ηι ----------------- ---------------- | τοῦ δήμου καὶ τῆς συνόδου καὶ συμπ---- ------------------------------------- ‖ διατελεῖ πάντα τὰ καλῶς ἔχοντα δ-------------------------------------- | Διόνυσον τεχνιτῶν ἅμα τῶι ἀποδ----------------------------- ------- | βασιλέως Ἀριαράθου τὴν διασαφ[ουμένην[68] -------- -------------- ἀπε]|σ[τ]αλμένης[69] τῆι συνόδ[ω]ι· ἐβουθύτ[ησεν δὲ καὶ[70] --------- ------ ὑπὲρ τοῦ[71] | βα]σιλέως Ἀριαράθου καὶ [τ]ῆς βασιλ[ίσσης Νύσης ------------------------------] ‖ αὐτῶν καὶ ἐμέρισεν ἀρ[γύ]ριον εἰς [τὴν τοῦ βασιλέως Ἀριαράθου] | γενέθλιον ἡμέραν καὶ εἰς τὴν ἐχο[μένην[72] τὴν τῆς βασιλίσσης | Ν]ύσης κα[ὶ ---------]ν καὶ ἐπὶ ------------------- ---------- | αὐτῶν κα[ὶ --------]ησεν, ἵν[α ---------------- ------------------ | ---]ιοι ----------ας εἰς τ[------------ --------------------- ‖ ----------- πα]ραίτ[ιον γίγνεσθαι[73] --------].

καὶ βασιλέως Ἀριαράθου Ἐπιφανοῦς τοῦ υἱοῦ. P. et C. 64 Hic patris Nysae nomen scriptum fuit, quod ignoramus. 65 ΤΩΙ. Emendavi; nam τῶι post [κοι]νῶι repeti licuit quidem, sed non oportuit. At τεχνιτῶν articulo carere nullo modo potest. 66 Supplevi. Cave τοῦ δήμου Ἀ[θηναίων] rescripseris. Nam hoc pugnat cum usu sermonis. 67 Supplevi. 68 Supplevi. διασαφ[ήνησιν editores, quod cur ferri nequeat docui not. 9. Pro ὁ προειρημένος sermo inferioris aetatis haud raro participiis praesentis utitur ut ὁ δηλούμενος (Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 1865 p. 301 n. 38, 11 οἱ δηλούμενοι. ibid. v. 25 τῷ δηλουμένῳ Ἀπολλωνίῳ. p. 302 n. 39, 6 [ἐν τῷ δη]λουμένῳ ἱερῷ. p. 309 n. 42, 4 τὰ κατὰ τοὺς ἀλάστορας τοὺς δηλουμένους), ὁ προδηλούμενος (Syll.^{2} 680, 2. 8), ὁ διασαφούμενος. Cf. Syll.^{2} 790, 81 [ἐν τῶ]ι διασαφουμένωι τόπωι. v. 87 πρὸς τοὺ[ς] διασαφουμένου[ς ἄρχοντας]. Papyri Parisini Notices et extraits des manuscrits XVIII 2 1865 p. 213 n. 14, 41 τοὺς διασαφουμένους τῆς οἰκίας πήχεις ἑπτὰ εἶναι ἐμούς. p. 298 n. 37, 49 προστάξαι καταστῆσαι ἐπὶ σὲ τὸν διασαφούμενον. 69 Supplevi. 70 Supplevi. 71 Supplevi. 72 Suppleverunt P. et C. Cf. not. 37. 73 Supplevi.

---

353 Tabula marmoris fracta a dextra, Deli. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 347 n. 7.

Βασιλέα Ἀριαράθην[1] Φιλομήτορα[2] βασιλέος | Ἀριαράθου Ἐπιφανοῦς | καὶ Φιλοπάτορος[3] ὁ ἱερεὺς Ἡλίαν[αξ] | Ἀσκληπιοδώρου Ἀθηναῖος[4] θε[οῖς].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Ariarathes VII rex Cappadociae. Is post patris necem (fere 112 a. Chr. n.) imperio potitus est, circiter anno 110 a. Chr. n. a Mithridate avunculo per dolum occisus. Cf. Th. Reinach Revue numismatique Ser. III T. IV p. 325. B. Niese apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 819. 2 Cognomen supra versum a lapicida additum, quod etiam in nummis invenitur. Primo Laodice mater filii ius a Mithridatis insidiis defendisse et pro eo regnum administrasse videtur, dum Mithridates eam expelleret et regnum Ariarathi soli traderet. At brevi bellum inter hos duos reges ortum est. Nescio an monumentum dedicatum sit cum etiamtum discordia inter matrem et filium obtineret, sed cognomen suppletum cum bello exorto in gratiam rediissent. 3 Ariarathes VI regnavit fere 130—112 a. Chr. n., qua aetate cusi sunt nummi cum inscriptione βασιλίσσης Νύσης καὶ βασιλέως Ἀριαράθου Ἐπιφανοῦς τοῦ υἱοῦ. Cf. Th. Reinach l. l. p. 346. Interfectus est a Gordio instinctu Mithridatis Eupatoris. Iustin. XXXVIII, 1, 1. 4 Idem etiam Antiochi VIII Grypi (n. 258[4]), complurium Mithridatis Eupatoris amicorum et ducum (n. 371. 372. 373. 374) et hominis apud Parthorum regem Mithridatem II magna gratia florentis (n. 430) imagines Deli dedicavit circiter anno 110 a. Chr. n.

---

354 Lapis inventus Athenis. Post alios ed. Boeckh C. I. G. 357 (J. Franz Elem. Epigr. p. 232 n. 88. W. Dittenberger C. I. Att. III, 541).

Βασιλέα Ἀριοβαρζάνην Φιλοπάτορα[1], τὸν ἐκ βασιλέως | Ἀριοβαρζάνου Φιλορωμαίου[2] καὶ βασιλίσσης | Ἀθηναΐδος Φιλοστόργου[3], οἱ κατασταθέντες | ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τὴν τοῦ ᾠιδείου

Litterae ΑΖΘΠΣ. 1 De Ariobarzane II Philopatore Cappadociae rege cf. B. Niese ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 834 n. 6. Is anno 63 aut 62 a. Chr. n. abdicatione patris rex constitutus est (Appian. Mithr. 105. 114. Val. Max. V 7 ext. 2), per insidias occisus paullo ante quam Cicero in provinciam Ciliciam veniret, a. 52 aut 51 a. Chr. n. Uxorem habuit Athenaida natu minorem, filium natu maiorem et successorem Ariobarzanem III (n. 356, 2. 4). Cf. Th. Reinach Revue de numismatique Ser. III T. IV p. 433. 2 Ariobarzanes I anno 95 a. Chr. n. a Cappadocibus permissu senatus Romani rex creatus est, et cum saepe a Tigrane et Mithridate expulsus, a Romanis restitutus esset, postremo a. 63 aut 62 Pompeio praesente et consentiente regno se abdicavit. Cf. not. 1. 3 Uxor Ariobarzanis I; idem nomen et cognomen etiam coniugi Ariobarzanis II, matri Ariobarzanis III fuisse docet titulus n. 356, 2. Utra ex his duabus Mithridatis Eupatoris filia fuerit ambigitur. Cf. n. 356[3].

κατασκευὴν[4] ‖ Γάϊος καὶ Μᾶρκος Στάλλιοι Γαΐου ὑοὶ καὶ | Μενάλιππος ἑαυτῶν εὐεργέτην.

4 Cum a Sulla caperentur Athenae, Aristio priusquam in arcem confugeret, odeum incendit (Appian. Mithr. 38), quod postea regis Ariobarzanis munificentia restitutum esse praeter hunc titulum testatur Vitruvius V, 9, 1: *exeuntibus e theatro sinistra parte odeum, quod Themistocles columnis lapideis dispositis, navium malis et antemnis e spoliis Persicis pertexit, idem autem etiam incensum Mithridatico bello rex Ariobarzanes restituit.*

---

355 Columna rotunda inventa Athenis in theatro Bacchi. Edd. Pervanoglu Bullettino dell' inst. arch. Rom. 1862 p. 120. A. Rhusopulos Ἐφ. ἀρχ. περιόδος β' n. 167. St. Kumanudis Φιλίστωρ III p. 462 n. 1 (W. Dittenberger C. I. Att. III, 542).

Ὁ δῆμος | βασιλέα Ἀριοβαρζάνην | Φιλοπάτορα[1], τὸν ἐκ βασι|λέως Ἀριοβαρζάνου Φι‖λορωμαίου[2] καὶ βασιλίσ|σης Ἀθηναΐδος Φιλοστόρ|γου[3], τὸν ἑαυτοῦ εὐεργέ|την[4], ἀνέθηκεν.

Litterae ΑΙΘΠΣ. 1 Cf. n. 354[1]. 2 Cf. n. 354[2]. 3 Cf. n. 354[3]. 4 Sine dubio propter id potissimum beneficium, quo odeo a rege restituto (n. 354[4]) affecti erant, statuam ei posuerunt Athenienses.

---

356 Athenis. Post alios ed. Boeckh C. I. G. 358 (Franz Elem. epigr. p. 238 n. 89. W. Dittenberger C. I. Att. III, 543).

Ὁ δῆμος | βασιλέα Ἀριοβαρζάνην Εὐσεβῆ Φιλο|ρωμαῖον[1], τὸν ἐκ βασιλέως Ἀριοβαρζά|νου Φιλοπάτορος[2] καὶ βασιλίσσης Ἀθη‖ναΐδος Φιλοστόργου[3], τὸν ἑαυτοῦ εὐ|εργέτην, ἀνέθηκεν.

Litterae ΖΘΠΣ. 1 Ariobarzanes III patre interfecto (n. 354[1]) cum regnum iniisset, ipse quoque insidiis petitus est, a quibus Cicero ad fam. XV, 4, 6 se eum tutatum esse gloriatur. Bello civili Pompeium secutus est, sed Caesar victor ei ignovit et partem Armeniae minoris ei attribuit. C. Cassius eum a. 43 a. Chr. interfici iussit (Appian. Civ. IV, 63. Cassius Dio XLVII, 33, 4). Cf. B. Niese ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 834 n. 7. 2 Cf. n. 354[1]. 3 Hanc Athenaida natu minorem Th. Reinach Revue de numismatique Ser. III T. IV p. 459 Mithridatis Eupatoris filiam esse coniecit, quam is anno 81 a. Chr. n., cum pacem cum Ariobarzane I faceret, eius filio despondit. Etenim cum verba Appiani Mithr. 66 Αὖλος Γαβίνιος ἐπέμφθη — Μιθριδάτην — καὶ Ἀριοβαρζάνην ἀλλήλοις συναλλάξων. ὁ δὲ Μιθριδάτης ἐν τῇδε τῇ συνόδῳ παιδίον τετραετὲς ἐγγυήσας τῷ Ἀριοβαρζάνῃ κτλ. sane

de ipsius Ariobarzanis I sponsalibus intellegi debeant, tamen subesse errorem et re vera filium cognominem designari aetatum rationes indicio sunt. Sine dubio ad hanc Athenaida reginam spectant quae apud Ciceronem ad fam. XV, 4, 6 leguntur: *Metram et eum, quem tu mihi diligenter commendaras, Athenaeum, importunitate Athenaidis exilio multatos, in maxima apud regem* (Ariobarzanen III huius reginae filium) *auctoritate gratiaque constitui.* Cf. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 2 p. 2037 n. 6.

---

357 Fragmentum marmoris Eleusinii inventum in arce Athenarum occidentem versus a Parthenone. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 2612. 3820. Ex Koehleri apographo W. Dittenberger C. I. Att. III, 545.

[Ὁ] δῆμος | [βασιλέα Καπ]παδοκί[ας καὶ τῆς | τραχεία]ς Κιλικίας Ἀ[ρχέλαον [1] | Φι]λόπατριν [2] ἀρε[τῆς] ‖ ἕνεκα.

Litterae volgares praeter A. 1 Archelaus, eius Archelai qui Comanis hereditarium sacerdotium gesserat et anno 51 a. Chr. coniurationi contra Ariobarzanem interfuerat, a. 47 a. Chr. a Caesare sacerdotio privatus erat, ex Glaphyra (n. 361, 2) filius, a M. Antonio anno 41 a. Chr. n. rex Cappadociae constitutus est. Regnavit usque ad annum 14 p. Chr. n., quo a Tiberio Romam vocatus est ad causam dicendam, ibique priusquam sententia pronuntiaretur senectute et morbis confectus supremum diem obiit. Cf. U. Wilcken ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 451 n. 15. Ei anno 20 a. Chr. n. partem Ciliciae attributam esse narrat Cassius Dio LIV, 9, 2. Quare illo anno hoc monumentum utique recentius habendum est. Quaenam potissimum pars fuerit, Dio quidem non indicat nisi quod maritimas regiones dicit (παραθαλασσιδίων τινῶν); accuratius Strabo XII, 1, 4 p. 535 Cas. τῷ δὲ Ἀρχελάῳ (προσεγένετο) καὶ ἡ τραχεῖα περὶ Ἐλαιοῦσσαν Κιλικία καὶ πᾶσα ἡ τὰ πειρατήρια συστησαμένη. 2, 11 p. 540: περὶ δὲ τῆς τραχείας Κιλικίας τῆς προστεθείσης αὐτῇ (τῇ Καππαδοκίᾳ) κτλ. XIV, 5, 6 p. 671: εἶθ' ἡ Ἐλαιοῦσσα νῆσος μετὰ τὴν Κώρυκον, προσκειμένη τῇ ἠπείρῳ, ἣν συνῴκισεν Ἀρχέλαος καὶ κατεσκευάσατο βασίλειον, λαβὼν τὴν Τραχειῶτιν Κιλικίαν ὅλην πλὴν Σελευκείας. Inde petivi supplementum v. 3 init. 2 Cognomen singulare, quod A. von Gutschmid Kleine Schriften IV p. 116 ad regis, qui per dimidium saeculi Cappadociae summa cum laude praefuit, animum honestum, qui servilem adulationem priorum regum qui se Φιλορωμαίους appellabant (n. 354, 2. 355, 4. 356, 2) respueret, perquam probabiliter rettulit.

---

358 Cippus lapidis calcarii, Comanis Cappadociae (*Shahr*). Ed. V. W. Yorke Journal of Hell. stud. XVIII (1898) p. 317 n. 24.

Βασιλέα Ἀρχέλα[ον] | Φιλόπατριν[1], τὸν | κτίστην καὶ σωτῆρα, | ὁ δῆμος.

Litterae ΑΠΣ. 1 Cf. n. 357 1. 2.

359 Pars dimidia sinistra lapidis calcarii leucophaei, qui summam partem basis efficiebat, eruta Olympiae ante templum Iovis ab orientali parte. Ex Purgoldii apographo titulus editus est Olympia V p. 437 n. 315.

Ἡ πόλις ἡ τῶν Ἠλείων βασ[ιλέα Ἀρχέλαον] | Φιλόπατριν[1] ἀρετῆς ἕνεκεν κ[αὶ εὐνοίας τῆς εἰς αὐτήν].

Litterae volgares praeter ΑΠ et Σ, quod brachia non plane parallela quidem habet, sed paullulum modo divergentia. Ο minore modulo exarata. 1 Cf. n. 357 1. 2.

360 Fragmentum basis marmoris Hymettii inventum in arce Athenarum occidentem versus a Parthenone. Edd. Pittakis L'ancienne Athènes p. 117. Ἐφ. ἀρχ. 1024. Ex Koehleri apographo Th. Mommsen Ephem. epigr. I p. 278 et W. Dittenberger C. I. Att. III, 546.

[Ἡ β]ο[υ]λὴ ἡ ἐξ Ἀρ[είου πάγου βασιλέα | Ἀρ]χέλαον Φιλό[πατριν[1], εὐεργεσίας] | ἕνεκα τῆς εἰς [ἑαυτήν].

Litterae volgares praeter ΑΞ. 1 Cf. n. 357 1. 2.

361 Tabula marmorea fracta infra et a dextra, inventa Magnesiae ad Maeandrum in porticu fori. Ed. O. Kern Inschriften von Magnesia p. 117 n. 138, tab. VIII. Iuxta tabulam eruta est pars superior statuae mulieris.

Ὁ δῆμος | βασίλισσαν Γλαφύραν[1] Ο----[2], | βασιλέως Ἀρχελάου

Litterae ΑΞΠΣ. Hastae hic illic aliquantum incurvatae, fines earum lineolis transversis ornatae. 1 Cf. Cassius Dio XLIX, 32, 3 ὁ δ' Ἀρχέλαος οὗτος πρὸς μὲν πατρὸς ἐκ τῶν Ἀρχελάων ἐκείνων τῶν τοῖς Ῥωμαίοις ἀντιπολεμησάντων ἦν, ἐκ δὲ μητρὸς ἑταίρας Γλαφύρας ἐγεγέννητο. K. 2 Litteram initialem Ο esse, non Θ, plane certum est. Quare cave θ[εάν] suppleveris; immo patris Glaphyrae nomen, quod ignoratur, hic scriptum fuit. Kern.

Φ[ιλοπάτρι|δ]ος[3] μητέρα, ἐπί τε τῆι πε[ρὶ αὐτὴν[4]] ‖ ἀρετῆι τε καὶ δόξηι κα[ὶ τῆι] | πρὸς τὸν [δ]ῆμον εὐ[νοίαι].

3 Cf. n. 357[1]. 4 Supplevi. πε[ρισσῆι] Kern. At cf. n. 331, 35 sqq. διὰ τὴμ περὶ αὐτὸν οὖσαγ καλοκἀγαθίαν — καὶ τὴν πρὸς ἡμᾶς εὔνοιαγ καὶ πίστιν.

---

362 Basis marmoris Pentelici inventa in arce Athenarum occidentem versus a Parthenone. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 94. Rangabé Ant. Hell. 48. Beulé L'acropole I p. 345. Ex Koehleri apographo Th. Mommsen Ephem. epigr. I p. 278 et W. Dittenberger C. I. Att. III, 548.

Ὁ δῆμος | βασιλέως Ἀρχε|λάου[1] υἱὸν | Ἀρχέλαον[2].

Litterae ΑΕΕΗΣ. 1 Cf. n. 357[1]. 2 Cf. Tac. Ann. VI, 41: *Per idem tempus Cietarum* (sic, non *Clitarum*, legendum esse demonstravit A. Wilhelm Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich XVII 1894 p. 1 sqq.) *natio Cappadoci Archelao subiecta, quia nostrum in modum deferre census, pati tributa adigebatur, in iuga Tauri montis abscessit locorumque ingenio sese contra imbelles regis copias tutabatur.* Haec gesta sunt anno 36 p. Chr. n. Post Archelai regis mortem (17 p. Chr.) Cappadocia quidem in provinciae formam redacta est, sed Cilicia Trachea, quam Augustus illi attribuerat, filio cognomini regis relicta. Mommsen.

---

363 Titulus lectu difficillimus, scriptus in fragmento marmoris Eleusinii, in arce Athenarum. Ex Koehleri apographo edd. Th. Mommsen Ephem. epigr. I p. 277. W. Dittenberger C. I. Att. III, 549.

[Ἡ β]ουλὴ καὶ [ὁ δῆμος | β]ασίλισσαν [Γλαφύραν[1]] | Ἀ[ρ]χ[ε]λ[ά]ου[2] θυγ[ατέρα, Ἰόβα[3]] | γυναῖκα, [ἀρετῆς ἕνεκα].

Litterae volgares praeter ΑΣ. 1 De Glaphyra Archelai filia, aviae (n. 361) nomen gerente, Iosephus Ant. XVII, 349 sqq. haec habet: παραπλήσια δὲ καὶ Γλαφύρᾳ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ (Archelai Herodis filii) συντυγχάνει βασιλέως Ἀρχελάου θυγατρὶ οὔσῃ, ᾗ πρότερον συνῴκει παρθένον λαβὼν Ἀλέξανδρος Ἡρώδου μὲν υἱὸς Ἀρχελάου δ' ἀδελφός. ἐπεὶ δὲ συμβαίνει τὸν Ἀλέξανδρον ὑπὸ τοῦ πατρὸς τελευτῆσαι, Ἰόβᾳ τῷ Λιβύων βασιλεῖ γαμεῖται, μεταστάντος δὲ τοῦ Λίβυος χηρεύουσαν ἐν Καππαδοκίᾳ παρὰ τῷ πατρὶ Ἀρχέλαος ἄγεται τὴν συνοῦσαν αὐτῷ Μαριάμμην ἐκβαλών· τοσόσδε τῆς Γλαφύρας ἀνέστρεψεν ἔρως. Eadem fere leguntur Bell. Iud. II, 114. 115. Iubae nupsit a. 4 a. Chr. n., decessit a. 7 p. Chr. n. Mommsen. 2 Cf. n. 357[1]. 3 Cf. n. 197[2].

364 Sari (*Shahr*) provinciae Cataoniae. Edd. ex C. Wilsoni exemplo W. M. Ramsay Journal of Philology XI p. 147. Ex Claytoni exemplo W. H. Waddington Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 127 n. 1. Ex suo apographo J. R. S. Sterret Papers of the American school at Athens II p. 234 n. 263.

---------------μηι[1] | [------ καὶ Ἀφροδ]ίτει[2] | [Ἀρσ]άμην[3] Ἰαζήμ[ιος[4], τὸν | ἱερέ]α τῆς Νικηφόρου[5] θε[ᾶς ‖ καὶ] στρατηγὸν Καταονία[ς[6], | ἡ]γησάμενον[7] αὐτῶν ἐπιεικῶ[ς[8]] | καὶ εὐεργετικῶς.

Litterarum formae memorabiles ΖΘΠΣ. 1 Initio tituli gentis vel civitatis nomen, cuius est dedicatio, nominativo casu scriptum fuisse ex v. 7 [ἡ]γησάμενον αὐτῶν necessario colligitur. Tamen nolui Κατάονες supplere, quia non liquet utrum a tota gente an ab una civitate monumentum erectum sit. Extrema versus primi parte numinis cuiuspiam appellatio casu dativo scripta fuit. 2 Supplevi. _ΙΤΕΙ Waddington, Sterret, ΙΤΕΙ Ramsay. 3 \ΜΗΝ Sterret, ΜΗΝ Ramsay et Waddington. 4 Supplevi. Cf. Inschr. v. Magnesia p. 117 n. 137: ὁ δῆμος Μιθριδάτην Ἰαζήμιος. 5 ΟΙΚΗΦΟΡΟΥ Sterret, Waddington, ΝΙΚ Ramsay. Deam indicari quae Comanis culta esset, indigenarum sermone Μᾶ, Graece Ἐνυώ dicta, observavit Wadd. allato Strab. XII, 2, 3 p. 535: ἐν δὲ τῷ Ἀντιταύρῳ τούτῳ βαθεῖς καὶ στενοί εἰσιν αὐλῶνες, ἐν οἷς ἵδρυται τὰ Κόμανα καὶ τὸ τῆς Ἐνυοῦς ἱερόν, ὃ (ἣν?) ἐκεῖνοι Μᾶ ὀνομάζουσι· πόλις δ' ἐστὶν ἀξιόλογος, πλεῖστον μέντοι [τὸ] τῶν θεοφορήτων πλῆθος καὶ τὸ τῶν ἱεροδούλων ἐν αὐτῇ. Κατάονες δέ εἰσιν οἱ ἐνοικοῦντες, ἄλλως μὲν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τεταγμένοι, τοῦ δὲ ἱερέως ὑπακούοντες τὸ πλέον· ὁ δὲ τοῦ θ' ἱεροῦ κύριός ἐστι καὶ τῶν ἱεροδούλων, οἳ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐπιδημίαν πλείους ἦσαν τῶν ἑξακισχιλίων, ἄνδρες ὁμοῦ γυναιξί. Quam deam aptissime Νικηφόρον vocari, quandoquidem in nummis regum Cappadociae simulacrum Victoriae manu gerens repraesentaretur, monuit Wadd. Regum Cappadociae, non principum Romanorum aetate hunc titulum incisum esse et ex litteratura et ex argumento apparet. Wadd. Ceterum in fine versus ΘΕ habet Sterret, ΘL Ramsay et Waddington. 6 Cf. Strabo XII, 1, 2 p. 533 Cas.: μέρος τε τῆς Καππαδοκίας ἐστὶ δέκατον (ἡ Μελιτηνή) κατὰ τὴν εἰς δέκα στρατηγίας διαίρεσιν τῆς χώρας. οὕτω γὰρ δὴ οἱ καθ' ἡμᾶς βασιλεῖς οἱ πρὸ Ἀρχελάου διατεταγμένην εἶχον τὴν ἡγεμονίαν τῆς Καππαδοκίας· δέκατον δ' ἐστὶ μέρος καὶ ἡ Καταονία. Ex his igitur decem provinciis suum quaeque praesidem (στρατηγόν) habebat. Wadd. 7 ΓΗΣΑΜΕΝΟΝ Sterret, ΗΣΑΜΕΝΟΝ Ramsay, Waddington. 8 ΕΠΙΕΙΚΟ Ramsay, Waddington, ΕΠΙΕΙΚΩ Sterret.

4. Pontus.

365 Titulus incisus rupi Amasiae infra arcem. Imaginem photographicam effecit D. Ermakow Trapezuntius, quam una cum eius litteris Ernestus Renan communicavit cum Georgio Perrot, qui

qui publici iuris fecit Comptes rendus de l'academie des inscriptions 1873 p. 261 (Revue archéologique Nouvelle série XXVI 1873 p. 375. Mémoires d'archéologie, d'épigraphie et d'histoire p. 145. Th. Reinach Mithradates Eupator p. 456 n. 1 ed. Germ. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 858 n. 1228).

Ὑπὲρ βασιλέως | Φαρνάκου[1] | [Μη]τρόδωρος[2] | --------ίου φρουραρ‖[χήσ]ας [τὸ]ν βω‖[μ]ὸν καὶ [τ]ὸν | ἀνθεῶνα[3] | θεοῖς.

Litterae volgares praeter ΒΞ(βῆτα)ΘΡΣΦ, profunde quidem sed non aequaliter et accurate incisae. ο minoris quam reliquae mensurae. 1 Cum Ermakowius de Pharnace II Mithridatis Eupatoris filio interpretatus esset, recte Perrotus monuit, illum in Ponto quidem non regnasse nisi per paucos menses; etenim cum anno 48 a. Chr. n. superato Cn. Domitio Calvino regnum paternum invasisset (B. Alex. 40, 5. 41, 1. 2. Cassius Dio XLII, 9, 2. 3. 46, 2. 3) proxima hieme a Caesare eiectus est (B. Alex. 77, 2. 78, 2. Plutarch. Caesar 50. Appian. Civ. II, 91. 92. Cassius Dio XLII, 47, 4. 5). Per quod tempus cum exiguum tum turbulentum et bellicosum profecto talem dedicationem a praefecto arcis Amaseae factam non esse credibile. Quare sine dubio Pharnacem I Mithridatis Eupatoris avum, qui regnavit fere ab anno 190 ad 170 a. Chr. natum, intellegendum esse. Quae ut rectissime disputavit Perrot, sic nimis caute agere videtur cum litteraturam utrique aetati aeque convenire ideoque in hac quaestione nihil momenti habere dicit. Nam de reliquis quidem litteris hoc concedo, at Φ pro φ scriptum esse multo probabilius est altero a. Chr. n. saeculo ineunte quam post medium primum. 2 Supplevit Perrot, qui monet, sive priori sive posteriori regi Pharnaci titulum vindicemus, utique hic designari non posse Metrodorum Scepsium hominem nobilissimum qui Mithridatis Eupatoris aetate floruerit; nam eum et ab hoc rege demum in Pontum adductum et ante eius mortem vita functum esse (Strabo XIII, 1, 55 p. 609 Cas.: Μιθριδάτην δὲ θεραπεύσας τὸν Εὐπάτορα συναπῆρεν εἰς τὸν Πόντον ἐκείνῳ. — ἐμπεσὼν εἰς ἔχθραν ἀδικωτέρων ἀνθρώπων ἀπέστη τοῦ βασιλέως κατὰ τὴν πρὸς Τιγράνην τὸν Ἀρμένιον πρεσβείαν· ὁ δ' ἄκοντα ἀνέπεμψεν αὐτὸν τῷ Εὐπάτορι, φεύγοντι ἤδη τὴν προγονικήν, κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν κατέστρεψε τὸν βίον εἴθ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως εἴθ' ὑπὸ νόσου· λέγεται γὰρ ἀμφότερα. Plut. Lucull. 22) constare; ac phrurarchi officium non cadere in sophistam publicis quidem negotiis idoneum neque vero militaribus. 3 Etsi non praefracte negari liceret, posse initio versus litteram intercidisse, tamen non probabiliter [Π]ανθεῶνα suppleri cum propter significationem tum quia haec vocis forma (pro Πάνθεον, Πάνθειον) ceteroqui inaudita esset monuit Perrot. Immo viridarium floribus consitum, quo ara circumdata esset indicari. Cf. Corpus glossariorum Latinorum II p. 227, 20: ἀνθεών uiridarium. p. 501, 49: Viridarium ἀνθών. p. 528, 28: virectum othontopos (l. ἀνθών, τόπος). Sed quod illi probabile videtur, sepulcro Pharnacis Metrodorum haec ornamenta addidisse ut eius qui quondam ipsius dominus fuerat memoriam grato pioque animo prosequeretur, id cum praepositionis ὑπὲρ v. 1

usurpatae vi pugnare existimo. Nam etiam si Perroti interpretatio (*'avait consacré aux dieux en l'honneur et au nom de son maître'*) vera esset, hoc manifesto non caderet in regem defunctum. Sed ni plane fallor hoc ὑπὲρ βασιλέως potius 'pro salute et victoria regis' est, ita ut hoc dono oblato a deis quasi redimi res secundas regis intellegatur. Quod non licere dici nisi de superstite sponte patet.

---

366 Deli in basi. Edd. Spon Itin. T. III P. I p. 86. Wheler Itin. p. 56 (Muratori T. II p. MLVI, 5 et T. IV p. MMXX, 2). Tournefort, cuius aetate dextra modo lapidis pars supererat, integrum titulum ex Sponii et Wheleri libris repetivit Itin. T. I epist. 7 p. 297 (Boeckh C. I. G. 2276. Th. Reinach Mithradates Eupator p. 457 n. 5 ed. Germ.).

Βασιλέως[1] Μιθραδάτου | Εὐεργέτου[2]. Σέλευκος | Μαραθώνιος γυμνασιαρχῶν[3].

Litterae volgares praeter ΘΣ, si modo apographis fidem habere licet. 1 Genetivo hic non eum, quem statua repraesentaret, sed eum, qui illam dedicasset, indicari sibi persuasit Boeckhius. At ut per se utraque vi usurpari potest (cf. n. 341), sic v. 2. 3 (cf. not. 3) dubitari non sinunt, quin imaginem regis a Seleuco Marathonio gymnasiarcho dedicatam haec basis quondam sustinuerit. 2 Mithridates IV Eupatoris pater, qui regnavit ab anno fere 170 usque ad annum 120 a. Chr. n. Nam huic Εὐεργέτης cognomen fuisse scriptorum testimoniis constat. Cf. Strabo X, 4, 10 p. 477 Cas.: Δορύλαος γὰρ ἦν ἀνὴρ τακτικός, τῶν Μιθριδάτου τοῦ Εὐεργέτου φίλων. — καὶ ἐπειδὴ ὕστερον ἐξ ἐπιβουλῆς δολοφονηθέντα ἔγνω τὸν Εὐεργέτην ὑπὸ τῶν φίλων ἐν Σινώπῃ κτλ. — δυεῖν δὲ ὄντων υἱῶν τῷ Εὐεργέτῃ, διεδέξατο τὴν βασιλείαν Μιθριδάτης ὁ προσαγορευθεὶς Εὐπάτωρ, ἕνδεκα ἔτη γεγονώς. Appian. Mithr. 10: ὅ γέ τοι Ῥωμαίοις πρῶτος ἐν φιλίᾳ γενόμενος καὶ ναῦς τινας ἐπὶ Καρχηδονίους καὶ συμμαχίαν ὀλίγην παρασχὼν βασιλεὺς Πόντου, Μιθριδάτης ὁ Εὐεργέτης ἐπίκλησιν, ὡς ἀλλοτρίαν τὴν Καππαδοκίαν ἐπέδραμεν. καὶ διαδέχεται Μιθριδάτης υἱός, ᾧ Διόνυσος καὶ Εὐπάτωρ ἐπώνυμα ἦν. 3 Si dedicatio Mithridatis regis esset, ut Boeckhius vult (not. 1), gymnasiarchi nomen additum esse poterat aut temporis definiendi causa aut ut eius opera in dono deo offerendo regem usum esse indicaretur. Sed neutra res ullo modo casu nominativo enuntianda erat, sed in illa quidem sententia γυμνασιαρχοῦντος aut ἐπὶ γυμνασιάρχου Σελεύκου Μαραθωνίου, in hac vero διὰ Σελεύκου Μαραθωνίου τοῦ γυμνασιάρχου aut ἐπιμεληθέντος Σελ. Μ. τ. γ. dicendum fuit. Quare quin ἀνέθηκε potius ut in innumeris titulis mente supplendum sit, nulla relinquitur dubitatio. Id sane paullo insolentius, quod titulus in duas partes Βασιλέως Μιθραδάτου Εὐεργέτου (sc. εἰκών) et Σέλευκος Μαραθώνιος γυμνασιαρχῶν (sc. ἀνέθηκε) nulla ratione grammatica inter se conexas disiungitur. Sed plane geminum exemplum habes n. 369, nisi quod illic definite additur ἀνέθηκεν, quo minus de tituli structura et argumento dubitari possit.

367 Vas permagnum aheneum (v. imaginem ap. Th. Reinach Mithradates Eupator p. 284) effossum Winckelmanni aetate in portu Antii, exstat in museo Capitolino. Titulum primus edidit Pococke Descr. Or. Vol. II p. 207 tab. 92, deinde post multos alios Boeckh C. I. G. 2278 cum Addendis p. 1039. Accuratissima imagine expressum exhibet G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et It. p. 236 (Th. Reinach Mithradates Eupator p. 460 n. 10 ed. Germ.).

Βασιλεὺς Μιθραδάτης Εὐπάτωρ[1] τοῖς[2] ἀπὸ τοῦ γυμνασίου Εὐπατορισταῖς[3].

Litterae punctis tenuibus expressae formas volgares habent praeter ΘΜΠΓ, sed hastae quae rectae esse debebant plerumque paullulum incurvatae sunt. 1 Mithridates V Eupator rex Ponti (120—63 a. Chr. n.). 2 Supra hanc vocem trium quattuorve litterarum reliquiae obscurae, quas Boeckhius cum ΜΝΔ esse existimaret, μ(έγας), ν(έος) Δ(ιόνυσος) interpretatus est. At in Kaibelii imagine primo loco ΛΟ potius quam Μ agnoveris. Item quid sibi velint litterae ЄΥΦΑΔΙΑΒШΖЄ in collo vasis conspicuae, in medio relinquendum est. 3 Cf. Βασιλισταί n. 130, 6. Ἀτταλισταί n. 325, 4. 326, 1 sqq.

---

368 Tabula marmorea inventa Deli. Ed. A. Hauvette-Besnault Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 343 n. 57 (Syll.[1] 254. Th. Reinach Mithradates Eupator p. 458 n. 5 vers. Germ. Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 844 n. 1160).

Διὶ Οὐρίωι ὑπὲρ βα[σιλέως[1]] | Μιθραδάτου Εὐπάτορος[2] | καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ | Μιθραδάτου Χρηστοῦ[3] ‖ καὶ τῶν πραγμάτων | αὐτῶν.

Litterae ΑΘΠΣ. 1 ΒΑ_Ι. 2 Mithridates V Eupator (120—63 a. Chr. n.). 3 Frater natu minor Mithridatis Eupatoris, quocum post Laodices matris dominationem paullisper una rerum potitus esse videtur Eupator, dum propter coniurationem aut coniurationis suspicionem eum interimeret. Cf. Memnon de Heracl. ap. Photium Bibl. cod. 224 p. 230 *b*, 1 sqq. φονικώτατος δ' ἐκ παιδὸς ὁ Μιθριδάτης ἦν· τὴν γὰρ ἀρχὴν τρισκαιδεκάετὴς παραλαβὼν μετ' οὐ πολὺ τὴν μητέρα, κοινωνὸν αὐτῷ παρὰ τοῦ πατρὸς τῆς βασιλείας καταλειφθεῖσαν, δεσμωτηρίῳ κατασχὼν βίᾳ καὶ χρόνῳ κατανάλωσε, καὶ τὸν ἀδελφὸν ἀπέκτεινε. Appian. Mithr. 112 φονικὸς δὲ καὶ ὠμὸς ἐς πάντας ἦν, καὶ τὴν μητέρα ἔκτεινε καὶ τὸν ἀδελφὸν καὶ τῶν παίδων τρεῖς υἱοὺς καὶ τρεῖς θυγατέρας. Cf. Th. Reinach Mithradates Eupator p. 46 ed. Germ., qui hunc titulum itemque n. 369 exiguo illo spatio incisos observavit, per quod Mithridates matre imperio exuta fratri etiamtum pepercisset (a. 111 a. Chr. n.). Nam si

antiquiores essent, certe Laodicen quoque nominandam fuisse. Memorabile est in utroque titulo Eupatora regio nomine uti, Chrestum non item. Inde illud quidem apparet, non eundem fuisse tum utriusque fratris locum potentiae et dignitatis. Sed tamen minorem quoque, nomine magis quam re, aliquam partem reipublicae administrandae tum habuisse, ex vocibus καὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν haud immerito colligas.

---

369 Deli. Exemplum corruptum exhibuit Spon Itin. III, 1 p. 86 (Boeckh C. I. G. 2277*a*). Melius apographum Cyriaci Anconitani publici iuris fecit O. Riemann Bull. de corr. Hell. I (1877) p. 86 n. 28 (Th. Reinach Mithradates Eupator p. 458 n. 6 ed. Germ.). Cf. quae adnotavit Th. Homolle Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 101.

Βασιλέως Μιθραδάτου Εὐ|πάτορος[1] καὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ | Μιθραδάτου Χρηστοῦ[2]. | Διονύσιος Νε[ίκ]ωνος[3] || Ἀθηναῖος γυμνασιαρχή|σας ἀνέθηκεν.

Litterarum formas volgares praeter ΘΠΣ exhibet Spon, cui sane hac de re non multum fidei videtur habendum esse. Cyriaci exemplum minusculas litteras habet. In verbis tituli hunc sequor foedis Sponii erroribus non enotatis. 1 Cf. n. 368[2]. 2 Cf. n. 368[3]. 3 ΝΕΣ . . . . . . ΝΟΣ Spon, Νεώνιος Cyr. Ν[ίκω]νος emendavit Homolle collato titulo n. 342, ubi idem homo epimeleta insulae Deli est. Quem sequor, nisi quod diphthongum posui, quia Ε in utroque apographo est.

---

370 Epistylium Doricum erutum Deli. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. VIII (1884) p. 103 (Th. Reinach Mithradates Eupator p. 459 n. 7 ed. Germ.).

[Ὑπὲρ βασιλέως Μιθραδάτου] Εὐπάτορος[1] Διονύσο[υ[2] ------- | -----] θεραπευταί[3].

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Mithridates Eupator rex Ponti (120—63 a. Chr. n.). 2 Non ante annum 88 a. Chr. n. regi divinos honores et nomen novi Bacchi tributa esse Hom. colligit ex Posidonii loco quem affert Athenaeus V p. 212 d: ὑπήντησαν δ' αὐτῷ (Athenioni) καὶ οἱ περὶ τὸν Διόνυσον τεχνῖται, τὸν ἄγγελον τοῦ νέου Διονύσου καλοῦντες et Ciceronis oratione pro Flacco 25, 60: *Mithridatem deum, illum patrem, illum conservatorem Asiae, illum Euhium, Nysium, Bacchum, Liberum nominabant.* 3 Cf. n. 251, 4.

371 Marmora duo inter se contingentia, ex quibus alterum hunc titulum habet, alterum n. 372; in utroque supra titulum protoma viri anaglypho expressa. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 353 n. 9 (Th. Reinach Mithradates Eupator p. 459 n. 9 *b* ed. Germ.).

[Καλλίστρατ]ον[1] Ἀντιπάτρου | --------, τῶν πρώτων φίλων[2] | [βασιλέως Μι]θραδάτου Εὐπάτορος, | [τεταγμένον] δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἀπορρήτου[3], ‖ [ὁ ἱερεὺς Ἡλίαν]αξ Ἀσκληπιοδώρου | [Ἀθηναῖος[4] θεο]ῖς.

Litterae ΑΞΠΣ. 1 [Νεοπτόλεμ]ον suppleverat S. Reinach, eo potissimum nisus quod qui cum Dorylao (n. 372, 1) in eodem lapide coniungeretur non posset non exercituum Mithridatis dux fuisse; inter eos vero nullius nomen tam accurate lacunae spatium explere quam Neoptolemi. At in Dorylai elogio legitur τεταγμένον δὲ καὶ ἐπὶ τῶν δυνάμεων. Quod quoniam hic desideratur, sequitur ut Antipatri filius non magis quam reliqui qui nullam militaris officii notam habent (Papias n. 374, 2, Gaius n. 373, 1) inter exercituum praefectos quaerendus sit. Summa igitur cum probabilitate Th. Reinach Callistrati nomen reposuit, de quo Plutarchus Lucull. 17 haec habet: καὶ οὐ τοῦτο μόνον αὐτῶν ἀπέλαυσε τῆς πλεονεξίας Λούκουλλος, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων τοῦ βασιλέως ὄντα Καλλίστρατον ὁ μὲν ἄγειν ἐκέλευσεν, οἱ δ' ἄγοντες αἰσθόμενοι πεντακοσίους χρυσοῦς ὑπεζωσμένον ἀπέκτειναν. Sane illa anno 71 a. Chr. demum gesta sunt, hic titulus incisus fere 110. Rara in illo rege fidei et gratiae constantia, quod eundem hominem in tali officio per quattuor decennia servavit. 2 Cf. n. 99[1]. 104[2]. 3 De hoc munere S. Reinach provocat ad Procopium de bell. Pers. I, 2, 7 p. 182 Dindf.: τὸν τῶν ἀπορρήτων γραμματέα — ἀσηκρῆτις καλοῦσι τοῦτο τὸ ἀξίωμα Ῥωμαῖοι· σήκρητα γὰρ καλεῖν τὰ ἀπόρρητα νενομίκασι. 4 Cf. n. 258[4].

372 Iuxta n. 371 a dextra in eodem lapide. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 355 n. 9 (Th. Reinach Mithradates Eupator p. 459 n. 9 *a* ed. Germ.).

Δορύλαον Φιλ[ετα]ίρου Ἀμισηνόν[1], | τὸν σύντροφον καὶ ἐπὶ τοῦ |

Litterae ΑΘΞΠΣ. 1 Cf. Strabo X, 4, 10 p. 477: δυεῖν δὲ ὄντων υἱῶν τοῦ Εὐεργέτου διεδέξατο τὴν βασιλείαν Μιθριδάτης ὁ προσαγορευθεὶς Εὐπάτωρ ἕνδεκα ἔτη γεγονώς· τούτῳ σύντροφος ὑπῆρξεν ὁ τοῦ Φιλεταίρου Δορύλαος· ἦν δ' ὁ Φιλέταιρος ἀδελφὸς τοῦ τακτικοῦ Δορυλάου. Deinde Strabo pergit, regem cum adolevisset pueritiae socium magnis exornasse beneficiis. Inter ea scimus sacerdotium Comanense fuisse coniunctum illud quidem (Appian. Mithr. 114) cum ipsius oppidi regimine. Anno 86 a. Chr. exercitui regis in Graecia praefuit, sed paullo post accidisse videtur quod Strabo refert, ut

ἐγχειριδίου[2], τεταγμένον δὲ | καὶ ἐπὶ τῶν δυνάμεων βασιλέως ‖ Μιθραδάτου Εὐπάτορος, ὁ ἱερεὺς | Ἡλιάναξ Ἀσκληπιοδώρου | Ἀθηναῖος[3] θεοῖς.

---

prodere regnum Romanis visus everteretur; utrum necatus an in exilium missus sit ex ancipiti Strabonis locutione non elucet. S. R. 2 Amanuensem, i. e. secretarium negotiorum privatorum intellegit S. R. Sed quomodo τὸ ἐγχειρίδιον tale quid significare possit non perspicio. Sine dubio rectius Th. R. Mithridates Eupator p. 289 *pugionem* interpretatur, sed quam vim huic officii nomini tribuat non indicat. Mea quidem sententia supplicia regis iussu per ministros suos exsequi illum oportebat. Cf. Ael. Lamprid. Commodus c. 6: *tuncque primum tres praefecti praetorio fuere, inter quos libertinus qui a pugione appellatus est.* Sane ibi non verum officii nomen est, sed cum acerba irrisione fictum. 3 Cf. n. 258[4].

---

373 Marmor inventum Deli. Supra titulum a dextra anaglyphum repraesentans protomam hominis vestitu militari. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 361 n. 11 (Th. Reinach Mithridates Eupator p. 460 n. 9 *d* ed. Germ.).

Γάϊον[1] Ἑρμαίου[2] Ἀμισηνόν, [τῶν πρώτων φίλων] | βασιλέως Μιθραδάτου [Εὐπάτορος,] | ὁ ἱερεὺς Ἡλιάναξ Ἀσκληπι[οδώρου Ἀθηναῖος[3]] | θεοῖς.

Litterae ΑΘΠΣ. 1 Cf. Plut. Pomp. 42: τῆς δ' ἐσθῆτος, ἣν ἐφόρει (Μιθριδάτης), καὶ τῶν ὅπλων τὸ μέγεθος καὶ τὴν λαμπρότητα ἐθαύμασε· καίτοι τὸν μὲν ξιφιστῆρα πεποιημένον ἀπὸ τετρακοσίων ταλάντων Πόπλιος κλέψας ἐπώλησεν Ἀριαράθῃ, τὴν δὲ κίταριν Γάϊος ὁ τοῦ Μιθριδάτου σύντροφος ἔδωκε κρύφα δεηθέντι Φαύστῳ τῷ Σύλλα παιδὶ θαυμαστῆς οὖσαν ἐργασίας. ὃ τότε τὸν Πομπήϊον διέλαθε· Φαρνάκης δὲ γνοὺς ὕστερον ἐτιμωρήσατο τοὺς ὑφελομένους. Hic igitur fuit aequalis regis nati a. 132 a. Chr. Th. Reinach Mithradates Eupator p. 43 not. 2 ed. Germ. 2 Patrem Gai eundem S. Reinach intellegit Hermaeum qui anno 74/3 a. Chr. post Cyzicum obsidione liberatam peditibus regis praefuerit (Memnon F. H. G. III p. 546, c. 40, 3), neque improbabile iudicat hominem septuagenarium eo officio functum esse. At Gai illius patrem, si tum superstes fuisset, non septuagenarium futurum fuisse, sed plus quam octogenarium, collatis eis quae not. 2 de Gai aetate notata sunt repperies. Quare illum peditatus ducem Gai aut fratrem aut adeo filium avitum nomen gerentem existimaverim. 3 Cf. n. 258[4].

---

374 Basis marmorea. Supra titulum a dextra inferior pars anaglyphi similis eorum quae in reliquis huius generis lapidibus

sunt, a sinistra fragmentum alius anaglyphi eiusdem formae. Deli. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 358 n. 10 (Th. Reinach Mithradates Eupator p. 460 n. 9 *c* ed. Germ.).

[Ὁ ἱερε]ὺς Ἡλιάναξ Ἀσκληπιοδώρου Ἀθηναῖ[ος[1]] | Παπίαν Μηνοφίλου Ἀμισηνόν[2], | τῶν πρώτων φίλων[3] βασιλέως | Μιθραδάτου Εὐπάτορος ‖ καὶ ἀρχίατρον[4], τεταγμένον δὲ | καὶ ἐπὶ τῶν ἀνακρίσεων[5], | θεοῖς.

Litterae ΑΘΞΠΣ et semel (v. 6 med.) ω, cum reliquis locis Ω sit. 1 Cf. n. 258[4]. 2 Homo ceteroqui ignotus. 3 Cf. n. 371[2]. 4 Cf. titulum Crateri Antiochensis n. 256 cum nota 6. 5 Non tam iudicem quam inquisitorem hoc significat, eum sine dubio qui in homines de coniuratione contra regem suspectos quaestionibus exercendis praesit. Neque enim verum vidit S. R. hunc ad exemplum eorum qui in Aegypto vocarentur οἱ τὰ βασιλικὰ καὶ προσοδικὰ καὶ ἰδιωτικὰ κρίνοντες institutum iudicem existimans, quandoquidem differunt inter se κρίνειν et ἀνακρίνειν. Adde quod omnium hominum, quorum honoris causa haec monumenta erecta sunt, officia ad ipsius regis ministerium spectant, ut ordinarii iudicis magistratui hic nullus locus sit.

---

375 Monumentum amplissimum, cuius quinque exstant fragmenta, ex quibus id quod maxime ad sinistram vergebat (*a*) in fronte titulos regis Mithridatis Philopatoris et Philadelphi habebat, superiore quidem loco Latinum quattuor versuum (v. adnot.), infra eum hunc quem repetimus Graecum. In dextro margine fragmenti *a* et in reliquis quattuor frustulis (*b c d e*) tituli dedicatorii civitatium quarundam quos hic omittimus (cf. not. 6). Fragmentum *a* primus edidit Lanciani apud Fiorellum Notizie degli scavi 1886 p. 452, restituit Th. Mommsen Zeitschrift für Numismatik XV p. 207 sqq. (G. Kaibel Inscr. Sic. et It. Addenda p. 695 n. 986 *a*).

[Βασιλεὺς Μιθραδάτης Φιλ]οπάτωρ καὶ Φιλάδελφος[1] | [υἱὸς

Litterae volgares praeter ΑΠΣ. Supra titulum Graecum eadem Latine scripta erant, quorum reliquias hunc in modum supplevit Mommsen: [*Rex Metradates Pilopator et Pil*]*adelpus, regus Metradati f.*, | [*poplum Romanum amicitiai e*]*t societatis ergo, quae iam* | [*inter ipsum et Romanos optin*]*et . legati coiraverunt* | [*Nemanes Nemanei f. et Ma*]*hes Mahei f.* 1 Exstant tetradrachma cum inscriptione Βασιλέως | Μιθραδάτου | Φιλοπάτορας | Φιλαδέλφου (cf. v. Sallet Ztschr. f. Numismatik IV 1877 n. 232. Th. Reinach Revue numismatique 1887 p. 97 et imaginem apud Mommsenum p. 207). In

his, priusquam hic lapis inveniretur, Salletus et Reinachius agnoverunt Mithridatem V Eupatoris patrem, qui usque ad annum 120 a. Chr. n. regnavit. Sane is apud scriptores et in titulo Εὐεργέτης appellatur (n. 366, 2); sed cum hoc cognomen nusquam in moneta Pontica compareat neque tamen probabile sit Mithridatis Eupatoris patrem a nummis cudendis plane abstinuisse, eundem habendum esse Philopatora Philadelphum atque Euergetam. Quod cum iure meritoque displiceret Eduardo Meyero, is post Pharnacem (n. 365[1]) filium natu maiorem Mithridatem Philopatora Philadelphum regnasse statuit, cui deinde successisset minor Mithridates Euergetes (Gesch. des Königreichs Pontus p. 55 sq.). Utrique oblocutus est A. von Gutschmid in censura libri Meyeri (Kl. Schriften III p. 564) et primus omnium nummos Mithridatis Eupatoris filio cognomini vindicavit. Quae sententia hoc titulo reperto luculentissime comprobata est. Nam qui in hoc est Mithridates Philopator Philadelphus neque idem cum Euergeta fuisse potest neque frater eius, quoniam horum utriusque Pharnaces pater erat; cf. Iustin. XXXVIII, 6, 2: *sic et avum suum* (Mithridatis Eupatoris) *Pharnacen — per cognitionum arbitria succidaneum regi Pergameno Eumeni datum.* Adde quod reliquos eiusdem monumenti titulos dedicatorios (not. 6) Mommsenus luculentissime demonstravit post Mithridatem V Eupatora a Sulla devictum pacemque cum eo factam (84 a. Chr. n.) demum incisos esse. Maximam in ea re vim habet titulus communis Lyciorum (I. G. Sic. et It. 986), qui in altero huius collectionis volumine repetetur, quo se libertatis a Romanis concessae gratiam referre profitentur (*restitutei in maiorum leibert*[*atem Lucei*] — [Λ]υκίων τὸ κοινὸν κομισάμενον τὴν πάτριον δημ[ο]κρατίαν). Id enim tum factum esse testatur Appianus Mithr. 61: αὐτὴν δὲ τὴν Ἀσίαν καθιστάμενος, Ἰλιέας μὲν καὶ Χίους καὶ Λυκίους καὶ Ῥοδίους καὶ Μαγνησίαν καί τινας ἄλλους, ἢ συμμαχίας ἀμειβόμενος ἢ ὧν διὰ προθυμίαν ἐπεπόνθεσαν οὕνεκα, ἐλευθέρους ἠφίει καὶ Ῥωμαίων ἀνέγραφε φίλους, ἐς δὲ τὰ λοιπὰ πάντα στρατιὰν περιέπεμπεν. Eodem spectat regis Ariobarzanis I titulus, instituti a Sulla, expulsi a Mithridate Eupatore, quo devicto a Romanis illi regnum Cappadociae redditum est. Quod cum ita sit, et cum Mithridates Eupator ipse propter cognomina in censum non veniat, nihil relinqui nisi ut filium eius agnosceremus intellexit Mommsen. Et re vera fuisse cognominem illius filium constare; cf. Appian. Mithr. 64: Μιθριδάτης δ' ἐς τὸν Πόντον ἐσπλεύσας Κόλχοις καὶ Βοσποριανοῖς ἀφισταμένοις ἐπολέμει. ὧν Κόλχοι τὸν υἱὸν παρ' αὐτοῦ Μιθριδάτην βασιλέα σφίσιν ᾐτοῦντο δοθῆναι καὶ λαβόντες αὐτίκα ὑπήκουσαν. ὑποπτεύσας δ' ὁ βασιλεὺς τόδε πρὸς τοῦ παιδὸς αὐτοῦ βασιλείας ἐπιθυμοῦντος γενέσθαι, καλέσας αὐτὸν ἔδησεν ἐν πέδαις χρυσαῖς καὶ μετ' οὐ πολὺ ἀπέκτεινε, πολλὰ χρήσιμόν οἱ περὶ τὴν Ἀσίαν ἐν τοῖς πρὸς Φιμβρίαν ἀγῶσι γενόμενον. In rebus contra Fimbriam gestis commemoratur a Memnone apud Photium bibl. cod. 224 p. 231 b, 41 Bekker (Fragm. hist. Gr. III p. 543 c. 34, 2. 3). Quo pacto vero is in titulo rex appelletur, satis difficile est explicatu; neque enim de Colchidis regno, quod Appianus commemorat, cogitari licet cum Gutschmidio, quandoquidem hoc aliquot annis post pacem demum ad Mithridatem natu minorem delatum est neque in illis longinquis regionibus tantam fuisse Romanorum potentiam credibile est, ut eorum beneficio acceptum referre deberet regnum. At Mommsenus sagacissime Paphlagoniam intellexit, i. e. mediterraneam

βασιλέως Μιθραδάτ]ου[2], τὸν δῆμον τὸν | [Ῥωμαίων, τὸν[3] φίλον καὶ] σύμμαχον αὐτοῦ, | [εὐνοίας καὶ εὐεργεσίας[4]] ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτόν. ‖ [πρεσβευσάντων Ναιμ]άνους τοῦ Ναιμάνους[5] | [καὶ Μάου τοῦ Μάου[6].]

---

regionem, quae una proprie eo nomine significaretur et antiquitus in dicione Pylaemenidarum fuisset; nam oram maritimam iampridem regni Pontici fuisse et cum reliquis quae hereditate a maioribus accepisset ne anno 84 a. Chr. quidem ademtam esse Eupatori. At illo mediterraneo tractu quid pace eius anni factum esset nusquam tradi; videri igitur eum filio regis concessum esse, cuius rei sane erat cur gratiam haberet Romanis. Iam de titulo Mommsenum verum vidisse mihi persuasum est; de nummis sane obloquuntur Sallet et Reinach, qui eius artem ad antiquiorem aetatem spectare affirmant. Quae res non mei iudicii est, sed si recte iudicaverunt, vix ad eundem hominem titulum et nummos referre licuerit. 2 Suppleverunt editores ex titulo Latino. Cf. not. 1. 3 Sic scribere malui quam cum Mommseno τὸν | [τῶν Ῥωμαίων, φίλον καὶ] σύμμαχον. 4 Supplevit Mommsen; vocabula non certa esse sane non iniuria monet Kaibel. 5 Mommsenus perquam probabiliter eundem hominem intellegit, cuius nomen varie corruptum exstet Appian. Mithr. 19: Μάνιον δ' ὑποφεύγοντα Νεοπτόλεμός τε καὶ Νεμάνης ὁ Ἀρμένιος — ἠνάγκασαν ἐς μάχην ἱππέας ἔχοντα τετρακισχιλίους καὶ πεζοὺς ἔτι τούτων δεκαπλασίονας et Memnon. ap. Photium bibl. cod. 224 p. 230 b, 32 (Fragm. hist. Gr. III p. 541 c. 31, 2): Μάνιος δὲ — μετὰ Ῥωμαίων ὀλίγων ἀντιπαρατάσσεται Μηνοφάνει τῷ Μιθριδάτου στρατηγῷ καὶ τραπεὶς φεύγει πᾶσαν τὴν δύναμιν ἀποβαλών. 6 Suppleverunt editores ex titulo Latino (v. supra). Ceterum in eadem lapidum compage, quae quondam basin permagnam plures populi Romani statuas sustinentem effecerat, aetatem tulerunt similes tituli dedicatorii alii. Atque in eodem lapide dextram versus ab hoc initia versuum tituli sunt, qui in alio continuantur, qui olim hunc attingebat: Ὁ δ[ῆμος] ὁ Ταβηνῶν | φίλ[ος] καὶ σύμμαχος | Ῥω[μαί]ων. Hic lapis (*a*) rursus initia nonnullorum versuum tituli Laodicensium ad Lycum habebat, cuius maxima pars in contiguo lapide (*c*) erat. Alii tres lapides, quarum posituram accuratius definiri non licet, alterum Laodicensium (I. G. Sic. et It. 987) et duos communis Lyciorum titulos habet (ibid. n. 986. C. I. Lat. I p. 169). Atque hi quidem omnes aut ut hic quem edimus Graecolatini aut mere Graeci sunt; sed accedunt duo Latini, alter a populo Ephesiorum (C. I. Lat. I, 588. VI, 373), alter a rege Ariobarzane et regina Athenaide (Notizie degli scavi 1887 p. 16. 112) dedicatus. Omnes composuit et illustravit Th. Mommsen l. l. p. 210—214.

---

376 Basis marmoris Pentelici inventa in arce Athenarum. Ed. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 92. Beulé l'acropole II p. 206. R. Bergmann Bullettino dell' inst. Rom. 1871 p. 82. Ex Koehleri collatione W. Dittenberger C. I. Att. III, 547.

Ὁ δῆμ[ος] | βασίλισσαν Πυθοδωρίδα | Φιλομήτορα[1].

Litterae ΑΗΘΠΣϕ. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 Cf. n. 377[2].

---

377 Lapis inscriptus, Smyrnae apud G. Gonzenbachium. Edd. R. Bergmann Bullettino dell' inst. arch. Rom. 1871 p. 79. H. Gelzer Mus. Rhen. XXVII p. 463 n. 1. Cf. quae de titulo disputavit Th. Mommsen Ephem. epigr. I p. 270 sqq.

Ὁ δῆμος | Ζήνωνα[1], βασιλίσσης | Πυθοδωρίδος Φιλομήτορος[2] |

Litterae ΑΖΘΠ. 1 Cf. Tac. ann. II, 56: *regem illa tempestate non habebant* (Armenii), *amoto Vonone: sed favor nationis inclinabat in Zenonem, Polemonis regis Pontici filium, quod is prima ab infantia instituta et cultum Armeniorum aemulatus, venatu epulis et quae alia barbari celebrant, proceres plebemque iuxta devinxerat . igitur Germanicus in urbe Artaxata adprobantibus nobilibus, circumfusa multitudine, insigne regium capiti eius imposuit . ceteri venerantes regem Artaxiam consalutavere.* VI, 31: *senectutem Tiberii ut inermem despiciens* (Artabanus Parthorum rex) *avidusque Armeniae, cui defuncto rege Artaxia Arsacen liberorum suorum veterrimum imposuit* (a. 35 p. Chr. n.). Hic Zenona etiamtum privatum esse, ut anno 18 p. Chr. n. utique titulus antiquior existimandus sit, sponte patet. Ceterum Zeno nomen avi paterni, Zenonis Laodicensis rhetoris, gessit. Cf. Strabo XII, 8, 16 p. 578: ἀλλ' ἡ τῆς χώρας ἀρετὴ καὶ τῶν πολιτῶν τινες εὐτυχήσαντες μεγάλην ἐποίησαν αὐτήν (Laodiceam), Ἱέρων μὲν πρότερον, Ζήνων δὲ ὁ ῥήτωρ ὕστερον καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ Πολέμων. XIV, 2, 24 p. 660: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι μεθ' ὅπλων ἐπιόντι καὶ Παρθικῆς ἐξουσίας (Q. Labieno a. 40 a. Chr. n.), ἤδη τῶν Παρθυαίων τὴν Ἀσίαν ἐχόντων, εἶξαν, ἅτε ἄοπλοι καὶ εἰρηνικοί· Ζήνων δὲ ὁ Λαοδικεὺς καὶ Ὑβρέας οὐκ εἶξαν, ἀμφότεροι ῥήτορες, ἀλλ' ἀπέστησαν τὰς ἑαυτῶν πόλεις. Gelzer. 2 Cf. Strabo XII, 3, 29 p. 555 Cas.: τοὺς δὲ Τιβαρηνοὺς καὶ Χαλδαίους μέχρι Κολχίδος καὶ Φαρνακίας καὶ Τραπεζοῦντος ἔχει Πυθοδωρίς, γυνὴ σώφρων καὶ δυνατὴ προΐστασθαι πραγμάτων . ἔστι δὲ θυγάτηρ Πυθοδώρου τοῦ Τραλλιανοῦ, γυνὴ δὲ ἐγένετο Πολέμωνος καὶ συνεβασίλευσεν ἐκείνῳ χρόνον τινά, εἶτα διεδέξατο τὴν ἀρχήν, τελευτήσαντος ἐν τοῖς Ἀσπουργιανοῖς καλουμένοις τῶν περὶ τὴν Σινδικὴν βαρβάρων· δυεῖν δ' ἐκ τοῦ Πολέμωνος ὄντων υἱῶν καὶ θυγατρός, ἡ μὲν (Tryphaena, cf. Syll.[2] 365[14]) ἐδόθη Κότυϊ τῷ Σαπαίῳ, δολοφονηθέντος δὲ ἐχήρευσε, παῖδας ἔχουσα ἐξ αὐτοῦ· δυναστεύει δὲ ὁ πρεσβύτατος αὐτῶν (Rhoemetalces, Syll.[2] 365, 18). τῶν δὲ τῆς Πυθοδωρίδος υἱῶν ὁ μὲν ἰδιώτης συνδιῴκει τῇ μητρὶ τὴν ἀρχήν, ὁ δὲ (Zeno, cf. not. 1) νεωστὶ καθέσταται τῆς μεγάλης Ἀρμενίας βασιλεύς· αὐτὴ δὲ συνῴκησεν Ἀρχελάῳ (n. 357[1]) καὶ συνέμεινεν ἐκείνῳ μέχρι τέλους, νῦν τε χηρεύει, τά τε λεχθέντα ἔχουσα χωρία καὶ ἄλλα ἐκείνων χαριέστερα, περὶ ὧν ἐφεξῆς ἐροῦμεν. XIV, 1, 42 p. 649: ὧν (sc. τῶν ἀσιαρχῶν) Πυθόδωρός τε ἦν, ἀνὴρ Νυσαεὺς (cf. Syll.[2] 328[2]) τὸ ἐξ ἀρχῆς, ἐκεῖσε (Tralles) δὲ μεταβεβηκὼς διὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ ἐν τῇ πρὸς Πομπήϊον φιλίᾳ

καὶ βασιλέως Πολέμωνος[3] ‖ υἱόν, θυγατριδῆ[4] δὲ τῆς εὐ|εργέτιδος Ἀντωνίας[5], | ἐτείμησεν.

διαπρέπων μετ' ὀλίγων· περιεβέβλητο δὲ καὶ οὐσίαν βασιλικὴν πλειόνων ἢ δισχιλίων ταλάντων, ἣν ὑπὸ Καίσαρος τοῦ θεοῦ πραθεῖσαν διὰ τὴν πρὸς Πομπήϊον φιλίαν ἐξωνησάμενος οὐχ ἧττω τοῖς παισὶ κατέλιπε· τούτου δ' ἐστὶ θυγάτηρ Πυθοδωρὶς ἡ νῦν βασιλεύουσα ἐν τῷ Πόντῳ, περὶ ἧς εἰρήκαμεν. Quod contra morem mater ante patrem commemoratur, id ad insignem nobilitatem mulieris, cuius mater (not. 5) M. Antonii filia fuerit, rettulit Mommsen, sine dubio recte. 3 Cf. not. 2 et Prosopogr. imp. Rom. III p. 57 n. 405. Ab anno 39 a. Chr. n., quo Antonius ei regiam dignitatem una cum parte Ciliciae dederat, regnavit usque ad mortem, ac postremo quidem in Ponto inde ab a. 26 a. Chr. n. et in Bosporo ab anno 14 a. Chr., quo Dynamin reginam in matrimonium duxit. Altera uxor Pythodoris fere anno 12 a. Chr. n. ei nupsisse videtur. Occisus esse videtur anno 8/7 a. Chr. n., nam ab eo anno qui cusi sunt nummi Bosporani, eos alius regis esse demonstravit W. H. Waddington Revue numismatique 1866 p. 423. Ceterum nihil habet hic titulus ex quo iure colligas, eum Polemone etiamtum superstite scriptum esse, ut existimavit Gelzer. 4 Accusativum θυγατρίδη per metaplasmum a nominativo θυγατρίδης deductum memorabilem iudicat Gelzer, provocans ad Suidam s. v. θυγατριδῆ· καὶ θυγατριδοῦς καὶ θυγατρίδης ὁ τῆς θυγατρὸς υἱός. At de illo metaplasmo quidem sine dubio erravit. Neque enim ad θυγατρίδης referendus est accusativus sed ad θυγατριδεύς. Etenim antiquitus quidem inter se distinguuntur quae a cognationis vocabulis derivata hominum originem indicant ut υἱδοῦς, θυγατριδοῦς, ἀδελφιδοῦς, ἀνεψιαδοῦς ab eis quae ad animalium nomina redeuntia pullos catulosve designant ut ἀετιδεύς, λεοντιδεύς, λυκιδεύς. Sed in summa et formae et notionis similitudine fieri non poterat quin labente tempore haec confunderentur, neque admodum recenti aetate id coepisse ex Isocratis loco quem ipse Gelzerus affert epist. 8, 2: οἱ παῖδες οἱ Ἀφαρέως, υἱδεῖς δ' ἐμοί iure collegeris. Cf. etiam Hesych. s. υἱδεῖς et υἱδοῦς. Quare θυγατριδῆ scribere malui προπερισπωμένως. Nam contractio eiusmodi accusativorum non modo Dorica est, sed etiam in volgari inferioris aetatis sermone haud infrequens. Cf. βασιλῆ Syll.[2] 285, 8. ἱερῆ ibid. 342, 14. 420, 49. Σελευκῆ ibid. 472, 10. 5 Ex eis quae de Pythodoridis liberorum aetate cognita habemus, rectissime Mommsenus collegit ipsam nullo modo post annum 27 a. Chr. n. natam esse, sed probabilius etiam usque ad annum fere 34 a. Chr. n. eius natales reici. Quare huius rursus matrem Antoniam Euergetida vix recentiore tempore quam a. 49 a. Chr. in lucem editam esse. Atqui cum Εὐεργέτιδος cognomen, tum quod omnino avia materna commemoratur, avus non item, indicio sunt ab illa potissimum Antonia regni ius et opes pervenisse ad filiam Pythodorida et generum Polemona. Atqui mulierem de qua id praedicari posset, Antoniam nomine, illo quod significavi tempore natam, non posse non M. Antonii triumviri filiam esse. Illum vero ex prima quidem uxore Fadia quos habuisset liberos, omnes impuberes amisisse (Cicero Philipp. II, 2, 3. ad Att. XVI, 11, 1), tres vero filias ex matrimoniis cum Octavia Caesaris sorore et regina Cleopatra susceptas

propter tempus natalium hic in censum non venire. Superesse natu maximam ex omnibus filiabus, quam ille anno 44. a. Chr. n. M. Aemilio Lepido despondisset (Cassius Dio XLIV, 53, 6: ἐπειδὴ δὲ ὁ Λέπιδος ἰσχύν τε μεγάλην εἶχε καὶ φόβον αὐτῷ πολὺν ἐπήρτα, τήν τε θυγατέρα τῷ υἱεῖ αὐτοῦ συνῴκισε καὶ ἀρχιερέα αὐτὸν ἀποδειχθῆναι παρεσκεύασεν). Sed has nuptias, etsi anno 37 a. Chr. n. Antonius id egisset aut certe se agere simulasset ut perficerentur (Appian. Civ. V, 93: βουληθῆναι γὰρ Ἀντώνιον πρὸ τῶν Παρθικῶν ἐκδεδόσθαι τὴν θυγατέρα τῷ παιδὶ Λεπίδου, καθάπερ ὡμολόγητο), tamen non convenisse. Qua ex narratione simul manifestum esse, Antoniam anno 44 a. Chr. quidem etiamtum impuberem fuisse, a. 37 vero iam nubilem. Quare ex Antonia altera uxore, non ex Fulvia quam M. Antonius anno 47 vel 46 a. Chr. illa dimissa duxisset, eam natam videri. Post annum 37 nusquam apud scriptores eius mentio fit. Quod quoniam fere a. 34 a. Chr. Antoniam aliquam Pythodoro Tralliano nupsisse vidimus, nullo modo dubium esse potest quin ingeniosa Mommseni coniectura, hanc ipsam esse M. Antonii filiam natu maximam, vera sit. Qui monuit in universum quidem eiusmodi matrimonium cum peregrino nobilissima virgine indignum iudicatum esse a Romanis, sed M. Antonium, quo tempore Cleopatrae obnoxius esset, Graecis aliisque provincialibus orientis adeo indulsisse, ut eiusmodi affinitatem sprevisse non esset existimandus.

---

378 Lapis inter rudera Bizyae repertus. Ex apographo Mordtmanni ed. Th. Mommsen Ephem. epigr. II p. 256 n. 8.

Θεῷ ἁγίῳ ὑψίστῳ | ὑπὲρ τῆς Ῥοιμη|τάλκου [1] καὶ Πυθο|δωρίδος [2]
ἐκ τοῦ κα‖τὰ τὸν Κοιλα(λ)ητικὸν [3] | πόλεμον κινδύνου | σωτηρίας

Litterae volgares praeter ΘΣΠW. 1 Rhoemetalca I rege Thraciae defuncto Augustus partem regni illius fratri Rhescuporidi, aliam filio Cotyi dederat (Tac. Ann. II, 64). At anno 18 p. Chr. n. cum Rhescuporis Cotyn interfecisset, a Pomponio Flacco legato Moesiae Romam abstractus et a senatu regno privatus est, quod inter Rhoemetalcam II Rhescuporidis filium et filios Cotyis, ex quibus natu maximo item Rhoemetalcas (III) nomen fuit, divisum est (Tac. Ann. II, 66. 67). Hic manifesto intellegendus est Rhescuporidis filius, nam Cotyis filii belli Coelaletici (not. 3) aetate etiamtum impuberes fuerunt. M. 2 Pythodoris Cotyis socrus, regum impuberum avia, tunc temporis apud nepotes in Thracia commorata esse videtur. Nam quominus eam hic intellegeremus recte Mommsenus negat quicquam impedimento esse; nam anno 19 p. Chr. eam etiamtum vixisse aliunde constare, quare quin biennio post Philippopoli cum regibus Thraciae obsessa sit non esse dubitandum. Sane provecta aetate tum fuit, sed neutiquam ad extremam senectutem pervenerat, quippe quam Mommsenus (n. 377[5]) fere a. 34 a. Chr. natam demonstraverit. 3 ΚΟΙΛΑΑΗΤΙΚΟΝ. Emendavit Mommsen coll. Tac. Ann. III, 38: *nam Thraecia diviso imperio in Rhoemetalcen et liberos Cotyis, quis ob infantiam tutor erat Trebellenus Rufus, insolentia nostri*

εὐξάμενος | καὶ ἐπιτυχὼν Γάϊος | Ἰούλιος Πρόκ(λ)ος[4] χαρι‖-στ(ήρι)ον[5].

---

discors agebat neque minus Rhoemetalcen quam Trebellenum incusans popularium iniurias inultas sinere. Coelaletae Odrusaeque et Dii, validae nationes, arma cepere, ducibus diversis et paribus inter se per ignobilitatem; quae causa fuit, ne in bellum atrox coalescerent . pars turbant praesentia, alii montem Haemum transgrediuntur, ut remotos populos concirent : plurimi ac maxime compositi regem urbemque Philippopolim, a Macedone Philippo sitam, circumsidunt. Proximo capite (39) a P. Vellaeo proximi exercitus Romani duce hostes superatos urbemque obsidione liberatam esse refert. Ceterum Taciti scriptura *Coelaletae* titulo confirmatur, apud Plinium Nat. hist. IV, 41 lenissimo errore *Celaletae* scriptum est, apud Ptolemaeum Geogr. III, 11, 6 p. 478, 3 Müller Κοιλητική (Κοιλοιτική Κοιλιτική) sc. στρατηγία, ubi Κοιλαλητική rescribendum est neque vero cum Müllero vice versa brevior forma ex Ptolemaei codicibus in Taciti Pliniique libros intrudenda. 4 ΠΡΟΚΟΣ. Emendavit Mommsen. 5 ΣΤΙΙΠΟΝ. Emendavit Mommsen.

---

5. Iberia.

379 Lapis inventus anno 1867; exstat in museo oppidi *Tiflis*. Primus exscripsit Bartholomaei, cuius exemplum repetitum est C. I. Lat. III, 2 p. 974 ad n. 605. Deinde accuratius L. Renier Journal Asiatique Ser. VI Vol. XIII (1869) p. 93. Denique illorum ignarus titulum tanquam recens inventum expressit nescio quis Νέα Ἐφημερίς, ἐν Κωνσταντινουπόλει 7/19. Δεκεμβ. 1896. Inde repetivit et discrepantes antiquiorum lectiones adiecit P. Wolters Mitth. des arch. Inst. in Athen XXI (1896) p. 472.

[Αὐτοκράτωρ Καῖσα]ρ Οὐεσ‖[πασιανὸς Σεβ]αστός, ἀρ|χιε[ρεὺς μέγιστο]ς[1], δημαρχικῆ|ς ἐξουσίας[2] [τὸ] ζ′, αὐτοκράτωρ τὸ ‖ ιδ′, ὕπατος τὸ ς′[3], ἀποδεδειγμέ|νος τὸ ζ′, πατὴρ πατρίδος, τ[ειμη]‖-

---

De litterarum formis non constat. 1 ἀ . χιε . . . . ς Bartholomaei, ἀρχιε[ρεὺς ὁ μέγα]ς Renier, ἀρχιε[ρεὺς ὁ μέγα]ς [τὸ] ζ′ Ephemeris manifesto errore (cf. v. 4). 2 Vocabulum integrum exhibet Ephem., cum Barth. et Ren. ἐξου[σίας] legant. 3 τὸ σ′ Ephem. τὸ ς′ recte Barth. Ren. Sextus consulatus cum septima tribunicia potestate alterum semestre anni 75 p. Chr. n. indicat. Nam hanc quidem primum calendis Iuliis anni 69 p. Chr. n. suscepit, consul vero primum fuit ante principatum anno 51 p. Chr. n. suffectus mensibus Novembre et Decembre, deinde per imperii tempus ordinarius octiens annis 70—72, 74—77, 79 p. Chr. n.

τής[4], καὶ Αὐτοκράτωρ Τίτος Καῖ[σαρ[5]] | Σεβαστοῦ υἱός, δημαρχικῆς ἐ|ξουσίας τὸ ε′[6], ὕπατος τὸ δ′, ἀπο‖δεδειγμένος τὸ ε′[7], τειμ[ητή]‖ς, καὶ Δομιτιανὸς Καῖσαρ Σεβα|στοῦ υἱός, ὕπατος τὸ γ′, ἀπο|δεδειγμένος τὸ δ′[8], βασιλεῖ | Ἰβήρων Μιθριδάτῃ[9] βασιλέως Φ‖αρασμάνου[10] καὶ Ἰαμάσδει[11] τῷ υἱῷ | φιλοκαίσαρι καὶ φιλορωμαίω⟨ν⟩[12] (καὶ Ἰβήρων)[13] τῷ[14] ἔ|θν(ε)ι τὰ τείχη ἐξωχύρ(ω)σαν[15].

---

4 [τειμη]τής Ren., τ[ειμητὴς] Barth. Ephem. De Vespasiani censura cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 78 n. 263. 5 Κα[ῖσαρ] Barth. 6 τὸ σ Ephem. Tribuniciam potestatem primum Titus Caesar iniit biennio post patrem, calendis Iuliis a. 71 p. Chr. n. 7 Collega patris fuit in septem consulatibus (Sueton. Tit. 6), i. e. in omnibus quos ille princeps gessit praeter tertium anni 71 p. Chr. n., quo Vespasianus collegam habuit M. Cocceium Nervam. Itaque quartum consul fuit a. 75 p. Chr. cum patre sextum, quintum a. 76 p. Chr. cum patre septimum consule. Cf. not. 3. 8 Domitianus consul fuit primum suffectus a. 71 p. Chr. n. a mense Aprile ad Iunium, iterum ordinarius anno 73 cum C. Valerio Messalino, tertium, quartum, quintum, sextum suffectus (Suet. Dom. 2), septimum ordinarius a. 80 p. Chr. cum fratre Tito. His septem consulatibus ante imperium gestis princeps decem adiecit ordinarios, VIII—XIV continua serie annis 82—88 p. Chr. n., XV a. 90, XVI a. 92, XVII a. 95 p. Chr. n. Illorum quattuor consulatuum, quibus suffectus functus est patre principe (III—VI), annos Suetonius non tradit, sed hic titulus docet, tertium anni 75 p. Chr. n. esse (cf. not. 3), quartum anni 76. In titulo C. I. Lat. III 6993 cum Vespasiano octavum, Tito sextum consule coniungitur Domitianus cos. V designatus VI, ita ut quinti consulatus annus 77 p. Chr. n. sit, sexti 78 esse videatur. 9 Apud scriptores nullam exstare huius regis memoriam observat editor Germanus. Sed eiusdem nominis duos homines in stirpe regum Iberiae fuisse scimus, huius ut quidem probabile est patruum et avum paternum. Cf. Prosopographia imperii Romani II p. 382 n. 456. 457. Item Traiani aetate Mithridates Iberiae rex commemoratur, huius fortasse filius (ibid. n. 459. Inscr. Gr. Sic. et It. 1374, 2). 10 Qui apud Tacitum Ann. VI, 32—35. XI, 8. XII, 44. 47. 48. XIII, 37. XIV, 26 et Cassium Dionem LVIII, 26, 4 commemoratur Pharasmanes Iberiae rex, eum hic intellegi temporum rationes patiuntur ac paene cogunt, cum ab anno 35 ultra annum 60 p. Chr. n. regnaverit, ut a. 75 eius filium in regno fuisse rerum naturae accommodatissimum sit. Neque editori concedere possum, ex Taciti narratione Ann. XII, 44 apparere, Radamistum unicum Pharasmanis filium fuisse. 11 Ἰαμάσ Λ⸢ Ι Barth. Quod A. von Gutschmid Geschichte Irans p. 134 hic dici existimat de natione Iamasdaïtarum, cui imperatores et rex Iberum arces muniendas curaverint, id ex tituli verbis quomodo elici possit non perspicio. Immo manifesto Ἰαμάσδης nomen proprium filii Mithridatis est. 12 Etiam n. 420, 2 [Φιλο]καίσαρος καὶ Φιλορωμαίων (pro -ου) legitur. Qui error ni plane fallor ad imperitiam sermonis Graeci referendus est, confusa syntactica verborum

structura (φίλος Καίσαρος, φίλος Ῥωμαίων) cum compositione (φιλοκαῖσαρ, Φιλορωμαῖος). Similem errorem a lapicida commissum esse persuasum habeo in titulo Ephesio quem Cyriacus Anconitanus exscripsit Bull. de corr. Hell. I (1877) p. 292 n. 80, 11. 12: ἐργεπιστατήσαντος Τι(βερίου) Κλ(αυδίου) | Μελίορος φιλοσεβάστων. Neque enim titulum in fine mutilum esse, quod propter hunc soloecum pluralem sumpsit editor O. Riemann, mihi credibile est, quoniam nihil amplius desideratur. Immo hic quoque hominis parum Graece docti menti obversatum videtur φίλου τῶν Σεβαστῶν, i. e. eorum qui deinceps fuerunt principum amico. 13 Hic aliquid excidisse luce clarius est; dicat quispiam sufficere particulam καί, quia τῷ ἔθνει propter nomen proprium v. 14 positum nihil habeat offensionis. Sed cum Woltersio καὶ Ἰβήρων praetuli quia aberrationem oculorum lapicidae ab altero ΩΝ ad alterum errori ansam dedisse probabile est. 14 ΤΟ Barth. Ephem., ΤΩ Reiner. 15 ἐξωχύροσαν traditur.

6. Armenia et Media Atropatene.

380 Fragmenta duo eiusdem lapidis ita inter se contingentia ut quarti versus litterae fractura mediae diffindantur. Inferius (v. 4—8), quod ex Marinii possessione in museum Vaticanum pervenit, ex Marinii schedis post ipsum (Arv. 734) ed. J. Franz C. I. G. 6342 *b*, ex suo apographo W. Henzen C. I. Lat. VI 1798; accurate ligno incisum exhibet Th. Mommsen Res gestae divi Augusti ed. 2 p. 111. Superiorem partem (v. 1—4) in bibliotheca Vaticana inventam publici iuris fecit Ch. Huelsen Bullettino dell' inst. arch. Rom. 1884 p. 204. Coniuncta exhibet G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et It. 1674.

[Γάϊος Ἰού]λιος Γαΐου Φαβ(ία) | [Ἀρταβάσδη]ς[1] Ἀρταβάσδου | [. . . . . υ]ἱός[2], βασιλέως | [Ἀριοβαρζάν]ου[3] υἱωνός, ‖ [ὃς ἔζησ]εν ἐνιαυτ(οὺς) λθ΄.

[*C. Iul. C. f. Fab.*] *Artabasdes*, | [*Artabasdis fili*]*us*, *regis Ariobarzanis* | [*nepos, qui vixi*]*t annos XXXVIIII.*

Litterae ЄΘϹω. ἄλφα plerumque Α est, sed semel v. 5 Ꮧ. Primus versus multo maioribus quam reliqui litteris exaratus. 1 Ipsum Artavasdem, cuius hoc est epitaphium, regem non fuisse manifestum est, neque vero magis patrem cognominem (not. 2), immo unus qui hic nomen regium gerat, est avus Ariobarzanes (not. 3); de nepote nulla exstat praeter hunc titulum memoria. 2 [βασιλέως υ]ἱός Huelsen, contra quem Mommsenus recte monet nullo modo regis appellationem in eodem titulo avi quidem nomini praemitti, patris vero subici licere. Itaque regem Ariobarzanem

(not. 3) duos filios habuisse videri Ariobarzanem (n. 381, 3) et Artavasdem, et ex hoc nepotem Artavasdem, qui omnes privati mansissent. Sed hic difficultas haud exigua est. Nam Augustus in indice rerum a se gestarum definite dicit se post Ariobarzanis illius mortem Armeniam eius filio Artavasdi dedisse (v. caput 27 exscriptum infra not. 3). Iam cum neque duos fratres eodem nomine usos probabile sit, neque natu minorem Artavasdem undequadraginta annos natum decessisse priusquam Armeniae regnum ab avo in patrem transiret, non video quomodo haec inter se concilientur, nisi forte Artavasdes regis Ariobarzanis f. per tempus, exiguum illud quidem, quo post patrem Armeniae praefuit, regio nomine carebat. Certe neque Latinum neque Graecum exemplum monumenti Ancyrani eum regem appellat, cum in Ariobarzane patre et Artavasde avo regium nomen neutro loco omittatur. 3 Cf. Res gestae divi Augusti c. 33 p. LXXXXIV . V Mommsen. Latin. 6, 9—12: *Á me gentés Parthórum et Médóru[m per legatos] principes eárum gentium régés pet[i]tós acceperunt, Par[thi Vononem regis Phr]átis filium, régis Oródis nepotem, Médí Ar[iobarzanem] regis Artavazdis filium.* Graec. 17, 12—16: παρ' ἐμοῦ ἔθνη Πάρθων καὶ Μήδων διὰ πρέσβεων τῶν παρ' αὐτοῖς πρώτων βασιλεῖς αἰτήσαμενοι ἔλαβ[ον], Πάρθοι Οὐονώνην βασιλέως Φράτου υ[ἱ]όν, βασιλ[έω]ς Ὠρώδου υἱωνόν, Μῆδοι Ἀριοβαρζάνην βα[σ]ιλέως Ἀρταβάζου υἱόν, βασιλέως Ἀριοβαρζάν[ου υἱωνόν]. Medis rex datus est fere a. 20 a. Chr., cum Artaxes qui ad id tempus Mediae et Armeniae praefuerat occisus esset (Cassius Dio LIV, 9, 5), Armeniam vero, quam tum quidem accepit Tigranes, anno 1 a. Chr. C. Caesar Augusti nepos Ariobarzanis regno adiecit. Cf. Res gestae divi Aug. c. 27 p. LXXXXII . III Mommsen. Lat. 5, 28: *et eandem gentem* (Armeniam maiorem), *posteá d[esc]íscentem et rebellantem, domit[a]m per Gaium filium meum regí Ario[barza]ni regis Medorum Artaba[zi] filio regendam tradidi et post e[ius] mortem filio eius Artavasdi.* Graec. 15, 7: καὶ τὸ αὐτὸ ἔθνος ἀφιστάμενον καὶ ἀναπολεμοῦν δαμασθὲν ὑπὸ Γαΐου τοῦ υἱοῦ μου βασιλεῖ Ἀριοβαρζάνει, βασιλέως Μήδων Ἀρταβάζου υἱῷ, παρέδωκα καὶ μετὰ τὸν ἐκείνου θάνατον τῷ υἱῷ αὐτοῦ Ἀρταουάσδῃ. Tac. Ann. II, 4: *tum C. Caesar componendae Armeniae deligitur . is Ariobarzanen, origine Medum, ob insignem corporis formam et praeclarum animum volentibus Armeniis praefecit . Ariobarzane morte fortuita absumpto stirpem eius haud toleravere.* Cassius Dio LV, 10 *a*, 7: καὶ τὴν Ἀρμενίαν τότε μὲν ὁ Ἀριοβαρζάνης, ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ οὐ πολλῷ ὕστερον Ἀρτάβαζος ὁ υἱὸς παρά τε τοῦ Αὐγούστου καὶ παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν. Apparet igitur Ariobarzanen non multo post a. 1 a. Chr. n. decessisse neque per magnum temporis spatium Artavasdem filium ei superstitem fuisse.

---

381 Fragmentum inventum Romae in atrio Vestae. Edd. Lanciani Bullettino communale 1884 p. 4. Lapide iterum examinato Chr. Huelsen Bullettino dell' inst. arch. Rom. 1884 p. 205 (G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et Ital. 989).

-----νιε-------|---- Διὶ Καπετωλ[ίωι | Ἰού]λιος Ἀριοβαρζάν[ης[1] | β]ασιλέως Ἀριοβα[ρζάνου[2] | υἱὸς --------].

Litterae ΑΕΖΠΣ. 1 Cf. n. 380 2. 2 Cf. n. 380 3.

382 Romae in collegio Maronitarum. Ex Sirmondi schedis ed. Gruter Thes. 1091, 10. (Franz C. I. G. 6559). Lapide ab Henzeno collato repetivit G. Kaibel Inscr. Gr. Sic. et It. 1472. Cf. quae adnotaverunt Th. Mommsen Röm. Gesch. V p. 403 not. 1 et A. von Gutschmid Gesch. Irans p. 147.

Θ(εοῖς) κ(αταχθονίοις). | Αὐρήλιος | Πάκορος[1], βασι|λεὺς μεγάλης

Litterae ЄΖΘΠϹΩ. Verba Romano more singulis punctis distinguuntur, sed neutiquam constanter. 1 Arsacidarum stirpis hunc fuisse nomen prodit, sed utrum hominem aliunde notum hic teneamus necne dissentiunt homines docti. Post Antonini Pii mortem Chosroën Vologasis IV Parthorum regis ducem Armeniam exercitu ingressum illic Pacorum familiae regiae Arsacidarum hominem regem instituisse constat. Sed anno 164 p. Chr. n. Parthis a L. Veri ducibus fugatis Artaxatisque quod caput regni fuit captis et deletis Pacorus Armenia cedere coactus et Sohaemus a Romanis rex illic institutus est. Cf. Fronto ep. ad Verum 2, 1 p. 127 Naber: *quod Sohaemo potius quam Vologaeso regnum Armeniae dedisset aut quod Pacorum regno privasset.* Ad eundem manifesto spectat locus ex Asinii Quadrati Parthicorum libro tertio quem servavit Stephanus Byz. s. v. Ὠτηνή: ὁ δὲ τῆς Ἀρμενίας βασιλεὺς Πάκορος ἐν τούτῳ περὶ Ἀρτάξατα καὶ τὴν Ὠτηνὴν τῆς Ἀρμενίας διάγων. Cf. Fragm. hist. Gr. III p. 660 fr. 6. Nam quod Müller hic antiquiorem quendam regem Pacorum, defunctum illum quidem fere anno 112 p. Chr. n. agnoscit, manifesto fallitur. Etenim primum quidem Quadrati Parthicorum argumentum fuit bellum L. Veri Parthicum, nec nisi propter hoc unum fragmentum Müllerus sumit eum etiam priores res inde a Traiani principatu gestas libro suo comprehendisse. Deinde vero ille prior Pacorus sane filium quidem habebat Parthamasirin, qui aliquot annis post illius obitum a patruo Osroë Armeniae rex institutus est (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 12 n. 97), ipse vero nunquam rex Armeniae fuit, sed Parthorum (78—110 p. Chr. n. cf. von Gutschmid, Gesch. Irans p. 137 sqq. Prosopogr. III p. 5 n. 20), neque aliud dicit Dio LXVIII, 17, 2, quem testem, numeris sane non recte allatis, citat Müller. Quare id unum ambigitur, utrum ille annorum 161—164 p. Chr. rex Armeniae fratris monumentum sepulcrale condiderit an alius homo ceteroqui plane ignotus. Illud statuit P. de Rohden Prosopogr. imp. Rom. III p. 5 n. 22, sed gravibus de causis Mommsenus distinxit Pacorum tituli ab illo quem scriptores commemorarent. Etenim si hic postquam regno Armeniae se abdicare coactus est, captivus Romam

Ἀρ||μενίας, ἠγόρακα σαρ|κοφάγο(ν)[2] Αὐρ(ηλίῳ) Μεριθά|τ[η][3] ἀδελφῷ γλυκυ|τάτῳ ζήσαντι | σὺν ἐμοὶ ἔτη || νς', μῆ(νας) β'.

---

abductus esset, futurum profecto non fuisse, ut eius rei memoria plane intercideret; neque Romanos passuros fuisse illum in monumento publico semet ipsum regem Armeniae maioris praedicare. Quare ex eorum qui proximo ante Pii obitum (161 a. Chr. n.) tempore fuissent regum Armeniae numero hunc esse videri. Quorum nomina quidem ignorantur, sed per Hadriani et Pii principatus Armeniam reges Arsacidas quidem habuisse, sed qui Romanorum summo imperio subiecti essent, Mommsenus ex certis vestigiis collegit. Eo enim spectare Spartiani Hadr. 21 *Armeniis regem habere permisit, cum sub Traiano legatum habuissent*, eo referri quod apud Arrianum contra Alanos c. 29 in exercitu Romano praesidis Cappadociae Ἀρμένιοι τοξόται essent. Pium vero non modo Parthis persuasisse ut irruptione in Armeniam quam paraverant desisterent (Iulii Capitolini Antoninus Pius 9: *Parthorum regem ab expugnatione Armeniorum solis litteris reppulit*), sed in Armenia reges instituisse, id quod testarentur nummi annorum 140—144 p. Chr. (Eckhel D. N. VII p. 15). In hoc genus perbene quadrare et nomen regis et locum ubi titulus inventus esset; sane in Pii potius quam Hadriani principatum incidere statuemus Pacori regnum propter nomen gentile quod est *Aurelius*. 2 ΦΑΓΟ. 3 Nomen idem esse videtur ac *Meherdates* in Arsacidarum familia primo alteroque post Chr. n. saeculis usitatum (Prosopogr. imp. Rom. II p. 362 n. 331. 332). Sed etiam a notissimo illo Μιθραδάτης vel Μιθριδάτης non origine diversum existimo, sed tempore labente ex eo natum. Armeniacam formam *Mihrdat* bene comparat Franz. Ceterum initio versus septimi τι pro -τῃ exstat in lapide.

---

7. Commagene.

383 In monte *Nemrud-Dagh*, altissimo intra veteris Commagenes fines Tauri iugo, primus Carolus Sester Germanus ante annum 1881 vidit relliquias sepulcri Antiochi Commagenes regis, monstratas illi a Carducho quodam nomine Bako. Is deinde anno 1882 Ottonem Puchstein eodem deduxit. Iterum Puchsteinius cum Carolo Humanno missu academiae regiae Borussicae eo venit anno 1883 et monumenti relliquias delineavit, photographica arte expressit, nonnulla ectypa gypsea confecit. Menstruo ante illos intervallo O. Hamdy-Bey musei Ottomanici praefectus ibidem fuerat, cuius descriptio (Le tumulus de Nemroud-Dagh) prodiit Constantinopoli anno 1883. Humannus et Puchsteinius accuratissimam totius momenti descriptionem ediderunt in libro Reisen in Kleinasien und Nordsyrien, Berlin 1890. — Grandis tumulus ipsi summo montis

cacumini impositus et ab orientali et ab occidentali parte singulas planicies saxeas laevigatas habet, quarum in utraque olim ingentes statuae novenae, tergo ad tumulum conversae, stabant; extremae ab utraque utriusque ordinis parte singuli leones et aquilae, medio inter eos loco quinae figurae humanae in sellis sedentes, medius Iuppiter Oromasdes, a dextra Mithras et Artagnes, a sinistra Commagene et rex Antiochus. Ex quibus quae in orientali parte fuerunt, etiamnunc exstant etsi multifariam laesae, sed occidentalium illarum non repperiuntur nisi relliquiae haud paucae. Ante has statuas ipsa planicies orientalis quidem a meridie et a septentrione, occidentalis vero a meridie et occidente humilem murum ex lapidibus quadratis calcariis habet, cuius superficiei incisa sunt foramina quibus olim immissae erant stelae lapidis arenacei. Ex his stelis haud paucae iuxta ipsas muri partes, quibus insertae fuerunt, repertae sunt. Eae omnes in fronte anaglypha, in aversa parte titulos (n. 388—401) habebant, ex quibus apparet maiores regis Antiochi hic imaginibus expressos fuisse, atque ita quidem, ut in septentrionali planiciei orientalis et in meridionali planiciei occidentalis muro paterna regis origo inde a Dareo Hystaspis f. (n. 388), in meridionali orientalis et occidentali occidentalis partis muro materni maiores inde ab Alexandro Magno (n. 398) deducerentur. Atque etsi multae tabulae perierunt, tamen ex foraminum numeris quoto quisque ex superstitibus loco inter maiores fuerit plerumque certissima ratione definiri licet. Praeterea in planicie occidentali erutae sunt quattuor tabulae cum anaglyphis ad illorum quattuor deorum sacra spectantibus et titulis quos repetivi n. 384—387. Hae olim muro impositae erant, qui in orientali planiciei margine ab illis deorum statuis septentriones versus usque ad angulum orientalem et septentrionalem planiciei decurrit, nunc pronae ante eum iacent. — In utraque parte per tergum sellarum, in quibus illae quinque ingentes figurae hominum sedent, idem titulus per decem columnas, binas in quaque sella, dispositus percurrit. Atque in universum quidem orientalis ordinis exemplum (*A*) paullo melius conservatum est quam occidentalis (*B*); quare Puchsteinium secuti ex illo retinuimus versuum dispositionem, sed uncis ea modo saepsimus, quae utrobique desiderantur. Ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 259 sqq. (Ch. Michel Recueil d'inscr. Gr. p. 629 n. 735).

[Βασιλεὺς μέ]γας Ἀντίοχος θεὸς | Δίκαιος [Ἐπιφ]αν[ὴς] Φιλορωμαῖος καὶ | Φιλέ[λλ]ην[1], ὁ ἐκ βασιλέως Μιθραδά|του Καλλι-

Litterae ΑΘΞΠΡΣ. ζῆτα antiquam formam Ι habet. Tituli huius simillimi et argumento et sermonis tumida verbositate eiusdem regis Antiochi iussu incisi sunt Samosatis, quod caput regni erat, (infra n. 404) et in vico *Selik* prope Samosata (Humann et Puchstein p. 370 sqq.) et Arsamiae (*Gerger*), cf. Humann et Puchstein p. 360 sqq., in quibus multa quae hic leguntur ad verbum redeunt. 1 Antiochus I Commagenes rex primum commemoratur in narratione rerum anno 69 a. Chr. a Lucullo contra Mithridatem Eupatora et Tigranem gestarum apud Cassium Dionem XXXVI, 2, 5 Boissevain: τόν τε τῆς Κομμαγηνῆς βασιλέα Ἀντίοχον (ἡ δὲ χώρα αὕτη τῆς Συρίας πρός τε τῷ Εὐφράτῃ καὶ πρὸς τῷ Ταύρῳ ἐστί) καί τινα Ἀράβιον δυνάστην Ἀλχαυδόνιον ἄλλους τε ἐπικηρυκευσαμένους οἱ ἐδέξατο. Anno 64 a. Chr. Pompeius adversus eum bellum gerebat, dum ille pacem et foedus cum populo Romano faceret. Cf. Appian. Mithr. 106: ὁ δὲ Πομπήιος καὶ τὸν Ταῦρον ὑπερελθὼν ἐπολέμησε ⟨μὲν⟩ Ἀντιόχῳ τῷ Κομμαγηνῷ, ἕως ἐς φιλίαν ὁ Ἀντίοχος αὐτῷ συνῆλθεν, ἐπολέμησε δὲ καὶ Δαρείῳ τῷ Μήδῳ, μέχρι ἔφυγεν, εἴτε Ἀντιόχῳ συμμαχῶν εἴτε Τιγράνῃ πρότερον. 114: Ἀντιόχῳ δὲ τῷ Κομμαγηνῷ (ὁ Πομπήιος) Σελεύκειαν ἐπέτρεψε καὶ ὅσα τῆς Μεσοποταμίας ἄλλα κατέδραμεν. Strabo XVI, 2, 3 p. 749 Cas.: ἐνταῦθα (in campo angusto quidem, sed fertilissimo prope Samosata) δὲ νῦν ἐστι τὸ ζεῦγμα τοῦ Εὐφράτου· κατὰ τοῦτο δὲ Σελεύκεια ἵδρυται, φρούριον τῆς Μεσοποταμίας, προσωρισμένον ὑπὸ Πομπηίου τῷ Κομμαγηνῷ. Cum Cicero provinciam Ciliciam administraret, anno 51 a. Chr. n., ab illo nuntium de imminente Parthorum incursione accepit. Cf. Cic. ad fam. XV, 1, 2: *Regis Antiochi Commageni legati primi mihi nuntiarunt Parthorum magnas copias Euphratem transire coepisse*; *quo nuntio allato cum essent nonnulli, qui ei regi minorem fidem habendam putarent, statui exspectandum esse, si quid certius afferretur*. 3, 1. 4, 3. Bello civili a. 49 a. Chr. memor beneficiorum, quae Pompeio accepta ferebat, ei ducentos equites auxilio misit (Caesar B. C. III, 4, 5. Appian. Civ. II, 49). Antonii bello Parthico a. 38 a. Chr. n. cum ab Orodis Parthorum regis, cui filiam uxorem dederat, partibus staret, Samosatis ab Antonio obsessus est; sed cum oppidum fortiter et pertinaciter defenderetur, Antonius pacem cum eo fecit contentus pensione trecentorum talentorum (Plutarch. Antonius 34. Cassius Dio XLIX, 20, 3. 5. 22, 1. 2. Iosephus Ant. XIV, 439—447. Bell. I, 321. 322). Post hoc tempus nulla amplius eius mentio fit; certe ante annum 31 a. Chr. n. obiit, nam in proelio Actiaco Mithridates (II) Commagenes rex in Antonii exercitu fuit (Plutarch. Anton. 61). W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III p. 61. Th. Mommsen Mitth. des arch. Inst. I p. 31 sq. Ex nominibus manifesto Ἀντίοχος et Ἐπιφανής ab avo materno (not. 4), θεός a matre (not. 3) repetita esse observavit Mommsen p. 34. Plane eadem redeunt in titulo Ephesio n. 405, ut dubitari nullo modo possit, quin idem rex hic et illic designetur. Sed is qui potissimum esset, ante hos titulos in ipsa Commagene repertos ambigebatur. Etenim Waddington quidem monumentum Ephesium ad Antiochum III, qui a. 17 p. Chr. n. decessit (Tac. Ann. II, 42), referendum

νίκου[2] καὶ βασιλίσσης Λαο‖δ[ίκ]ης θεᾶς Φιλαδέλφου[3] τῆς ἐκ

existimabat, quem non traditum quidem esse sed tamen propter temporum rationes perquam probabile Mithridatis (III) eius, qui anno 20 a. Chr. a Romanis rex Commagenes institutus esset (Cassius Dio LIV, 9, 3), filium fuisse. Quod contra Mommsenus Antiocho I titulum vindicavit. Quae sententia quin vera sit, nunc non amplius dubitari licet praecipue propter ea, quae et hic et illic et in aliis titulis Commagenes de Antiochi avo materno leguntur (not. 4). 2 Apud scriptores huius Mithridatis mentio non fit, sed sine dubio recte Waddington et Mommsen Mithridati, qui in titulo Ephesio est, vindicaverunt nummos cum inscriptione βασιλέως Μιθραδάτου Καλλινίκου (Eckhel D. N. III p. 206). Ac de Waddingtoni quidem sententia, qui Mithridatem (III) a. 20 a. Chr. n. regem constitutum illic agnoscit, cf. not. 1. 4. Quo ut in universum rectius iudicavit Mommsenus, cum Mithridatem (I) Antiochi I patrem primis saeculi a. Chr. n. primi decenniis in Commagene regnasse statueret, sic tamen eatenus cum illo consentit, quod ex omisso avi paterni nomine colligit, Mithridatem Antiochi patrem non rege patre usum esse; ipsum igitur primum omnium Commagenes regem fuisse. Immo nunc eum a Samo rege procreatum scimus (n. 396, 11. 12. 402, 7 sqq.), cuius nomen cur hic et in titulis similibus taceatur proxima nota exponam. 3 Laodice Antiochi VIII Grypi filia (not. 4) fere 115 a. Chr. nata esse, circiter 98—95 a. Chr. Mithridati Commagenes regi nupsisse videtur. Namque eius pater quidem natus erat 141 a. Chr. n., filius vero regnavit fere a. 69—38 a. Chr. aut paullo amplius, ut eum intra primum saeculi primi decennium natum esse perquam probabile sit. Mommsen. Huius reginae mentionem A. von Gutschmid Geschichte Irans p. 80 not. 1 deprehendere sibi visus est apud Iosephum Ant. XIII, 371: Λαοδίκη γὰρ ἐλθὼν σύμμαχος (Antiochus X Antiochi Cyziceni filius intra annorum 83 et 75 a. Chr. spatium, cf. U. Wilcken apud Pauly-Wissowa Realencyklopädie I 2 p. 2485) τῇ τῶν γαλιηνῶν βασιλίσσῃ Πάρθους πολεμούσῃ μαχόμενος ἀνδρείως ἔπεσεν. At Cyziceni filium Grypi filiae, cuius cum fratribus internecivum bellum gerebat, auxilio venisse incredibile est; in γαλιηνῶν profecto Κομμαγηνῶν latere nequit, quod vero Gutschmid restituere conatur Καλλινικηνῶν propterea non est probandum, quia et terra et urbs quae sedes primaria regni est sic nominari potuit, sed quodlibet aliud oppidum intra regni fines situm non item. His de causis manifesto Gutschmidii opinioni longe praeferenda est Niesii emendatio Σαμηνῶν (ex Steph. Byz. Σαμηνοὶ νομάδων Ἀραβίων ἔθνος), praesertim cum vix intellegatur, quomodo Laodice Commagenes regina omnino bellum gerere potuerit, quippe quae non ipsa terrae domina fuerit, sed nihil nisi uxor regis. Mommsenus sane per eam dotis loco Commagenen a Seleucidis ad Mithridatem eiusque posteros pervenisse ideoque maternum quidem avum Antiochum, regem ex nobilissima gente Seleucidarum, fere ubique in titulis nepotis commemorari, paternum vero, qui privatus fuisset, taceri persuasum habebat. At cum iam sciamus Mithridatem I et possessionem Commagenes et regiam dignitatem hereditariam a patre accepisse (cf. not. 2), una egregia nobilitas materni generis in causa fuisse videtur, cur ex avis

βασι|λέω[ς] Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς Φιλο|μήτορος Καλλινίκου[4] ἐπὶ καθω|σιωμένων βάσεων ἀσύλοις | γράμμασιν ἔργα χάριτος ἰδίας εἰς ‖ χρόνον ἀνέγραψεν αἰώνιον. |

Ἐγὼ πάντων ἀγαθῶν οὐ μόνον | κτῆσιν βεβαιοτάτην, ἀλλὰ καὶ ἀπόλαυ|σιν ἡδίστην ἀνθρώποις ἐνόμισα τὴν | εὐσέβειαν, τὴν αὐτήν τε κρίσιν[5] καὶ ‖ δυνάμεως εὐτυχοῦς καὶ χρήσεως | μακαριστῆς αἰτίαν ἔσχον, παρ' ὅ|λον τε τὸν βίον ὤφθην ἅπασι βασι-

---

alter modo in origine nepotis definienda nominaretur. Sic etiam postremus huius stirpis Antiochus Philopappus Seleucum I Nicatora solum praeter se et avum suum in monumento sepulcrali imagine repraesentandum curavit (n. 413). 4 Waddington, quippe qui monumentum Ephesium Antiocho III vindicaret, avum Antiochum XIII, qui volgo Asiaticus appellaretur, esse sibi persuasit. Quam sententiam refutavit Mommsenus. Etenim primum quidem intervallum sexaginta aut adeo plurium annorum inter soceri generique natales non tam exiguam difficultatem esse, quam Waddingtono visum esset. Deinde vero Φιλοπάτορα appellari Antiochum Asiaticum in nummis, cum Antiochi I Commagenes regis avum maternum titulus Ephesius Φιλομήτορα nominaret. Quod cum Waddingtonus quidem ad errorem eius qui illum titulum composuisset referre conatus esset, Mommsenus, etsi nihildum praeter monumentum Ephesium ei praesto erat, id omnium maxime improbabile iudicavit; quam recte existimaverit, nunc cum novem tituli in ipsa patria Commagene incisi (n. 383, 6. 7. 392, 8. 394, 8. 9. 395, 9. 10. 396, 8. 397, 10. 400, 9. 10. 402, 6. 404, 6) constanter cognomen Φιλομήτωρ exhibeant, in propatulo est. Neque minus certum est, quod Mommsenus primus perspexit, et temporum rationes et ipsa cognomina Antiochum VIII Grypum (125—96 a. Chr. n.) monstrare. Nam eum nomen Ἐπιφανής quidem gerere in nummis (Eckhel D. N. VIII p. 239), Φιλομήτωρ vero, manifesto illud quidem repetitum ab avo materno Ptolemaeo VI Philometore Aegypti rege, apud Eusebium I p. 260, 1. 2 Schoene: ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Γρυπὸς καὶ Φιλομήτωρ. Unum Καλλίνικος nondum comparuisse. Sed hanc quoque lacunam explevit felix casus inventis duobus titulis qui integrum nomen βασιλέα Ἀντίοχον Ἐπιφανῆ Φιλομήτορα Καλλίνικον exhibeant (n. 258, 1. 2. 259, 1. 2), cum parentum Demetrii (II Nicatoris) et Cleopatrae mentio eos certissima ratione Antiocho Grypo vindicent. 5 Verba τὴν αὐτὴν κρίσιν manifesto ad sententiam, quam in enuntiato proxime superiore se de pietatis dignitate et utilitate habuisse profitetur, referenda sunt. Hanc sibi fuisse causam (αἰτίαν ἔσχον) praedicat cum opum ac potentiae, tum boni felicisque harum opum usus. Sane negari non licet, in hac enuntiati interpretatione τὴν αὐτὴν κρίσιν non accurate dici, sed exspectari potius ταύτην τὴν κρίσιν. Neque enim in superioribus iam aliud quid praedicatum erat de illo iudicio, sed ipsum modo significatum. Tamen aliter intellegi verba nequeunt; nam si τὴν αὐτὴν ad εὐσέβειαν potius referremus, hoc quidem incommodum vitaretur; sed quid tum fiet nomine κρίσιν?

λείας | ἐμῆς[6] καὶ φύλακα πιστοτάτην καὶ | τέρψιν ἀμίμητον[7] ἡγούμενος τὴν ὁσιότητα. || δι' ἃ καὶ κινδύνους μεγάλους παραδό|ξως διέφυγον καὶ πράξεων δυσελπίστων | εὐμηχάνως ἐπεκράτησα καὶ βίου πολυ|ετοῦς μακαριστῶς ἐπληρώθην. |

Ἐγὼ πατρώιαν [ἀ]ρχὴν[8] [π]αρ[αλ]α[β]ὼν || βασιλείαν [μ]ὲν ἐμο[ῖ]ς[9] ὑπήκοον θρό|νοις κοινὴν θεῶν ἁπάντων εὐσεβείαι γνώμης ἐμῆς | δίαιταν[10] ἀπέδειξα, μορ|φῆς μὲν (ε)ἰκόνας παντοίαι τέχνηι, καθ' |

---

6 Memorabile est, per totum titulum nomen substantivum cum pronomine possessivo coniunctum constanter carere articulo, etsi longe plurimi loci ita comparati sint, ut leges sermonis Graeci eum flagitent. Cf. v. 25 ἐμοῖς ὑπήκοον θρόνοις. 26 γνώμης ἐμῆς. 34 ἐμὴ δικαία φροντίς. 41. 60 μορφῆς ἐμῆς. 47 ἐμῶν προγόνων. 48 ἐμαῖς ἐπιμελείαις. 52. 53 ἐμῆς εὐσεβείας. 56 ἐμῆς τε πατρίδος. 74 τύχης ἐμῆς. 101 γενέσεως ἐμῆς. 121. 122 φωνὴ — ἐμή. 126 σώματος ἐμοῦ. 136 χάρις ἐμή. 154 χάριν ἐμήν. 175 τιμαῖς ἐμαῖς. 214. 215 παισὶν ἐκγόνοις τε ἐμοῖς. 137 ἡμετέρου γένους. 204 κατὰ τιμὰς ἡμετέρας. Pauci modo loci sunt, ubi defectus articuli non vitiosus videri potest, ut ἡμετέρας τιμάς 80. 145. εἰς τιμὴν ἡμετέραν 107. At additi ubi debebat articuli unum in toto titulo exemplum est v. 232. 233 παρὰ τῆς ἐμῆς εὐχῆς. De articuli in hoc monumento usu in universum cf. quae exposui not. 8. 7 ἀμίμητον A ἀμείμητον B. 8 In articuli usu hunc titulum eo nomine multifariam abhorrere a genuina sermonis Graeci norma, quod saepe eum omittat ubi non licet, nunquam vero perperam addat, in propatulo est. Atque in universum quidem nulla in ea re cernitur constantia vel aequalitas. Immo cum appareat, ut his potissimum utar, v. 24 τὴν πατρῴαν ἀρχήν, v. 40 τὸ σῶμα, v. 42 τὴν θεοφιλῆ ψυχήν, v. 93 τῆς βασιλείας τὸ πλῆθος, v. 132 τῶν ἱερῶν ἀγαλμάτων, v. 136. 137 ὁ πάτριος νόμος, v. 140 ἀπὸ τῶν κωμῶν, v. 192 τὰς κώμας dici debuisse, ut hic ubique articuli defectus in soloecismi crimen incurrat, vix minor est numerus locorum ubi articulus recte additur, ut v. 43 τὸν ἄπειρον αἰῶνα, v. 96 τοῖς ἔγγιστα τεμένεσιν, v. 99 τοῦ δὲ λοιποῦ χρόνου, v. 103. 104 διὰ τῶν ἱερέων, v. 138. 139 τοῖς χρυσοῖς στεφάνοις al. Neque maior est constantia in adiectivo πᾶς cum substantivo coniuncto (cf. not. 26). At duo sunt genera, ubi per totum titulum articulus abest, cum lex sermonis Graeci eo careri non patiatur; primum in nomine substantivo cum pronomine possessivo coniuncto (not. 6), deinde vero in οὗτος et ἐκεῖνος adiective usurpatis (not. 18); etiam in ὅδε praeter unum locum idem cadit (not. 13). Haec neque casui neque neglegentiae tribuere licet. Immo sumendum est hominem Graece quidem mediocriter doctum, sed a pueritia sermoni barbaro assuetum, qui articulo aut omnino careret aut certe multo parcius quam Graecus uteretur, propterea lapsum esse. 9 Hoc supplementum Puchsteinii certum existimari debet propter litterarum relliquias ab eo enotatas; priusquam de eis plane constaret, H. Usener τ' ἐννόμοις, Th. Gomperz Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VII 1883 p. 149 ἐντείμοις restituere conatus est. Ceterum ἀρχήν hic regis imperium, βασιλείαν terram huic imperio subiectam indicare vix est quod moneatur. 10 Vox,

ἃ παλαιὸς λόγος Περσῶν τε καὶ ‖ Ἑλλήνων — ἐμοῦ γένους εὐτυχεσ|τάτη ῥίζα[11] — παραδέδωκε, κοσμήσας, | θυσίαις δὲ καὶ πανηγύρεσιν, ὡς ἀρ|χαῖός τε νόμος καὶ κοινὸν ἀνθρώ|πων ἔθος· ἔτι δὲ ἐμὴ δικαία φροντὶς ‖ προσεξεῦρε τιμὰς ἐπιφανῶς γερα|ράς. ἐπεὶ δὲ ἱεροθεσίου[12] τοῦδε[13] κρη|πεῖδα ἀπόρθητον χρόνου λύμαις | οὐρανίων ἄγχιστα θρόνων κατασ|τήσασθαι προενοήθην, ἐν ὧι μα‖καριστὸν ἄχρι [γ]ήρως ὑπάρξαν σῶμα | μορφῆς ἐμῆς πρὸς οὐρανίους Διὸς | Ὠρομάσδου[14] θρόνους θεοφιλῆ ψυχὴν | προπέμψαν[15] εἰς τὸν ἄπειρον αἰῶνα κοι|μήσεται· τότε δὴ καὶ τόνδε χῶρον ‖ ἱερὸν ἁπάντων κοινὸν ἀναδεῖξαι | θεῶν ἐνθρόνισμα προειλάμην[16], ὅπως | μὴ μόνον ἐμῶν προγόνων[17] οὗτος ὃν ὁρᾷς |

---

quae apud antiquiores victum aut commorationem indicat, recentiore aetate etiam de loco ubi quis commoraretur usurpari coepta est. Perperam sane iam Xenophonti Cyrop. VIII, 6, 22 hunc usum vindicant lexicographi, nam hic τὴν δίαιταν ποιεῖσθαι idem esse ac διαιτᾶσθαι manifestum est. At est apud Pseudoaristotelem de mundo 6 p. 398 b 32 δῆλον γὰρ ὅτι τὸ μὲν νηκτὸν ἀλλόμενον εἰς τὴν ἑαυτοῦ δίαιταν ἐκνήξεται, τὸ δὲ χερσαῖον εἰς τὰ σφέτερα ἤθη καὶ νομοὺς διεξερπύσει. 11 Non ad Graecos modo, sed ad utramque gentem hoc spectare videtur. 12 De hoc monumento eadem vox etiam v. 126. 130 usurpatur, de tumulo Isiadis reginae n. 403, 1. Quod Puchsteinius coniecit, proprie eam significare eiusmodi tumulum magnifice exornatum, quales hi essent, non ab omni parte verum mihi videtur. Nam in vocis ipsius vi nihil inesse de forma et ornatu sepulcri apparet; immo sepulcrum (θήκην) indicat, quae simul delubrum (ἱερόν) sive eius qui ibi sepultus est unius sine una cum eo deorum, ut hic, sit. 13 Articulus, ut hic, etiam infra v. 44 τόνδε χῶρον abest; sed v. 51. 52 legitur τόνδε τὸν τόπον. 14 Summum deum religionis Zoroastricae, qui antiquitus *Ahuramazda* appellatur, a Graecis eundem cum Iove suo habitum esse etiam aliunde notum est. Cf. n. 433: τοῦτο τὸ πρόσωπον Διὸς θεοῦ. Neque id quicquam miri habet, quandoquidem uterque et deorum rex ac princeps et caeli potissimum dominus habebatur. Cf. Herodot. I, 131: οἱ δὲ (Persae) νομίζουσι Διὶ μὲν ἐπὶ τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρέων ἀναβαίνοντες θυσίας ἔρδειν, τὸν κύκλον πάντα τοῦ οὐρανοῦ Δία καλέοντες. Quem locum attulit F. Cumont ap. Roscher Lexikon der gr. u. röm. Mythologie II 2 p. 3039 monuitque, in Mithriacae religionis monumentis Romana aetate consecratis de eodem usurpari appellationes *Caelus aeternus Iupiter* aut breviter *Caelus*. 15 Non comitandi vel prosequendi, sed dimittendi notionem verbum hic habere vix est quod moneatur. 16 Cf. Phrynichus p. 183: ἀφείλατο ὅσοι διὰ τοῦ λᾱ λέγουσιν, ἀσχημονοῦσι, δέον διὰ τοῦ λε̄ λέγειν ἀφείλετο· καὶ ἀφειλόμην δεῖ λέγειν διὰ τοῦ ō ἀλλὰ μὴ διὰ τοῦ ᾱ cum adnotatione Lobeckii. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 182 monet, in eodem tamen monumento v. 95 διελών legi. At nulla hic est inconstantia, quia scriptura per ᾱ omnino non usitata erat nisi in medio. 17 Re vera omnes quorum

ἡρῷ(ο)ς[18] λόχος ἐμαῖς ἐπιμελείαις ὑπάρ|χῃ καθιδρυμένος, ἀλλὰ καὶ ‖ δαιμόνων ἐπιφανῶν θεῖος τύπος ἐν | ἁγίωι λόφωι καθοσιωθείς, μηδὲ τόν|δε τὸν τόπον ὀρφανὸν ἐ|μῆς εὐσεβείας ἔχῃ μ[ά]ρτυρα. διόπερ | ὡς ὁρᾷς Διός τε Ὠρομάσδου[19] καὶ Ἀπόλ‖λωνος Μίθρου Ἡλίου Ἑρμοῦ[20] καὶ Ἀρτά|γνου Ἡρακλέους Ἄρεως[21]

---

imagines titulique (n. 384—401) aetatem tulerunt, in maiorum Antiochi numero fuerunt praeter unum Alexandrum Magnum (n. 398). Cf. n. 395[7]. 403[2].
18 ΗΡΩΣ utrumque exemplum. Emendavit Puchstein. Ceterum lex sermonis οὗτος ὁ ἡρῷος λόχος flagitabat; sed in pronominibus οὗτος et ἐκεῖνος constanter articulum omittit hoc monumentum. Cf. v. 57. 58 θεοπρεπῆ ταῦτα ἀγάλματα. 95 θυσίας ταύτας. 114 χώρας ταύτης. 121 νόμον — τοῦτον. 125. 126 θεῶν ἡρώων τε τούτων. 127. 128 τάξιν — ταύτην. 130 ἱεροθεσίῳ τούτῳ. 143 ἐν βωμοῖς τούτοις. 173. 174 τούτους ἱεροδούλους. 180. 181 τοῦτο γένος. 185. 186 λειτουργίας ταύτης. 193 δαίμοσιν τούτοις. 205. 206 διατάξεως ταύτης. 198 κώμας ἐκείνας. Cf. not. 8. 19 Cf. not. 14. 20 Mithrae sacra apud Persas et antiquissima et permagnae dignitatis fuisse constat. Cf. quae F. Cumont apud Roscherum Lex. der gr. u. röm. Mythologie II, 2 p. 3028 sqq. hanc in partem affert: Mithram cum Ahuramazda deo et Anahita dea invocari in cuneiformibus Achaemenidarum titulis, nomina ab eius appellatione derivata perfrequentia esse inter Persas (antiquissimum in hoc genere, quod quidem memoria fide digna traditum sit, Μιτροβάτης Cambysis aetate apud Herodotum III, 120. 126 esse observavit F. Iusti Iranisches Namenbuch p. 209), ferias eius inde a sexto decimo septimi mensis die haberi solitas (*Mithrakana*) inter sanctissimas Persici regni ferias longe lateque notas fuisse. Cf. Athenaeus X p. 434 D: Κτησίας δὲ παρ' Ἰνδοῖς φησιν οὐκ εἶναι τῷ βασιλεῖ μεθυσθῆναι. παρὰ δὲ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐφίεται μεθύσκεσθαι μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ θύουσι τῷ Μίθρῃ. γράφει δὲ οὕτως περὶ τούτου Δοῦρις ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν ἱστοριῶν· 'ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν τῶν ἀγομένων ὑπὸ Περσῶν τῷ Μίθρῃ βασιλεὺς μεθύσκεται καὶ τὸ Περσικὸν ὀρχεῖται'. Strabo XI, 14, 9 p. 530 Cas. Quibus omnibus testimoniis doceri multo maiorem fuisse apud Persas Achaemenidarum aetate huius dei dignitatem, quam ex libris Avesticis, qui ei inferiorem locum tribuerent, videretur. Quorum exemplum secuti sunt, qui post eos in illis regionibus regnaverunt. Nam et qui per Arsacidarum aetatem Persidis imperium tenuerunt reguli liberi ab illorum dominatione, nummis suis Mithrae effigiem impresserunt (v. Gutschmid Gesch. Irans p. 157) et ipsi Parthorum reges, ut erant religioni Zoroastricae dediti et magorum auctoritati obnoxii, illius sacra magna pietate obire solebant (v. Gutschmid Kl. Schriften III p. 61), atque adeo Indoscytharum reges ut alios religionis Iranicae deos, sic etiam Mithram (Μιιρο, i. e. *Mihiro* vel Μιορο, i. e. *Mihro*, cf. Noeldeke ap. Gutschmid Gesch. Irans praef. p. V not. 1) in nummis suis repraesentabant (Gesch. Irans p. 165). Quo minus mirum est eadem sacra maximi momenti fuisse apud Commagenes reges, quippe qui stirpis suae origines ab ipsis Achaemenidis repeterent (n. 384 sqq.). Quod Graece Ἥλιος dicitur, id omnino recte se habet, nam re vera Persarum Mithram Solem esse multis indiciis

ἐμῆς τε πατρίδος | παντρόφου[22] Κομμαγηνῆς[23] θεοπρε|πῆ ταῦτα ἀγάλματα καθιδρυσάμην | ἀπό τε λιθείας[24] μιᾶς δαίμοσιν ἐπηκόοις || σύνθρονον χαρακτῆρα μορφῆς ἐμῆς | συνανέθηκα καὶ τύχης νέας ἡλικιῶ|τιν ἀρχαίαν θεῶν μεγάλων τιμὴν ἐποι|ησάμην, μίμημα δίκαιον φυλάσ|σων ἀθανάτου φροντίδος, ἣ πολλά||κις ἐμοὶ παραστάτις ἐπιφανὴς εἰς βοή|θειαν ἀγώνων βασιλικῶν εὐμενὴς | ἑωρᾶτο. χώραν τε ἱκανὴν καὶ προ|σόδους ἐξ αὐτῆς ἀκινήτους[25] εἰς θυσι|ῶν πολυτέλειαν ἀπένειμα, || θεραπείαν τε ἀνέγλειπτον

cognoscitur (v. Gutschmid Kl. Schriften III p. 61. Geschichte Irans p. 165). Monumenta Romana mysteriorum Mithriacorum aut eundem deum indicant, (Inscr. Gr. Sic. et It. 688, 1. 2. 891, 1. 2. 996, 1. 998, 1. 999, 1), aut arctissima necessitudine cum illo coniunctum. Cumont p. 3048 n. 4. Iam cum inferiore aetate apud Graecos Apollo idem ac Sol haberetur, proclive erat etiam Mithrae nomen Apollinis tribuere. Accedit quod inter stellas planetas quae apud Persas Mithrae esse putabatur, eandem Graeci partim Apollini partim Mercurio vindicabant (Puchstein p. 335 not. 4), unde accessit tertium nomen Ἑρμῆς. Sane Mithrae et Mercurii vis atque natura eo certe nomine aliquid similitudinis habebat, quod uterque ψυχοπομποῦ officio fungi existimabatur. Cf. Cumont p. 3055. 21 Qui deus in libris sacris Avesticis *Verethragna* est, unde Armeniacum *Vahagn*, Persarum recentioris aetatis *Bahrâm* et fortasse Aethiopicum *Mahrem* natum est, eundem cum Lagardio, cuius doctissimam et subtilissimam de hac re disputationem attuli n. 199[63], hic Ἀρτάγνην appellari statuit Puchsteinius. Eodem spectare ΟΡΔΑΓΝΟ vel ΟΡΛΑΓΝΟ nomen in nummis Indoscythicis, praesertim cum in aliorum eiusdem regionis regum nummis Graeca Herculis effigies cum inscriptione ΗΡΑΚΙΛΟ occurrat. Ad eundem deum etiam referendum videri testimonium Strabonis XV 2, 14 p. 727 Cas.: χρῶνται δ' (οἱ Καρμάνιοι) ὄνοις οἱ πολλοὶ καὶ πρὸς πόλεμον σπάνει τῶν ἵππων· ὄνον τε θύουσι τῷ Ἄρει, ὅνπερ σέβονται θεῶν μόνον, καὶ εἰσὶ πολεμισταί. Hic quoque eadem stella, quae apud Persas dei *Behrâm* (*Verethragna*) est, a Graecis modo Herculi modo Marti vindicatur, quare ille et Ἡρακλῆς et Ἄρης audit. Cf. Th. Nöldeke Geschichte der Perser und Araber zur Zeit der Sasaniden aus der arabischen Chronik des Tabari übersetzt p. 46 not. 3. A. von Gutschmid Kleine Schriften III p. 89. Geschichte Irans p. 165. Puchstein Reisen p. 282. 335. 340 et ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II 1 p. 1302. A. Cumont ap. Roscher Lexikon der gr. und röm. Mythologie II, 1 p. 3043. 22 Camporum prope Samosata egregiam fertilitatem etiam Strabo praedicat XVI 2, 3 p. 749 Cas.: καθόλου μὲν οὕτω, καθ' ἕκαστα δὲ ἡ Κομμαγηνὴ μικρά τίς ἐστιν· ἔχει δ' ἐρυμνὴν πόλιν Σαμόσατα, ἐν ᾗ τὸ βασίλειον ὑπῆρχε· νῦν δ' ἐπαρχία γέγονε· χώρα δὲ περίκειται σφόδρα εὐδαίμων, ὀλίγη [δέ]. Cf. quae de anaglypho in lemmate ad n. 387 exposita sunt. 23 Cf. n. 387, 7. 8. 24 De hac voce cf. quae adnotata sunt n. 132[7]. Hic ἀπὸ μιᾶς λιθείας vix aliud significare potest ac regis ipsius imaginem ex eodem lapidis genere effectam esse ac deorum simulacra. 25 ἀκεινήτους *B.* De sententia cf. n. 332, 19: τῶν ἀμετοίστων προσόδων.

καὶ | ἱερεῖς ἐπιλέξας σὺν πρεπούσαις | ἐσθῆσι Περσικῶι γένει κατέστησα, | κόσμον τε καὶ λιτουργίαν πᾶσαν[26] | ἀξίως τύχης ἐμῆς καὶ δαιμόνων || ὑπεροχῆς ἀνέθηκα. περὶ δὲ ἱερουρ|γιῶν ἀϊδίων διάταξιν πρέπουσαν | ἐποιησάμην, ὅπως σὺν αἷς ἀρχαῖος | καὶ κοινὸς νόμος ἔταξεν | θυσίαις καὶ νέας ἑορτὰς εἴς τε || θεῶν σεβασμὸν καὶ ἡμετέρας τι|μὰς ἅπαντες οἱ κατ' ἐμὴν βασιλείαν | ἐπιτελῶσιν. σώματος μὲγ γὰρ | ἐμοῦ γενέθλιον Αὐδναίου[27] ἑκ-καιδε|κάτην, διαδήματος δὲ Λῴου[28] δεκά||την ἀφιέρωσα μεγάλων δαιμόνων ἐπι|φανείαις, αἵτινες ἐμοὶ καθηγεμόνες | εὐτυχοῦς ἀρχῆς καὶ βασιλείαι πάσηι[29] | κοινῶν ἀγαθῶν αἴτιαι κατέστη-σαν. | χάριν δὲ θυ[σιῶν] πλή||θους καὶ μεγέθους | εὐωχίας δύο προσκαθωσίωσα ἡμέρας, | ἑκατέραν τούτων ἐνιαύσιον | ἑορτήν. βασιλείας δὲ πλῆθος[30] | εἰς συναγωγὰς καὶ πανηγύρεις || καὶ θυσίας ταύτας διελὼν κατὰ | κώμας καὶ πόλεις τοῖς ἔγγιστα[31] | τεμένεσιν ὡς ἥρμοζεν ἑκάστοις | κατὰ γειτνίαν[32] ἐνεορτάζειν ὥρι|σα. τοῦ δὲ λοιποῦ χρόνου κατὰ || μῆνα μία[ν] ὁμώνυμον τ[α]ῖς εἰρημέ|ναις — ὑπὲρ μὲν γενέσεως ἐμῆς τὴν | ἑκκαιδεκάτην, ὑπὲρ δὲ ἀναλήψεως | διαδήματος τὴν δεκάτην — ἀεὶ διὰ | τῶν ἱερέων γεραίρεσθαι παρήγγει||λα[33]. διαμονῆς δὲ τούτων ἕνεκεν, | ἣν ἐμ[34] φρονίμοις ἀνδράσι εὐσεβὲς | ἀεὶ τηρεῖν, οὐ μόνον εἰς τιμὴν ἡμετέραν | ἀλλὰ καὶ μακαριστὰς ἐλπίδας ἰδίας ἑ|κάστου τύχης ἐγὼ καθοσιώσας ἐν στή||λ[α]ις ἀσύλοις ἐχάραξα γνώμηι θεῶν | ἱερὸν νόμον[35], ὃν θέμις ἀνθρώπων | γενεαῖς ἁπάντων, οὓς ἂν χρόνος | ἄπειρος εἰς διαδοχὴν | χώρας ταύτης ἰδίαι βίου μοίραι καταστή||σῃ, τηρεῖν ἄσυλον εἰδότας ὡς χαλεπὴ νέ|μεσις βασιλικῶν δαιμόνων τιμωρὸς ὁμοί|ως ἀμελίας τε καὶ

---

26 Hic articulum perperam omissum esse utique non certum est; nam etsi πάντα τὸν κόσμον (totum) accommodatius sententiae est quam πάντα κόσμον (unumquemque), tamen dicat quispiam, πᾶσαν ad unum nomen λιτουργίαν pertinere, cui sane illa vis quae in nomine articulo carente inest accommodata videtur. At certissimus est soloecismus v. 87 βασιλείαι πάσηι, cum recte v. 149 πᾶν τὸ παρατύγχανον πλῆθος nec minus bene 134 κατὰ πᾶν ἔτος dicatur. 27 Anni Macedonici ab aequinoctio auctumnali incipientis mensis tertius, respondens Atheniensium Posideoni, fastorum Iulianorum fere Decembri. 28 Fastorum Macedonicorum mensis decimus, Atheniensium Hecatombaeon, Romanorum fere Iulius. 29 De vocis βασιλεία notione cf. not. 9, de articulo omisso not. 26. 30 Multitudinem hominum qui in terra regno meo subdita habitant. Cf. not. 8. 9. 31 ἔνγιστα B. 32 γιτνίαν B. 33 παρήνγειλα B. 34 ἐν B. 35 Cf. v. 123 sqq.

ὕβρεως ἀσέβειαν διώκει, | καθωσιωμένων τε ἡρώων ἀτιμασθεὶς[36] νόμος | ἀνειλάτους ἔχει ποινάς. τὸ μὲν γὰρ ὅσιον ἅπαν || κοῦφον[37] ἔργον, τῆς δὲ ἀσεβείας ὀπισθοβαρεῖς | ἀνάγκαι. νόμον δὲ τοῦτον φωνὴ μὲν ἐξήγγειλεν | ἐμή, νοῦς δὲ θεῶν ἐκύρωσεν[38].

Νόμος.

Ἱερεὺς ὅστις ὑπ᾽ ἐμοῦ καθέσταται θεῶν || ἡρώων τε τούτων, οὓς περὶ κορυφὴν Ταυ|ρείων αὐχένων ἱεροθεσίωι[39] σώματος ἐμοῦ καθει|δρυσάμην, ὅστις τε ἂν ὑστέρωι χρόνωι τάξιν | λάβῃ ταύτην, ἐκεῖνος ἠλευθερωμένος ἄλλης | χρείας ἁπάσης ἀνεμπόδιστος ἀπροφάσιστός || τε ἱεροθεσίωι τούτωι προσκαρτερείτω προνο|ούμενος θεραπείας τε καὶ κόσμου πρέποντος | ἱερῶν ἀγαλμάτων. ἐν δὲ γενεθλίοις ἡμέραις, | ἃς ἐμμήνους ἐνιαυσίους τε [ἑορτὰς] | θεῶν τε κἀμοῦ κατὰ πᾶν ἔτος ἀεὶ δια||τέταχα, κόσμον Περσικῆς ἐσθῆτος ἀ[ν]αλαμ|βάνων, ὃν καὶ [χ]άρις ἐμὴ καὶ πάτριος νό|μος ἡμετέρου γένους αὐτῶι περιέθηκε[40], | στεφανούτω πάντας τοῖς χρυσοῖς στεφά|νοις[41], οὓς ἐγὼ καθιέρωσα δαιμόνων εὐσεβέσι || τιμαῖς, προσόδους τε λαμβάνων ἀπὸ κωμῶν, | ὧν ἐγὼ καθωσίωσα φύσεως ἡρωϊκῆς χάρισιν | ἱεραῖς[42], ἐπιθύσεις ἀφειδεῖς λιβανωτοῦ καὶ | ἀρωμάτων ἐν βωμοῖς τούτοις[43] ποιείσθω | θυσίας τε πολυτελεῖς εἰς τιμὰς θεῶν || τε καὶ ἡμετέρας ἀξίως ἐπιτελείτω. | [τρ]απέζας μὲν ἱερὰς πρεπούσης θοίνης γε|μί[ζ]ων, κρατῆρας δὲ

36 Sic B, ἀτειμασθείς A. 37 Non ῥᾴδιον, neque enim de facilitate peragendi dicitur, sed nullas inde nasci molestias neque quasi onus quod vix ferri possit animo imponi praedicatur, ut in impio facinore (ὀπισθοβαρεῖς ἀνάγκαι). 38 Cf. infra v. 175. 176 κατὰ δαιμόνιον βούλησιν. 205 sqq. διατάξεως ταύτης δύναμιν ἱερὰν ἢ τιμὴν ἡρωϊκήν, ἣν ἀθάνατος κρίσις ἐκύρωσεν. Hinc colligas regem illa quae de sacris praecipere vellet dei nescio cuius oraculo confirmanda curasse. 39 Cf. not. 12. Merus dativus aut pro volgari ἐν ἱεροθεσίῳ usurpatus locum significat, aut usui delubri has imagines destinari indicat ut n. 101, 5. 6 τήνδε ἐξέδραν τῇ προσευχῇ. 40 περιέθηκεν B. 41 Cf. n. 352[38]. 42 Et εὐσεβέσι τιμαῖς v. 139. 140 et χάρισιν ἱεραῖς v. 141. 142 a καθιέρωσα et καθωσίωσα pendentia indicare videntur honori deis tribuendo et gratiae heroibus i. e. maioribus regis referendae destinari et quasi dedicari cum coronas quibus simulacra ornari debent tum vicos quorum ex reditibus sumptus sacrificiorum tolerabuntur. 43 Ante unamquamque tabulam cum anaglypho e regione muri lapis cubi figura exstat. Hae manifesto sunt arae, quarum in unaquaque ture aliisque aromatis sacra fieri iubentur ei ex maioribus Antiochi, cuius imagini et titulo ara opposita est. P. Contra victimae non mactantur nisi deis et ipsi regi (v. 144. 145).

ὑποληνίους[44] ἀφθόνου | κράματος πληρῶν δεχόμενός τε σὺν | θεραπείαι πᾶν τὸ παρατυγχάνον πλῆθος ‖ ἐπιχώριον καὶ παρεπίδημον κοινὴν ἀπόλαυσιν | ἑορτῆς παρεχέτω συναγωγαῖς ὄχλων, αὐτὸς | μὲν ὡς ἔθος ἱερωσύνης τιμῆι γέρας ἐξαιρού|μενος[45], | τοῖς δὲ λοιποῖς χάριν ἐμὴν εἰς ἐλευθέ‖ραν ἡδονὴν διανέμων, ὅπως ἕκαστος ἐν | ἱεραῖς ἡμέραις ἀνελλιπῆ⟨ι⟩[46] χορηγίαν λαμβά|νων ἀσυκοφάντητον ἔχῃ τὴν ἑορτὴν εὐ|ωχούμενος ὅπου προαιρεῖται[47]. τοῖς τε ἐκπώ|μασιν οἷς ἐγὼ καθειέρωσα διακονεί‖σθωσαν, ἕως ἂν ἐν ἱερῶι τόπωι συνόδου | κοινῆς μεταλαμβάνωσιν. ὅσον τε πλῆ|θος εἰς τοῦτο καθειέρωσα μουσικῶν, | καὶ ὅσον ἂν ὕστερον καθοσιωθῆ, υἱοί τε τού|των καὶ θυγατέρες ἔκγονοί[48] τε αὐτῶν ‖ ἅπαντες διδασκόμενοι τὰς αὐτὰς τέ|χνας ἀπαρενόχλητοι μὲν τῶν ἄλλων | ἁπάντων ἀφείσθωσαν, ταῖς δὲ διατετα|γμέναις ὑπ' ἐμοῦ συνόδοις ἐνταῦθα προσ|καρτερείτωσαν ἀπροφασίστως τε τὰς ‖ λειτουργίας[49] ἐφ' ὅσον ἂν βούληται χρόνον ἡ | σύνοδος[50] ποιείσθωσαν. μηθενὶ δὲ ὅσιον | ἔστω μήτε βασιλεῖ μήτε δυνάστει μή|τε ἱερεῖ μήτε ἄρχοντι τού|τους ἱεροδούλους, οὓς ἐγὼ θεοῖς ‖ τε καὶ τιμαῖς ἐμαῖς κατὰ δαιμό|νιον βούλη|σιν ἀνέθηκα, | μηδὲ μὴν παῖδας ἐκγόνους[51] | τε ἐκείνων, οἵ[τι]νες ἂν ἐν ‖ ἅπαντι χρόνωι τοῦ|το γένος διαδέχωνται, | μήτε

---

44 Adiectivum alibi significans id, quod sub prelo est, quid hic sibi velit non perspicio. 45 De partibus hostiae quae sacerdoti cedunt (γέρα, ἱερεώσυνα) hic dici manifestum est. 46 Iota mutum perperam additum et hic et v. 215 ἐμφανῆι. 47 Unicuique suam portionem auferre quoquo volet ibique comedere licebit nullas timenti calumnias molestiasque per feriarum diem sibi ob eam rem ab hominibus malevolis creatas. His ὅπως — ἀσυκοφάντητον ἔχῃ τὴν ἑορτήν in titulo gemino ap. Humann et Puchstein Reisen p. 370, 10 respondent verba εἰς ἀνυπεύθ[υνο]ν εὐωχίαν. Plerumque in sacris publicis id facere vetabantur homines. Cf. Syll.[2] 589, 31 τῶν δὲ κρεῶν μὴ εἶναι ἐκφορὴν ἔξω τοῦ τεμένεος. 617, 10 τούτων οὐκ ἐκφορὰ ἐκ τοῦ ναοῦ. 616, 46. 59. 61. 617, 4. 24. Sed fuerunt etiam sacra per quae id liceret. Cf. 616, 55 ταῦτα δὲ πάντα ἀποφέρεται ἐκτὸς τοῦ τεμένεος. 617, 8 ταύτας ἀποφορά. 48 ἔγγονοι B. 49 λιτουργίας B. 50 Cum v. 168 σύνοδοι manifesto conventus sint, hic hominum qui convenerunt corpus indicari consentaneum est; neque vero quinam homines intellegantur, perspicuum est. Nam ipsi musici servi sunt (v. 174 ἱεροδούλους) et regis nutu auspiciisque (ταῖς — διατεταγμέναις ὑπ' ἐμοῦ συνόδοις v. 167. 168) artem suam exercent, quare eorum arbitrio permissum esse quamdiu id continuare vellent incredibile est. At etiamsi homines nobiles qui ad ferias conveniant illorumque artificia audiant et spectent interpreteris, permirum erit, non regi qui quoque tempore erit, sed illi conventui iudicium de ea re permissum esse. 51 ἐγγόνους A.

αὐτῶι καταδουλώσασθαι | μήτε εἰς ἕτερον ἀπαλλοτριῶσαι | τρόπωι μηδενὶ μήτε κακῶσαί ‖ τινα τούτων ἢ περισπάσαι λειτουρ|γίας[52] ταύτης, ἀλλ' ἐπιμελείσθωσαν | μὲν αὐτῶν ἱερεῖς, ἐπαμυνέτωσαν | δὲ βασιλεῖς τε καὶ ἄρχοντες | ἰδιῶταί τε πά[ν]τες· οἷς ἀποκείσε‖ται[53] παρὰ θεῶν καὶ ἡρώων χάρις | εὐσεβείας. ὁμοίως δὲ | μηδὲ κώμας, ἃς ἐγὼ καθειέρωσα | δαίμοσιν τούτοις, μηδενὶ | ὅσιον ἔστω μήτε ἐξιδιά‖σασθαι μήτε ἐξαλλοτριῶσαι | μήτε μεταδιατάξαι μήτε | βλάψαι κατὰ μηδένα τρόπον κώ|μας ἐκείνας | ἢ πρόσοδον ἣν ἐγὼ κτῆμα δαιμόνων ‖ ἄσυλον ἀνέθηκα· ὡσαύτως δὲ μηδὲ | ἄλλην παρεύρεσιν εἰς ὕβριν ἢ ταπείνω|σιν ἢ κατάλυσιν ὧν ἀφωσίωκα | θυσιῶν καὶ συνόδων ἐπιμηχανή|σασθαι μηδενὶ κατὰ τιμῆς ἡμετέρας ‖ ἀκίνδυνον ἔστω. ὅστις δ' ἂν διατά|ξεως ταύτης δύναμιν ἱερὰν ἢ τιμὴν | ἡρωϊκήν, ἣν ἀθάνατος κρίσις ἐκύρωσεν, | καταλύειν ἢ βλάπτειν ἢ σοφίζεσ|θαι δίκαιον[54] νοῦν ἐπιβάληται, τούτωι ‖ δαιμόνων ὀργὴ καὶ θεῶν ἁπάντων αὐ|τῶι καὶ γένει πρὸς ἅπασαν τιμωρίαν | ἀνείλατος ἔστω. τύπον δὲ εὐ|σεβείας, ἣν θεοῖς καὶ προγόνοις | εἰσφέρειν ὅσιον, ἐγὼ παισὶν ‖ ἐκγόνοις[55] τε ἐμοῖς ἐμφανῆ⟨ι⟩[56] | καὶ δι' ἑτέρων πολλῶν καὶ | διὰ τούτων ἐκτέθεικα[57], νομί|ζω τε αὐτοὺς καλὸν ὑπόδειγμα | μιμήσασθαι γένους αὔξον‖τας ἀεὶ συγγενεῖς τιμὰς ὁμοί|ως τ' ἐμοὶ πολλὰ προσθήσειν | ἐν ἀκμῆι χρόνων ἰδίων εἰς | κόσμον οἰκεῖον· οἷς ταῦτα πράσ|σουσιν ἐγὼ πατρῴους ἅπαντας θε‖ούς ἐκ Περσίδος τε καὶ Μακέτιδος | γῆς Κομμαγηνῆς τε ἑστίας εἵλε|ως εἰς πᾶσαν χάριν εὔχομαι δια|μένειν. ὅστις τε ἂν βασιλεὺς ἢ | δυνάστης ἐν μακρῶι χρόνωι ταύτην ‖ ἀρχὴν παραλάβῃ, νόμον τοῦτον | καὶ τιμὰς ἡμετέρας δια|φυλάσσων καὶ παρὰ τῆς ἐμῆς | εὐχῆς ἵλεως δαίμονας καὶ θεοὺς | πάντας ἐχέτω· παρανόμωι[58] δὲ ‖ γνώμηι κατὰ δαιμόνων τιμῆς καὶ | χωρὶς ἡμετέρας ἀρᾶς παρὰ | θεῶν ἐχθρὰ πάντα.

52 λιτουργίας B. 53 Cf. Syll.^{2} 2, 15 sqq. [δ]ιὰ ταῦτά σοι κείσεται μεγάλη χάρις ἐμ βασιλέως οἴκωι. 54 Quid hoc sibi velit obscurum. Nam δίκαιον νοῦν coniungi non licere luce clarius est. Quare nullam video enuntiati structuram, nisi ut σοφίζεσθαι (τοῦτο) δίκαιον (εἶναι) coniugatur, i. e. cui in mentem venerit honores deorum heroumque a me institutos tollere aut imminuere, aut sophisticis argutiis demonstrare id iustum esse (vel licere). Sed hoc admodum contorte et inepte enuntiatum esse nemo facile negaverit. 55 ἐγγόνοις B. 56 Cf. not. 46. 57 Cf. n. 331^{17}. 58 Hoc, quod Th. Gomperz coniectura suppleverat Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VII 1883 p. 149, re vera totidem litteris in lapide exstare testatur Puchstein.

384 Tabula a. 2,98—3,04, l. 2,13, c. 0, 28 (sine anaglyphi crassitudine) inventa in planicie occidentali septentrionem versus a statuis (cf. lemma n. 383). In fronte anaglyphum repraesentans deum a dextra in throno sedentem, sceptrum manu sinistra gerentem, et regem a sinistra stantem, item cum sceptro, manibus iunctis; in aversa parte titulus, quem ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 325.

Βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος θεὸς Δίκαιος | Ἐπιφ[α]νὴς [Φ]ιλορωμαῖος καὶ Φιλέλλην [1], | ὁ ἐγ βασιλέω[ς] Μιθραδάτου Καλλινίκου [2] | καὶ βασιλί[σσ]ης Λαοδίκης θεᾶς Φιλαδέλφου [3], ‖ Δία Ὠρομάσδη.[4]

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 5 Cf. n. 383[3]. 4 Cf. n. 383[14].

---

385 Tabula a. 2,30, l. 1,50, c. 0,42, inventa in occidentali planicie septentrionem versus a statuis (v. lemma n. 383). In fronte anaglyphum repraesentans deum, capite nimbo circumdato, et regem stantem manibus iunctis, utrumque vestitu sollenni regum Commagenes, sed ita ut dei tiara supra acuta sit ut antiqua Achaemenidarum, regis vero desinat in coronam in quinque radios excurrentem. In aversa tabulae parte titulus, quem edidit O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 321.

Βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος | θεὸς Δίκαιος Ἐπιφανὴς | Φιλορωμαῖος καὶ Φιλέλλην [1], | ὁ ἐγ βασιλέως Μιθραδάτου ‖ Καλλινίκου [2] καὶ βασιλίσσης | Λαοδίκης θεᾶς Φιλαδέλφου [3] | Ἀπόλλωνα Μίθρην Ἥλιον | Ἑρμῆν.[4]

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383[3]. 4 Cf. n. 383[20].

---

386 Tabula a. 2,30, l. 1,50, c. fere 0,26, eruta in planicie occidentali septentrionem versus a statuis (v. lemma n. 383). Pars antica anaglyphum admodum laesum habet, repraesentans Herculem a dextra stantem, nudum, clavam sinistra gerentem, pelle leonina ab umero in brachium sinistrum decidente, fronde populnea coronatum, et a sinistra regem item stantem, manibus iunctis. In

tergo tabulae titulus, quem ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 327.

Βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος | θεὸς Δίκαιος Ἐπιφανὴς | Φιλορωμαῖος καὶ Φιλέλλην[1], | ὁ ἐγ βασιλέως Μιθραδάτου || Καλλινί[κου[2] καὶ β]ασιλίσσης | Λαοδίκης θεᾶς Φιλαδέλφου[3], | Ἀρτάγνην Ἡρακλέα Ἄρη.[4]

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383[3]. 4 Cf. n. 383[21].

---

387 Tabula quondam imposita muro qui est in orientali planiciei occidentalis parte, septentrionem versus a statuarum ordine (v. lemma n. 383), a. 2,30, l. 1,50, c. 0,39. In fronte anaglyphum, quod cum Puchstein anno 1882 etiamtum vidisset, proximo anno a Carduchis paene totum excisum invenit, repraesentans Commagenen regi Antiocho ante ipsum stanti uvas, poma, spicas aliosque fructus porrigentem. In tergo tabulae titulus, quem ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 319.

Βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος | θεὸς Δίκαιος Ἐπιφανὴς | Φιλορωμαῖος καὶ Φιλέλλην[1], | ὁ ἐγ βασιλέως Μιθραδάτου || Καλλινίκου[2] καὶ βασιλίσσης | Λαοδίκης θεᾶς Φιλαδέλφου[3], | Κομμαγηνὴν τὴν ἑαυτοῦ | πατρίδα.[4]

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383[3]. 4 Cf. n. 383[23].

---

388 Tabula lapidis arenacei, quae quondam in muro meridionali planiciei occidentalis (v. lemma n. 383) primum ab oriente locum tenebat. In fronte anaglyphum magnopere detritum et multis locis laesum, quod tamen illius multo melius conservati quod habes n. 389 simillimum fuisse apparet. In tergo tabulae titulus, quem ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 303.

Βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος | θεὸς Δίκαιος Ἐπιφανὴς | Φιλορωμαῖος καὶ Φιλέλλην[1], | ὁ ἐγ βασιλέως Μιθραδάτου || Καλλινί-

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1].

κου[2] καὶ βασιλίσσης | Λαοδίκης θεᾶς Φιλαδέλ[φου[3],] | βασιλέα βασιλέων μέγαν[4] | Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπ[ου].[5]

2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383[3]. 4 Appellatio βασιλεὺς βασιλέων μέγας in his titulis nemini tribuitur praeter antiquos Persarum reges Achaemenidas (n. 389, 7. 392, 12. 13), cum nudum βασιλεὺς μέγας de ipso Antiocho Commagenes rege, cuius hoc est monumentum, constanter usurpetur. 5 Dareus I Hystaspis f. Persarum rex (521—485) iure primum locum tenet inter eos, ad quos paterna regis Antiochi origo redit. Neque enim recte Puchsteinius mihi statuere videtur regni potius quam gentis auctorem Dareum hic existimandum, ut Alexandrum in materna stirpe (n. 398[2]). Nam cum tituli n. 391, 8 sqq. 392, 10 sqq. genus Antiochi ad Rhodogunen Artaxerxis Mnemonis, qui Darei Hystaspis f. abnepos fuit, filiam rediisse doceant, iure meritoque ille immortalis memoriae rex inter maiores regis Commagenes erat, neque profecto ulla erat causa, cur hoc taceret aut dissimularet. Quod contra si regni Achaemenidarum conditorem imagine repraesentare voluisset, sine dubio Cyri potius quam Darei effigies dedicanda erat.

---

389 Tabula lapidis arenacei subviridis a. 1,97, l. 1,24, c. 0,30. In margine inferiore medio pars, qua foramini muri tabula immissa fuit, a. 0,23, l. 0,54 prominet. Lapis in meridionali planiciei occidentalis muro (v. lemma n. 383) secundum ab oriente locum tenebat. In planicie antica anaglyphum perbene conservatum, quo exprimitur vir barbatus stans, conversus ad sinistram, pede dextro aliquantum proiecto. Vestem longam manicatam, in antica parte apertam, bracas, calceos habet. In capite tiaram altam, diademate circumdatam, gerit, sinistra manu brevem scipionem fascis similem tenet, dextra pateram ut libaturus protendit. In tergo tabulae inscriptio admodum detrita ac paene evanida, quam ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 302.

[Βασ]ιλεὺς μέγας[1] [Ἀ]ντίοχος | [θεὸ]ς Δίκαιος Ἐπ[ι]φ[α]νὴς[2] | [Φιλ]ορωμαῖος κ[αὶ Φι]λέλλην[3], | [ὁ ἐγ βα]σιλέως [Μιθ]ραδ(ά)του[4] || [Καλλ]ινίκου[5] καὶ[6] [βα]σιλίσ[σ]ης | [Λαοδ]ίκης θεᾶς[7] [Φι]λα[δέλφου[8] | Ξέρξ]ην[9] [τ]ὸν[10] [ἐκ β]ασ[ι|λέως[11] βα]σ[ι]λέω[ν[12] μεγάλου | Δαρείου[13]].

De litteratura v. ad n. 383. 1 ΜΕΓΑΓ. 2 ΕΤ.ο.ΝΗΣ. 3 Cf. n. 383[1]. 4 ΡΑΔΛΤΟΥ. 5 Cf. n. 383[2]. 6 ΚΛΙ. 7 ΘΕΛL. 8 .ΜΛ.....ΟΥ. De Laodice cf. n. 383[3]. 9 Cum iuxta Darei imaginem haec proximum locum tenuerit, iam Puchsteinius de Xerxis nomine reponendo cogitavit, cui supplemento relliquias scripturae non refragari, etsi

sane paullo maior quam quattuor litterarum lacuna videretur. Ipse tamen probabilius existimavit, hic aut alium Darei filium, qui non regnasset, aut Hydarnem, a quo secundum Strabonis XI, 14, 15 p. 531 narrationem satrapae Armeniae stirpis suae originem repetivissent, imagine expressum fuisse. Atque hoc quidem de Hydarne quo iure dicatur non perspicio. Nam v. 7. 8 relliquiae vocabulorum [τ]ὸν [ἐκ β]ασ[ι]λέως βα]σ[ι]λέω[ν] certissimae sunt; at Hydarnes non fuit regis Persarum filius. Neque magis Darei quidem filium hic iuxta patrem constitutum fuisse credibile est, sed alium ac Xerxen. Nam Rhodogunes quidem (n. 391, 9. 392, 11) stirps per Xerxen, non per nescio quem eius fratrem ad Dareum ascendit, illius maritus vero Orontes vel Aroandes natione Bactrius fuit (n. 264, 5), non Persa, ut sponte pateat eius maiores non inter Achaemenidas quaerendos esse. Illum autem Strabonis Orontem omnino alienum esse ab ea familia, ex qua posteriores Commagenes reges prodierint, apparet ex eis quae disputavi n. 393[8]. Quare in Xerxis nomine restituendo acquiescendum est, etsi quinam in hoc ordine occidentali tertium locum tenuerit inter Xerxen et Artasuram (n. 390) non video. Utique non integram seriem maiorum hic fuisse apparet, sed maxime eo inclino, ut Artaxerxem II Mnemona illic fuisse statuam omissis qui inter Xerxem I et hunc intercedebant Artaxerxe I et Dareo II. Cuius omissionis causam quispiam ad confusos inter se duos reges, quibus Artaxerxes nomen fuit, rettulerit. Sed dubito num tanta socordia vel rerum gestarum imperitia ei qui haec monumenta condidit imputanda sit. 10 ΙΟΝ. 11 . ΝΕ. | . . . . 12 ΕΛΛΡ. 13 Supplevit Puchstein dubitans. Cf. not. 9.

---

390 Tabula lapidis arenacei quae in meridionali planiciei occidentalis ordine (v. lemma n. 383) locum quartum tenebat, mutila et detrita, ita tamen ut in fronte figuram simillimam illi n. 388. 389 fuisse appareat. In tergo tabulae titulus quem ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 304.

[Βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος | θεὸς Δίκαι]ος Ἐπιφ[αν]ὴ[ς[1] | Φιλορωμαῖ]ος καὶ Φιλέλ[λην[2], | ὁ ἐγ βασιλ]έως[3] Μιθραδάτου ‖ [Καλλινίκου[4] κ]αὶ βασιλίσση[ς | Λαοδίκης θεᾶ]ς Φιλαδέλφου[5], | [Ἀρτασούραν] τὸ[ν Ἀρο]άνδου.[6]

De litteratura v. ad n. 383. 1 ΕΠΙΦ/ . Ͱ. 2 Cf. n. 383[1]. 3 ΓΩΕ. 4 Cf. n. 383[2]. 5 Cf. n. 383[3]. 6 ΙΤ◡ . . . . ΑΝΔΟΥ. Supplementum Puchsteinii certum est, quia haec tabula proximum ante n. 391 locum tenet, ita ut patrem Aroandis, qui Artaxerxis Mnemonis gener fuit, Artasuram hic fuisse appareat. Quod confirmatur nominis [Ἀρο]άνδου reliquiis, quandoquidem non apud Graecos modo usitatum fuit nepoti avi paterni nomen imponere. De eodem Artasyra Reinachius et Puchsteinius interpretantur narrationem Plutarchi Artaxerxis 12 ἤδη δὲ αὐτοῦ (Cyro in

pugna ad Cunaxa a. 401 a. Chr. n.) τεθνηκότος Ἀρτασύρας ὁ βασιλέως ὀφθαλμὸς ἔτυχεν ἵππῳ παρεξελαύνων κτλ. Tempora perbene conveniunt. Nam filius Artasyrae Orontes (Aroandes) etsi eodem anno 401 a. Chr. n. filiam regis in matrimonium duxit (Anab. II, 4, 8), tamen adulescens tum fuit, quippe qui plus quam semisaeculo post (349 a. Chr.) etiamtum inter vivos fuerit. Quare pater eius proelii quo Cyrus occisus est tempore non modo superstes fuisse potest, sed nondum senem exacta aetate tum fuisse probabile est.

---

391 Tabula ab oriente sexta in meridionali ordine planiciei occidentalis (v. lemma n. 383). Anaglyphum evanuit, titulus in multis tenuibus fragmentis, quae a postica tabulae parte abscisa erant, sed a Puchsteinio rursus coniuncta et ectypo expressa sunt, exstat. Postea Hamdy-Bey ea Constantinopolin avexit et imaginem tituli proposuit Le tumulus de Nemroud-dagh Tab. VI. Ex ectypo suo ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 305. Cf. quae exposuit Th. Reinach Revue des études grecques III 1890 p. 365 sqq.

[Β]ασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος[1] | θεὸς[2] Δίκαιος Ἐπιφανὴς Φιλο|ρωμαῖος καὶ Φιλέλλην[3], ὁ ἐγ | βασ[ι]λέως Μιθραδάτου[4] Καλλι||νίκο[υ][5] καὶ βασιλίσσης Λαοδίκης | θεᾶς Φιλαδέλφου[6], | Ἀροάνδην Ἀρτασούρα[7], τὸν | γαμήσαντα βασίλισσαν | Ῥοδογούνην[8] τὴν Ἀρταξέρξου[9] || θυγατέρα.

De litteratura v. ad n. 383. 1 ΟΧΟʟ. 2 ΘΕoΣ. 3 Cf. n. 383[1]. 4 ΜΙΟΡΑΔΑΤΟΥ. 5 Cf. n. 383[2]. 6 Cf. n. 383[3]. 7 Idem homo n. 264, 4. 5 appellatur Ὀρόντης Ἀρτασύ[ρου, τὸ γέν]ος Βάκτριος. Nam quin idem sit, patris nomen et temporum rationes dubitari non sinunt. Multifariam commemoratur in rebus regni Persici per annorum 401—349 spatium. Accuratiora de eo vide n. 264[4]. Memorabilis in nomine barbaro Graece exprimendo inconstantia. In his titulis ubique (n. 390, 7. 391, 7. 392, 10. 393, 7) Ἀροάνδης est, cum inscriptio Pergamena n. 264, 4 itemque scriptores plerique Ὀρόντης habeant. Illam scripturam etiam apud Hesychium Ἀροανδικόν· νόμισμα, ᾧ χρῶνται Αἰγύπτιοι, ἀπὸ Ἀροάνδου occurrere monuit Reinach, qui idem monstravit alias nominis formas Ἀρυάνδης (Herodot. IV, 165. 166. 167. 200. 203. Polyaen. VII, 34. VIII, 47), Ὀρυάνδης (nam pro Ὀρυάνδρου videtur Ὀρυάνδου emendandum esse apud Polyaenum VII, 11, 7), Ὀροάνδης (Suidas Ὀροάνδης· ὄνομα κύριον, Ὀροάνδου. Plutarch. Aemil. Paul. 26 οὐ μὴν ἀλλὰ λανθάνει πως ὁ Περσεὺς Ὀροάνδην τινὰ Κρῆτα λέμβον ἔχοντα συμπείσας μετὰ χρημάτων ἀναλαβεῖν αὐτόν), Ὀροόνδης et Ὀροόντης in compositis Ὀροονδάτης et Ὀροοντοπάτης, in quibus per singulos gradus transitum a forma vere Persica Ἀροάνδης ad eam quae Graecis familiaris fuit Ὀρόντης persequi licet. 8 Hae nuptiae factae sunt anno 401 a. Chr. n. Cf.

Xenophon Anab. II, 4, 8: ἐν δὲ τούτῳ ἧκε Τισσαφέρνης ἔχων τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν ὡς εἰς οἶκον ἀπιὼν καὶ Ὀρόντας τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν· ἦγε δὲ καὶ τὴν θυγατέρα τὴν βασιλέως ἐπὶ γάμῳ. Plutarch. Artax. 27: πλειόνων οὐσῶν βασιλεῖ θυγατέρων ὡμολόγησε Φαρναβάζῳ μὲν Ἀπάμαν δώσειν γυναῖκα, Ῥοδογούνην δὲ Ὀρόντῃ, Τηριβάζῳ δὲ Ἄμηστριν. 9 Artaxerxes II Mnemon (404—359). Quod huic, qui in gemino titulo n. 392, 12 ex more βασιλεὺς βασιλέων μέγας appellatur, hic ne simplex quidem regis nomen tribuitur, non potest non ad neglegentiam eius qui seriei occidentalis titulos composuit referri. Eadem cernitur, si modo recte suppletur, in nudo nomine Ξέρξην n. 389, 7 et, si recte conieci, in cognominibus Antiochi filii Φιλορωμαῖον καὶ Φιλέλληνα Mithridati patri tributis pro eo quod illius proprium erat Καλλίνικον n. 395, 12. 13. Cf. illic not. 7.

---

392 Tabula lapidis arenacei, quae in septentrionali planiciei orientalis muro quintum ab occidente locum tenebat (v. lemma n. 383). Anaglyphum totum periit, partis posticae titulus magna ex parte exstat. Ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 283.

[Βασιλεὺς μέ]γας[1] Ἀντίοχ[ος[2] | θεὸς Δίκαιος Ἐπιφανὴς | Φιλορωμαῖος καὶ Φιλέλλην[3], | ὁ ἐγ βασιλέως Μιθραδάτου] ‖ Καλλινί[κου[4] καὶ βασιλίσσης] | Λαοδίκης θεᾶς Φιλα[δέλφου[5],] | τῆς ἐγ βασιλέως Ἀντιό[χου] | Ἐπιφανοῦς Φιλομήτορ[ος[6]] | Καλλινίκου[7], ‖ Ἀροάνδην Ἀρτασούρ[α[8], τὸν] | γαμήσαντα βασίλισσα[ν | Ῥο]δ[ο]γούνην[9], τὴν βασ[ιλέως | βα]σιλέων μεγά[λου Ἀρτα]‖ξέρξου[10] τοῦ καὶ[11] [Ἀρσάκου[12]] ‖ θυγατέρα.

De litteratura v. ad n. 383. 1 ¯ΑΣ. 2 Λ''Τ'Ο'. 3 Cf. n. 383 1. 4 Cf. n. 383 2. 5 Cf. n. 383 3. 6 ΜΗΤΟΗ. 7 Cf. n. 383 4. 8 ΑΡΤΑΣΟΥΡ/. De Aroande (Oronte) cf. n. 264 4. 391 7. 9 Cf. n. 391 8. 10 Cf. n. 391 9. 11 ΚΛΙ. 12 τοῦ κ[αὶ Μνήμονος] Puchstein. Sed formula ὁ καὶ ibi modo locum habet, ubi utroque nomine per se solo homo significari potest. A quo genere probe distinguendus est usus adiectivorum, quibus adiunctis homines cognomines distinguuntur. In talibus igitur qualia sunt Ἀμύντας ὁ μικρός (Aristoteles Pol. V, 10 p. 1311 b 3), Προυσίας ὁ χωλός, Βάττος ὁ εὐδαίμων nunquam καὶ addi videbis, neque ulla re ab iis discrepat Ἀρταξέρξης ὁ μνήμων. Quare malui nomen proprium restituere, quod illum gessisse antequam rerum potiretur referunt scriptores. Cf. Plut. Artaxerxes 1: ὁ δὲ Ἀρτοξέρξης Ἀρσίκας πρότερον ἐκαλεῖτο· καίτοι Δείνων φησὶν Ὀάρσης. ἀλλὰ τὸν Κτησίαν, εἰ καὶ τἆλλα μύθων ἀπιθάνων καὶ παραφόρων ἐμβέβληκεν εἰς τὰ βιβλία παντοδαπὴν πυλαίαν, οὐκ εἰκός ἐστιν ἀγνοεῖν τοὔνομα τοῦ βασιλέως, παρ' ᾧ διέτριβε θεραπεύων αὐτὸν καὶ γυναῖκα καὶ μητέρα καὶ παῖδας. 2: ὡς Ἀρσίκαν μὲν ἰδιώτῃ, Κῦρον δὲ βασιλεύοντι Δαρείῳ τεκεῖν.

Ctesias ap. Photium cod. 72 p. 42 b, 5 Bekker (fr. 29 p. 55 § 49, 4 ed. Müller) ἐχρῆτο δὲ (Darius II) συμβούλῳ μάλιστα τῇ γυναικί· ἐξ ἧς πρὸ τῆς βασιλείας δύο ἔσχε τέκνα, Ἄμηστριν θυγατέρα καὶ Ἀρσάκαν υἱόν, ὃς ὕστερον μετωνομάσθη Ἀρτοξέρξης. p. 43 a, 11 (fr. 29 p. 56 § 53, 7) Ἀρσάκης ὁ τοῦ βασιλέως παῖς ὁ ὕστερον μετονομασθεὶς Ἀρτοξέρξης. Utrum media nominis syllaba per ῑ an per ᾱ scripta fuerit apud Ctesiam et in lapide, in medio relinquendum est propter Plutarchi et Photii dissensum. Ceterum quo pacto idem Aroandes Artaxerxis gener in orientali quidem serie quintum, in occidentali vero sextum ab initio locum tenuerit, latet.

---

393 Tabula quae in meridionali ordine planiciei occidentalis septimum ab oriente locum tenebat. Anaglyphum partis anticae virum stantem exprimit, eadem positura ac Dareum (n. 388), sed dextra brevem cultrum, sinistra hastam vel sceptrum tenentem. Postica pars titulum habet, quem ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 307. Cf. quae adnotavit Th. Reinach Revue des études grecques III 1890 p. 369.

[Βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος θ]εὸ[ς[1] | Δίκαιος Ἐπιφανὴς Φιλορ]ωμαῖ[ος | καὶ Φιλέλλην[2], ὁ ἐκ βασι]λέως Μ[ι|θραδάτου Καλλινίκ]ου[3] καὶ βα[σι||λίσσης Λαοδίκης θ]εᾶς[4] Φιλ[α|δέλφου,[5] | βασιλέα -----]δάνην[6] τὸ[ν] ἐ[κ[7] | βασιλέως Ἀ]ροάνδου[8].

De litteratura v. ad n. 383. 1 ‿∪. 2 Cf. n. 383[1]. 3 Cf. n. 383[2]. 4 ΞΑΕ. 5 ΦΙΑΛ. De Laodice cf. n. 383[3]. 6 ꓥΑΝΡΝ. Persicum nomen quale esset [Ὀρ]δάνην vel [Βαρ]δάνην hic scriptum fuisse observavit Puchstein. Iam cum in occidentali imaginum serie unus locus vacuus sit inter Aroandem Artaxerxis II generum (n. 391) et hunc, apparet illum habuisse filium cognominem (v. 8), cuius rursus filius fuerit hic Vardanes sive quo alio nomine fuit. P. 7 ΕΓ. 8 ˥ΡΟΑΝΔ ΟΥ. Quod inter Δ et Ο intercedit intervallum, id nunquam litteras habuisse videtur quia lapicida locum iam tum laesum de industria vitabat. De Aroande v. not. 6. Quem Artaxerxis Mnemonis ex filia nepotem si quis Orontem Armeniae satrapam esse coniciat, cuius Diodorus XIX, 23, 3 in rebus anni 316/5 a. Chr. n. mentionem facit, temporum rationes non obstabunt. At quod Reinachius eundem a Strabone XI, 14, 15 p. 521 Cas. postremum qui sub Achaemenidarum regno Armeniae satrapa fuisset recenseri conicit vituperatque Puchsteinium, qui Strabonem de Oronte quodam ceteroqui ignoto Antiochi III Magni aequali loqui opinetur, nequeo satis mirari. Nam verba geographi haec sunt: κατεῖχον τὴν Ἀρμενίαν Πέρσαι καὶ Μακεδόνες μετὰ ταῦτα οἱ τὴν Συρίαν ἔχοντες καὶ τὴν Μηδίαν· τελευταῖος δ' ὑπῆρξεν Ὀρόντης ἀπόγονος Ὑδάρνου τῶν ἑπτὰ Περσῶν ἑνός· εἶθ' ὑπὸ τῶν Ἀντιόχου τοῦ μεγάλου στρατηγῶν τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολεμήσαντος διῃρέθη δίχα, Ἀρταξίου τε

καὶ Ζαριάδρους. Quae quomodo quispiam ita interpretari possit, ut Reinachius fecit, non assequor. Accedit quod Orontes Artaxerxis gener Bactrius fuit (n. 264, 5), ille Strabonis vero Persa, quippe qui ab Hydarne uno ex illis septem gentis originem repeteret.

---

394 Tabula quae in planiciei orientalis muro septentrionali (v. lemma n. 383) decimum ab occidente locum tenebat. Anaglyphum partis anticae totum evanuit, titulum tergi ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 285.

Βασιλεὺς μέγας Ἀντ[ίοχος] | θεὸς Δίκαιος Ἐπιφαν[ὴς] | Φιλορωμαῖος καὶ Φιλέλλη[ν[1],] | ὁ ἐγ βασιλέως Μιθραδάτου ‖ Καλλινίκου[2] καὶ βασιλίσσης | Λ[α]οδίκης θεᾶς Φιλαδέλφου[3], | τῆς ἐκ βασιλέως Ἀντι|όχου Ἐπιφανοῦς Φιλο|μήτορος Καλλινίκ[ου[4],] | βασιλέα [Ἀ]ρσά[μην[5]] ‖ τὸν ἐκ β[ασιλέως Ἀρ]|σάμου.[6]

Semel v. 4 fin. Υ exaratum est pro volgari Υ. De reliqua litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383[3]. 4 Cf. n. 383[4]. 5 Supplevit Puchstein, cuius inventum plane certum existimandum est cum propter spatii rationes, tum propter testimonium Polyaeni IV, 17: Ἀντίοχος Σελεύκου τοῦ ἀδελφοῦ ἀποστὰς ἔφυγεν ἐς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν, ὅθεν καὶ τοὺς μὲν Ἀρμενίων ὅρους διελθόντα φίλος ὢν Ἀρσάμης διεδέξατο. Antiochi Hieracis igitur aetate (246—228 a. Chr. n., cf. n. 271[1]) Armenia in dicione Arsamis cuiuspiam fuit. Quem Puchsteinius quidem et Reinachius eundem putant, cuius anaglypho hic titulus incisus erat. At si reputaveris quinque aetates intercedere inter Aroandem Artaxerxis Mnemonis generum (n. 391. 392) et huius tituli Arsamen, tres modo inter hunc et Mithridatem I Commagenes regem, Antiochi Grypi generum, Antiochi I patrem (n. 395. 396), iure meritoque dubitabis, num ille apud Polyaenum agnoscendus sit. Immo cum probabile ac paene certum sit (not. 6) patri huius Arsamis item Arsames nomen fuisse, eum potius esse existimo ad quem paullo post medium saeculum a. Chr. n. tertium Antiochus Hierax confugerit. Cum et patrem et filium regio nomine usum esse constet, ad alterutrum ex his referendos apparet nummos cum inscriptione βασιλέ(ως) Ἀρσάμο(υ). Nam titulum, quem fuerat qui ΩΙΣΑΜ legere mallet, re vera illud nomen habere Puchsteinius demonstravit, cum testis oculatus in exemplo musei Berolinensis distincte ΒΑΣΙΛΕ · ΛΙ ΣΛΜΟ legi referret. Item ab alterutro condita oppida Arsamosata (Polyb. VIII, 25, 1, ubi sane Ἀρμόσατα traditur. Ptolemaeus Geogr. V, 12, 8 p. 946, 10 Müller. Cassius Dio LXVIII, 19, 2, ubi codices μέχρι Σαμοσάτου exhibent, sed A. v. Gutschmid Gesch. Irans p. 141 not. 1 μέχρι Ἀρσαμοσάτων restituit recte, nisi forte brevior forma Ἀρμοσάτων fuit, qua Constantius Porphyrogennetus utitur; v. Boissevaini notam doctrinae et acuminis plenissimam. Plin. N. hist. VI, 26. Tac. Ann. XV, 10) et Arsameam (cf. titulum ap. Humann et Puchstein p. 363 n. 3, 13 sqq.: βασιλέων προγόνω

ἐμῶν τῶν καθοσιωθέντων ἐν Ἀρσαμείαι [ἐν] θε[ᾶ]ς Ἀργ[α]νδηνῆς περιβόλωι) manifesto recte statuit Reinach. 6 Σάμου Puchstein in contextu, sed ipse adnotat, propter spatii rationes probabilius esse supplementum [Ἀρ]σάμου, quod etiam Reinachius praetulit. Ceterum post Arsamen natu minorem quae vacant tria loca (XI, XII, XIII in planiciei orientalis muro septentrionali), de eis, cum Puchsteinius aliter sensisset, ingeniose et ita ut plane persuaderet disputavit Reinach. Proximum fuisse Arsamis minoris filium plane ignotum, deinde secutum duodecimo loco Ptolemaeum Arsamis nepotem. Etenim et exstare frustulum eiusdem generis, quod Puchsteinius, dubitans sane, ipsi duodecimae tabulae vindicasset (p. 286), cum litteris ΑΙΟΝ, quae supplendae essent [βασιλέα Πτολεμ]αῖον, et notum esse Ptolemaeum quendam, cuius per ipsa illa tempora, quibus Arsamis natu minoris nepotem, Mithridatis I avum floruisse consentaneum esset, in illis regionibus imperium fuisse constaret, ex Diodoro XXXI, 19 *a*: ὅτι ὁ τῆς Κομμαγηνῆς ἐπιστάτης Πτολεμαῖος ἔτι μὲν καὶ πρότερον καταφρονήσας τῶν Συριακῶν βασιλέων ἀποστάτης ἐγένετο, καὶ διὰ τοὺς ἰδίους ἐκείνων περισπασμοὺς ἀδεῶς τῆς χώρας ἐδυνάστευσε, μάλιστα πιστεύων ταῖς τῶν τόπων ὀχυρότησι· καὶ οὐκ ἀρκούμενος τῇ πλεονεξίᾳ ταύτῃ συναγαγὼν δύναμιν ἐνέβαλεν εἰς τὴν καλουμένην Μελιτηνήν, οὖσαν τῆς Καππαδοκίας καὶ τεταγμένην ὑπὸ Ἀριαράθην, καὶ τοὺς εὐθέτους προκατέλαβε τόπους. στρατεύσαντος δ' ἐπ' αὐτὸν μετὰ πολλῆς δυνάμεως Ἀριαράθου ἀνεχώρησεν εἰς τὴν ἰδίαν ἐπαρχίαν. Qua in narratione primus ex hac gente Ptolemaeus definite Commagenes imperium tenere dicitur, id quod manifesto recte eo rettulit Reinachius, quod omnes maiores usque ad Arsamen natu minorem ad utramque Euphratis ripam regnassent, ita ut Armeniae regio meridionalis et occidentalis (Sophene) adeo principalis regni pars haberetur ibique regni caput Arsamosata conderetur; sed eo quod interiectum esset inter Arsamen et Ptolemaeum tempore omnia quae trans Euphraten essent amissa, ut una Commagene eis relinqueretur. Quod confirmari testimonio Polybii, qui VIII, 25, 1 referret Arsamosata in dicione Xerxis, qui manifesto non eiusdem atque Arsames domus esset, fuisse aetate Antiochi III Magni. Nam de tempore quo Xerxes regnasset plane constare testimonio Ioannis Antiocheni Fragm. Hist. Gr. IV p. 557 fr. 53: ὅτι κατὰ τὸν χρόνον ὅτε Ἀννίβας ἐπολέμει τοῖς Ῥωμαίοις, Ἀντίοχος ὁ τῆς Συρίας βασιλεὺς — Ξέρξῃ τῷ Ἀρμενίας τυράννῳ τὴν ἑαυτοῦ ἀδελφὴν συνοικίσας, ἐκεῖνον μὲν διὰ τῆς ἀδελφῆς διεχρήσατο κτλ. Eiusdem Xerxis itemque Abdissaris cuiusdam nummos exstare habitu ornatuque capitum regum quae in eis repraesentarentur plane discrepantes a Commagenorum regum moneta. Quae Diodorus de Ptolemaeo narrat, anno 163 aut 162 a. Chr. n. gesta demonstravit Reinach. Denique Ptolemaeum re vera Sami patrem, Mithridatis avum paternum fuisse Reinachius omni dubitatione exemit rectius suppleto titulo n. 402, 8. Cf. ib. not. 13. Tertium decimum igitur locum, inter Ptolemaeum patrem et Mithridatem filium, tenebat rex Samus, cuius imago et titulus in monte *Nemrud Dagh* quidem periit, sed inscriptionem monumenti alio loco a nepote Antiocho dedicati habes n. 402.

395 Tabula quae in meridionali muro planiciei occidentalis (v. lemma n. 383) quartumdecimum ab oriente locum tenuisse videtur. Ex anaglypho nihil exstat nisi crura viri ad sinistram conversi; titulum partis posticae ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 308. Cf. quae de titulo disputavit Th. Reinach Revue des études grecques III 1890 p. 374 sq.

[Βασιλεὺς μέγ]ας[1] [Ἀντί|οχος θεὸς Δ]ίκαιος [Ἐπι|φανὴς Φ]ιλορωμαῖος [καὶ | Φ]ι[λέλλ]ην[2], ὁ ἐκ βασιλέ[ως] ‖ Μιθραδάτου Καλλινί|κου[3] καὶ βασιλίσσης Λα|οδίκης θεᾶς Φιλαδέ[λ|φο]υ[4], τῆς ἐκ βασιλέως Ἀ[ν]‖τιόχου Ἐπιφανοῦς Φιλο‖μήτορος Καλλινίκου[5], | βα[σ]ιλ[έα[6] Μι]θραδάτην | [Φιλέλληνα] καὶ Φιλορω|[μαῖον[7] ἕνεκα[8]] τιμῆς καὶ | [εὐνοίας[9] τ]ῆς[10] πρὸς | [ἑαυτόν].[11]

De litteratura v. ad n. 383. 1 ΙΑΛ. 2 Cf. n. 383[1]. 3 Cf. n. 383[2]. 4 Cf. n. 383[3]. 5 Cf. n. 383[4]. 6 ΒΑΓΙΑ. 7 Puchsteinius, non sine haesitatione, hic agnoscit Mithridatem Sami filium, Antiochi qui hoc monumentum erigi iussit patrem, cuius titulum qui in orientali imaginum serie erat habes n. 396. Quod contra Reinachius statuit fuisse fratrem natu maiorem Antiochi, cui paternum nomen Mithridates esset, eumque aliquantisper inter patrem et fratrem minorem regnasse. Huius igitur esse hunc titulum. Cui opinioni sane favent cognomina. Namque Antiochi pater, cuius perfrequens est memoria in titulis regiae domus Commagenes (n. 383, 3. 4. 384, 3. 385, 4. 5. 386, 4. 5. 387, 4. 5. 388, 4. 5. 389, 4. 5. 390, 4. 5. 391, 4. 5. 392, 4. 5. 393, 3. 4. 394, 4. 5. 395, 5. 6. 396, 4. 5. 10. 11. 397, 5. 6. 400, 4. 5. 401, 6. 7. 402, 3. 403, 3), his omnibus locis praeter postremum, ubi omnino cognomine caret, βασιλεὺς Μιθραδάτης Καλλίνικος appellatur, cum hic βα[σ]ιλ[έα Μι]θραδάτην [Φιλέλληνα] καὶ Φιλορω[μαῖον] sit. Neque hanc difficultatem evitare licet supplemento [Καλλίνικον] pro [Φιλέλληνα] recepto. Nam sic quoque manet inauditum in hoc quidem rege cognomen Φιλορωμαῖον, neque omnino hae plane diversi generis appellationes (Καλλίνικος et Φιλορωμαῖος) particula copulativa καὶ inter se coniungi posse videntur. At multo graviores rationes obstant Reinachii sententiae et patrem Antiochi hic agnoscere cogunt. Primum enim maiorum suorum imagines se dedicasse profitetur ipse rex n. 383, 46 sqq.: ὅπως μὴ μόνον ἐμῶν προγόνων οὗτος ὃν ὁρᾷς ἡρῴ(ο)ς λόχος ἐμαῖς ἐπιμελείας ὑπάρχῃ καθιδρυμένος. Quo nomine manifesto pater continetur, frater natu maior non item. Neque enim usquam qui ante quempiam regnaverunt propterea eius πρόγονοι appellantur; cf. E. Rohde Kl. Schriften I p. 283 not. 1. 288 sqq. Deinde vero in orientali quidem planicie tabula quae Mithridatis patris Antiochi imaginem et titulum habebat (n. 396) quartum decimum locum muri septentrionalis tenebat. Atqui cum in occidentali planicie omnino non plus quam quattuordecim tabulas muri meridionalis fuisse constet (Puchstein p. 298), quomodo hic fratri, qui non poterat non post patrem in serie regum

collocari, locus erat? Sane ordinem maiorum a parte patris non plane eundem fuisse in utroque muro apparet ex titulis geminis Aroandae Artasurae f. qui gener Artaxerxis Mnemonis fuit. Is enim in septentrionali quidem planiciei orientalis ordine (n. 392) quintum, in meridionali vero planiciei occidentalis (n. 391) sextum locum tenet. Sed vides hac re rationem meam non infringi, sed confirmari. Sic enim inter quattuordecim planiciei occidentalis anaglypha etiam minus fratri Antiochi natu maiori locus fuisse potest, quam si idem utrobique ordo fuisset. Quare mihi quidem certissimum videtur, in utraque imaginum maiores paternos repraesentantium serie postremum, ut par erat, fuisse patrem. Quod hoc uno loco illi cognomina tribuuntur, quibus praeterea ubique filius utitur, id sane quomodo explicem nescio, nisi ad merum errorem referendum est. Nam sane titulos seriei occidentalis, quae aliquanto recentior est, minore cura confectos esse etiam ex eo pari inscriptionum eiusdem hominis, quod praeter hoc (n. 395. 396) unum aetatem tulit (n. 391. 392), apparere videtur. Cf. n. 391[9]. 8 Supplevi. ὑπέρ Reinach, quod in τιμῆς quadrat, in εὐνοίας non item. 9 Supplevit Reinach. 10 ¯HC. 11 Supplevit Puchstein.

---

396 Tabula quae in septentrionali muro planiciei orientalis quartadecima fuit ab occidente. Anaglyphum in fronte tabulae virum stantem repraesentat, conversum ad sinistram, manum dextram paullulum protendentem. In parte postica titulus, quem ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 287.

[Βασιλε]ὺς μέγας [Ἀντίοχος | θεὸς Δί]καιος Ἐπι[φανὴς | Φιλορωμ]αῖος κα[ὶ Φιλέλλην[1], | ὁ] ἐ[κ[2] βασ]ιλέως Μιθρ[αδάτου[3]] ‖ Καλλ[ινίκ]ου[4] καὶ βασι[λίσσης] | Λαοδίκης θεᾶς[5] Φιλα[δέλφου[6],] | τῆς ἐκ βασιλέως Ἀν[τιόχου[7] | Ἐ]πιφανοῦς Φιλομ[ήτορος] | Καλλινίκου[8], ‖ βασιλέα Μιθρα[δάτην] | Καλλίνικον[9] τ[ὸν ἐκ βασιλέ](ω)ς[10] Σάμο[υ].[11]

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 ∟ι. 3 ΜΙΘι/. 4 Cf. n. 383[2]. 395[7]. 5 ΟΕΑΣ. 6 Cf. n. 383[3]. 7 ΑΝ////. 8 Cf. n. 383[4]. 9 Pater Antiochi, qui in utroque ordine maiorum paternorum extremum locum tenet. Cf. n. 395[7]. 10 ΩΕ. 11 Cf. n. 402[8].

---

397 Tabula quae in occidentali muro planiciei occidentalis (v. lemma n. 383) locum sextumdecimum a meridie tenebat; in fronte anaglyphum mulierem stantem, conversam ad spectatorem, cum tunica, pallio, calceis repraesentans, dextra manu pectori imposita intra sinum vestis, sinistra demissa sceptrum umero

appositum tenentem. Titulum ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 313. Cf. quae de eo disputavit Th. Reinach Revue des études grecques III 1890 p. 371 cum not. 1.

Βασιλεὺς μέγας Ἀντί‖[ο]χος θεὸς Δίκαιος Ἐπιφα|νὴς Φιλ[ορω]μαῖος κα[ὶ] Φι|λέλλ[ην[1], ὁ ἐ]κ βασιλέ[ως] ‖ Μι[θραδ]ά[τ]ου Καλλινί‖[κου[2] καὶ] βασ[ι]λίσ(σ)η[ς[3] | Λαοδίκη]ς θε(ᾶ)ς[4] Φιλαδέλ‖[φ]ου,[5] [τ]ῆς ἐκ βασιλέως | [Ἀ]ντιόχου Ἐπιφανοῦς ‖ Φιλο(μ)ήτορος[6] Καλλινί|κου[7], βασίλισσαν Ἰσιάδα[8] | Φιλόστοργον.[9]

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 ΒΛΕ.ΛΙϹΗ. 4 ΘΕΔϹ. 5 Cf. n. 383[3]. 6 ΡΙΛΟΝΗΤΟΡΟϹ. 7 Cf. n. 383[4]. 8 Sami uxor, Mithridatis mater, Antiochi qui haec condidit avia, ut quidem videtur. Cf. n. 403[2]. Mirum sane eam hoc loco imagine expressam fuisse; nam primum haec una est mulier inter tot viros, et fuisse unam etiam cum monumentum integrum esset certe pro numero imaginum et aetatum maxime probabile est; deinde occidentalis planiciei occidentalis murus ut meridionalis planiciei orientalis maternam stirpem habebat (n. 398—401), cui mediae interponitur avia paterna. Sed horum quidem ordinum tam exiguae aetatem tulerunt reliquiae, ut a conatu hanc singularem rem explicandi videatur abstinendum esse. 9 Reinachius, qui Isiada non aviam, sed uxorem et fortasse sororem Antiochi I esse opinatur (n. 403[2]), idem cognomen eodem fere tempore etiam Athenaida Cappadociae reginam gessisse adnotat; adeo duae fuerunt, altera Ariobarzanis I (95—63 a. Chr. n.) uxor (n. 354, 3. 355, 6), altera Ariobarzanis II (63—52 a. Chr. n.). Utraque sane aliquot decenniis prior fuit Isias, si Sami coniux fuit. At cur in Cappadociae stirpe regia hanc honorificam appellationem prius fuisse statuamus quam in Commagenes, nulla est idonea causa, praesertim cum reginarum erga maritos et liberos φιλοστοργίαν praedicari iam antea moris fuerit. Cf. n. 307, 1. Polyb. XXII, 20, 3.

---

398 Fragmenta duo exigua tabulae primae ordinis occidentalis in planicie occidentali (cf. lemma n. 383). Ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 310.

[------- βα]σι[λέα[1] Ἀλέ]‖ξ[ανδρο]ν[2] τὸν ἐ[κ] β[ασιλέ]‖ως[3] [Φιλίπ]που.[4]

De litteratura v. ad n. 383. 1 ΙΛΙ/////. 2 Λ...../Ν. Alexandrum Magnum (336—323 a. Chr. n.) designari certum est. A quo quod materna stirps initium capit ut paterna a Dario Hystaspis filio (n. 388) iure mireris. Nam neque re vera ulla mansit ad inferiora tempora Alexandri progenies, neque ficticia quadam origine ab illo repetitam esse Seleucidarum stirpem

ut Lagidarum ab eius patre Philippo (cf. n. 54[5]) credibile est. Nam Seleucus Nicator quidem Alexandri aequalis fuit; Antiochum Sotera vero si Alexandri filium fuisse finxissent, certe non potuerat Seleucus Nicator inter maiores regis qui hoc opus effici iussit numerari; cuius tamen imaginem ab hoc monumento non afuisse certum est (cf. n. 399[1]). Quare nihil restat nisi ut regni, non gentis Seleucidarum auctorem hic repraesentari statuamus cum Puchsteinio; quae res ut sane pugnat cum lege quae in reliquis omnibus imaginibus religiosissime servata est, sic tamen facile explicatur studio maternae stirpis initio non minus nobile nomen collocandi quam paternae.
3 I·.....|ΩL. 4 ι ΠΟΥ.

---

399 Fragmentum perquam detritum, humi iacens ad murum occidentalem planiciei occidentalis pone foramen quod quartae a meridie tabulae inserendae inserviebat (vide lemma n. 383). Ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 310.

[------, τὸν ἐκ βα]σιλέ[ως | Ἀντιόχου Σω]τῆρος.[1]

De litteratura vide ad n. 383. 1 Monumentum Antiochi II Dei (261—246 a. Chr.) fuisse apparet. Alterum igitur locum post Alexandrum Magnum (n. 398) Seleucus I Nicator (306—280 a. Chr.), tertium Antiochus I Soter (280—261 a. Chr.) tenebat. P. Inter Antiochum Deum vero et Demetrium Nicatora (n. 400) quod sex imagines quondam fuerunt, id quomodo explicetur non video. Nam recta linea inter hos interiectae sunt quattuor aetates, Seleuci II Callinici (246—226 a. Chr. n.), Antiochi III Magni (223—187 a. Chr.), Seleuci IV Philopatoris (187—175 a. Chr.), Demetrii I Soteris (162—150 a. Chr. n.). Qui vero per illa tempora regnaverunt neque tamen in Demetrii Nicatoris maiorum numero fuerunt, Seleucus III Soter (226—223 a. Chr. n.), Antiochus IV Epiphanes (175—164 a. Chr.), Antiochus V Eupator (164—162 a. Chr.), Alexander I Balas (150—146 a. Chr.), eis hic nullus fuit locus, quoniam eius qui haec monumenta condidit stirpis origo ad eos non redibat, neque credibile est quemquam ex eis hic effictum fuisse, praesertim quia praeter unum Seleucum III hi a Demetrii Soteris posteris reges legitimi non existimabantur.

---

400 Tabula quae in occidentali muro planiciei occidentalis (v. lemma n. 383) undecima fuit a meridie. Anaglyphum periit praeter extrema lineamenta, ex quibus apparet virum imberbem, conversum ad sinistram, ambobus brachiis demissis, dextro pede proiecto, lorica indutum, expressum fuisse. Titulum qui in tergo tabulae est ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 311.

[Βασιλ]εὺς μέ[γας | Ἀντίοχ]ος θεὸς Δ[ίκαιος | Ἐπιφα]νὴς Φι[λέλλην[1] | καὶ Φιλορωμαῖος, ὁ ‖ ἐγ βασιλέως Μιθραδά|τ]ου Καλλινίκ[ου[2] καὶ] | βασιλίσσης [Λ]α[οδί]|κη[ς θεᾶς Φ]ιλ[α]δέ[λφου[3],] | τ[ῆς ἐκ] βασ[ιλέω]ς Ἀ[ντιό]‖χου [Ἐπ]ιφανο[ῦς Φιλομή]|τορ[ο]ς Καλλινίκ[ου[4],] | βασιλέα Δημή[τριον] | Νικάτορα[5] τὸν ἐ[κ βα]|σιλ[έ]ως Δημητ[ρίου | Σ]ωτῆρος.[6]

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383[3]. 4 Cf. n. 383[4]. 5 Demetrius II Nicator (146—138 et 129—125 a. Chr. n.), Antiochi Grypi (not. 4) pater, Antiochi I Commagenes regis, qui haec monumenta condidit, proavus. 6 Demetrius I Soter (162—150 a. Chr. n.), Seleuci IV Philopatoris filius, Demetrii II Nicatoris pater, Antiochi, qui has imagines dedicavit, abavus.

---

401 Tabula quae in occidentali planiciei occidentalis muro duodecima fuit a meridie (v. lemma n. 383). Exiguae anaglyphi reliquiae virum habitu et vestitu eius qui n. 400 est simillimum expressum fuisse indicant. Titulum partis posticae ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 312.

[Βασιλε]ὺς [μέγας Ἀν|τίοχ]ος θ[εὸς Δί|καιος Ἐ]πιφα[νὴς Φιλο|ρωμ]αῖος κ[αὶ Φιλ‖έλλην[1], ὁ ἐ]κ β[ασι]λ[έως | Μιθραδάτ]ου [Καλλι|νίκ]ου[2] καὶ βα[σιλίσ|σης Λ]αοδίκης θ[εᾶς | Φιλα]δέλφου[3], τ[ῆς ἐκ ‖ βασ]ιλέως Ἀντ[ιόχου | Ἐπι]φανοῦς Φι[λομή|τορο]ς Καλλ[ινίκου[4], | βασι]λέα Ἀν[τίοχον | Ἐ]πιφαν[ῆ Φιλο‖μήτορ]α Κα[λλίνικον[5], τὸν ἐκ βασιλέως Δημη|τρίου Νικάτορος].

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383[3]. 4 Cf. n. 383[4]. 5 Antiochi VIII Grypi (125—96 a. Chr. n.), qui Antiochi I Commagenes regis avus maternus fuit (n. 383[4]), hoc monumentum fuisse apparet.

---

402 In rupe praerupta iuxta arcem vici *Gerger* siti ad Euphratem, ubi flumen *Gerger-su* in eum influit, planicies quadrangula excavata est, et intra eam anaglyphum sculptum, quod repraesentat virum imberbem stantem, conversum ad sinistram, manu sinistra demissa hastam vel sceptrum, dextra porrecta brevem cultrum sacrificalem tenentem, capite operto tiara coni figura, indutum bracis et tunica, amictum pallio. Titulus in planicie laevigata infra

ipsam imaginem non profunde incisus litteris altis 0,07, ex parte evanidis aut musco tenui obsitis. Ex ectypo quod ipse confecerat ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 356. Cf. quae disputavit Th. Reinach Revue des études grecques III (1890) p. 372.

[Βασιλε]ὺς μέγας Ἀντίοχος θεὸς Δίκαιος | [Ἐπιφ]ανὴς [Φιλο]ρωμαῖος [κ]αὶ Φιλέλλην[1], | [ὁ ἐκ] βασιλέως Μιθραδάτου Καλλινίκου[2] | [καὶ β]ασιλί(σσ)ης[3] Λαοδίκης θεᾶς Φιλα||[δέλφ]ου[4], [τ]ῆ[ς] (ἐ)[κ][5] βασιλέως Ἀντιόχο[υ | Ἐπιφαν]οῦ[ς] (Φ)ι(λ)[ο]μήτορος[6] Καλλινίκου[7], | [βασι]λέ[α] (Σά)μο(ν)[8] [Θ]ε[ο]σεβῆ[9] Δ[ί]καιον[10], τὸν ἐ[κ][11] | βασ]ιλ(έ)ως[12] (Πτ)ο[λε]μα(ίο)υ[13], τὸ[ν ἑ]αυτοῦ[14] πάπ[π]ο[ν][15].

De litteratura v. ad n. 383. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 ΑΣΙΛΙΣΚ ΞΗΣ. 4 ///ΙΘΥ. Cf. n. 383[3]. 5 .ΗΓΗΙ. 6 ΛΙΕ/////ΜΗ ΤΟΡΟΣ. 7 Cf. n. 383[4]. 8 Initio huius versus post ΛΕ////, i. e. [βασι]λέ[α], Puchsteinius has litteras enotavit: Β.ΣΜΟΥ. Quas etsi non recte se habere apparet, tamen quin ille verum viderit, cum regis Sami, ad id tempus non noti nisi ex nummis, nomen restitueret, nulla ex parte dubium est. Nam primum quidem cognomina Θεοσεβὴς Δίκαιος, quae hic certo agnoscuntur, Samum gessisse eidem nummi probant. Deinde vero avum paternum Antiochi I Commagenes regis fuisse Samum regem scimus ex n. 396, 10: βασιλέα Μιθρα[δάτην] Καλλίνικον τ[ὸν ἐκ βασιλέ](ω)ς Σάμου. Atqui quae hic v. 8 leguntur τὸ[ν ἑ]αυτοῦ πάπ[π]ο[ν], necessario ad avum paternum referenda sunt; nam maternus fuit Antiochus VIII Grypus Syriae rex (n. 383[4]). Samus igitur successit Ptolemaeo patri (not. 13) et regnavit altera parte secundi a. Chr. n. saeculi; ipsum rursus excepit filius Mithridates. Ab illo quin conditum sit oppidum Samosata, quod deinde Commagenes caput mansit, non est dubium. 9 .L.ΞΕΒΗ. 10 Δ.ΚΑΙΟΝ. 11 ΤΟΝΕ. 12 .ΙΛΠΩΣ. 13 ΣΗΟ..ΜΑΡΦΥ. In his cum Puchsteinius Μιθραδάτου latere opinatus esset ideoque Mithridatem I regem avitum nomen gessisse statuisset, egregio Reinachii acumine perspectum est, patris nomen Πτολεμαίου fuisse. Etenim ΡΦ pro ΙΟ legi proclive fuit, praesertim in titulo pessime habito, ubi fortuitae lapidis rimae facillime pro ductibus litterarum haberi poterant; in duabus litteris initialibus sane ΣΗ pro ΠΤ paullo gravior error est, sed ne hic quidem a probabilitate abhorret. Utique hoc nomen multo propius abesse a ductibus quos Puchsteinii exemplum praebet nemo negabit. De Ptolemaeo Sami patre cf. n. 394[6]. 14 _ΑΥΤΟΥ. 15 ΠΑΠΙΟ.

403 In colle sito prope viam qua Samosatis Melitenen (*Malatia*) itur, fere diei itineris intervallo a Samosatis tumulus est coni figura, qui nunc *Kara-Kusch* vocatur. Ad eius radices orientales tres

columnae Doricae lapidis calcarii subcaerulei, duae etiamnunc stantes, tertia humi iacens. Item ternae columnae quondam in meridionali parte tumuli et in ea quae media est inter septentriones et occidentem fuisse videntur. Sed utroque loco singulae modo columnae aetatem tulerunt, ex quibus meridionalis aquilae effigiem, altera tabulam cum anaglypho duas mulieres iunctis manibus stantes repraesentante sustinet. Qua de causa etiam ex columnis orientalibus mediam tale anaglyphum, sinistram aquilam habuisse certum est, cum dextrae tauri statua, cuius magna pars humi iacens etiamnunc exstat, imposita esset. In media columna, quae reliquis paullo maior est, infra ipsum caput in summa parte scapi incisus titulus. Ex ectypo et apographo quae ipse confecerat ed. O. Puchstein Reisen in Kleinasien und Nordsyrien p. 224. Cf. quae de titulo disputavit Th. Reinach Revue des études Grecques III 1890 p. 371.

Τὸ μὲν ἱεροθέσιον [1] Ἰσιάδος [2] | τόδε, ἣν βασιλεὺς μέγας | Μιθραδάτης [3], μητέρα οὖσαν | ἰδίαν, ἐπεὶ τοῖς [ἄ]λλοις, ὡς ||

Litterae ΑΘΞΠϹ. 1 Cf. n. 383, 36. 2 Sami uxorem, Mithridatis I Commagenes regis matrem intellegit Puchstein, cui oblocutus est Reinach, Mithridatem hic non primum, sed secundum agnoscens, filium Antiochi I, qui regnavit fere a. 34—31 a. Chr. n. (cf. Th. Mommsen Mitth. des arch. Inst. in Athen I 1876 p. 34. 39). Non nego esse argumenta quae hanc coniecturam magnopere commendare videantur; sed ea non tam firma et gravia esse quam illi visa sint demonstrabo not. 3. 8. Id certum est, si Mithridatis II mater, Antiochi I uxor et fortasse simul soror fuerit regina Isias huius tituli, ut Reinachio placuit, non posse ad eandem referri n. 397, 11. Nam maiorum (προγόνων n. 383, 47) nomine uxor vel soror non magis continetur quam frater (n. 395 [7]). Atqui duas cognomines reginas has esse neutiquam probabile mihi esse videtur, quare praestare visum est utrumque titulum de Sami coniuge, Mithridatis I matre, Antiochi I avia paterna interpretari. 3 Cur Reinachius de Puchsteinii haec ad Mithridatem I regem, Antiochi Grypi generum (n. 383 [4]), referentis sententia dubitaret, duae fuerunt causae, cognomen Καλλίνικος (n. 395 [7]) omissum et adiectivum μέγας additum, quo primus inter Commagenes reges Antiochus I usus esset. At illud quidem nullius momenti est, siquidem hic titulus reliquis omnibus qui huius regis nomen habent multo antiquior est. Nam non est, cur Mithridatem statim cum rerum potiretur hoc cognomen assumpsisse statuamus. Immo cum constet socerum eius Antiochum VIII Grypum Syriae regem eodem usum esse, neutiquam improbabile est per nuptiarum cum Laodice illius filia demum occasionem Mithridatem eo se exornasse. Quominus vero hunc titulum ante illud Mithridatis et Laodices matrimonium incisum sumamus nihil impedit.

καλόν, ἀν(υ)[π]ερβά(τ)οι(ς)[4] ὁ[μοῦ][5] | πᾶσιν ἐκόσμησεν, τελευ|ταίας ταύτης τιμῆς[6] ἠξίω|σεν. (ἡ κ)ό(ρ)η[7] δ[ὲ Ἀ]ντ[ι]οχ[ὶ]ς | ἐν τῶιδε κεῖτ[αι], ὁμομη||τρία[8] βασιλέως ἀδελφή, | καλλίστη γυναι-

---

Paullo gravius est alterum argumentum ab epitheto μέγας repetitum. Nam verum est, hoc in titulis qui aetatem tulerint nulli ex regibus Antiocho I prioribus tribui. At non est neglegendum, illas inscriptiones omnes praeter hanc defunctorum regum esse. Quare haud absurde iudicaveris usum huius adiectivi antiquiorem quidem esse Antiochi regno, sed ita ut is modo qui quoque tempore regnaret eo ornaretur, maiores defuncti non item. Quae sententia ni plane fallor haud mediocriter confirmatur consuetudine titulorum Aegyptiacorum, in quibus μέγας inde a Ptolemaei IV Philopatoris (221—205 a. Chr. n.) regno haud raro usurpatur, sed semper de regibus superstitibus. Cf. n. 89, 1. 94, 2. 167, 1. 168, 1. 187, 1. 192, 1 et quae adnotavi n. 94[2]. 4 ΑΝΑ . ΡΒΑΣΟΙΕ. Supplevi et emendavi. ἀνα[γκ]α[ί]οι[ς] Puchstein. Sed haec emendatio non modo multo violentior est quam mea, sed etiam a sententia aliena. Nam ea modo se fecisse in matre defuncta honoribus extollenda, quae necessaria essent, rex nullo modo praedicare poterat. Quod contra si praedicative usurpatum statuas adiectivum ἀνυπερβάτοις, aptissime se omnia ita adornasse profitetur, ut superari omnino non possent. Fuit cum ἀνυπερβ(λή)τοις emendandum existimarem; sed cum ὑπερβαίνειν iam in antiquorum Atticorum sermone passim eandem atque ὑπερβάλλειν vim habeat, ea mutatione non opus est. 5 Supplevi. Litteram Ο in fine versus Puchsteinius plane neglexit in verbis tituli restituendis. Sane reliqui versus a dextra integri sunt, sed cum hic proxime superioribus et inferioribus paullo brevior sit, aliquot litteras intercidisse non videtur improbabile. Fieri sane etiam potest, ut illud Ο mero errori debeatur. 6 Notabilis hic quoque articuli defectus. Cf. n. 383[8]. 7 ΙΕΡΟΦΗ. Emendavi. Ρ pro Κ et Φ pro Ρ errore proclivi lecta sunt, ita ut nomen quidem plane certum existimem; sed vix incertior articulus, quoniam etiam ΙΕ pro Η exscriptum in lapide detrito et scriptura evanida nihil miri habet. Fränkelii apud Puchsteinium emendatio [πρώτ]η multo violentior est neque sententiae satisfacit. Nam cum v. 1 praedicetur hoc esse Isiadis sepulcrum, quomodo hic Antiochis potest prima dici quae in eo condita sit? Virgo sane praedicari non potuit eadem, cuius v. 16. 17 commemoratur filia, sed in volgus notum est, nomen κόρη non semper virginem indicare, sed et ad iuventutem significandam usurpari de qualibet muliere etiam nupta, et filiae notionem habere. Hanc hoc loco praefero, maxime propter articulum. Cuius filia sit non opus est definite indicari, quia una Isias ante hunc locum commemorata est, ut sponte pateat de ea cogitari. Quid quod vel v. 15 θυγατριδῆ sine genetivo scriptum est, etsi illic quidem duarum mulierum, Isiadis et Antiochidis (μετὰ τούτων) mentio proxime praecedit; sed ea tamen, cuius totum sepulcrum proprium est, menti eius qui legit ita obversari debet, ut nudum θυγατριδῆ nulla ex parte ambiguum sit. 8 Antiochis igitur ex eadem quidem matre procreata erat ac Mithridates rex, neque vero ab eodem patre. Qua re evertitur Reinachii argumentum, qui ex ipso Antiochidis

κῶν, ἧς | βραχὺς μὲν ὁ βίος, μακραὶ δὲ | ἐπὶ τῶι μακρῶι [τ]ιμαὶ χρόνωι. ἀμ|φότ[ερα]ι δὲ ὡς ὁρᾶς αἵδε ἐφεσ||τᾶσιν, καὶ μετὰ τούτων θυγατρι|δῆ[9], παῖς Ἀντιοχίδος θυγά|τηρ Ἄκ(α)[10], (β)ίου[11] τοῦ μετ' ἀλλ[ή]|λων καὶ τῆς βασιλέως τιμῆς | ὑπόμνημα.

nomine collegit, Mithridatem huius tituli esse secundum huius nominis regem, Antiochi I non patrem sed filium; etenim filiae nomen manifesto a paterno derivatum esse. Neque hoc argumentum ita eludere licet, ut dicas ὁμομητρία hic non esse οὐχ ὁμοπατρία, ἀλλ' ὁμομητρία μόνον, sed potius οὐ μόνον ὁμοπατρία, ἀλλὰ καὶ ὁμομητρία. Nam quo consilio id unum additum esse posset, ut arctissima necessitudo dilucide et accurate definiretur, id ipsa dictionis ambiguitate plane everteretur, quia proclive esset, illa altera vi vocem interpretari. Quare si ea mens fuisset scriptoris, necessario ὁμομητρία καὶ ὁμοπατρία dicendum fuit. Cf. Xen. Anab. III, 1, 17: τοῦ ὁμομητρίου καὶ ὁμοπατρίου ἀδελφοῦ. [Dem.] XXV, 79: ἀδελφὸς δ' ἐστὶ τούτου ὁμομήτριος καὶ ὁμοπάτριος. Dem. LVII, 40: ὁ Τιμοκράτης, ὁμομήτριος καὶ ὁμοπάτριος ὢν ἀδελφός. [Dem.] XLIII, 22. 29: ἀδελφὴ ὁμομητρία καὶ ὁμοπατρία. § 35. 39: ὁμοπατρία καὶ ὁμομητρία ἀδελφή. Quod quoniam omnino non fuit idem pater Mithridati et Antiochidi, huius nomen nihil valere ad confirmandam Reinachii sententiam sponte patet. 9 Cf. not. 7. 10 ΑΚΛ. Emendavit Fränkel apud Puchsteinium. 11 ΕΙΟΥ. Emendavit Puchstein.

---

404 Lapis basaltes qui dicitur niger undique fractus. Scriptura, quae exstat in latere et postica parte, ita exarata, ut singuli versus ex illo in hanc transeant nulla anguli ratione habita. Monumentum pridem Samosatis Londinium translatum, ubi id nunc domi suae habet H. J. B. Lynch, Esq. 33 Pont-Str. In fronte figura humana anaglypho expressa. Ed. V. W. Yorke Journal of Hell. stud. XVIII (1898) p. 312 n. 14.

Βασ[ιλεὺς μέγας Ἀντίοχος θε]|ὸς Δίκαιος Ἐπιφανὴ[ς Φιλορωμαῖος καὶ] | Φιλέλλην[1], ὁ ἐκ βασιλέω[ς Μιθραδάτου Καλ|λι]νί-

Litterae ΑΞΠC, ita ut litteratura a n. 333 sqq. non discrepet nisi antiquioribus et volgaribus formis ΘΡ servatis, quorum loco illic ΘΡ sunt. Fere nihil hic est quod non item in titulo 383 legatur. Nam initium v. 1—6 ad verbum redit n. 383, 1—7; item quae hic v. 9—19 sunt, eadem illic v. 11—24 leguntur. Quae hunc locum proxime excipiunt deorum nomina et cognomina, in alio sane sententiarum conexu 383, 54—56 sine ulla discrepantia redeunt; denique huius tituli v. 21—28 respondent illius versibus 59—64, sed mutato cum verborum ordine tum aliquot vocabulis singillatim. In toto igitur lapide Samosatensi unum est enuntiatum v. 6—9 τοῦτο — ἱεραῖς, quod in illo altero nihil sui simile habeat. 1 Cf. n. 383[1].

κου[2] καὶ βασιλίσσης Λ[αοδίκης θεᾶς Φιλ||αδέ]λφου[3], τῆς ἐκ βασιλέως Ἀντ[ιόχου θεοῦ Φι|λο]μήτορος Καλλινίκου[4], τοῦτ[ο[5] εὐσεβείᾳ γνώμης | ἐμ]ῆς νόμον τε κοινῆς εὐσε[βείας σεβόμενος τ|ὰ] πάντα προνοίαι δαιμόνω[ν λιθείαις ἀπέδ|ει]ξ' ἐπὶ (ἱ)εραῖς[6]. ἐγὼ πάντων ἀγ[αθῶν οὐ μόνον κτῆ]||σιν βεβαιοτάτην, ἀλλὰ κ[αὶ ἀπόλαυσιν ἡδίστην | ἀνθ]ρώποις[7] ἐνόμισα[8] τὴ[ν εὐσέβειαν, τὴν αὐτὴν] | τε κρίσιν καὶ δυνάμεως ε[ὐτυχοῦς καὶ χρήσεως μα]|καριστῆς αἰτίαν ἔσχον, [παρ' ὅλον τε τὸν βίον ὤ]|φθην ἅπασι[9] βασιλείας ἐμ[ῆς καὶ φύλακα πιστοτά]||την καὶ [τ]έρψιν ἀμείμητον [ἡγούμενος τὴν ὁσιό]||τητα. δι' ἃ καὶ κινδύνους με[γάλους παραδόξως] | διέφυγον καὶ πράξεων δυσε[λπίστων εὐμηχάνως] | ἐπεκράτησα καὶ βίου πολυε[τοῦς μακαριστῶς ἐπλη]|ρώθην. ἐγὼ πατρώιαν βασιλεί[αν παραλαβὼν παρὰ] || Διός τε Ὠρομάσδου[10] καὶ Ἀπόλλ[ωνος Μίθρου Ἡλίου Ἑρ]|μοῦ[11] καὶ Ἀρτάγνου Ἡρακλέους [Ἄρεως[12], καὶ ποιη|σά]μενος παλαιᾶς δυνάμεως [καὶ τύχης νέας τῆς ἐ]|μῆς ἡλικιῶτιν θεῶν μεγάλω[ν τὴν ἀρχαίαν τιμὴν] | ἐν ἱεραῖ τε λιθείαι μιᾶς περιό[δου[13] δαίμοσιν οὐρα]||νίοις χαρακτῆρα μορφῆς ἐμῆς [ἐπηκόοις σύνθρονο]|ν εἰς δεξιὰς[14] παρέστησα, με[ίμημα δίκαιον φυλάσ]|σων ἀθανάτου φροντίδος --------

2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383. 4 Cf. n. 383[4]. 5 Retinui editoris supplementa, etsi neque τοῦτ[ο] quadrat ad [τὰ] πάντα v. 8, neque εὐσέβεια repetitum bene se habet; sed meliora non succurrunt. 6 ΕΠΙΕΡΑΙϹ. 7 Ι⌒Π⌒ΙL. 8 ĿΙV∪ΙΙΙΞΛ. 9 ΑΓΑϹΙ. 10 Cf. n. 383[14]. 11 Cf. n. 383[20]. 12 Cf. n. 383[21]. 13 Sic malui cum G. F. Hillio apud Yorkium supplere, quam περιο[χῆς] cum Hogarthio. Etenim περίοδος seriem vel orbem imaginum quam quis circumiens perlustrare possit non incommode significare posse mihi videtur, etsi exemplum omnibus nominibus huius simile non novi. 14 'iunctis dextris' interpretatur editor monetque ea ipsa positura Antiochum cum deis Iove Oromasde, Sole Mithra, Hercule Artagne in tabulis 384. 385. 386 expressum esse. Sed hoc quo pacto vocabulis εἰς δεξιὰς enuntiari liceat per linguae leges non assequor. Quare nescio an ΕΙϹ errore incisum sit pro ΕΚ, ut Antiochus se illis deorum simulacris suam imaginem a dextra parte adiunxisse dicat. Neque enim est cur hic ordinem statuarum eundem fuisse existimemus atque illic. Cf. n. 11, 14 sqq. στήσει δὲ [ὁ] δῆμο[ς τοῦ βασιλέως] ἄγαλμα χαλκοῦν [ἐν τῆι ἀγορᾶι, καὶ π]αραστήσει ἐγ δε[ξ]ιᾶς αὐ[τῶι ----].

405 Basis eruta Ephesi prope aquaeductum, cum via ferrea muniretur; apud H. Clarkium Smyrnae exscripsit W. H. Waddington

et edidit apud Lebas Inscr. III 136 *d*. Cf. quae exposuit Th. Mommsen Mitth. des arch. Instituts in Athen I (1876) p. 27 sqq.

Βασιλέα Ἀντίοχον θεὸν | Δίκαιον Ἐπιφανῆ Φιλορωμαῖον | καὶ Φιλέλληνα[1], τὸν ἐγ βασιλέως | Μιθραδάτου Καλλινίκου[2] καὶ ‖ βασιλίσσης Λαοδίκης θεᾶς | Φιλαδέλφου[3], τῆς ἐγ βασιλέως | Ἀντιόχου Ἐπιφανοῦς Φιλομή|τορος Καλλινίκου[4], εὐσεβῶς | διακείμενον πρὸς τὴν θεὸν ‖ διὰ προγόνων, ἀρετῆς καὶ εὐ|νοίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑατὸν[5] | ἀνέθηκεν.

Litterae ΑΘΠΣΦΩ. Extremae hastae apicibus ornatae. 1 Cf. n. 383[1]. 2 Cf. n. 383[2]. 3 Cf. n. 383[3]. 4 Cf. n. 383[4]. 5 Cf. J. Wackernagel Ztschr. f. vergl. Sprachf. XXXIII p. 4 sqq. E. Schweizer Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 91. Meisterhans-Schwyzer Grammatik der att. Inschriften[3] p. 61 not. 516. p. 154 not. 1318.

---

406 Fragmentum basis marmoris Pentelici, in arce Athenarum orientem versus a propylaeis. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 3860. Ex Koehleri collatione W. Dittenberger C. I. Att. III, 554. Cf. quae exposuit Th. Mommsen Mitth. des arch. Inst. in Athen I (1876) p. 27 sqq.

[Ὁ δῆμ]ος | [βασιλέα] Ἀντίοχον[1], | [βασιλέ]ως Μιθριδάτου[2] | [υἱόν, ἀρ]ετῆς ἕνεκα.

Litterae volgares praeter ΑΗΣ. De Ⱶ definite testatur Koehler Mitth. des arch. Inst. in Athen I 1876 p. 38 not. 1, cum apud Pittakin et in apographo Koehleri, ex quo in corpore Inscriptionum Atticarum titulum edidi, volgaris forma Η sit. 1 Antiochus III Commagenes rex, qui obiit a. 17 p. Chr. n. (Tac. Ann. II, 42: *per idem tempus Antiocho, Commagenorum, Philopatore, Cilicum regibus, defunctis turbabantur nationes*). Mommsenus quidem inter hunc et Antiochum I (n. 383[1]) dubius haerebat, sed propter recentiorem litterae Η formam (v. supra), quam Athenis per postrema demum primi a. Chr. n. saeculi decennia in usum venisse observaverat, Koehler confidenter Antiocho tertio vindicavit. 2 Mithridates III, qui regnavit inde ab anno 20 a. Chr. n. Cf. Cassius Dio LIV, 9, 3: τῷ τε Ἡρώδῃ Ζηνοδώρου τινὸς τετραρχίαν, καὶ Μιθριδάτῃ τινὶ τὴν Κομμαγηνήν, ἐπειδὴ τὸν πατέρα αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς αὐτῆς ἀπεκτόνει, καίτοι παιδίσκῳ ἔτ' ὄντι ἐπέτρεψε. Hunc illius patrem fuisse non traditur quidem, sed propter temporum rationes probabile est. Mommsen.

407 Basis lapidea in formam trunci arboris elaborata, inventa Lycosurae. Minusculis litteris ed. J. B. Leonardos Δελτίον ἀρχαιολογικὸν 1890 p. 45. Imaginem tituli accurate delineatam exhibuit idem Ἐφ. ἀρχ. 1896 p. 127 n. 16.

Βασιλεὺς | Ἰούλιος Ἐπιφάνης | Φιλόπαππος[1] Δεσποίν[αι[2]] | καὶ Σωτ(ε)ίρα[ι][3] δῶρον[4]. ‖ ἐπὶ ἱερέος | Σωτηρίχου.

Litterae ΛΕΛΠΣ; fines hastarum lineolis transversis ornati. V. 5. 6 scriptura paullo alia; semper E (non Ε) praeter initium v. 5, ubi Є est, semel (v. 5 fin.) C pro Σ. Etiam apices hic aliam formam habent ac v. 1—4. 1 Cf. n. 410[1.2]. 2 Cf. Syll.[2] 309, 4. 939, 1. 4. 18. 3 Cf. Paus. VIII, 31, 1: τὸ δὲ ἕτερον πέρας τῆς στοᾶς (Megalopoli Arcadiae in foro) παρέχεται τὸ πρὸς ἡλίου δυσμῶν περίβολον θεῶν ἱερὸν τῶν μεγάλων· αἱ δέ εἰσιν αἱ μεγάλαι θεαὶ Δημήτηρ καὶ Κόρη, καθότι ἐδήλωσα ἤδη καὶ ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ συγγραφῇ (IV, 1, 5 sqq.)· τὴν Κόρην δὲ Σώτειραν καλοῦσιν οἱ Ἀρκάδες. Leonardos. Etiam alibi, veluti Cyzici (Syll.[2] 791, 4. 5 cum not. 3) Proserpinam eodem nomine cultam esse constat. 4 Cf. n. 253[8].

---

408 Thebis Aegyptiis in Syringibus. Ex schedis Champollionis ed. Letronne Recueil des Inscr. Grecques et Latines de l'Égypte II p. 300 n. CCLXIV, tab. XIII, 14 (J. Franz C. I. G. vol. III addend. p. 1213 n. 4815 *c*). Multo accuratius C. Wescher Comptes rendus de l'ac. des inscr. VII (1871) p. 291.

Τιμόθεος Ψερκιοκωμήτης[1] | ἐμνήσθη ἐπ' ἀγαθῷ Φιλοπάππου | τοῦ βασιλέως[2] καὶ Μαξίμου | Στατιλίου[3] ἰδίου λόγου[4], τῶν ‖

Litterae ϪЄΝΙΘΛΜΞΠΡΡΩ. 1 Hominem ex vico Pselchi (hodie *Dakkeh*, cf. n. 131. 202 sqq.) oriundum significari non improbabile est, quandoquidem et liquidarum λ et ρ et gutturalium κ et χ permutatio inter frequentissimas res est. 2 Cf. n. 410[1]. 3 A Traiani principatu utique titulum non magno intervallo distare, sed posse etiam Hadriano imperatore incisum esse vidit Wescher. Cuius admodum probabilis est coniectura, hunc esse eundem T. Statilium Maximum Severum, qui Memnona se audiisse scribat die 18. m. Februarii a. 136 p. Chr. n. (C. I. Lat. III, 46). Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 261 n. 603, ubi secundum Buecheleri coniecturam haud improbabiliter eidem tribuuntur carmina C. I. L. III, 47 (Buecheler Anthol. Lat. epigr. 227) et pyramidi alicui inscriptum quod servavit scholiasta ad Clementis Alexandrini Protrepticum 4, 49 (Mus. Rhen. XXXVIII p. 132. Th. Preger

λογιωτάτων καὶ φιλτάτων, | καὶ [Ἰ]ουλίας Πασικλείας | τῆς Πίου[5] τοῦ ῥήτορος | τ(οῦ)[6] Ἀχαρίστου καθηγητοῦ.

---

inscr. metr. ex scriptoribus collectae p. 174 n. 222). Neque quicquam impedit quominus ad eundem referamus testimonium papyri Berl. gr. Urk. I p. 332 n. 340, 1. 2 Στατιλίωι Μαξίμωι τῶι κρατίστωι ἐπιστρατήγωι (148/9 p. Chr. n.). Quod contra ab huius tituli Maximo Statilio distinguendus Statilius Maximus consul ordinarius a. 144 p. Chr. n. (Prosopogr. III p. 261 n. 602); nam ἰδίου λόγου officium equestris ordinis est, non senatorii. Quod contra grammaticum frequenter a Charisio citatum (Prosopogr. III p. 260 n. 601) eundem illum equitem Romanum esse neque praefracte negare licet neque asseverare. 4 Cf. n. 188[2]. 5 Pium aliquem grammaticum in Etymologico Magno p. 664, 40. 821, 55 commemorari adnotat Wescher, sed iniuria ni fallor eundem hominem existimat, qui in hoc titulo sit. Nam aliud est grammaticus, aliud rhetor; neque nomen Latinum tam rarum, ut vetet duos homines cognomines distinguere. 6 τῆς lapis ex Wescheri apographo. Quod ille retinet, Pii filiam, Acharisti uxorem interpretatus. Sed primum quidem hae diversae necessitudines non possunt ambae aeque mero genetivo enuntiari, sed si hoc dicendum fuisset, Ἀχαρίστου δὲ γυναικός scribi debuit. Deinde καθηγητής ut ῥήτορος absolute usurpatum ad certam aliquam professionem indicandam parum definite dicitur et contra sermonis usum; immo ut διδάσκαλος ita illud quoque desiderat notionem, cuius quispiam magister sit, sive ea verbis exprimitur sive ex sententiae conexu suppletur. Quare emendavi τ(οῦ), ut Pasiclea dicatur filia Pii rhetoris, qui Acharisti praeceptor fuit.

409—413 Athenis in colle Musarum monumentum magnificum marmoris candidi. In fronte quattuor parastatae Corinthiae interque eas tres cellulae cum statuis, quarum mediae subscriptus est titulus 412, sinistrae 411, dextrae, quae nunc non exstat, 413. In duabus parastatis mediis tituli 409 et 410; hic quidem periit, ille aetatem tulit. Post multos alios edd. Boeckh C. I. G. 362. St. Kumanudis Ἐπιγραφαὶ ἐπιτύμβιοι 381. Th. Mommsen C. I. Lat. III, 552. W. Dittenberger C. I. Att. III 557. Cf. quae adnotaverunt Th. Mommsen Mitth. des arch. Inst. in Athen I (1876) p. 35 sqq. U. Koehler ibid. p. 126.

409 *C. Iulius C. f.* | *Fab(ia) Antio|chus Philo|pappus cos.,* || *frater ar|valis, alle|ctus inter* | *praetori|os ab imp(eratore)* || *Caesare* | *Nerva Traia|no Optu|mo Augus|to Germa||nico Da|cico.*

410 Βασιλεὺς | Ἀντίοχ|ος Φιλό|παππος[1] || βασιλέ|ως Ἐπι|φάνους[2] τοῦ Ἀν|τιόχου[3].

Litterae ΠΣ. 1 Ex tribus statuis media manifesto eius hominis est cuius honori totum monumentum destinatur. Is in subscriptione (412) simpliciter ita appellatur ut civem Atheniensem quemlibet decebat. At cum simul et magistratus Romanus et rex fuerit, utrimque adduntur horum honorum tituli (n. 409. 410). Namque cum tres modo statuae fuerint, hos quinque titulos honorarios trium, non quinque hominum esse apparet, id quod primus perspexit Marinius. Quod vero et ipse Philopappus et pater Epiphanes (not. 2) hic regio nomine utuntur, id cave perperam intellexeris. Nam Antiochus avus (not. 3) postremus est huius stirpis qui re vera regnaverit. Iam nominis regii usus in nepote utrum ad meram ipsius vanitatem referendus sit, an permissum sit a Romanis ut qui ad antiquos reges originem referrent ipsi quoque nomine regio uterentur, ambiguus haeret Mommsen. Mihi illud probabilius videtur, quia reperiuntur etiam homines eius generis qui illo nomine careant; veluti n. 429 pater quidem Alexander rex appellatur, filius vero Antiochus, quaestor pro praetore provinciae Asiae, non item. Sane Philopappus etiam ab aliis hominibus regio nomine ornatur. Cf. n. 408, 3. Plutarch. Quaest. conv. I, 10, 1 p. 628 B: ἔσχε γὰρ ὁ ἀγὼν ἐντονωτάτην ἅμιλλαν, ἀγωνοθετοῦντος ἐνδόξως καὶ μεγαλοπρεπῶς Φιλοπάππου τοῦ βασιλέως ταῖς φυλαῖς ὁμοῦ πάσαις χορηγοῦντος. Utrum tituli Attici C. I. A. III, 78, 2 sqq.: τὸν ἄρχοντα καὶ ἀγωνοθέτην Διονυσίων Γάϊον Ἰούλιον Ἀντίοχον Ἐπιφάνη Φιλόπαππον Βησαιέα. 1020, 1 sq. ἀγωνοθέτου Κλαυδίου(?) Ἀντιόχου Ἐπι(φάνους)(?) Φιλοπάππου. Add. p. 494 n. 238 *a*, 2. 3 [Γάϊος] Ἰούλιο[ς Ἀντίοχος Ἐπιφάνη]ς Φιλόπαππος, itemque Lycosurensis n. 407, 1 sqq. Βασιλεὺς Ἰούλιος Ἐπιφάνης Φιλόπαππος ad hunc ipsum spectarent an ad eius patrem (not. 2) Mommsenus admodum dubium esse iudicavit propter nomen Ἐπιφάνης. Nam hoc quidem in patre, Φιλόπαππος in filio principale fuisse n. 412 non sinit dubitari. Sed utrum pater an filius an uterque (ut in nominibus Ἡρώδης et Ἀττικός filio et patri communibus certum est) praeterea etiam alterum gesserit, vix pro certo dicas, nisi quod Philopappum, cuius totum monumentum est, in nullo ex tribus titulis Epiphanem vocari multo maioris momenti est, quam Epiphanem, qui non commemoratur nisi filii causa, hoc solo nomine significari, etiam si alterum item habuit. Ipsius monumenti sepulcralis, quod haec inscripta habet, mentionem facit Pausanias I, 25, 8: ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου τοῦ ἀρχαίου τὸ Μουσεῖον, ἀπαντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως λόφος, ἔνθα Μουσαῖον ᾄδειν καὶ ἀποθανόντα γήρᾳ ταφῆναι λέγουσιν· ὕστερον δὲ καὶ μνῆμα αὐτόθι ἀνδρὶ ᾠκοδομήθη Σύρῳ. 2 Postremi Commagenes regis Antiochi IV filius natu maior, Philopappi pater. Cf. Ioseph. Bell. V, 460: ἐν δὲ τούτῳ καὶ ὁ Ἐπιφανὴς Ἀντίοχος παρῆν ἄλλους τε ὁπλίτας συχνοὺς ἔχων καὶ περὶ αὐτὸν στῖφος Μακεδόνων. Tac. hist. II, 25: *vulneratur rex Epiphanes, impigre pro Othone pugnam ciens* (a. 69 p. Chr. n.). Apud quem iam, ut in titulis 410 et 412, quod cognomen honorificum fuerat, in proprium et principale hominis nomen abiit. Anno 72 cum pater regno exueretur (not. 3), ille armis obsistere conatus cum fratre

411 Βασιλεὺς Ἀντίοχος βασιλέως Ἀντιόχου[4].

412 Φιλόπαππος Ἐπιφάνους Βησαιεύς[5].

413 Βασιλεὺς Σέλευκος Ἀντιόχου Νικάτωρ[6].

Callinico (Ioseph. Bell. VII, 232), sed victus ad Parthos se contulit; verum paullo post fratres cum Romanis in gratiam redierunt et magno honore habiti reliquum vitae tempus Romae transegerunt (Ioseph. VII, 243). Mommsen. Intra annorum 90—100 p. Chr. spatium eum Athenis summo magistratu functum esse non improbabile est. Cf. not. 1. 3 Antiochus IV, filius Antiochi III Commagenes regis. Qui cum a. 17 p. Chr. decessisset, Tiberius Caesar regnum in provinciam redegit, filium Romae retinuit. Sed anno 38 p. Chr. C. Caesar ei regnum paternum reddidit (Cassius Dio LIX, 8, 2. Sueton. Gaius 16). Anno 72 p. Chr. n. regno privatus est a Vespasiano (Ioseph. Bell. VII, 219 sqq.). In nummis appellatur βασιλεὺς μέγας Ἀντίοχος Ἐπιφανής, sed in eo hoc honoris vocabulum mansit aliter atque in filio (not. 2), quare apud scriptores ubique simpliciter Antiochus dicitur. Mommsen. 4 Permulti sane fuerunt in Seleucidarum domo reges in quos haec appellatio quadraret. Sed neque necessitudine, quae ei cum defuncto intercederet, neque ulla alia re quisquam ex illis ita eminebat, ut una cum totius stirpis auctore (n. 413) eum iuxta ipsius Philopappi statuam collocatum fuisse credibile sit, praeter avum paternum Antiochum IV (not. 3). Ut hic patri Epiphani (not. 2) praeferretur propterea factum videtur, quia avus etiamtum re vera regnaverat, pater non item. 5 Etiam alibi reges, qui civitatem Atticam nancti erant, in monumentis quae Athenis erigebantur studiose quaesita simplicitate nominibus et demoticis modo indicantur. Cf. Syll.[2] 298 Καρνεάδην Ἀζηνιέα Ἄτταλος καὶ Ἀριαράθης Συπαλήττι[οι] ἀνέθηκαν. 6 Seleucus I Nicator (306—280 a. Chr. n.) auctor stirpis Seleucidarum, ad quam origo materna regum Commagenes redibat (n. 383[3. 4]). Memorabile est maiores ab altera parte, qui barbari fuerunt, hic neglegi.

---

8. Iudaea.

414 Basis marmoris Eleusinii inventa in arce Athenarum orientem versus a Parthenone. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 3442. Ex Koehleri collatione W. Dittenberger C. I. Att. III, 550.

Ὁ δῆμο[ς] | βασιλέα Ἡρώδην Φιλο|ρωμαῖον[1] εὐεργεσίας | ἕνεκεν |5 καὶ εὐνοίας τῆς ‖ εἰς ἑαυτόν.

Litterae ΑΗΣ. Vs. 5 ΕΑΤΟΝ. Quae non tam ligatura esse videtur, quam emendatio formae tum temporis volgaris ἑατόν, quam quadratarius primo inciderat. 1 Herodes I qui volgo Magnus appellatur. Cum Hierosolyma cepisset a. 37 a. Chr. n. (Ioseph. Ant. XIV, 478. Bell. I, 351. Appian.

Civ. V, 75) regnavit usque ad mortem 4 a. Chr. n. (cf. Ioseph. Ant. XVII, 191. Bell. I, 665). Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 140 n. 106. De rationibus quae ei cum populo Atheniensium intercedebant cf. Ioseph. Bell. I, 425: ἀλλ' Ἀθηναῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι Νικοπολῖταί τε καὶ τὸ κατὰ Μυσίαν Πέργαμον οὐ τῶν Ἡρώδου γέμουσιν ἀναθημάτων;

---

415 Basis cum altero pede statuae. Titulus perbene conservatus. Seïae (*Sīʿa*) ante templum, a dextra parte portae. Ex ectypo et apographo suo ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 2364.

[Βα]σιλεῖ Ἡρώδει[1] κυρίῳ[2] Ὀβαίσατος Σαόδου[3] | ἔθηκα τὸν ἀνδριάντα ταῖς ἐμαῖς δαπάναι[ς].

Litterae ЄΘΟϹѠ. 1 Herodem I Magnum (37—4 a. Chr. n.) significari Waddington inde collegit, quod praeter illum nemo cui Herodes nomen esset in Batanaea regnasset. Etenim post illius mortem primo Philippum filium, tum deinceps Agrippam I et Agrippam II illius regionis imperium tenuisse. 2 Ex hac voce apparet, monumentum regi etiamtum superstiti positum esse. Waddington. 3 Unum ex colonia trium milium Idumaeorum ab Herode in finibus Trachonitidis collocata, ut terram a rebellionibus incolarum ferocium tutaretur, hunc esse probabiliter coniecit Waddington. Cf. Ioseph. Ant. Iud. XVI, 285: τισάμενος δὲ τούτους, τρισχιλίους Ἰδουμαίων ἐπὶ τῇ Τραχωνίτιδι κατοικίσας ἦγεν λῃστὰς τοὺς ἐκεῖ.

---

416 In insula Co. Ed. Spon. Misc. erud. antiq. X p. 338 n. 53 (Boeckh C.I.G. 2502. Paton and Hicks Inscr. from Cos p. 123 n. 75).

Ἡρώδην
Ἡρώδου τοῦ βασιλέως υἱόν,[1]
τετράρχην,[2]
Φίλων Ἀγλαοῦ φύσει δὲ Νίκωνος
τὸν αὐτοῦ ξένον[3] καὶ φίλον.

Litterae volgares praeter ΞΣ, si modo apographo fidem habere licet. 1 Herodis Magni (37—4 a. Chr. n.) filius natu minimus, natus ex Malthace Samaritana, frater Archelai; etiam nomine quod est Ἀντιπᾶς usus est, sed plerumque apud scriptores simpliciter Ἡρώδης vocatur. Cf. Prosopographia imperii Romani II p. 141 n. 109. 2 Patris testamento a. 4 a. Chr. tetrarchiam Galilaeae et Peraeae nactus volgo in titulis, nummis, scriptorum libris τετράρχης appellatur. Nam regiam dignitatem impetravit nunquam, etsi eam identidem pertinaci studio appetebat. Quem ad finem anno 37 p. Chr. n. Romam ad C. Caesarem recens rerum potitum profectus, sed ab eo inclementer

acceptus et Lugudunum in exilium missus est. Cf. Prosopogr. imp. R. l. l. 3 Coorum civitati cum patre Herode Magno familiaritatem quandam intercessisse beneficia regis in eam collata docent, cf. Ioseph. Bell. I, 423: πολλαὶ δὲ πόλεις ὥσπερ κοινωνοὶ τῆς βασιλείας καὶ χώραν ἔλαβον παρ' αὐτοῦ· γυμνασιαρχίαις δ' ἄλλας ἐπετησίοις τε καὶ διηνεκέσιν ἐδωρήσατο προσόδους κατατάξας, ὥσπερ Κῴοις, ἵνα μηδέποτε ἐκλείπῃ τὸ γέρας. Boeckh. De hac munificentia procul dubio inter regem et civitatem legationibus ultro citroque missis actum est, quam per occasionem hospitium inter regis filium et civem Coum contractum videtur.

---

417 Basis quadrangula marmoris albi inventa Deli ante templum Apollinis. Ed. Th. Homolle Bull. de corr. Hell. III (1879) p. 365 n. 5.

Ὁ δῆμος ὁ Ἀ[θηναίων καὶ οἱ] | κατοι[κ]ο[ῦντες τὴν νῆσον] | Ἡρώδην, βασιλέ[ως Ἡρώδου υἱόν,[1]] | τετράρχην,[2] ἀρετῆ[ς ἕνεκεν καὶ εὐνοί]||ας τῆς εἰς ἑαυτοὺ[ς Ἀπόλλωνι ἀνέθηκαν] | ἐπὶ ἐπιμ[ελητοῦ τῆς νήσου Ἀπολ]|λωνίου Μ-----------.

Litterae ΑΣ. Inter v. 5 et 6 duorum versuum initia (ΣΤΗΣΕΙ et ΝΥΝΔΕ), quae vix credibile est ad eundem titulum pertinere. 1 Cf. n. 416[1]. 2 Cf. n. 416[2].

---

418 Lapis fractus in duas partes, qui quondam supra portam templi collocatus fuit, Nelae (*El Muschennef*). Edd. J. G. Wetzstein Abh. der Kgl. Ak. zu Berlin 1863 phil. hist. Cl. p. 272 n. 30. Ex suo apographo W. H. Waddington ad Lebas Inscr. III 2211.

Ὑπὲρ σωτηρίας κυρίου βασι|λέως Ἀγρίππα[1] καὶ ἐπανόδου[2] κα|τ'

Litterae ΠЄѠ. Versus lineis horizontalibus insculptis dirimuntur. 1 Ex duobus regibus, quibus Agrippa nomen fuit (n. 419[1,2]), Wetzsteinius hic posteriorem agnoscit nullo allato argumento. At rectius Waddington propter vocem ἐπανόδου (not. 2) Agrippae I (37—44 p. Chr.) titulum vindicavit. 2 Cum Agrippa I C. Caesare interfecto et Claudio rerum potito Romam iter fecisset, sane erat cur quis vota nuncuparet pro eius incolumitate et reditu. Quae vota felicem eventum habuerunt, quandoquidem ille non modo salvus, sed etiam auctus prolatis regni finibus (n. 419[2]) ex urbe domum rediit. Quod contra Agrippae II regni nullam novimus condicionem, cui talia vota aeque conveniant. Anno 41 p. Chr. igitur aut paullo post hic titulus incisus videtur. Wadd.

εὐχὴν Διὸς[3] καὶ πατρι(κ)οῦ[4] θ[εοῦ][5] Ἀ[π|όλλ](ων)ος[6] ὁμονοίας[7] τὸν οἶκον ᾠκοδόμ|[ησεν[8] ------]

3 Utrum genetivus ab εὐχήν pendeat necne, difficile est diiudicatu. Nam ad τὸν οἶκον vix referendus erit propter collocationem verborum, sed potest a verbo ᾠκοδόμησεν pendens pro dativo positus esse illa casuum confusione, quae tum cum haec exarata sunt iam latissime patebat. 4 ΠΑΤΡΙΙΟΥ, quod πατρίου esse sumit Waddington non sine dubitatione. Sed mihi πατρι(κ)οῦ emendandum videtur collato titulo ap. Wetzsteinium Abh. der Ak. d. W. zu Berlin 1863 phil. hist. Cl. p. 295 n. 107, 2. 3: ᾠκοδόμησαν Μανειηνοὶ πατρικῷ θεῷ Ἡρακλεῖ. 5 ΟΝΝ. Emendavi. Cf. not. 4. 6 /.|..ΟΛΟϹ. Emendare conatus sum; incertissimam rem esse me non fugit, sed utique genetivus nominis desideratur, qui in -ολος cadere nullo modo potest. Quare emendatione opus esse nemo facile negaverit. 7 Maxime probabile videtur, hoc nomen mero genetivo positum esse pro eo quod debebat dici ὑπὲρ ὁμονοίας aut ὁμονοίας ἕνεκα, etsi id commodiorem locum post ὑπὲρ σωτηρίας — καὶ ἐπανόδου habebat. Sed neque de Iovis et Apollinis concordia cogitari licet, neque Concordiae deae (Ὁμονοίας) delubrum indicari videtur, siquidem vota quidem ad Iovem et Apollinem pertinebant. Concordia ni fallor intellegitur quae inter regem et imperatorem populumque Romanum intercedit. 8 Lapis, quantum ex Waddingtoni imagine colligi licet, ab omnibus partibus integer est. Titulum vero non integrum esse apparet, siquidem non modo verbi terminatio desideratur, sed etiam hominis vel hominum nomina, qui aedificium exstruendum curaverunt. Quare infra alium lapidem qui periit adiunctum fuisse statuendum est.

---

419 Epistylium, quod quondam aut templi aut alius aedificii iuxta templum exstructi fuit, in oppido Seïa (*Siʿa*). Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 2365. Recentiore tempore lapis in duas partes fractus et aliis nominibus laesus est. Quae exstant ex W. Ewingii apographo ediderunt A. G. Wright et A. Souter Palestine exploration fund 1895 p. 272 n. 135. 136.

Ἐπὶ βασιλέως μεγάλου Ἀγρίππα Φιλοκαίσαρος Εὐσεβοῦς καὶ Φιλορωμα[ί]|ου[1], τοῦ ἐκ βασιλέως μεγάλου Ἀγρίππα Φιλοκαίσαρος

Litterae ΑΘΠΣ; φῖ semel v. 3 ф est, alibi volgarem formam habet, ὦ μέγα apud editores Anglos ubique Ω est. 1 M. Iulius Agrippa II, M. Iulii Agrippa I (not. 2) filius, Herodis Magni pronepos, natus a. 28 p. Chr. n., Romae commorabatur dum Claudius a. 49 aut 50 p. Chr. n. ei regnum Herodis Chalcidensis (n. 427) anno 48 p. Chr. defuncti concessit (Ioseph. Ant. Iud. XX, 138. Bell. II, 284). Sed anno 53 p. Chr. n. id rursus Agrippae ademit eique tetrarchias quae Philippi et Lysaniae fuerant attribuit. Eum usque

Εὐσεβοῦς καὶ [Φι]|λορωμαίου[2], Ἀφαρεὺς ἀπελεύθερος καὶ Ἀγρίππας υἱὸς ἀνέθηκαν.

ad annum 95 p. Chr. n. superstitem fuisse demonstrare videntur nummi, num recte Photius bibl. cod. 33 p. 6 b 31 Bekker ex Iusto Tiberiensi eum tertio Traiani anno (100 p. Chr. n.) decessisse referat dubium est. De his et aliis eius rebus cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 163 n. 89. 2 M. Iulius Agrippa I, Aristobuli et Berenices filius, Herodis Magni nepos, natus anno 10 a. Chr. n., decessit quinquagesimo quarto aetatis anno 44 p. Chr. n. Post varias fortunae vicissitudines anno 37 a. Chr. a Gaio Caesare rex constitutus est earum regionum quas antea Philippus Herodis f. et Lysanias tetrarchae habuerant (Ioseph. Ant. XVIII, 237. Bell. II, 181); anno 39 p. Chr. idem C. Caesar, Herode Antipa expulso, Galilaeam et Peraeam ei dedit (Ioseph. Ant. XVIII, 252. Bell. II, 183), anno 41 p. Chr. Claudius reliquum regnum quod Herodis Magni fuerat (Ioseph. Ant. XIX, 274. Bell. II, 215. Cassius Dio LX, 8, 2). Repentino morbo correptus decessit Caesareae (Ioseph. Ant. XIX, 350. Bell. II, 219). Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 162 n. 88. Patrem filiumque plane eisdem cognominibus usos esse hic titulus docet, ita ut pleraeque quidem inscriptiones ad utrum spectent in medio relinquendum sit, nisi quod multo plura ex longinquo regno filii quam satis brevi patris monumenta aetatem tulisse consentaneum est.

---

420 Lapis inaedificatus ad fontem, qui est ante delubrum Islamicum oppidi Helbonis (*Halbûn*). Edd. Porter, Five years in Damascus I p. 330. Ex suo apographo W. H. Waddington apud Lebas Inscr. III, 2552.

Ἐπὶ βασιλέος μεγάλου Μάρκο[υ Ἰουλίου Ἀγρίππα[1] Φιλο]|καίσαρος καὶ Φιλορωμαίων[2] [-------- ἐκ τῶν] | ἰδίων ἀνέθηκαν[3] διὰ ἐπιμελητοῦ το[ῦ[4] -----------------]

Litterae ΑΕΘΠϹѠ. 1 Cf. n. 419[1]. 2 Cf. n. 379[12]. 3 Subiectum intercidit versus superioris parte extrema. Conieceris Χελβώνιοι, cui supplemento non obstat [ἐκ τῶν] ἰδίων, nam ἴδιος inferiore aetate non modo 'privatus' est, sed etiam 'suus, proprius' (Attice οἰκεῖος), neque offensionem habet civitatem aliquid suis impensis dedicare. Ceterum Waddington observat hoc titulo demonstrari, regnum Agrippae utriusque satis longe ad septentriones patuisse, nam oppidum *Halbûn* situm in convalle Antilibani Ituraeae regionis fuisse. Illic antiquitus vinum praestans natum, quod Damasci veniret. Apud Ezechielem 27, 18 eius mentionem fieri, nam rectius quam S. Hieronymum, qui in versione Latina pro nomine proprio adiectivum agnoscere sibi visus esset, Septuaginta interpretes Hebraea sic Graece reddere: Δαμασκὸς ἔμποροί σου, ἐκ πλήθους πάσης δυνάμεώς σου· οἶνος ἐκ Χελβὼν καὶ ἔρια ἐκ Μιλήτου. Non recte sane Gesenium eundem locum intellegere

apud Ptolemaeum Geogr. V, 14, 13 p. 975, 1 Müller. Nam ibi Χαλυβών oppidum prope hodiernum *Haleb* (*Aleppo*) situm significari. Sed Χαλυβώνιον οἶνον, quem commemorat Strabo XV, 3, 22 p. 735 et Athenaeus I, 28 d, etsi Waddington utrum ab hoc an ab illo oppido repetendus sit in medio relinquit, tamen propter Ezechielis locum illuc referre malim. 4 το[ῦ θεοῦ ---τοῦ δεῖνος]. Sed is perperam mihi videtur ἐπιμελητής hic de stato quodam officio vel magistratu accipere. Immo si civitas, collegium, sodalitas vel aliud quodlibet corpus aliquod opus conficiendum et dedicandum curat, id fieri non potest nisi cura et opera hominis cuiuspiam, quae res in titulis dedicationum formulis ἐπιμελουμένου, ἐπιμεληθέντος, ἐπιμελητεύοντος τοῦ δεῖνος, διὰ ἐπιμελητοῦ τοῦ δεῖνος exprimi solet. Quod quoniam civitatem plerumque magistratu publico, collegium praesidi suo tale negotium mandare solet, frequenter talia quale est διὰ ἐπιμελητοῦ τοῦ ἄρχοντος Ἡρακλείδου vel τοῦ ἱερέως Διονυσίου occurrunt. Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2707, 4 sqq. ἐπιμεληθέντος Λικινίου Μα[ξί]μου τοῦ γραμματέως. Eiusmodi aliquid etiam hic scriptum fuisse persuasum habeo.

---

421 Fragmenta duo lapidis inventa Eïthae (*El-Hît*) in duabus domibus privatis. Ex suo apographo ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2112.

Ἐπὶ βασιλέω[ς μεγάλου Μάρκου Ἰου]‖λίου Ἀγρίππα[1], [ἔτους .., --------] | Χάρητος[2], ἔπα[ρχος -------------] | σπείρης Αὐ[γούστης[3] καὶ στρατηγ]‖ὸς Νομάδων[4] --------------|-ης καὶ Χαλ[κιδηνῆς[5] -------------]

Litterae ΗΠϹШ. 1 Uter Agrippa designetur in medio relinquendum est (cf. n. 419, 1. 2. 3), nisi quod recte Waddington dixit, quia multo diutius alter regnasset quam prior, multo plura monumenta illius quam huius aetatem tulisse consentaneum esse. Ceterum Iuliae gentis fuisse Herodis progeniem ex n. 428, 3. 4 notum esse observat idem. 2 Οὐᾶρος Χάρητος est in titulo item Eïthae invento apud Lebas-Waddington Inscr. III 2114, qui Severi Alexandri anno quintodecimo, i. e. 235 p. Chr. n. (cf. Groebe ap. Pauly-Wissowa II, 2 p. 2539) incisus est. W. 3 Supplevit Waddington collato loco Actorum apostol. 27, 1, ubi σπεῖρα Σεβαστή regis Agrippae II tempore in Palaestina tendens commemoratur. 4 Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2196, 1—3: Ἁδριανοῦ τοῦ καὶ Σοαίδου | Μαλέχου ἐθνάρχου, στρα|τηγοῦ Νομάδων. W. 5 Sic aut Χαλ[κίδος] supplendum videri, sed fieri etiam posse ut statuae aheneae (χαλ[κῆ εἰκών]) mentio hoc loco fuerit, observat Waddington.

---

422 In porta aedificii diruti quod est in loco *Deir-esch-scha'ir*. Ed. W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III, 2135.

Δ(ι)ομήδης[1] (Χ)άρη(τ)ος[2], | ἔπαρχος βασιλέως | μεγάλου Ἀγρίππα[3], ἀπ|ὸ θεμελίων ἀνήγειρεν.

Litterae ЄΘΠϹⲰ. 1 ΔΟΜΗΔΗϹ. Emendavit Waddington, qui observat hoc nomen etiam in vicino oppido Eïtha repperiri. Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2116: Διὶ Μεγίστῳ Ἀραβιανὸς Διομήδους κατ' εὐχὴν ἀνήγειρεν. 2 ΛΑΡΗΙΟϹ. Waddington cum (Δ)αρήϊος emendaret, Agrippae hipparchum sibi agnoscere visus est cuius mentionem iniceret Iosephus Bell. II, 421: Ἀγρίππας δὲ — ἔπεμπεν τοὺς ἐπαμυνοῦντας τῷ δήμῳ δισχιλίους ἱππεῖς, Αὐρανίτας τε καὶ Βαταναίους καὶ Τραχωνίτας, ὑπὸ Δαρείῳ μὲν ἱππάρχῃ, στρατηγῷ δὲ τῷ Ἰακίμου Φιλίππῳ. At primum quidem scriptura Δαρήϊος sine exemplo est. Vel Herodotus, cui in aliis vocibus terminatio -ήϊος pro Attica -ειος familiarissima est, Δαρεῖος scripsit. Quo minus eam obtrudere licet titulo volgari inferioris aetatis sermone concepto. Deinde vero post Διομήδης non aliud nomen eiusdem hominis desideratur, sed paternae originis significatio. Sed haec vis quominus nomini Δαρήϊος tribuatur, gravissimae obstant rationes. Etenim genetivus quidem is nullo modo esse potest, adiectiva vero patronymica veterum Boeotorum Thessalorum, Aeolensium ritu usurpata ab illa regione et aetate profecto aliena sunt. Quare (Χ)άρη(τ)ος reposui, ut et legitimum genetivum et nomen in illis regionibus usitatum nanciscerer, praesertim cum Χ pro Λ vix audacior emendatio sit quam Δ. Cf. n. 421, 3 [ὁ δεῖνα] Χάρητος ἔπα[ρχος]. Lebas-Waddington III, 2114, 3 Οὔᾶρος Χάρητος. v. 7. 8 ἐπὶ Ἡρακλ(ε)ίτου Χάρητος στρατηγοῦ. Uterque titulus Eïthae repertus est. 3 Aut Agrippa I (37—44 p. Chr.) aut Agrippa II (50—95 p. Chr. n.), id quod propter longinquitatem imperii probabilius est. Cf. n. 419, 1. 2. 3.

---

423 Lapis inaedificatus supra focum in domo agricolae alicuius in vico *'Aqraba*. Edd. J. G. Wetzstein Abhandlungen der Ak. der Wissensch. zu Berlin 1863 Phil.-hist. Classe p. 317 n. 179 (W. H. Waddington apud Lebas Inscr. III 2413 *b*). Ex W. Ewingii apographo A. G. Wright et A. Souter Palestine exploration fund 1895 p. 49 n. 19.

Litterae ЄΖ(cf. not. 7)ЄΘΠϹⲰ. Praeterea μῦ aliquotiens in Ewingii exemplo Ⲙ est, cum Wetzstein ubique volgarem formam Μ habeat. Vs. 8 in voce Διὶ in utroque apographo ◁ est, cum reliquis locis Δ habeatur. Ceterum scriptura fumo obscurata difficillime legitur; quod in universum quidem Wetzsteinio apparet melius cessisse quam Ewingio, sed sunt tamen loci ubi huius lectio praeferenda videatur (not. 1. 8). Vs. 6 inter ΟΝ et ЄΚΤ apud Wetzsteinium unius litterae, apud Ewingium trium spatium vacuum est.

Ἔτους ιη΄[1] βασιλέως Ἀγρ|ίππα κυρίου[2] Ἀουεῖδο|ς[3] Μαλειχάθου[4] ἐποί|ησεν τὰ θυρώματ||α[5] σὺν[6] κόζμου[7] καὶ τ|ὸν βωμὸν ἐκ τ|ῶν ἰδίων εὐσεβείας[8] (ἕ)ν|[ε]κα[9] Διὶ κυρίῳ.

1 Sic Ewing, cum in Wetzsteinii exemplo III sit. Confirmatur igitur emendatio a Kirchhoffio apud Wetzsteinium prolata; Waddingtonus dubius haerebat, quia fieri posse persuasum habebat, ut tres lineae directae orientalium more numerum ternarium significarent. Sed quod unum eius usus exemplum ex titulo Graeco inferioris aetatis attulit, id nullius momenti esse apparebit ex eis quae disputavi Syll.[2] 573[1]. Quare nullus dubito, quin ad annum duodevigesimum Agrippae II (not. 2) titulus referendus sit. Qui annus, prout ab anno 56 aut 61 p. Chr. n. numerandi initium faciemus, aut 73 aut 78 p. Chr. erit. 2 Agrippa II (50—95 p. Chr. n.) hic necessario intellegendus est, quia pater regnum non ultra septimum annum produxit. Cf. n. 419[2]. 3 Nomen in Syria frequentissimum. Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2081, 1. 2129, 3. 2152, 1. 2. 2226, 4. 2374, 1. 2. 2514, 4. 4 Hoc nomen ut Αὖμος (n. 425[1]) proprie dei esse, sed deinde etiam ab hominibus geri solitum apparet ex titulo Palest. explor. fund 1895 p. 136 n. 61: ἔτους ιε΄ Μ(άρκου) Αὐρηλίου Ἀντ(ω)νίνου | Σεβ(αστοῦ) Σαυρῶν τὸ κοινὸν οἰκοδό|μ(η)σαν μετὰ τῶν θρησκευόντω|ν θεῷ Μαλειχάθου, ἐφεστώτω|ν Γ(αΐου) Ἰουλί(ου) Τερεντιανοῦ Αὔσου κα[ὶ] | Μαλειχάθου Μαΐορος κτλ. Ceterum hoc quoque nomen persaepe occurrit in titulis Syriacis. Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 1970, 4. 2366, 4. 2367, 2. 3. 2368, 1. 2369, 1. 2393, 4. 2394, 3. 2395, 4. 2462, 3. 2515, 1. 2543, 3. Palestine exploration fund 1859 p. 131 n. 50, 1. p. 267 n. 123, 1 sqq. 5 Cf. n. 426, 7. 8. 6 Sic recte Wetzstein, CYϺ Ewing. 7 ΚΟΖΜΟΥ Wetzstein, ΚΟΣΜΟΥ Ewing. Sed illum verum vidisse eo certius est quia σῖγμα per totum titulum non Σ est, sed C. De ζμ pro σμ scriptura inferiore aetate latissime patente vix est quod moneam. Item genetivi et dativi confusionem illis temporibus frequentissimam fuisse in volgus notum est. 8 Sic recte Ewing, CYCЄBЄIAC Wetzstein. 9 IN|AEA Ewing. III|ΔΚΑ Wetzstein.

424 Lapides duo inaedificati in muro ecclesiae desertae in oppido Canatha (*Qanawât*). Edd. Cyrillus Graham Transactions of the Royal society of Literature VI p. 295 n. 23. 24. Ex suo apographo W. H. Waddington ap. Lebas Inscr. III 2329.

a [Βασιλεὺς Ἀγ]ρίππας Φιλοκαῖσαρ | [καὶ Φιλορω]-
μαῖος[1] λέγει·[2] |
----------- θηριώδους καταστάσεω[ς | -------]

Litterae ΑΘΠΣ. Versus 1. 2 maioribus quam reliqui litteris exarati. Vs. 2 inter ΜΑΙΟΣ et ΛΕΓΕΙ trium fere litterarum spatium vacuum. 1 Aut Agrippa I (37—44 p. Chr.) aut Agrippa II (50—95 p. Chr.). Cf. n. 419, 1. 2. 3 cum notis. 2 Sollennis haec formula est in edictis magistratuum

b ----- οὐκ οἶδ' ὅπως μέχρι νῦν λ[αθόντες καὶ ‖ ἐν πολλοῖς τῆς χώ]ρας μέρεσιν ἐνφωλεύσ[αντες[3] -----|------ ε]ἶχεν ἢ μηδ' ὅλως ποτὲ γ--------|-------- ο..τ......πτ[4]----|--------

---

Romanorum, neque vero mirum eandem etiam a rege usurpari; non quo is morem Romanum imitatus sit, sed vice versa Romani hic ut multis aliis in rebus institutisque exemplum regum orientis secuti sunt. Nam iam in antiquo Achaemenidarum regno similem certe formulam usitatam fuisse indicio est Syll.[2] 2, 1—4: βασιλεὺς [β]ασιλέων Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεω Γαδάται δούλωι τάδε λέγε[ι]. Cf. quae ibi attuli not. 4. 3 Cum φωλεύω, φωλεία proprie de feris usurpetur, quae per hiemem in cavernis subterraneis somno obrutae lateant, nonnunquam etiam ad homines transfertur. Cf. Plutarch. Quaest. conv. VIII, 9, 3 p. 733 C: τὴν δὲ Τίμωνος ἐν Κιλικίᾳ τηθὴν Ἀριστοτέλης ἱστόρηκε φωλεύειν τοῦ ἔτους ἑκάστου δέκα μῆνας, μηδενὶ πλὴν μόνῳ τῷ ἀναπνεῖν ὅτι ζῇ διάδηλον οὖσαν. Ac hic quidem de miro somni continui genere dicitur, sed etiam de hominibus bestiarum ritu (huc sine dubio spectat v. 3 θηριώδους καταστάσεω[ς]) in speluncis habitantibus commode poni potuisse non est negandum. Iam hanc consuetudinem tum temporis apud incolas Trachonitidis et Decapoleos multifariam obtinuisse Waddington probavit testimoniis Iosephi Ant. XIV, 421. 422: ὁ δ' ἐπὶ τοὺς ἐν τοῖς σπηλαίοις λῃστὰς ἐπειγόμενος Σίλωνα μὲν ἐξέπεμψεν Οὐεντιδίῳ, αὐτὸς δ' ἐπ' ἐκείνους ἐξώρμησεν. ἦν δ' ἐν ὄρεσιν τὰ σπήλαια τελέως ἐξερρωγόσιν καὶ κατὰ τὸ μεσαίτατον ἀποκρήμνους ἔχοντα τὰς παρόδους καὶ πέτραις ὀξείαις ἐμπεριεχόμενα· ἐν δὴ τούτοις μετὰ πάντων τῶν οἰκείων ἐφώλευον. XV, 346: οὐδὲ γαρ ῥᾴδιον ἦν ἐπισχεῖν αὐτοὺς (sc. τοὺς περὶ τὸν Τράχωνα) ἐν ἔθει τὸ λῃστεύειν πεποιημένους καὶ βίον οὐκ ἄλλοθεν ἔχοντας· οὔτε γὰρ πόλεις αὐτοῖς οὔτε κτήσεις ἀγρῶν, ὑποφυγαὶ δὲ κατὰ τῆς γῆς καὶ κοινὴ μετὰ τῶν βοσκημάτων δίαιτα. Strabo XVI, 2, 20 p. 756 Cas.: ὑπέρκεινται δ' αὐτῆς (sc. τῆς Δαμασκοῦ) δύο λεγόμενοι Τράχωνες· ἔπειτα πρὸς τὰ Ἀράβων μέρη καὶ τῶν Ἰτουραίων ἀναμὶξ ὄρη δύσβατα, ἐν οἷς καὶ σπήλαια βαθύστομα, ὧν ἓν καὶ τετρακισχιλίους ἀνθρώπους δέξασθαι δυνάμενον ἐν καταδρομαῖς, αἳ τοῖς Δαμασκηνοῖς γίνονται πολλαχόθεν. Et Wetzsteinius etiamnunc eiusmodi subterranea domicilia compluribus locis terrae *Haurân* et finitimarum regionum exstare testatur Reise im Hauran und den Trachonen p. 44 sqq. Id victus genus regem eis qui in ipsius dicione essent hoc edicto exprobrare eosque adhortari ut domos aedificarent et ad aliam politiorem et humaniorem vitam transirent sibi persuasit Waddington. Non nego fieri posse ut tale fuerit edicti argumentum, sed nescio an alia coniectura etiam probabilior sit. Etenim non modo habitacula, sed inprimis latebras et perfugia latronum fuisse illas speluncas Iosephus locis quos supra attuli refert, quare si quis de latrociniis coërcendis latronibusque exterminandis regis edictum fuisse et per eam occasionem cavernarum subterranearum mentionem factam coniciat, certe non absurde existimet. Sane Strabo quidem l. l. de sua aetate haec habet: τὸ μέντοι πλέον τοὺς ἀπὸ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας ἐμπόρους λεηλατοῦσιν οἱ βάρβαροι· ἧττον δὲ συμβαίνει καταλυθέντων νυνὶ τῶν περὶ Ζηνόδωρον λῃστῶν διὰ τὴν ἐκ τῶν Ῥωμαίων εὐνομίαν καὶ διὰ τὴν ἐκ τῶν στρατιωτῶν ἀσφάλειαν τῶν ἐν τῇ Συρίᾳ τρεφομένων. Sed eiusmodi mala

aliquantisper compressa identidem renasci solent, neque in illis regionibus aliter rem se habuisse docet narratio Iosephi Ant. XVI, 271—281. 4 .Ο..Τ..‾‾...ΠΤ....

---

425 Lapis inaedificatus supra portam in domo oppidi *Sûr*. Ex W. Ewingii apographo edd. A. G. Wright et A. Souter Palestine exploration fund 1895 p. 138 n. 65 (Revue archéologique Troisième série XXVII 1895 p. 138 n. 78).

Ἡρώδ(η) Αὔμου[1], στρατοπεδαρχήσαντι ἱππέων | Κολωνειτῶν καὶ στρατιωτῶν καὶ στρατηγήσας[2] | βασιλεῖ μεγάλῳ Ἀγρίππᾳ κυρίῳ[3] Ἀγρίππας υἱὸς ἐποίησεν. L κ΄.[4]

Litterae ΠΣΩ. 1 ΗΡΩΔΑΥΜΟΥ. Editores emendant Ἡρώδᾳ (Α)ὔμου, sed Dorica nominis forma illi tempori et regioni non convenit. Proprie Αὔμος est nomen dei quem Syri colebant (Lebas-Waddington Inscr. III, 2392, 1 sqq. 2394, 1. 2395, 1. 2 Διὸς ἀνικήτου Ἡλίου θεοῦ Αὔμου. 2393, 3. 4 τὸν δεσπότην [Δία] ἀνίκητον Ἥλιον θεὸν Αὔμον; θεῷ Αὔμου ibid. 2455, 2. 2456, 3), sed frequenter in illis regionibus etiam hominibus id imponi solebat. Cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 2097, 1 Πρόκλος Αὔμου. 2101, 4 Αὔμος Ἀγρίπ(π)ου. 2104, 1 Μαρηάθη Αὔμου. 2463, 2 Αὔμου κ(αὶ) [---- καὶ] Ἀννήλου κτλ. 2465, 1. 2 Αὔμος ἀνὴρ ἅγιος. 2 Pro στρατηγήσαντι anacoluthia gravi quidem, sed neutiquam inaudita. 3 Agrippa II (50—95 p. Chr.). Nam pater hic in censum non venit, quia ad vigesimum regni annum non pervenit. Cf. n. 419[2]. 4 Annum 69 p. Chr. esse affirmant editores. Sed duas modo in nummis titulisque occurrere Agrippae II regni annos numerandi rationes ab anno 56 et ab anno 61 p. Chr. n. incipientes constat, ut hunc titulum aut a. 75 aut a. 80 p. Chr. n. incisum esse manifestum sit.

---

426 In vico *Sannemein* regionis *Haurân*, lapis repertus inter rudera templorum Iovis et Fortunae. Nunc est in domo praefecti (*sheik*). Ex Makridbeyi apographo ed. J. H. Mordtmann Arch.-epigr. Mitth. aus Oesterreich VIII (1884) p. 189 n. 27. Ex exemplo W. Ewingii A. G. Wright et A. Souter Palestine exploration fund 1895 p. 58 n. 46.

Ἔτους λζ΄ τοῦ καὶ λβ΄ | βασιλέως Ἀγρίππα κυ|ρί[ου[1] Μ]αββο-

Litterae ΕΖΘΠΣΩ. 1 Agrippae II regnum indicari demonstrant numeri annorum, nam Agrippa I per breve modo tempus regnavit (cf. n. 419[2]). Duas vero numerandi rationes quinquennio inter se distantes etiam nummus Agrippae habet, de quo exposuit Th. Mommsen Numismatische

5 γαῖος[2] Φίλω‖[νος[3] καὶ οἱ] υἱοὶ[4] οἰκοδόμησαν[5] ‖ [τὴν θύ]ραν σὺν

Zeitschrift v. Chr. W. Huber III (1871) p. 451 sq. Is Neronis imperio cusus est, quoniam oppidum Caesarea Philippi (Paneas) in eius inscriptione Neronias appellatur. Iam cum habeat temporis significationem ἔτους αι′ τοῦ καὶ ς′, in alio vero nummo ἔτους κς′ sit una cum Domitiani consulatu duodecimo (86 p. Chr. n.), apparet alterutram ex illis aeris ab anno 61 p. Chr. n. initium capere. Quae si ea esset, quae quinquennio ante alteram coepit, alterius initium referendum esset ad annum 66 p. Chr. At sic huius sextus idemque illius undecimus annus 71 p. Chr. n. habendus esset, triennio post Neronis mortem, quo superstite tamen nummum, qui illos duos numeros habet, cusum constat. Quod contra si prioris seriei initium annum 56, posterioris annum 61 p. Chr. esse statuimus, illis numeris ad annum 66 p. Chr. n. deducimur. Hoc igitur certum est, sed qua de causa Agrippa ab illorum annorum utroque de integro annos regni numerare coeperit, latet. Nam regnabat iam aliquot annos ante, ita ut recte Iosephus Bell. II, 284 δωδεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας, ἑπτακαιδεκάτῳ δὲ τῆς Ἀγρίππα βασιλείας ab anno 50 p. Chr. numeret. Etiam annus 53 p. Chr., quo pro Chalcidis regno tetrarchias Philippi et Lysaniae accepit, novo ordini annorum instituendo ansam dare poterat. Mommsen. Sed utut hoc se habet, hunc quidem titulum anni 92 p. Chr. n. esse plane constat. 2 Sic editores Angli, cum Mordtmann Ἀββογαῖος integrum nomen esse sumpsisset. Sed post finem vocis κυρίου etiam aliud quid excidisse lacunae ambitus demonstrat. Manifesto idem nomen habes apud Lebas-Waddington Inscr. III, 2554. 2555: Λυσίας Μαμβογαίου ἀνέθηκεν. Nam consonarum ββ et μβ vicissitudo etiam in domestico oppidi quod Graece Ἱεράπολις appellabatur nomine (*Mabbug*, Βαμβύκη) cernitur, unde hoc viri nomen manifesto descendit. Cf. praeterea Σαββάτιος, Σαμβάτιος et similia. 3 Suppleverunt editores Angli. Φιλωναῖος Mordtmann ex C.I.G. 4555, 1. Sed huic nomini reponendo spatium non sufficit. 4 καὶ] υἱοί Mordtm. Sed recte articulum adiecerunt editores Angli. 5 Huius verbi formae legitimae, augmento temporali instructae, etsi non plane inauditae sunt in titulis Syriae post Christum natum incisis (cf. Lebas-Waddington Inscr. III, 1916 *a*, 2. 2086, 4. 2172, 2. 2216, 6. 2225, 4. 5. 2320, 2. 2373, 3. 2412 *n*, 2. 3. 2544, 4. 2551 *b*, 1) et praecipue Palmyrae et in proxima eius oppidi vicinia (Lebas-Wadd. III, 2612, 1. 2613, 2. 2614, 1. 2619, 1. 2625, 1. 2631, 6. 7), tamen multo frequentiores eae sunt quae augmento carent. Cf. οἰκοδόμησα Lebas-Waddington III, 2061, 5. 6. 2257, 2. 3. 2486, 2. οἰκοδόμησες (barbare pro -ας) III, 2415, 3. οἰκοδόμησε(ν) III, 2005, 4. 5. 2019, 4. 2024, 2. 3. 2084, 1. 2168, 4. 5. 2174, 4. 2192, 6. 2200, 2. 2205, 2. 2224, 2. 2290 *a*, 3. 2302, 4. 2355, 2. 3. 2389, 2. 3. 2396 *b*, 8. 9. 2415, 7. 2433, 2. 2446, 1. 2. 2447, 3. 2451, 4. 2515, 2. 2537 *h*, 2. Palestine exploration fund 1895 p. 144 n. 79 A, 1. p. 267 n. 123, 3. 4. p. 276 n. 151, 2. 3. οἰκοδόμησαν Lebas-Waddington Inscr. III, 1984 *c*, 3. 4. 1984 *d*, 3. 4. 2001, 4. 5. 2193, 4. 5. 2206, 4. 5. 2221, 7. 2256, 2. 2262, 5. 2293, 5. 2374, 2. 3. 2481, 2. 3. 2512, 5. οἰκοδομήθη III, 2034, 10. 2079, 3. 2251, 4. 5. Etiam alibi inferiore aetate perfrequens fuit haec declinandi ratio, quae sine dubio recte eo relata est

νεικαδίοις[6] κα[ὶ λεοντ]αρίοις[7] καὶ τὰ θυρώμα[τ]α[8] ἔστησαν Διὶ κυρίῳ ἐκ τῶν | ἰδίων εὐσεβείας χάριν.

quod cum diphthongus ωι pronuntiatione in simplicem vocalem ω contracta esset nulla iam inter hanc et οι necessitudo intercedere videbatur. Cf. E. Schweizer Grammatik der pergam. Inschriften p. 172 et quae supra n. 5[11]. 8[3] adnotata sunt. 6 Parva Victoriae simulacra indicari demonstrat titulus huius simillimus C. I. G. 4558, 2 sqq. τὴν θύραν σὺν νεικαδίοις καὶ μεγάλῃ Νείκῃ καὶ λεονταρίοις. 7 Supplevit Mordtmann ex C. I. G. 4558, 3. 4. 8 Sic recte editores Angli. θυρώμα[τα] | ἀ[ν]έστησαν Mordtmann. Sed versus sextus a dextra integer est ut reliqui omnes et septimi initio ΑΕCΤΗCΑΝ exhibet utrumque apographum lacuna inter Α et Ε non indicata.

---

427 Basis lapidis Hymettii, in arce Athenarum occidentem versus ab Erechtheo. Edd. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 3768. Ex O. Luedersii apographo W. Dittenberger C. I. Att. III, 551.

[Ὁ δ]ῆμος | [βασι]λέα Ἡρώδην Εὐσεβῆ καὶ Φιλοκαίσαρα[1] | [ἀ]ρετῆς ἕνεκα καὶ εὐεργεσίας.

Litterae ΑΗΣ. 1 Nepos Herodis Magni (n. 414) ex filio Aristobulo, frater regis Agrippae I (n. 419[2]). Cui cum Claudius anno 41 p. Chr. n. regnum Chalcidis dedisset, illic regnavit usque ad mortem (48 p. Chr. n.). Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 142 n. 111. Ad hunc rettuli titulum, quia discrepantia epithetorum (n. 414, 2. 3 Φιλορωμαῖον, hic Εὐσεβῆ καὶ Φιλοκαίσαρα) hunc Herodem ab illo non modo diversum, sed etiam aliquanto recentiorem arguit. Atqui inter Herodis Magni progeniem hic unus est, in quem et nomen quod est Herodes et regis appellatio cadat. Bene convenit quod etiam frater Agrippa I eiusque filius Agrippa II eisdem cognominibus Εὐσεβὴς καὶ Φιλοκαῖσαρ usi sunt (cf. n. 419, 1. 2. 3).

---

428 Basis magna, quae fuit olim Athenis. Post alios ed. Boeckh C. I. G. 361 (J. Franz El. epigr. p. 254 n. 102. W. Dittenberger C. I. Att. III, 556). Postea lapis fractus est; exiguam particulam, versuum 3—6 initia et paucas septimi et octavi litteras continentem, ed. Pittakis Ἐφ. ἀρχ. 2810. Nunc ea quoque periisse videtur.

Ἡ βουλὴ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου καὶ | ἡ βουλὴ τῶν χʹ[1] καὶ ὁ

Litterae ΑΕΕΗΘΞΠΣ. 1 Sescenti fuerunt Athenis senatores inde a Demetrii Poliorcetae tempore 306 a. Chr. n., praeter paucos annos quibus

δῆμος Ἰου|λίαν Βερενείκην βασίλισσαν | μεγάλην[2], Ἰουλίου Ἀγρίππα βασι||λέως[3] θυγατέρα καὶ μεγάλων | βασιλέων εὐεργετῶν τῆς πό|λεως ἔκγονον, διὰ τῆς προνοί|ας τοῦ ἐπιμελητοῦ τῆς πόλε|ως Τιβ(ερίου) Κλαυδίου Θεογένους || Παιανιέως[4].

sescentos quinquaginta fuisse titulus Syll.[2] 650, 26 docuit, usque ad Hadriani principatum. Cf. G. Gilbert Gr. Staatsalterth. I[2] p. 295 not. 3. 2 Agrippae I regis filia, quae primum Marco Alexandri alabarchae filio, postea patruo suo Herodi Chalcidis regi nupsit, post huius mortem (anno 48 p. Chr.) vidua mansit, sed inde ab anno 69 Tito Caesari familiarissima, qui dicebatur eam in matrimonium ducturus fuisse, nisi Romanorum indignatione et probris deterritus esset. Post annum 79 p. Chr., quo iterum Romam venit sed a Tito dimissa est, eius non amplius mentio fit. Regina ut hic etiam apud Tacitum Hist. II, 2. 81 et Suetonium Tit. 7 appellatur, sive quod regis filia erat (cf. n. 14[1]. 35[1]. 410[1]) sive propter matrimonium Herodis regis. Cf. Prosopographia imp. Rom. II p. 226 n. 431. 3 Cf. n. 419[2]. 4 Idem est etiam C. I. Att. III 68, 6: στρατηγοῦντος ἐπὶ τοὺς ὁπλείτας Τιβερίου Κλαυδίου Θεογένους Παιανιέως. 805, 1 sqq.: Γάιον Ἰούλιον Σπαρτιατικὸν — Τιβέριος Κλαύδιος Θεογένη[ς] Παιανιεὺς τὸν ἑαυτοῦ φίλον. Sed etiam tituli, qui hominem summis reipublicae honoribus exornatum Claudii Neronisque aetate mero nomine Θεογένης appellant, de hoc potissimum videntur intellegendi. Cf. C. I. Att. III 1085, 2: ἐπὶ Θρασύλλου ἄρχοντος (a. 61 p. Chr. n. ex testimonio Phlegontis mir. c. 20) καὶ ἱερέως Δρούσου ὑπάτου, κηρυκεύοντος Θεογένους.

---

429 Basis marmoris albi eruta Ephesi in theatro magno, translata in museum Britannicum. Edd. C. Curtius Hermae IV p. 190 n. 7. Wood Ephesus Append. Inscr. from the great theatre n. 6. E. L. Hicks Greek inscriptions in the British Museum III, 2 p. 187 n. DXXXVII.

[Ἡ βουλὴ καὶ] | ὁ δῆμος ἐτείμησα[ν] | Γάϊον Ἰούλιον, βασι|λέως Ἀλεξάνδρου[1] | υἱόν, Ἀγρίππαν[2], || ταμίαν καὶ ἀντιστρά|-

Litterae ΞΠΣ. Vs. 1 M et H, vs. 8 fin. H et N inter se ligatae. 1 Alexandro Tigranis, quem Nero Armeniae regem constituerat, filio, Herodis Magni abnepoti, Vespasianus anno 74 p. Chr. n. insulam Elaeussam ad Ciliciae oram sitam concessit. Ioseph. Antiq. XVIII, 140: Ἀλεξάνδρῳ δὲ (Herodis Magni nepoti) Τιγράνης ὁμώνυμος τῷ ἀδελφῷ γίνεται παῖς, καὶ βασιλεὺς Ἀρμενίας ὑπὸ Νέρωνος ἐκπέμπεται υἱός τε Ἀλέξανδρος αὐτῷ γίνεται. γαμεῖ δ' οὗτος Ἀντιόχου τοῦ Κομμαγηνῶν βασιλέως θυγατέρα Ἰωτάπην, νησῖδός (codd. ἠσίοδος, emend. Ernesti) τε τῆς ἐν Κιλικίᾳ Οὐεσπασιανὸς αὐτὸν ἵσταται βασιλέα. Mommsen ap. Curtium l. l. 2 Hunc quidem ignotum esse, sed eius filium avitum nomen gerentem in eadem provincia, ubi pater quaestor fuerat, ad

τηγον τῆς Ἀσίας[3], δι|ά τε τὴν ἄλλην ἀρε|τὴν καὶ τὴν εἰς τὴν | πόλιν εὔνοιαν.

---

proconsulatum pervenisse observavit Waddington Bull. de corr. Hell. VI (1882) p. 289. Etenim in titulo Ephesio ex Cyriaci Anconitani schedis edito Bull. de corr. Hell. I (1877) p. 292 n. 80, 8 sqq. haec leguntur: ἐπὶ ἀνθυπάτου Γ(αΐου) Ἰουλίου Ἀλεξάνδρου Βερενεικιανο[ῦ]. Atqui et nomina Alexander et Agrippa alternantia Herodis progeniei optime conveniunt, et tempus proconsulatus, quod ab 135 p. Chr. n. utique non multis annis distare demonstravit Waddington, perbene quadrat in eius qui a. 74 p. Chr. rex constitutus est nepotem, et cognomen *Berenicianus* non modo per se accommodatum est familiae in qua plus una Berenice fuit, sed etiam aliud in eadem stirpe exemplum eius monstravit Waddington apud Iosephum Ant. XX, 104: καὶ τελευτᾷ τὸν βίον Ἡρώδης (Chalcidis rex) — ὀγδόῳ τῆς Κλαυδίου Καίσαρος ἀρχῆς ἔτει, καταλιπὼν τρεῖς υἱούς, Ἀριστόβουλον μὲν ὑπὸ τῆς πρώτης αὐτῷ τεχθέντα γυναικός, ἐκ Βερενίκης δὲ τῆς τἀδελφοῦ θυγατρὸς Βερενικιανὸν καὶ Ὑρκανόν. 3 Regum posteros nonnunquam honoribus reipublicae Romanae functos esse Curtius demonstravit exemplo Iulii Severi C. I. G. 4033. Idem docet titulus Ephesius quem attuli not. 2 et Atticus C. Iulii Antiochi Epiphanis Philopappi n. 409. Sed memorabile est Agrippam non ut Philopappum regium nomen hereditate a maioribus acceptum retinuisse.

VII.

Regna Arsacidarum et Sasanidarum.

430 Basis marmoris rectangula; supra titulum protoma viri anaglypho expressa, militari habitu. Deli. Ed. S. Reinach Bull. de corr. Hell. VII (1883) p. 349 n. 8.

Δορ----[1] -----ράτην[2], τῶν πρώτων φίλων[3] τοῦ | βασιλέως

Litterae ΑΞΠΣ. 1 De oppidis Δόρβητα (Ptol. V, 17, 6 p. 1005, 10) et Δορδομάνα (Ptol. VI, 5, 2) cogitavit R. At cum ipse supra versum primum nihil unquam scriptum fuisse testetur, nihil aliud hic quaerendum est nisi nomen proprium eius cuius statua imposita fuit, Δορίμαχον aut Δόρκωνα aut Δορύλαον aut simile aliquid. 2 Manifesto haec ethnici terminatio est. Cogitaveris de [Κιβυ]ράτην. 3 Lagidarum (n. 99[3]. 104[2]) et Seleucidarum (n. 255, 4. 256, 4) morem in hoc honoris vocabulo usurpando Arsacidas imitari hic videmus. R.

βασιλέων μεγάλου[4] Ἀρσάκου[5], | ὁ ἱερεὺς Ἡλιάναξ Ἀσκληπιοδώρου Ἀθηναῖος[6], | ὁ διὰ βίου ἱερεὺς Ποσειδῶνος Αἰσίου γενόμενος ‖ καὶ θεῶν μεγάλων Σαμοθράκων Διοσκούρων Καβε[ί-ρων,] | θεοῖς.

4 Hinc discimus nummos, qui etsi et regis faciem et inscriptionem diversam habent tamen a prioribus ad eundem regem Arsacem VI Mithridatem I relati sint, ita dividendos esse, ut titulus βασιλέως μεγάλου Ἀρσάκου Ἐπιφανοῦς ad illum, βασιλέως βασιλέων μεγάλου Ἀρσάκου Ἐπιφανοῦς ad Arsacem VII Mithridatem II (not. 5) spectet. 5 Ex Helianactis aetate (cf. not. 6) apparet, hunc esse Arsacem VII Mithridatem II, qui fere annis 124—87 a. Chr. n. apud Parthos regnavit. Reges Parthorum, etsi suum quisque nomen proprium habebat, tamen in nummis et inscriptionibus usque ad medium saeculum p. Chr. n. primum solo Arsacis qui regnum condiderat nomine significantur. R. 6 Idem circiter a. 110 a. Chr. haud paucorum regum familiariumque eorum imagines Deli consecravit. Cf. n. 258. 353. 371—374.

---

431 In monte *Bisitun* (ὄρος τὸ καλούμενον Βαγίστανον Diodor. II, 13, 1) prope oppidum *Kermanschah* in Persidis hodiernae provincia *Kurdistan* tabula rupi incisa habet titulum Persicum aetatis Sasanidarum et iuxta eum utrimque reliquias scripturae Graecae quas hic edimus. Edd. Olivier Voyage dans l'Empire Othoman III p. 24 tab. 40 n. 2. Ex Morellii apographo cum ipso communicato Silvestre de Sacy Mémoires de l'institut T. II (1815) Hist. litt. antt. p. 164 sqq. Paulo accuratius Ker Porter Itin. II p. 151, omnium accuratissime H. Rawlinson Journal of the Royal Geographical society IX p. 114 (J. Franz C. I. G. 4674). Flandin et Coste La Perse ancienne I tab. XIX. Cf. quae de titulo exposuerunt J. Olshausen Monatsberichte der Kgl. Ak. der Wissensch. zu Berlin 1878 p. 172 sqq. A. von Gutschmid Kl. Schriften III p. 43. 46. Geschichte Irans p. 123.

Litterae ΖΘ (v. 1) Θ (v. 4) Π (sed ultima littera versus 1 Γ est) Σ (sed v. 4 init. ΓΩΤΑΡΣΗϹ). Cum Rawlinson minus accurate posituram tituli et ordinem expressisset, ex Flandinii imagine cognitum est, duos esse versus, unum infra alterum nullo intervallo incisum, sed utrumque in media planicie diffissum summa parte excavationis cuiuspiam portae similis. Iuxta eam a sinistra v. 1 et infra eum v. 3, a dextra v. 2 et infra eum v. 4, ex quo sane Flandinius nihil iam exhibet nisi litteras ΗϹ, fuit. Expressi Rawlinsonii apographum; nam Flandinius titulum iam magis mutilum invenit quam ille. Priorum exempla et multa omittunt quae apud illum sunt neque quicquam praebent quod illius lectioni praeferendum videatur.

a Ἀλφασάτης, Μιθράτης, Πεπ[1]------ 1
b Γωτάρζης[2] | σατράπης τῶν σατραπ[ῶν].[3] 2. 3

1 Hi satrapae esse videntur qui sub Gotarzis imperio (not. 3) fuerunt. Nomina Rawlinsoni apographum exhibet, cum apud Flandinium modo litterae Α¯ΑΤΗΣ ΜΙΘ ΗΣΠΕ^Γ exstent, quae vides nusquam cum illius exemplo pugnare. Primum et tertium nomina obscura, medium manifesto a Mithrae dei nomine derivatum ac fortasse ab illo nobilissimo quod est Μιθραδάτης non diversum. 2 Nomen in nummis partim ut hic Γωτάρζης, partim Γωτέρζης scribitur. Apud Tacitum Ann. XI, 8 *Gotharzes* in codice est primo loco, deinde in eodem capite et XI, 9. 10. XII, 10. 13. 14 deciens *Gotarzes*, apud Iosephum Ant. XX, 73 Κοτάρδης (ἴκοτάρδη libri AE, κατάρδη MW, *cotardi* versio Latina), apud Persas recentiores *Gôderz* vel *Gûdarz*. v. Gutschmid p. 43. De nomine cf. F. Justi Iranisches Namenbuch p. 118. Unus huius nominis homo, quem scriptores veteres noverunt, Artabani III Parthorum regis (10—40 p. Chr.) filius non germanus quidem sed adoptivus (not. 5), iam illo superstite proximum post ipsum regem dignitatis et potentiae locum tenebat (not. 3); defuncto Artabano cum Vardanes germanus filius successisset, Gotarzes eum regno spoliasse videtur; certe anno 41 p. Chr. regem hunc fuisse constat. At cum crudeliter imperasset, Vardanes propere advolans illo expulso regnum recuperavit; inde a mense Iunio anni 42 p. Chr. cum eius imagine nummi cusi sunt. Ac primus quidem Gotarzis conatus eum denuo evertendi frustra fuit, ille cum fratre in gratiam rediit et in Hyrcaniam se contulit. Aliquot annis post cum iterum arma cepisset, iterum quidem Vardanes in proelio victor fuit. Sed ab hominibus, qui propter crudelitatem regis coniurationem fecerant, paullo post mensem Augustum a. 45 p. Chr., quo etiamtum nummus eius auspiciis emissus est, dum in venatione versatur interfectus, Gotarzes ad regiam dignitatem evectus est. Qui cum regnum a Meherdate aemulo, quem Claudius Caesar Roma petentibus Gotarzis adversariis miserat, armis feliciter defendisset, morbo decessit inter mensem Iunium anni 51 et Septembrem eiusdem anni; nam illa temporis nota etiamtum ipsius, hac iam Vononis II successoris nummus signatus est. Sic tempora rerum huius regis, de quibus difficillimum est iudicium maxime propter Taciti et nummorum discrepantiam, disposuit A. v. Gutschmid Gesch. von Iran p. 123—128, cum antea in praeclara illa de Gotarze commentatione, quae in tertio opusculorum volumine recusa est, nonnulla paullo aliter adornasset. 3 Artabano etiamtum superstite, i. e. ante annum 40 p. Chr. (v. not. 2) haec scripta esse ex titulo, qui sane alibi nusquam occurrit, apparet. Homo qui pluribus satrapis (cf. not. 1) praefectus esset, i. e. magnae parti totius imperii, manifesto proximum post regem locum tenebat. Ac ne illud quidem dubium videtur, quibusnam potissimum regni Parthici regionibus Gotarzes Artabani nutu praefuerit. Nam eiusdem temporis nummus aetatem tulit cum inscriptione Γωτέρζης βασιλεὺς βασιλέων Ἀρεανῶν, ὑὸς Γε̄ (not. 5), καλύμενος Ἀρταβάνου (cf. Percy Gardner, Parthian coinage p. 49 n. 25. Olshausen l. l. p. 177. v. Gutschmid Kl. Schriften III p. 68 sqq. Gesch. Irans p. 123). Nam etsi hic pro σατράπης· σατραπῶν iam

c Γωτάρ(ζ)ης[4] Γεόποθρος.[5] 4

---

magnificentius sonans βασιλεὺς βασιλέων legitur, tamen ne hunc quidem nummum post Artabani mortem signatum esse illa καλύμενος Ἀρταβάνου ostendunt. De quibus cum antea et ab aliis et ab ipso sententiae variae ac pleraeque quidem admodum improbabiles latae essent, perquam verisimiliter Gutschmidius statuit, latere in his litteris nomen barbarum dignitatis potestatisque, quod fere vicarium regis significaret. Sane quod Cassii Dionis loco XL, 12, 2 ταλύμενος Σιλάκης ὁ τότε τῆς χώρας ἐκείνης σατραπεύων eandem vocem repperisse sibi visus est, manifesto fallitur. Etenim verissime Boissevain adnotat, Kiddii emendationem ταχὺ μὲν ὁ necessariam esse propter sententiae conexum et enuntiati structuram, quia haec sic cohaereant: ταχὺ μὲν ὁ Σιλάκης — ἡττήθη τε περὶ Ἰχνίας — καὶ τρωθεὶς ἀπεχώρησεν αὐτάγγελος τῶι βασιλεῖ τῆς ἐπιστρατείας αὐτοῦ γενησόμενος, ταχὺ δὲ καὶ ὁ Κράσσος τά τε φρούρια καὶ τὰς πόλεις — προσεποιήσατο. Iam cum illa aetate Arianorum nomen etiamtum orientalem potissimum eius terrae quae hodie *Îrân* appellatur partem significaverit, Gotarzem ab Artabano superioribus quae dicebantur satrapiis praefectum esse et fortasse cum ille per rebellionis tempora ad Izaten Adiabenes regem confugisset (Ioseph. Ant. XX, 54) vices regis gessisse, dum is in patriam reduceretur, summa cum veri specie coniecit Gutschmid. 4 ΓΩΤΑΡΣΗΣ Rawlinson. Sed hoc nusquam alibi repperitur, cum Γωτάρζης praeter nummos et scriptores etiam hic ipse titulus v. 2 habeat. Quare admodum accommodata ad persuadendum est Gutschmidii opinio, in lapide inversam litterae ζῆτα formam Ƨ fuisse, quae eadem in nummo Gotarzis, cuius mentionem feci not. 3, occurreret. 5 Alteram partem compositi vocem *puthra* (filius) esse pridem perspectum est, priore vero loco proprium nomen *Gêv* primus agnovit Rawlinson, quod recurrit in nummo Gotarzis (not. 3) ὑὸς Γε̄, ut primus perspexit Olshausen p. 177. Ac patri quidem Gotarzis illud nomen (lingua Pahlavica *Vêv*, Persica inferioris aetatis *Gêv*) fuisse nusquam legitur nisi hic. At nescio an huius memoriae vestigium sit in fabulis Persicis apud Firdusium et alibi, ubi Gêv appellatur nobilissimus ex quadraginta aut octoginta Gotarzis filiis. Cf. A. v. Gutschmid Kl. Schriften III p. 119. F. Justi Iranisches Namenbuch p. 366. Utique titulus docet errare Iosephum, qui XX 73 Gotarzem Vardanis fratrem appellet. Qui error facillime ita explicatur, ut cum Gutschmidio sumamus Artabanum, cum Gotarzem sua vice omne regnum gubernare iuberet, simul eum adoptione in regiam domum ascivisse.

---

432. 433 In loco *Naksch-i-Rustam* anaglyphum rupi incisum, duos equites repraesentans. In pectoribus equorum singuli tituli bilingues, scriptura et sermone Graeco et Parthico (*Pahlavi*) concepti. Edd. Flower Philosophical Transactions XVII p. 775 n. 201. Accuratius C. Niebuhr Itin. Arab. T. II tab. XXVII, 1. Ker Porter Itin. Georg. Pers. cet. I p. 548 sqq. (J. Franz C. I. G. 4675).

Photographica arte effectam monumenti imaginem proposuit F. Stolze Persepolis II, tab. 116. Cf. quae de titulo exposuerunt Th. Nöldeke ap. Bezzenberger Beiträge IV p. 22 sqq. 35 sq. Tabarî p. 18 et apud Stolze Persepolis II p. 3. E. Drouin Revue archéologique Troisième série XXXII 1898 p. 67 sqq.

(432)

Τοῦτο τὸ [π]ρόσω[π]ομ[1] Μασδάσνου[2] | θεοῦ Ἀρτα[ξάρ]ου[3], βασιλέως βασιλέων | Ἀριανῶν[4] [ἐκ γ]έ[ν]ους θεῶν[5], υἱοῦ | θεοῦ Παπάκου[6] βα[σιλ]έως.

Litterae ЄΘΠϹω. 1 Non faciem, sed effigiem significari apparet. Cuius notionis Graecum quidem exemplum nullum novi, etsi multo latius patuisse vim inferiore aetate quam antiquitus multa vestigia indicant, ex quibus tetigisse sufficiet usum de tribus personis divinis in illis de trinitate disputationibus frequentissimum. Adde quod Th. Nöldeke mihi per litteras significavit, in omnibus dialectis Aramaicis nomen *parṣôpâ* ab illo Graeco derivatum similem notionem habere, ita ut 'personam alicuius assumere' fere idem esset atque illius formam ac speciem induere, itemque *parsôpe dchul gnes* (πρόσωπα παντὸς γένους) dici ut figurae omnis generis indicarentur. Denique in huius tituli versione Pahlavica voci Graecae respondere *patkrâ* (in recentiore lingua Persarum *paikar*), quod imaginem significaret. 2 Vocabulum Persicum *mazdayazna* cultorem summi dei *Mazda*, qui volgo nomine composito *Ahura-mazda* appellatur (not. 7) satis accurate hic Graecis litteris redditum est. 3 Artaxerxes I regni Sasanidarum conditor (224—242 p. Chr. n.). Nomen n. 434, 4 integrum exstat, sed hic quoque eandem atque illic scripturam fuisse manifestum est. Qua indicatur, tum iam in hoc nomine ut in aliis similibus (*puhr* ex *puthra* n. 434[3], *Mihr* ex *Mithra*) aspiratam *th* in simplicem spirantem *h* mutatam fuisse, ut Persice fere *Artahšahr* pronuntiaretur. Tituli nummique Pahlavici sane *th* retinent Sasanidarum aetate, sed hoc manifesto cum tota natura huius scripturae, quae multa obsoleta conservat, cohaeret. Memorabile est hic post ξ etiam comparere antiquam vocalem ἄλφα, cum plerumque inde a Sasanidarum temporibus ī (Graece plerumque η, quod tum iam *i* fuisse nemo ignorat) in eius locum successerit, ita ut Ἀρταξήρ, Ἀρδεσήρ, Ἀρτασίρης apud scriptores Byzantinos inveniatur. Denique labente tempore hic quoque media tenuem expulit (cf. n. 4[9]), ut nasceretur scriptura *Ardašîr*, *Ardešîr*, quae non modo in recentiore Persarum lingua obtinet, sed iam apud antiquiores scriptores Arabas et Syros paene constanter observatur. Th. Nöldeke Beiträge IV p. 35 not. 1. Cf. etiam F. Justi Iranisches Namenbuch p. 34 sqq. De forma memorabili nominis, in qua antiquum *thr* in *ss* abiit (Ἀρταξέσσεω) cf. Syll.[2] 573[3]. 4 Cf. n. 434[4]. Quod additamento καὶ Ἀναριανῶν etiamtum abstinet Artaxerxes, eo Nöldeke Tabarî p. 18 observavit certissima ratione refelli narrationes de Chorasmia aliisque regionibus trans Oxum sitis ab illo regno suo adiectis. Nam illas terras nunquam Arianae (*Îran*)

(433)

Τοῦτο τὸ πρόσωπον Διὸς θεοῦ.[7]

---

nomine comprehensas esse, neque magis illo quidem tempore regionem *Ṭûarân* vel *Ṭûran*, quae item apud Tabarium inter provincias ab Artaxerxe bello domitas enumeraretur. Eo nomine enim significari partem hodiernae terrae *Balûčistân* eam fere, cuius caput nunc esset oppidum *Kelât*. 5 Cf. Nöldeke Tabarî p. 452 not. 4, unde apparet, nomine θεός hic v. 2. 4. n. 434, 1. 3. 4. 5. 6 usurpato obscurari notabilem in indigenarum sermone distinctionem. Etenim Sasanidas antiquissima quidem voce *bag* se ipsos significare solitos esse, sed illud quod in religione Mazdaica proprium et sanctissimum divini numinis vocabulum esset *yasdân* nunquam de rege usurpari. Quod contra ubi originem suam ad deos referrent, constanter et proprie *manôčithr ağ yasdân* dici; quae hic verbis ἐκ γένους θεῶν redduntur. 6 Per illa tempora in regionibus prope Tigrin amnem sitis perfrequens fuisse nomen *Pâpa* (pater) unde derivaretur *Pâpak* (paterculus), monuit Nöldeke Beitr. p. 35 not. 3, qui idem satis antiquo tempore hic ut alibi (n. 4[9]) tenuem in mediam abiisse monet, ut iam Agathias (saeculo p. Chr. n. sexto) Πάβεκος scriberet. At tertio p. Chr. saeculo etiamtum *Pâpak* pronuntiatum esse hic titulus docet, quoniam in monumento Graeco accidisse quod in Pahlavicis perfrequens est, ut scriptura quae pronuntiationem pridem obsoletam significaret tamen retineretur, nulla ex parte probabile est. Forma quae utrobique mediam habet *Bâbak* Arabum est, quorum sermo et litteratura tenui *p* omnino caret, non Persarum. N. Cf. etiam F. Justi Iranisches Namenbuch p. 241. Papacum Artaxerxis patrem fuisse testantur cum tituli n. 432, 3. 4. 434, 6 tum nummi (Drouin p. 68) et narratio apud Tabarium p. 1 vers. Germ. Apparet igitur ficticiam esse relationem libri Pahlavici de Sasanidarum imperii origine, qui volgo Kârnâmak appellatur (vide Nöldekii versionem Germanicam, Beitr. zur Kunde der indog. Spr. IV p. 36 sqq.), quae Artaxerxem ex matrimonio Sâsâni pastoris cum Papaci regis filia procreatum refert. 7 Iuppiter hic summus Persarum deus Ahuramazda est. Cf. n. 383, 41. 42. 54 cum not. 14. 384, 5. 404, 20. Silvester de Sacy vir clarissimus hic pudendum errorem interpretis Graeci deprehendere sibi visus est. Etenim Artaxerxis I nepotem Hormisdam I (regn. 272—273 p. Chr.) hic imagine repraesentari, at illum Graecae inscriptionis auctorem perperam hominem dei nomen gerentem pro ipso deo habuisse. Quae coniectura, etsi Franzii aliorumque assensum tulit, mihi nullo modo probabilis visa est praecipue quia incredibile existimabam Artaxerxem suam et nepotis imaginem, qui illo superstite vix adulta aetate fuisse potest, huic rupi incidendam curasse omisso ipsius filio, illius patre Sapore (n. 434[3]), quem tamen magna apud patrem gratia floruisse eumque in rebus publicis administrandis strenue et sollerter adiuvisse constat (Tabarî p. 30 vers. Germ.). Quare Theodorum Nöldeke per litteras consului, qui mihi rescripsit, se nullo modo dubium existimare, quin deus, non rex indicaretur. Quod praeter argumentum a me allatum etiam appellatione θεός demonstrari. Nam βασιλεύς quidem praeter ipsos reges etiam de filiis eorum, qui quidem provinciae praeessent

(quod ne ipsum quidem in Hormisdam cadere poterat eo tempore quo avus Artaxerxes etiamtum inter vivos erat), θεόν vero (*bag*, not. 5) neminem appellatum nisi qui re vera regnaret. Neque omnino credibile esse hominem, cui tale officium a rege mandaretur, tanta stupiditate fuisse ut tam ridiculum errorem committeret.

---

434 Anaglyphum rupi incisum in loco *Naksch-i-Radjab*, repraesentans equitem et post eum plures viros pedites. Equi pectori inscripti tituli, superiore loco sermone et scriptura quae *Pahlavi* vocari solet conceptus, inferiore Graecus quattuor versuum. Edd. C. Niebuhr Itin. Arab. II p. 153 tab. XXVII *h*. Morier, a journey through Persia cett. p. 157 (Silvestre de Sacy Mémoires sur diverses antiquités de la Perse p. 31 tab. I A n. 1—4. Hick Veteris Mediae et Persiae monumenta p. 50 sqq.). Denuo exscriptum ed. Ker Porter Itin. Georg. Pers. cet. Vol. I p. 572 sqq. (J. Franz C. I. G. 4676). Imaginem photographica arte effectam proposuit F. Stolze Persepolis II tab. 103. Cf. quae disputaverunt Th. Nöldeke ap. Bezzenberger Beitr. zur Kunde der indog. Spr. IV 1878 p. 60 not. 4 et ad Tabarii versionem p. 18 not. 1 et apud Stolze Persepolis II p. 3. E. Drouin Revue archéologique Troisième série XXXII 1898 p. 77 sqq.

Τὸ πρόσωπον[1] τοῦτο Μασδάσνου[2] θεοῦ | Σαπώ[ρ]ου[3], [β]ασιλέως βασιλέων Ἀριανῶν | καὶ Ἀναριανῶν[4] ἐκ γ[έ]νους

Litterae ЄΘⲜПСѠ. Lineae quae rectae esse debebant hic illic paullulum inflexae, ut A ᴧ П. 1 Cf. n. 432[1]. 2 Cf. n. 432[2]. 3 Sapores I (242—272 p. Chr. n., cf. Nöldeke Tabarî p. 412 sqq.). Nomen eo tempore quo haec incisa sunt apud Persas *Šahpuhr* sonabat, quae vox ex antiquo *Khšayathija-puthra* contracta filium regis significabat. Romanos constanter *Sapor* vel *Sapores* scribere, Graecos plerumque quidem item Σαπώρης habere, sed etiam scripturam per mediam βῆτα (Σαβώρ, Σαβώρης, Σαβόρης) haud raro occurrere, in libris Talmudicis vero et inde a quarto p. Chr. n. saeculos apud Syros scriptores omnino nullam aliam inveniri formam, cum Persica lingua recentior in hoc quidem nomine antiquam tenuem retineat, observat Nöldeke. De hac tenuium et mediarum vicissitudine vide quae adnotavi n. 4[9]; de Saporis nomine cf. etiam F. Justi Iranisches Namenbuch p. 284. 4 Cum Artaxerxes I et hic v. 4. 5 et n. 432, 2. 3 titulo βασιλέως βασιλέων Ἀριανῶν contentus fuerit, itemque in nummis ipsius Saporis I Pahlavica lingua *malkân malkâ Airân* scriptum sit, non modo hic additur καὶ Ἀναριανῶν, sed item in duobus barbaris eiusdem tituli exemplaribus *malkân malkâ Airan ve Anîrân* neque aliter in titulo reperto in loco qui hodie *Hâdji-âbâd* appellatur. Drouin. Ac Nöldeke quidem hoc titulorum

θεῶ[ν,[5] υἱοῦ] | Μασδάσνου θεοῦ Ἀρταξάρου,[6] [βασιλέως] ‖ βασιλέων Ἀριανῶν, ἐκ γένους θεῶν, | ἐκγόνου θεοῦ Παπάκου[7] βασιλ[έως].

---

discrimen ita interpretatur, ut Artaxerxis regnum intra terminos terrae Arianae (*Îrân*) se continuisse sumat (cf. n. 432[4]), Saporem vero etiam regiones extra eam sitas subiecisse. Quod contra Drouinus illis *Anîrân*, Ἀναριανοί omnes omnino terras quae extra fines Arianae essent contineri existimat, ita ut illa formula totius orbis terrarum imperium sibi arroget rex. Quae vaniloquentia etsi a Persarum ingenio profecto non aliena est, tamen praestare videtur Nöldekii sententiam sequi, quoniam discrimen tale, quale hic inter patris filiique imperii ambitum indicatur, re vera fuisse constat. Inter terras extra Arianam a Sapore regno adiectas praecipue Mesopotamia, Syria, fortasse etiam Cilicia et Cappadocia numerari videntur, quibus bello contra Romanos feliciter gesto potitus est. Cf. Tabarî p. 31 sqq. versionis Germanicae cum notis editoris. Sane ea possessio non diuturna erat, sed titulum magnificum semel assumptum ne amissis quidem terris rursus abiectum esse consentaneum est. 5 Cf. n. 432[5]. 6 Cf. n. 432[3]. 7 Cf. n. 432[6].

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 50 n. 19. Maiusculis ex Jougueti apographo ed. Seymour de Ricci Revue archéol. Troisième série XXXVIII 1901 p. 307 n. 1. Duo sunt versus, quorum prior finitur voce Πτολεμαῖον. Litterae volgares, quales conveniunt Ptolemaei Lagi f. aetati.

P. 53 n. 24. Repetivit M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II 1903 p. 540 n. 9.

P. 59 n. 34. Ex quo haec typis exscripta sunt, accesserunt quattuor eiusdem generis monumenta, ex quibus unum in insula Io inventum est, duo Pari, unum Therae. Cf. M. L. Strack, Archiv für Papyruskunde II p. 540 n. 10—13. Sed quod Strackius de natura et origine harum dedicationum idem ac Perdrizetus iudicium pronuntiat, probare nequeo. Nam id quidem apparet, quo plures eiusmodi lapides omnibus nominibus simillimi in lucem protrahantur in variis oppidis ac regionibus, eo magis mirum videri debere consensum tot hominum, populorum, gentium in titulorum quos dedicationibus suis inscribendos existimaverint forma; neque enim is fortuitus esse potest neque inter illos omnes pactum aliquod de ea re factum esse credibile est. Contra si haec omnia ipsius reginae iussu consecrata statuemus, nihil difficultatis restabit. Sane id omnino fieri non posset, si verum esset, quod Strackius dicit, inde a morte reginae demum (270 a. Chr.) una cum sacris cognomen quod est Φιλάδελφος usurpari coeptum esse. Quod de cultu quidem reginae certissimum est (cf. H. von Prott Mus. Rhen. LIII p. 465. M. L. Strack M. Rh. LV p. 164 sqq.), de cognomine vero etsi per se probabile videri possit, tamen ut ullo certo argumento demonstretur tantum abest, ut testimonio fide dignissimo contrarium probetur. Etenim titulus, quem ex Bottii editionibus repetivit Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 539 n. 5: Ὑπὲρ βασιλέως Πτολεμαίου | καὶ Ἀρσινόης Φιλαδέλφου | Σωτήρων Διονύσιος Ποτάμωνος, quem ipse quidem paullo post reginae obitum scriptum existimat, sine dubio illa etiamtum superstite incisus est, non modo quia dea non appellatur, quod ille ratione nulla ex parte probabili explicare conatur, sed etiam, id quod gravius est, quia praepositionis ὑπέρ cum genetivo coniunctae vis (cf. n. 365[3]) non cadit in mortuam.

P. 60 n. 35. Repetivit M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II (1903 p. 541 n. 14. Qui quod hoc titulo probari dicit, appellationem βασιλεύς etiam illis familiae regiae hominibus tribui consuesse, qui non regnarent, ei nequeo assentiri. Nam ni plane fallor hoc quidem nomine permagnum intercedit discrimen inter masculinum βασιλεύς et femininum βασίλισσα.

P. 66 n. 42. Repetiverunt R. Herzog Koische Forschungen und Funde p. 1. M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II (1903) p. 539 n. 6.

P. 68 n. 44. Repetivit M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II (1903) p. 538 n. 4.

P. 70 n. 46. Hoc de titulo nuper disputavit P. Wolters Mus. Rhen. LVIII p. 154 sqq. et luculentissime refutavit errores quosdam, quos ego tacite spreveram. Nam primum quidem, ut ille recte monuit, titulum Halicarnassi erutum esse Newtoni testimonio plane constat, ut mireris Darestii errorem, qui Cnidium dicit, a Wachsmuthio, Szantone, Kleinio non perspectum et emendatum esse. Immo cum hi omnes de origine lapidis illum sequerentur, inde alia opinio haud minus prava nata est. Nempe memor loci Pliniani N. hist. XXXVI, 21: *voluit eam* (Venerem Praxitelis) *a Cnidiis postea mercari rex Nicomedes, totum aes alienum quod erat ingens civitatis dissoluturum se promittens . omnia perpeti maluere, nec immerito, illo enim signo Praxiteles nobilitavit Cnidum,* Klein apud Szantonem Wiener Studien VIII p. 14. Praxiteles p. 285 hunc quoque titulum de statuis propter inopiam aerarii venumdatis aut pignori oppositis testari existimavit. Sed recte Woltersius (ut nos not. 9) negavit, hanc esse posse vim verborum τοὺς ὑποτεθέντας εἰς τὰς εἰκόνας. Immo de reditibus dici, qui oppignerati essent pro eorum mercede, qui statuas conficiendas redemissent.

P. 82 n. 53. Repetivit M. L. Strack Archiv für Papyruskunde II (1903) p. 559 n. 42, qui prudenter observavit, quo plures diversis Aegypti locis eruerentur tituli dioecetas commemorantes, eo probabiliorem fieri Wilckenii opinionem, non summo modo omnis rei pecuniariae praefecto, sed etiam inferioribus singularum regionum magistratibus hoc nomen fuisse.

P. 94 n. 56 not. 8. 9. Quas hic indicavi difficultates gravissimas in fastorum Aegyptiorum et Macedonicorum responsione sitas, eae non expediuntur, sed si fieri potest etiam augentur papyris in vico *Medinet-en-Nahas* regionis *Faijûm*, ubi quondam fuit Magdola, repertis, quos publici iuris fecerunt P. Jouguet et G. Lefebure Bull. de corr. Hell. XXVI 1902 p. 95 sqq. Quos tertii a. Chr. n. saeculi esse scripturae genus docet, propter annorum regni numeros vero non possunt nisi aut ad Philadelphi aut ad Euergetae regnum referri, sed hoc quidem multo probabilius esse editores collegerunt ex Pythangeli militum ducis mentione quae est p. 99 n. I, 1. Nam huius hominis militiam quidem inde a Philadelphi usque ad Philopatoris regnum pertinuisse, sed quod in papyro una cum filio exercitui praeesse dicatur (Πτολεμαῖος Μακεδών, τῶν Πυθαγγέλου καὶ Πτολεμαίου τοῦ υἱοῦ αὐ[τοῦ] ἐπιλάρχης), incredibile esse iam per initia regni Philadelphi hos papyros conscriptos esse (De Pythangelo cf. Strabo XVI, 4, 14. 15 p. 773. 774 et complures papyrorum Fl. Petrii locos quos attulerunt Jouguet et Lefebure n. 100 not. 2). Iam in eorum numero, si eos omiseris, qui diei significationem mutilam habeant, quattuor sunt anni primi (247/6 a. Chr. n.), qui subscriptum habeant Lα′ Γορπιαίου κη′ Τυβὶ ιβ′ (p. 121 n. XV, 5. ibid. n. XVI, 9. p. 125 n. XX, 10. p. 126 n. XXI, 11), duo in quibus legatur Lα′ Γορπιαίου λ′ Τυβὶ ιγ′ (p. 119 n. XIV, 15. p. 123 n. XVIII, 10). Cave hic ex duobus fastorum Aegyptiorum

diebus qui ipsi se excipiant alterum duodetricesimo, alterum tricesimo mensis Macedonici diei respondere existimaveris. Nam cum notum sit diem ultimum (ἕνην καὶ νέαν) a Graecis in utroque mensium genere etiam τριακάδα appellari consuevisse (cf. Proclus in Hesiodi Opp. et dies v. 766. Ideler Handbuch der Chronologie I p. 284. 299), nihil impedit quominus in illis papyris nota λ′ undetricesimum mensis cavi diem indicari statuamus. Ut igitur haec sex testimonia inter se consentiunt, sic adversa fronte pugnant et cum eis quae aliunde de fastis Macedonicis cognovimus et cum monumento Canopio (n. 56). Nam mensis Tybi dies duodecimus anno Ptolemaei Euergetae primo (247/6 a. Chr. n.) quarto, tertius decimus quinto mensis Martii diei respondet, septimus decimus (n. 56, 3) anno eiusdem regis nono (239/8 a. Chr. n.) in septimum eiusdem mensis Iuliani incidit. At quomodo eidem dies secundum Macedonum rationem illo quidem anno mensis Gorpiaei, qui est Atheniensium Metagitnio, Romanorum fere Augustus, paucis vero annis post Apellaei, qui respondet Maemacterioni Attico, Novembri Iuliano, esse possunt? Quid quod alibi etiam ipsi papyri Magdolenses inter se hoc nomine incredibili modo dissentiunt? Nam, ut certissimo exemplo utar, p. 117 n. XII, 16 legimus Lδ′ Δίου γ′ Φαμενὼθ κη′, p. 108 n. VI, 18 vero [L]ε′ Δίου κε′ Χοιὰχ ιγ′. Anni 244/3 et 243/2 a. Chr. sunt. Ex fastis Macedonicis vero alter papyrus diem indicare videtur, qui viginti duobus diebus posterior est in anni ordine, quam ille prior. At tertius decimus mensis Choiak dies duodevigesimo mensis Phamenoth integris centum quinque diebus priorem locum obtinet in fastis Aegyptiorum. Quare ex his omnibus testimoniis si quid video nihil discitur, nisi tum temporis Macedonicum anni ordinem in Aegypto mirum in modum turbatum fuisse, quae sine dubio primaria fuit causa, cur aliquanto post nominibus mensium modo ex Macedonum ratione conservata unis indigenarum fastis uti inciperent.

P. 110 n. 57 not. 2. Ptolemaeum Philadelphum significari ideoque hoc Lissatarum decretum anno 278/7, alterum n. 58 anno 275/4 factum esse nunc ex tertio eiusdem generis titulo, quem in appendice voluminis alterius repetemus, demonstravit M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 542.

P. 127 n. 78. De Ptolemaeorum opibus in insula Lesbo cf. etiam Tebtunis papyri I p. 68 n. 8, 6: Ἀφροδισίωι· χρημάτων καὶ σίτου καὶ τῶν ἄλλων φό[ρων] τῶν ὑπαρξάντων ἐν τοῖς κατὰ Λέσβον καὶ Θράικην τόποις διασάφη(σον) εἰ μετείληφεν.. Quartum annum (τοῦ δ′ L v. 33), quo haec scripta sint, Ptolemaei V Epiphanis esse, i. e. 202/1 a. Chr. n., rationibus perquam probabilibus demonstrant editores.

P. 169 n. 94 not. 4. Letronnii emendationem, lenissimam sane, tamen non necessariam esse, sed quod in exemplo Lepsiano omnium accuratissimo sit Ἐργέως recte se habere nunc mihi persuasum est, quia nomen Ἐργεύς haud infrequens fuisse in Aegypto testantur Tebtunis papyri I p. 236 n. 62, 19. p. 252 n. 63, 28. p. 261 n. 64, 9. p. 355 n. 83, 22. p. 397 n. 88, 53. p. 432 n. 98, 36. p. 470 n. 110, 2. 3. p. 471 n. 111, 1. p. 506 n. 121, 122. p. 525 n. 174, ut omittam locos, ubi Γ littera incerta notatur.

P. 170 n. 95. Imaginem tituli accurate delineatam proposuit Seymour de Ricci Revue archéologique Troisième série XXXVIII 1901 p. 307 n. 18 *a*. Litterarum formae memorabiles ΘΠ; σῖγμα brachia non plane parallela quidem habet, sed paullulum modo divergentia. De lectione plane convenit inter editores.

P. 170 n. 96. Iam Ptolemaei III Euergetae (247—221 a. Chr.) regno Alexandriae oratorium Iudaeorum conditum esse apparuit ex titulo nuper eruto, qui edetur in appendice voluminis alterius. Cf. U. von Wilamowitz-Möllendorff Sitzungsberichte der Kgl. Akademie der Wissenschaften zu Berlin 1902 XLIX p. 1094. Oratoria Iudaica in Aegypto sita M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 541 ad n. 15 observavit adhuc nota esse quinque, Athribi (n. 96. 101), incerto Aegypti inferioris loco (n. 129), Schediae (Wilamowitz l. l. Archiv II p. 541 n. 15), Alexandriae (Archiv II p. 559 n. 41), Arsinoë in regione *Faijûm* (Tebtunis Papyri I p. 383 n. 86, 17. 18. 29). Memorabile ei videtur, haec omnia inferioris Aegypti esse, cum in superiore terra nulladum sacrorum Iudaicorum testimonia eruta sint.

P. 177 n. 101, 6 eandem lectionem et interpretationem, cum haec iam typis exscripta essent, proposuit U. v. Wilamowitz-Möllendorff Sitzungsberichte der Kgl. Akademie d. W. zu Berlin 1902 XLIX p. 1094 not. 2.

P. 179 n. 103 not. 2. B. Niese Gesch. der gr. u. mak. Staaten III p. 276 not. 2 non improbabile existimat, Hippalum, qui nautas docuerit de vento, quo commodissime in Indica navigatione uterentur, eundem esse, quem hic titulus habeat. At gubernatoris officium, quod scriptor peripli illi suo Hippalo tribuit, mihi nullo modo in hominem qui gravissima in re publica munera gesserit et egregiae in aula regia dignitatis fuerit cadere videntur, neque rarum fuisse nomen in Aegypto apparet ex testimoniis quae attuli.

P. 184 n. 106 not. 2. De discrimine, quod inter χρηματιστῶν et λαοκριτῶν iudicia intercedebat, cf. etiam Tebtunis papyri I p. 29 n. 5, 207 sqq.: προστετάχασι δὲ (Ptolemaeus VIII Euergetes rex cum Cleopatra utraque regina) καὶ περὶ τῶν κρινομένων Α[ἰ]γυπτίων | πρὸς Ἕλληνας καὶ περὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν [π]ρὸς τοὺς | Αἰγυπτίους ἢ Αἰγυ(πτίων) πρὸς Ἕλληνας γενῶν πάντων | πλὴν τῶν γεω(ργούντων) βα(σιλικὴν) γῆν καὶ τῶν ὑποτελῶν καὶ τῶν | ἄλλων τῶν ἐπιπεπλεγμένων ταῖς προσόδοις τοὺς | μὲν καθ' Ἑλληνικὰ σύμβολα συνηλλαχότας | Ἕλλησιν Αἰγυπτίους ὑπέχειν καὶ λαμβάνειν | τὸ δίκαιον ἐπὶ τῶν χρηματιστῶν. ὅσοι δὲ Ἕλληνες | ὄντες συγγραφόμενοι κατ' Αἰγύ(πτια) συναλλάγματα | ὑπέχειν τὸ δίκαιον ἐπὶ τῶν λαοκριτῶν κατὰ τοὺς | τῆς χώρας νόμους. τὰς δὲ τῶν Αἰγυ(πτίων) πρὸς τοὺς | αὐτοὺς (Αἰ)γυ(πτίους) κρίσεις μὴ ἐπισπᾶσθαι τοὺς χρημα(τιστάς,) | ἀλλ' ἐᾶν διεξάγεσθαι ἐπὶ τῶν λαοκριτῶν κατὰ τοὺς | τῆς χώρας νόμους.

P. 201 n. 120. Fugerat me hunc titulum accuratius editum esse ab E. A. Gardnero ap. Flinders Petrie Naukratis I p. 63 cum imagine tab. XXX n. 3, ex qua apparet litterarum formas volgares esse praeter ΑΘΠΣ, sed lineas quae rectae esse debeant hic illic aliquantulum incurvari. Lectionis discrepantia fere nulla est nisi quod v. 2 ΔΩΡΙΩΝΟΣ re vera in lapide esse ex Gardneri exemplo apparet. Aliud exemplum

minusculis litteris expressum est Mittheilungen aus der Sammlung der Pap. Erzherzog Rainer V p. 90 not. 1, ubi accedunt v. 6. 7: τῆς εἰς αὐτὴν [καὶ] | βασιλέα νέον Διό[νυσον] | Πτολεμ[αῖον ----]. De aetate cf. n. 182[1].

P. 205 n. 125 not. 1. In universum quidem eandem de Ptolemaeo Eupatore sententiam habet B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten III p. 266 not. 4, sed monet tamen certum id modo esse, eum Philometoris et Cleopatrae filium fuisse, sed ambigi posse, utrum idem sit, quem patruus Ptolemaeus Physcon necaverit, an frater eius, qui iam patre superstite decesserit. Nam Eupatora in papyro demotico iam anno 153 a. Chr. n. una cum parentibus commemorari, proximis vero annis non item. Fieri igitur posse ut duo distinguendi sint filii Philometoris, quorum alter ante patrem, alter post eum impubes obierit; probabilior tamen utique manebit Strackii sententia, quam secutus sum in adnotatione mea.

P. 207 n. 129 not. 3. Cum iam teneamus titulum oratorii Iudaici Ptolemaei III Euergetae et reginae Berenices tempore incisum (cf. Addenda ad n. 96) recte M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 541 hic quoque illum tertii a. Chr. n. saeculi regem agnoscere videtur.

P. 220 n. 139 not. 19. In rationibus pecuniarum expensarum haud raro eiusmodi παρουσιῶν mentio fit. Cf. Tebtunis papyri I p. 505 n. 121, 95 Διοσκουρίδου παρουσίας. p. 526 n. 182 προφήτου παρουσίας. p. 536 n. 253 παρουσίας τῶν παρὰ τοῦ συντακτικοῦ ἐνηνεχόσι τὸ ἐπιστόλι(ον). Praeter habitationem et victum praecipue impensae faciendae erant in dona quae illis magistratibus aliisque nobilibus hominibus peregrinantibus offerebantur. Cf. Tebtunis pap. I p. 128 n. 33, 10: καὶ αὐτῶι (L. Memmio Romano) προσενεχθήσεται ἐπὶ τῆς ἐγβα(τηρίας) τὰ ὑπογεγρ(αμμένα) ξένια. Huic sumptus generi coërcendo et incolis gravissimo onere levandis destinatum erat praeceptum quod legitur in edicto Ptolemaei VIII Euergetae II et utriusque uxoris Tebtunis papyri I p. 28 n. 5, 178—187: προστετάχασι δὲ μηδὲ τοὺς στρα(τηγοὺς) καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς πρὸς ταῖς πραγματείαις ἕλκειν τινὰς τῶν κατοικούντων ἐν τῆι χώρᾳ εἰς λειτουργίας ἰδίας μηδὲ κτήνη αὐτῶν ἐπαρετεῖν ἐπί τι τῶν ἰδίων μηδὲ ἐπιρίπτειν μόσχους μηδὲ ἱερεῖα τρέφειν μηδὲ χῆνας μηδὲ ὄρνιθας μηδὲ οἰνικὰ ἢ σιτικὰ γενή(ματα) ἐπιρίπτειν τιμῆς μηδ' εἰς ἀνανεώσεις μηδὲ συναναγκάζειν ἔργα δωρεὰν συντελεῖν παρευρέσει μηδεμιᾷ.

P. 221 n. 140, 8. De significatione vocabuli πρεσβύτεροι v. infra Addenda ad n. 194.

P. 226 n. 147 not. 6. De ὑπομνηματογράφου officio nuperrime disputavit M. L. Strack Archiv für Papyrusforschung II p. 556 sq. ad n. 38. Qui recte quidem raram eius mentionem esse dicit aetate Ptolemaeorum, sed quattuor eius exemplis quae sola sibi nota esse fatetur, quintus accedit hic titulus qui eum fugisse videtur (n. 147). Quod omnia anno 130 a. Chr. n. recentiora dicit, id hoc non infringitur. Ceterum num recte ὑπομνηματογράφου et ἐπιστολογράφου nomina eundem magistratum significare coniecerit, perquam dubium mihi videtur. Certe Tebtunis papyri I p. 476 n. 112, 87 [ὑ]πομνηματογρ(άφωι) καὶ ἐπισ[το]λογρ(άφωι) ὁμοί(ως) τμ' illi opinioni non favet. Pleraque testimonia, quae de negotiis hypomnematographorum habeamus, ad res sacras et potissimum quidem

ad preces petitionesque quibus sacerdotes regem adirent spectare observavit idem.

P. 256 n. 176 not. 6. Recurrit vox ψυγμός Tebtunis papyri I p. 384 n. 86, 45. 51 ψυγμοῦ γναφέων. v. 47 τοῦ προγεγραμμένου ψυγμοῦ. Atque hic quidem manifestum est locum indicari ubi fullones vestes lotas suspendant exsiccandas. Cf. Iustinian. Digesta XLIII, 10, 1, 4: ἐπιμελείσθωσαν δὲ καὶ ὅπως πρὸ τῶν ἐργαστηρίων μηδὲν προκείμενον ᾖ, πλὴν ἐὰν κναφεὺς ἱμάτια ψύχῃ, quem locum affert H. Blümner Technologie und Terminologie der Gewerbe und Künste I p. 165 not. 3.

P. 269 n. 187, 3. De Petesucho deo cf. praeterea Tebtunis papyri I p. 128 n. 33, 13. 14 καὶ τὸ γεινόμενον τῶι Πετεσούχωι καὶ τοῖς κροκο(δείλοις) ψωμίον. p. 362 n. 84, 73. 111 Πετεσούχου θε[οῦ] κροκοδίλου. Agros, quorum dominus recensetur Πετεσοῦχος θε[ός], habes p. 406. 7 n. 93, 55. 57. 61. 66. p. 432 n. 98, 30. Nominum, quae plane eadem et dei sint et hominum, aliquot luculentissima exempla praebent papyri Tebtunii. Cf. I p. 432 n. 98, 32 Ὀρσενούφιος θε(οῦ) δι' Ὀρσενούφιος, quod exemplum plane geminum est illius quod habes supra n. 95, 5. Porro Πνεφερῶτος dei dedicationes ex titulis nomi Arsinoïtae attuli not. 3; hominum vero idem nomen gerentium perfrequens est memoria in illis papyris (cf. Tebtunis papyri I indices p. 632). Item deus Μεστασῦτμις est Tebt. pap. I p. 299 n. 72, 27 παστοφόροις Μεστα[σύτ]μιο[ς] θεοῦ μεγάλου μεγάλου. p. 421 n. 94, 34 Μεστασύτμιος θεοῦ μεγάλου. p. 456 n. 105, 13. p. 464 n. 106, 9, viros cognomines non minus quam octo exhibet index p. 627. Quod cum ita sit, non videtur ex eo, quod Petesuchus deus humanum nomen gerat, quicquam de huius dei natura colligendum esse.

P. 273 n. 192. Sententiam de lapide aliunde in Coorum insulam delato refutavit P. Perdrizet Revue archéologique Troisième série XXXV 1899 p. 44 sqq. accuratiore nominis πολίτευμα interpretatione. Nempe in oriente aliquando usu venisse, ut peregrinorum certum genus, quod in urbe aliqua consedisset, corpus civitatis simile efficeret, quod suos conventus suosque magistratus haberet. Sic Berenice in Cyrenaica Iudaeos (C. I. G. 5361, 21 sqq. ἔδοξε τοῖς ἄρχουσι καὶ τῷ πολιτεύματι τῶν ἐν Βερενίκῃ Ἰουδαίων), Sidone Caunios (Rev. arch. N. S. XXXV p. 44 Καυνίων τὸ πολίτευμα) suam quasi civitatem habuisse. Quod si etiam in insula Co usu venisse sumemus, nomina hominum a Coorum consuetudine aliena profecto non cogent lapidem aliunde illuc delatum statuere. Cf. etiam Tebtunis papyri I p. 125 n. 32, 9 [προ]χειρισθέντων ὑπὸ τ[ο]ῦ πολιτεύματ[ος τῶν Κρητῶν]. v. 16. 17 ἀπὸ τῶν ἐπικεχωρημένω[ν] | τῶι πολιτεύματι τῶν Κρητῶι.

P. 277 n. 194 not. 8. Non recte intellecta sunt a me tituli verba. Nam primum quidem non tria hominum genera distinguuntur, ἱερεῖς, πρεσβύτεροι, οἱ ἄλλοι πάντες, sed universitas, quae indicata est verbis τοῖς ἀπὸ Διοσπόλεως τῆ[ς μεγάλης ἱ]ερεῦσι το[ῦ μεγίστου θεοῦ Ἀμο]νρασωνθήρ, deinde particulis καὶ — καὶ inter se respondentibus dividitur in duas partes, οἱ πρεσβύτεροι et οἱ ἄλλοι πάντες. Nullae igitur hic sunt universi populi Diospolitanorum partes, sed sacerdotum decretum est. Deinde vero πρεσβύτεροι non provectae aetatis significationem habet, sed spectat

ad institutum aliquod in Aegypto latissime propagatum, extra eam inauditum, de quo nuper doctissime exposuit M. L. Strack Zeitschrift für die neutestamentliche Wissenschaft und die Kunde des Urchristentums 1903 p. 230 ff. Nempe genera quaedam hominum, quae negotiorum, domicilii, condicionis civilis communione continebantur, ex suo numero concilium quoddam paucorum sodalium eligere solebant, qui communes res administrarent; hi πρεσβύτεροι appellantur. In titulis occurrunt presbyteri agricolarum (οἱ πρεσβύτεροι τῶν γεωργῶν vel τῆς κώμης), qui magistro vici (κωμάρχῃ) adsunt, sacerdotum, opificum (τέκτονες πρεσβύτεροι, οἱ πρεσβύτεροι τῶν ὀλυροκόπων, πρεσβύτεροι γέρδιοι), mercatorum (ἡ σύνοδος τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρεσβυτέρων ἐγδοχέων p. 221 n. 140). Ex hoc Aegyptiorum more natum esse institutum presbyterorum ecclesiae Christianae summa cum veri specie coniecit Strack.

P. 301 n 200 not. 17. Vocis νωτοφόρα interpretationem confirmant Tebtunis papyri I p. 482 n. 115, 7. 22 νωτοφόροις πυροῦ γ′; nam hic quoque active de eis qui onera dorso ferant usurpatur vox, sane de hominibus, non animalibus, sed id in significatione vocabuli definienda nullius momenti est.

P. 313 n. 212. p. 335 n. 219. Hos titulos A. Brückner Troia und Ilion p. 464 in ephemeridibus Atheniensibus instituti archaeologici Germanici eiusdem anni (1901) se iterum expressurum indicavit. Sed id nondum factum est.

P. 356 n. 225. Gaëtani de Sanctis observationem de vera versuum 9. 10 distinctione et structura (not. 8) primum publici iuris fecit Haussoullier Revue de philologie XXVI 1902 p. 235, deinde eam secutus est in altera tituli editione (Études sur Milet). Simul monet, quae Rostowzew Beiträge zur alten Geschichte I 2 p. 295 sqq. et P. M. Meyer ibid. I 3 p. 424 sqq. ex hoc loco tituli collegerint, iam ex parte infringi, quia prava lectione et interpretatione prioris editionis nitantur. De locis quorum mentio fit in postrema tituli parte docte et acute disputavit Bruno Keil Revue de philologie XXV 1901 p. 123, qui docet Βᾶριν quidem (v. 36. 42. 47) comparere in subscriptione quae in optimis Aristidis rhetoris codicibus orationi XXXVII p. 312, 25 Keil subiceretur Ἀρισ[τείδου] Ἀθηνᾶ⟨ι⟩ ἐν Βάρει ἐπὶ Σευήρου ἡγεμόνος. Illic igitur Severo proconsulatum Asiae gerente Aristidem hanc orationem conscripsisse. Nam quod ipse quondam Hermae XXV p. 313 de cognomini Pisidiae oppido interpretatus esset, id factum esse, quia oppidum inter Cyzicum et Parium situm ad id tempus non notum fuisset nisi ex Byzantinae aetatis scriptoribus, ita ut Aristidis tempore nondum fuisse videretur. Sed cum iam testimonium Aristide fere quattuor saeculis antiquius teneremus, illam opinionem, iam a W. Schmidio Mus. Rhen. L p. 309 impugnatam, nunc plane refutatam esse. Namque ipsam illam non procul a Propontide sitam Barin significari apparere ex Aesepi et delubri Iovis mentione (Aristid. Sacr. Serm. IV, 71, Vol. II p. 443, 10 sqq. ὁ Σεβῆρος ὁ τῆς Ἀσίας ἡγεμὼν ἦρξεν, οἶμαι, ἐνιαυτῷ πρότερον τοῦ ἡμετέρου ἑταίρου. ἦν δὲ ἀνὴρ ὑψηλὸς τοὺς τρόπους καὶ ὅτι γνοίη καὶ προέλοιτο οὐκ ἂν ὑφεῖτο οὐδενί. διατρίβοντος δέ μου περὶ τὸν Αἴσηπον τότε καὶ αὖ περὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς

ἐποίησε τοιόνδε), ex quibus flumen hic v. 49 esset, delubrum vero ex simplici ara (τὸν τοῦ Διὸς βωμόν v. 46) posteriore tempore natum esset.

P. 379 n. 232 not. 6. Idem supplementum iam proposuit A. Wilhelm Jahreshefte des österr. arch. Inst. IV 1901 Beiblatt p. 25.

P. 405 n. 248. Antiochenam huius populisciti originem contra Holleauxium defendere conatur B. Niese Gesch. der gr. u. maked. Staaten III p. 95 not. 5. Sed argumentum, quo uno nititur, iam refutasse mihi videor eis quae not. 28 exposui.

P. 416 n. 256 not. 7 poteram etiam afferre titulos Lebas-Waddington Inscr. III, 1184 (Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. III p. 26 n. 75): κατὰ τὸ δόγμα τῆς βουλῆς | καὶ τοῦ δήμου | .... Σεβαστοῦ | ἀπελεύθερον, Εὔφημον, | ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος, | Μ(ᾶρκος) Οὔλπιος Ἀρισταῖος. Inscr. Gr. Sic. et It. 1664 (Cagnat Inscr. Gr. ad res Rom. pert. I p. 92 n. 247, 3. 4. 9) κοιτωνείτης (-η) Καίσαρος.

P. 480 n. 310. 311. p. 481 n. 312. Cum nemo ex eis, qui hos titulos ediderunt, dubitasset eos Philetaero tertio Attali I et Apollonidis filio vindicare, Mauricius Holleaux primus ad eum potius Philetaerum, a quo omnes principum Pergamenorem opes originem repetebant (n. 266[3]), rettulit; ac priusquam rationes huius sententiae, quam anno 1897 (Revue des études grecques X 1897 p. 33 not. 5) breviter indicaverat, accuratius exponeret, felici casu monumentum, quod in appendice voluminis secundi repetemus, in lucem protractum est (Journal of Hellenic studies XXII 1902 p. 193 n. 3), quod permagni momenti esset ad eam confirmandam, quia testabatur etiam illius antiqui Philetaeri patri nomen Attalo fuisse. Tum igitur Holleaux Revue des études Grecques XV 1902 p. 302 sqq. argumenta sententiae suae protulit, et assensum nactus est P. Jamoti Bull. de corr. Hell. XXVI 1902 p. 157. Ac non modo omnia, quae ad suam coniecturam probandam protulit, sagaciter excogitata et prudenter observata sunt, sed etiam probabilius esse, illum rerum Pergamenarum conditorem monumenta Thespiensia dedicasse, quam Eumenis regis fratrem, concedo. Verum tamen non omnibus quae in hanc partem disputavit mihi persuasit. Qua in re id maximi momenti esse mihi videtur, quod inscriptiones illae Boeotica dialecto conceptae n. 310. 311 itemque titulus basis recens a Iamoto erutae (Bull. de corr. Hell. XXVI 1902 p. 156 n. 6) quin ab ipso Philetaero compositae sint dubitari mea sententia nequit, cum Iamotus ambiguus haereat utrum ipsi principi an Thespiensium populo eos tribuat. At cum in multis decretis honorariis videamus praecipi, quid potissimum inscribendum sit basi monumenti quod peregre populi iussu erigatur, principes regesque id non curasse sed aliorum arbitrio permisisse quid ipsorum donis inscriberent minime probabile est. Quod si Pergami, non Thespiis compositi sunt hi tituli, dialecti Boeoticae usus sine dubio ad studium blandiendi populo Thespiensium revocandus est. Quod si cum quadam simplicitatis ostentatione dedicationis formulam Philetaerus, sive maior natu ille sive minor fuit, ad indigenarum morem componendam existimavit, apparet nihil in illa temporis quaestione valere ethnicum Περγαμεύς in monumentis Thespiensibus constanter usurpatum (etiam Bull.

de corr. Hell. XXVI p. 155 n. 5, 2. p. 156 n. 6, 2. 3), quod praeterea nusquam terrarum comparet. Quod ad exemplum Boeoticorum Ἀκραιφιεύς, Θεσπιεύς, Θισβεύς, Κορωνεύς, Λεβαδεύς, Χαιρωνεύς, Χορσιεύς fictum esse verissime observavit Holleaux, sed quod id aetatis indicium existimat, quia Philetaeri illius antiqui aetate etiamtum errare potuerint Thespienses de genuina ethnici forma, Eumenis II vero regno propter insignem rerum Pergamenarum florem ea usquequaque omnibus nota fuerit, nequeo cum eo facere. Nam non Thespiensibus accepta ferri debent hae inscriptiones, sed Philetaero; is igitur hoc quoque nomine se illorum mori ac sermoni accommodare studebat, ac maxime quidem vere Graecum se praebere; nam ethnica in -ηνός cadentia, inaudita illa quidem in Graecia antiqua, semper barbari aliquid habere Graecis videbantur. Cf. Steph. Byz. Ἀβασηνοί· ὁ τύπος ὀξὺς καὶ ἐπιχώριος τοῖς Ἄραψιν. Ἀγβάτανα· Ἀγβατανηνός, τοῖς Πέρσαις γὰρ συνήθης ὁ τύπος. — καθ' Ἕλληνας δὲ Ἀγβατανεύς. Νίσιβις· τὸ ἐθνικὸν Νισιβηνός. ἔδει Νισιβίτης, ἀλλ' ὁ τύπος Αἰγύπτιος καὶ Λίβυς, ὁ δὲ διὰ τοῦ -ηνός παρὰ τὸν Εὐφράτην καὶ τὴν ἕω, ὡς Σωφηνός, Ταβηνός, Καμβυσηνός. Quod si hoc recte animadversum est, certe hanc Graeci ac potissimum quidem Boeotici moris affectationem haud iniuria dixeris aeque in utrumque Philetaerum cadere. Item per se verissima est Holleauxii observatio, omnino contra morem regum et principum hic addi ethnicum. Quod alibi non fit, et recte quidem. Nam nunquam Pergamenos, i. e. cives oppidi Pergami fuisse Attalidas omnium certissimum est. Sed hoc quidem aeque in utrumque Philetaerum cadit; at tertius regis Attali I filius certe Pergami natus et educatus, a prima pueritia arctissima necessitudine cum Pergamenorum civitate coniunctus erat, cum ille eunuchus ex Ponto oriundus provecta demum aetate Lysimachi auspiciis arci Pergamenorum praefectus et post eius mortem urbe potitus sit. Quare ego quidem multo magis miror maiorem Philetaerum in titulo dedicatorio se Pergamenum dixisse, quam minorem. Utique hoc quoque ad personam civilem et vere Graecam, quam auctor dedicationis de industria induit, revocandum est. Gravissimum Holleauxii argumentum sine dubio est regis appellatio in patre Attalo omissa. Non ab omnibus partibus sane eadem condicio est laterculi Attici in quo victores certaminum currulium recensentur Ἄτταλος βασιλέ[ως Ἀττάλου,] | βασιλεὺς Εὐμ[ένης βασιλέως Ἀττάλου,] | Φιλέται[ρ]ος βα[σιλέως Ἀττάλου,] | Ἀθήναιος [βασιλέως Ἀττάλου] (C. I. Att. II, 966 *B*, 29—35). Nam haec quidem ab Atheniensium populo inscripta sunt, quem regiam stirpem eorum qui apud ipsos vicerant silentio premere noluisse consentaneum est, illud ab ipso Philetaero, quem quis coniciat regium nomen eodem consilio omisisse, quo adderet ethnicum. Sed tamen multo simplicius et probabilius esse nudam appellationem Φιλέτηρος Ἀττάλω hic ut alibi de maiore potius Philetaero accipere non nego.

P. 492 n. 319 not. 12. Quod Attali III Philometoris lege quidem patruum, sed natura fortasse patrem fuisse dixi Attalum II Philadelphum, id nititur F. Köppii (Mus. Rhen. XLVIII, 154 sqq.) coniectura, quae ut U. Wilckenio (ap. Pauly-Wissowa Realencyklopädie II, 2 p. 2170. 2175)

probata est, ita mihi nunc etiam non certa quidem, sed perquam probabilis videtur, nempe Attalum III natum esse ex illo Attali II et Stratonices matrimonio, quod anno 172 a. Chr. n. contractum esset quia Eumenes ex vulnere per insidias illato mortuus crederetur, sed brevi, cum illum superstitem esse cognitum esset, rursus dissolutum (cf. n. 303[2]). Certe quae B. Niese Gesch. der gr. und maked. Staaten III p. 204 not. 4 contra illum disputavit, iis mihi quidem non persuasit. Is enim Schweighäuserum secutus Attalum III ab Eumene procreatum opinatur ex paelice, sed a rege et regina adoptatum et ad regni successionem vocatum. Quod apud Strabonem XIII, 4, 2 p. 624 Cas. legeretur ἀπέλιπεν (Eumenes) υἱῷ τὴν ἀρχὴν Ἀττάλῳ (III), γεγονότι ἐκ Στρατονίκης τῆς Ἀριαράθου θυγατρὸς τοῦ Καππαδόκων βασιλέως, id ad scriptoris errorem vel neglegentiam referendum esse. Quod sane, dummodo constaret spurium fuisse Attalum Philometora, non abhorreret a veri specie. Nam quod in titulo n. 331, 46 ipse Attalus III scripsit βασίλισσα Στρατονίκη ἡ μήτηρ μου, id in Niesii sententia ad adoptionem referendum est; at proclivis est suspicio, ex eiusmodi enuntiato non recte intellecto illud Strabonis γεγονότι ἐκ Στρατονίκης natum esse. Ne ipsa quidem adoptio per se habet quo offendaris. Num patri licuerit filium spurium adoptare, non est quod quaeramus, nam utique, si Niesium sequimur, Eumenes pater fuit Attali III. At quod Stratonice adoptione illius, quem alia mulier pepererat, mater facta esse dicitur, id a lege quam scimus apud Romanos itemque apud Gortynios (Lex Gortynia XI, 18 γυνὰ δὲ μὴ ἀμφαινέθθω μηδ' ἄνηβος) et Atheniensis (Isaeus VII, 25 μητρὸς δ' οὐδείς ἐστιν ἐκποίητος) valuisse neque improbabile est eandem omnium Graecorum communem fuisse, abhorret. Sed aliter rem se habuisse in familiis regiis successorum Alexandri iure inde colligas, quod Ptolemaeus III Euergetes in titulis Arsinoës Philadelphi, quae non natura mater sed noverca erat, filius dicitur (n. 60[2]). At ut difficultates, in quas Niesii opinio incurrere videtur, tolli possunt, ita frustra circumspicias argumentum vel testimonium, quo re vera ita rem se habuisse probetur. Ipse nihil dicit in eam partem, nisi Polybium XXX, 2, 6 Attalum Philometora haud ambigue naturalem Eumenis filium appellare. Apparet, naturalem ab eo intellegi spurium. At id verba quibus Polybius utitur κατὰ φύσιν υἱὸς ὢν αὐτοῦ significare non possunt. Nam additamento κατὰ φύσιν non spurius a genuino, sed germanus ab adoptivo distinguitur. Quare mihi quidem Koeppii interpretatio tenenda videtur, praesertim cum difficultas chronologica, quam Niesius ei obmovet, nullius momenti sit. Is enim quod in rebus anni 152 a. Chr. n. apud Polybium XXXIII, 18, 2 de Attalo Philometore dicatur ἔτι παῖς ὤν, inde colligit eum nondum duodeviginti annos natum tum fuisse, ut ultra annum 169 a. Chr. n. eius natales removeri non liceat; atqui si Koeppii sententia vera esset, illum anno 172 genitum, proximo 171 a. Chr. n. in lucem editum apparere. Cur duodevigesimum potissimum aetatis annum illius appellationis terminum statuat, non perspicio. Nam Atheniensium instituta hic non in censum venire, neque omnino de certis aetatis terminis iure legibusque constitutis cogitandum esse in propatulo est, ut non videam

cur undeviginti annorum adulescentulum παῖδα vocari Polybio non licuerit.

P. 499 n. 326, 9 pro [κα](λ)ὰ potius [ἀγα](θ)ὰ supplendum esse putat A. Wilhelm Jahreshefte des österr. arch. Inst. IV 1901 Beiblatt p. 22. At in Chishulli exemplari ..ΔΑ est, quod ab illa lectione propius abesse apparet, neque in tanta vocabulorum καλός et ἀγαθός similitudine video quid impediat quominus in hac formula aliquando variatum esse statuamus. — Ibid. v. 20 ad Boeckhii opinionem de hoc Attaleo Pergami, non Tei, sito rediit H. von Prott Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII p. 168, sed nullum argumentum attulit nisi regiae (βασιλείου), quae manifesto Pergami fuisset, mentionem. At de hac cf. quae disputavi not. 15. Iam quia hac de re cum Prottio facere nequeo, ne reliqua quidem eius disputatione, qua omnino totam Attalistarum sodalitatem a Cratone conditam Pergami, non Tei sedem habuisse et decreta n. 325. 326 illic facta, hic apographa modo eorum lapidibus incisa esse demonstrare conatur, mihi persuasum est. Id unum addiderim, illud μεταλλάσσων τὸν βίον ἐν Περγάμωι v. 15. 16 testimonio esse, neque collegium quod haec decreverit Pergami fuisse neque ipsum Cratona, etsi praeter alios populos etiam Pergameni eum civitate donavissent, domicilium consuetum Pergami habuisse.

P. 509 n. 331. Cf. quae disputavit H. von Prott Mitth. des arch. Inst. in Athen XXVII 1902 p. 162 sqq., qui ut Apollinem a Seleucidis (n. 219[18]), ita Διόνυσον Καθηγεμόνα ab Attalidis sui generis auctorem habitum ideoque in illorum regno insigni studio et caerimoniis cultum esse demonstravit.

P. 519 n. 333. De dea Persica recentissimo tempore docte et diligenter disputavit Höfer in Roscheri Lexicon der gr. u. röm. Mythologie III p. 2060 sqq. Qui oppido, cuius hic titulus est, Hierocaesareae, antiquitus Ἱερὰ κώμη (Polyb. XVI, 1, 8. XXXII, 27, 11) nomen fuisse secutus K. Bureschium Aus Lydien p. 66. 14 et F. Imhoof-Blumer Lydische Stadtmünzen p. 8. 137, 2 existimat. Cave de ea re dubites quia hic titulus iam ante Caesarum tempora civitatem (πόλιν), non vicum (κώμην), fuisse doceat. Nam ut nomina propria cum πόλις composita haud raro vicorum sunt (cf. n. 238[4]), sic vice versa civitatem Ἱερὰν κώμην appellatam esse nihil habet miri.

P. 572 n. 361, 4 πε[ρὶ αὐτήν] etiam A. Wilhelm Jahreshefte des österr. arch Inst. IV 1901 Beiblatt p. 34.

P. 580 n. 374 not. 5. Cum officii significatione τεταγμένον ἐπὶ τῶν ἀνακρίσεων comparari potest Tebtunis papyri I p. 382 n. 86, 1. 2 Ἀπολλώνιος ὁ πρὸς ταῖς ἀνακρ[ίσεσι].

P. 580 n. 375. Ed. Cagnat Inscr. Gr. ad res Romanas pert. I p. 31 n. 62.

P. 586 n. 379. Ed. Cagnat Inscr. Gr. ad res Romanas pert. III p. 53 n. 133.

P. 588 n. 380. Ed. Cagnat Inscr. Gr. ad res Romanas pert. I p. 97 n. 267.

P. 589 n. 381. Ed. Cagnat Inscr. Gr. ad res Romanas pert. I p. 32 n. 68.

P. 590 n. 382. Ed. Cagnat Inscr. Gr. ad res Romanas pert. I p. 86 n. 222.

Lipsiae, typis Breitkopfii et Hærteli.



δεύει αὖτον ἀποθά‖νην· αἰ δέ κε καλλάφθε[ν]τος[9] Ἀγωνίππω τᾶ δίκα | κατάγη τίς τινα τῶν Ἀγωνίππω ἢ εἴπη ἢ πρόθη[10] | περὶ καθόδω ἢ τῶν κτημάτων ἀποδόσιος, κατά|ρατον ἔμμεναι καὶ αὖτον καὶ γένος τὸ κήνω, | [κ]αὶ τᾶλλα ἔ[ν]οχος ἔστω τῶ νόμω ὡς τὰν στάλλαν ‖ ἀνελόντ[α] τὰν περὶ τῶν τυράννων καὶ

SET OF

2

TRIM TO

6 3/4 X 9 1/4

tempus Heroidas et Agesimenes regem adirent, nemo sanus negabit. Ac re vera hoc decretum anni 333 potius quam 324 a. Chr. n. esse cum propter locum quem in lapide tenet probabile est, tum propter conexionem quae inter Alexandri litteras de Agonippi et Eurysilai et de priorum